This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

WIDENER LIBRARY
HX JULY P

Ll 16.186 Corridor

HARVARD UNIVERSITY

LIBRARY OF THE

Classical Department

HARVARD HALL

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS UNDECIMUS.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXV.

Digitized by Google

1 June, 1906
HARVARD UNIVERSITY
Classical Department

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS UNDECIMUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI.

EPITOME LIBRI TRIGESIMI OCTAVI.

M. Fulvius consul in Epiro Ambracienses obsessos in deditionem accepit, Cephalleniam subegit, Aetolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius consul, collega ejus, Gallograecos Toliſtobojos, et Tectosagos, et Trocmos, qui Brenno duce in Asiam transierant, quum

Obsessos per deditionem accepit] Liber unus Hearnii *in deditionem*. Hoc multo usitatius est. 28, 23, 5. *Ceteris ejus regionis metu in deditionem acceptis*. Et 26, 16, 5. 28, 22, 1. 29, 3, 3. 36, 40, 3. Nec credo *per deditionem* hic satis defendi posse e 6, 9, 12. *Nepote exercitus ductus, quod per deditionem acceptum jam totum Etrusci habebant*. DUK. *in deditionem* Leid. Voss. Berg. Boend. et Exc. Pithoei, quod ipsi Livio frequens Mſtorum auctoritate hic recepi. V. ad 33, 20, 5. Mox *Cephalaniam* Leid. et Voss. *Cephaloniam* Berg. Boend. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *Cephalemiam* Norv. *Cephaleniam* edd. prioribus posteriores. Similes scripturae varietates observavimus supra ad 37, 13, 11. Sed *Cephaleniam* scribendum docuit Sigon. ad 38, 28, 5. Deinde *et totis provinciis*, pro *Aetolis domitis*, Voss. et Boend.

Toliſtobogios, Tectosages, et Trocmos] *Tectosagas*, ut postulicam, SIG. Gentium harum nomina varie corrumpuntur in Mſtis. *Tholoſtobojos, et Thoros Agios, et Tyrenos* Leid. *Tholosbigios, et Totholegas, et Ticinos* Voss. *Bojos, et Totosagios, et Trocinos* Berg. *Colosubergios, et Totologas, et Tra-*

Digitized by Google

soli citra Taurum montem non parerent, vicit. Eorum origo, et quemadmodum ea loca, quae tenent, occupaverint, refertur. Exemplum quoque virtutis et pudicitiae in femina traditur. nam quum Ortiagontis, regis Gallograecorum, uxor captiva esset, centurionem custodem, qui ei vim intulerat, occidit. Lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta quinquaginta octo millia et trecenta viginti octo. Cum Ariarathe, rege Cappadociae, amicitia juncta est. Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, ex quorum consi-

cinos Boend. *Aetolos Regios*, *Totosagios*, *et Trocinos* Norv. et edd. antt. excepta ed. Campani, quae Msto Boend. consentit. Earum primam *Tholistobojos* a Livio vocatam esse, contendit Sigon. ad c. 15, 15. Id autem recepi, quia ita jam in Livio passim editur, eique lectioni favent Leid. et Berg. vestigia. Post eam autem vocem inserui copulam *et* ob quatuor priorum uniusque ed. consensum. V. ad Epit. 46. Secundam *Tectosagas* vocandam docuit Sigon. ad cap. 16, 11. quo etiam ducunt vestigia Voss. et Boend. Quod autem mox *Brenno duce* Asiam ingressos dicat auctor, in eo ipsum a Livio discedere observat Cl. Perizon. Animadv. Hist. cap. 9. pag. 376. Insuper *minime parerent* Norv. et edd. antt. praeter eam, cui praefuit Campanus, *non parerent* exhibentem, ut restituit ed. Gruteri postrema, quatuor scriptis nostris concinentibus. V. ad Livii Epit. 49.

Eorum origo, et cum ea loca, quae tenent, occupaverantque, referuntur] Vet. lib. *et quando loca, quae tenent, occupaverint, referuntur*. SIG. *et cum ea loca* Boend. Norv. et edd. ant. *et quoniam ea loca* Berg. *et quemadmodum ea loca* Voss. et Leid. quod Gronov. recepit. Deinde *occupaverunt, refertur* Boend. *occupaverantque, referuntur* Norv. *occupaverint, refertur*, ut Gronov. edidit, Leid. Voss. et Berg. Mox *virtutum et pudicitiae* Boend. et ed. Camp.

Nam quum Orgiagontis, regis Gallograecorum, uxor captiva esset, centurionem etc. *occidit*] *quae cum regis Gallograecorum uxor fuerit, capta centurionem* Voss. Berg. Boend. Norv. et edd. principes. Curio deinde *fuisset* τῷ *fuerit* substituit. At Gronovius, quod nunc vulgo editur, adscivit, accinente, ut videtur, Leid. Ceterum *Ortiagontis* emendandum Sigonius docuit ad c. 19, 2. quod quum ibi in contextum receptum sit, etiam hic post Crevier. admittendum censui. Insuper *occidit, caputque ejus ad maritum pertulit* quinque vocibus auctior idem Leid.

Censa sunt civium capita CCLVIII millia et CCCXXVIII] Quia libri discrepant, Livius sequendus est. DELR. Livii verba haec sunt cap. 36. *Censa sunt civium capita ducenta quinquaginta octo millia, trecenta octo*, quae Pighius in Annal. ad ann. IDLXIV.

Digitized by Google

lio foedus cum Antiocho conscripserat, de Gallograecis, acta pro se cauſſa in senatu, triumphavit. Scipio Africanus, die ei dicta, ut quidam ajunt, a Q. Petillio tribuno plebis, ut quidam, a Naevio, quod praeda ex Antiocho capta aerarium fraudasset, poſtquam is dies venit, evocatus in Roſtra, Hac die, *inquit,* Quirites, Karthaginem vici: *et, prosequente populo, Capitolium adscendit. Inde, ne amplius tribuniciis injuriis vexaretur, in voluntarium exsilium Liternum concessit: incertum ibi, an Romae, defunctus. nam ejus monumen-*

p. 289. ex hac Epit. emendanda censet. Mihi secus videtur. Priorem numerum *CCLIIII* exhibet edit. Camp. *CCLVIIII* Boend. Norv. et reliquae edd. vett. Tum copula *et* exsulat a Leid. Voſſ. et Berg. Poſteriorem numerum *CCCX* concipiunt Leid. et Exc. Pithoei. *CCCXX* Berg. *CCCXXX* Voſſ. Boend. Norv. et edd. antt. Legendum vero exiſtimo *capita CCLVIII millia, CCCXVIII*, una tantum numeri denarii nota ex vulgata scriptura expuncta; ita enim optime convenit auctori Epitomes cum cod. Moguntini scriptura infra cap. 36. Si quis etiam contendere velit, alium numerum Livium, alium auctorem Epitomes edidiſſe, non adversabor. Non enim semper consentiunt. In sequentibus *cum Attalo rege* Boend. *cum Aratale rege* Voſſ. *cum Ariarate rege* Berg.

Acta per se caussa in senatu] Vet. lib. *pro se.* SIG. *acta per se caussa in senatu* Voſſ. Norv. et edd. antt. *acta per se in senatu caussa* Boend. Paullo ante *condicentibus decem de legatis* Voſſ.

Ut quidam ajunt, a Petilio Acteo tribuno pl.] Vet. lib. *a Q. Petillio tribuno plebis.* SIG. *ut quidam tradunt* Leid. Voſſ. Berg. et Boend. Tum *a P. Penolo tribuno plebis* Voſſ. *a P. Petillio*, vel *Petilio, tribuno plebis* Leid. Berg. et Exc. Pithoei. *a P. Petilio Atcio tribuno plebis* Boend. *a Petilio Acteio tribuno plebis, ut quidam ajunt, a Naevio* Norv.

Quod praeda cum Antiocho capta] Vet. lib. *praeda ex Antiocho.* SIG. Similiter Voſſ. Leid. et Boend. *quod praeda capta*, omissis duabus vocibus, Berg.

Poſtquam is dies venit, evocatus] Vet. lib. *Poſtquam dies venit, is evocatus in roſtra.* SIG. Dissentiunt noſtri omnes, qui altero ordine voces exhibent.

Ne amplius tribuniciis injuriis vexaretur] Vox *amplius* deeſt in Berg. vox *injuriis* in Voſſ. vox *Liternum* in Voſſ. Berg. Boend. et ed. Camp. Insuper *recessit* legit Voſſ. *defunctus sit* Leid. Voſſ. Berg. Boend. et ed. Camp.

Scipio Asiaticus] *L. Scipio Asiaticus* omnes scripti, et edd. usque ad ultimam Gruteri, quae praenomen omisit. Id itaque reſtitui. Mox *in vincula et in carcerem* Berg.

Quf antea Scipionibus inimicus erat] Vet. lib. *fuerat.* SIG. Voſſ.

Digitized by Google

tum utrobique fuit. L. Scipio Asiaticus, frater Africani, eodem peculatus crimine accusatus damnatusque, quum in vincula et carcerem duceretur, Ti. Sempronius Gracchus, tribunus plebis, qui antea Scipionibus inimicus fuerat, intercessit; et ob id beneficium Africani filiam duxit. Quum quaestores in bona ejus publice possidenda missi essent, non modo in iis ullum vestigium pecuniae regiae adparuit, sed nequaquam tantum redactum, quantae summae erat damnatus. Conlatam a cognatis et amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit: quae necessaria ei erant ad cultum, redemta.

et Gud. uterque *fuerat*. J. FR. GRON. Similiter Berg. Insuper *quia antea* Norv.

Quum populus quaestores in bona ejus publice possidenda misisset] Lege *tum praetor quaestores*. Sic enim Livius [c. 60.] *In bona deinde L. Scipionis possessum publice quaestores praetor misit*. SIG. Voss. et ambo Gud. ablegant τὸ *praetor*. Scribe, *cum quaestores in bona ejus publice possidenda missi essent*. J. FR. GRON. Non tantum τὸ *praetor* abest a Voss. Leid. Berg. Boend. et Exc. Pithoei, verum iidem etiam *misissent* praeferunt, unde Gronovii conjectura *missi essent* tanto verisimilior redditur. Certe quaestores non miserunt, sed missi sunt. Eodem modo peccatur supra 4, 37, 4. et 5, 12, 4. Alia similium errorum exempla vide ad 23, 29, 16. Deest etiam vox *publice* in Leid. quam tamen Livius servat.

Non modo in iis ullum vestigium] Ita Voss. Berg. Boend. et edd. antt. pro quo Ascens. *nullum* reposuit, non adtendens *non modo* poni pro non modo non. V. ad 25, 26, 10. Recte igitur priscam lectionem revocavit ultima Gruteri editio, quam sine causa recentiores rejecerunt. Mox *pecuniae regis* Boend. et ed. Camp. V. ad 31, 35, 6.

Nequaquam tantum in aerarium redactum, quantae summae] Voces illae *in aerarium* delendae sunt; neque enim in veteribus libris reperiuntur, neque apud Livium, cujus haec verba sunt libro hoc extremo. SIG. Voces *in aerarium*, quas priscis edd. adsensus Norv. agnoscit, desunt in Voss. Leid. Berg. Boend. et ed. Camp. Deinde *redactum est* Leid. *nequaquam tantum redditus tantaeque summae, quantae erat damnatus* Boend.

Quae necessitati ei erat ad cultum retenta] Lege ex veteribus libris, et ex ipsomet Livio, cujus haec verba sunt, *quae necessaria ei erant ad cultum, redemta*. SIG. Lectio a Sigonio damnata superest in Boend. et Norv. at Sigonio consentiunt Voss. et Berg. nisi quod prior *reddenda*, alter *erat* praeferant. *quae necessaria ei, a proximis cognatis sunt redemta* Leid.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER TRIGESIMUS OCTAVUS.

I. Dum in Asia bellum geritur, ne in Aetolis 1
quidem quietae res fuerant, principio a gente A-
thamanum orto. Athamania ea tempestate, pulso 2
Amynandro, sub praefectis Philippi regio tenebatur
praesidio: qui superbo atque inmodico imperio de-
siderium Amynandri fecerant. Exsulanti tum Amy- 3
nandro in Aetolia literis suorum, indicantium sta-
tum Athamaniae, spes recuperandi regni facta est.
remissique nuncii ab eo ad principes Argitheam, 4
(id enim caput Athamaniae erat) si popularium a-
nimos satis perspectos haberet, impetrato ab Aeto-

§. 1. *Dum in Asia bellum geritur, ne in Aetolis quidem quietae res fuerant*] *Cum in Asia bellum gereretur* Harl. *Cum*, pro *Dum*, etiam Lov. 3. 5. et Gaertn. V. ad 1, 40, 7. Tum *in Aetolia* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante Gronov. qui *in Aetolis*. Supra 37, 49, 8. *Si qua deinde legatio ex Aetolis venisset Romam*. Infra 40, 1, 3. *Q. Fabius ex Liguribus scripserat*. 41, 13, 6. *De rebus in Istria Liguribusque prospere gestis disseruisset*. Insuper *res fuerunt* Harl. Mox §. seq. *sub praefectis Philippi regis* Mead. 1. [*ne in Etolia*. mox *res quietae* Bamb.]

[§. 2. *pulso Amynando sub praefecto* (haec duo vocabula a m. rec. sunt) *Philyppi*. mox *tenebantur*, pro *tenebatur*, Bamb.]

§. 3. *Exsulanti tum Amynandro*] Media vox deest in Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn. *Exsulantium Amynandro* legunt Lov. 4. et Mead. 1. [Bamb.]

§. 4. *Remissique nuncii ab eo ad principes Argitheam*] Ita etiam Longobardicus codex. Casus tamen Moguntinus, immane quantum ab hac scriptura recedens, habet *remissique ab eo nunciant principibus Argitheam*. MOD. Pall. uterque, et vet. ed. *remissique ab eo nunciant principibus Argitheam*. GEBH. Hoc admissum e

Digitized by Google

lis auxilio, in Athamaniam se venturum cum delectis Aetolorum, quod consilium esset gentis, et Nicandro

Moguntino. Sed scripti nostri retinent cum prius impressis: *remissique ab eo nunciant principibus Argitheam.* In cujus comparatione meis auribus alterum sordet, et mendosum tinnit. Non placuit corruptoribus illud *nunciant* sine apposito vocabulo. Quae et causa fuit inquinandi illius lib. 23, 27, 4. *Quem ut adesse tumultuose nunciavere refugientes ex speculis stationibusque, ad arma conclamatum est.* ut ibi diximus. Eodem libro superius [cap. 17, 7.] *Quum a Casilino dictatorem Romanum legionesque eminus adspici nunciassent.* Eadem ratio vim attulit verbis his lib. 21, 49, 8. *Perque omnem oram uti ex speculis prospicerent adventantem hostium classem.* 40, [39, 1.] *Ulteriorem Celtiberiae agrum, unde ad deditionem non venerant, instituit vastare.* Quod si concedere aliquid Magont. libet, scribas licet: *remissisque ab eo nunciant ad principes Argitheam.* Nempe, qui literas attulerant. J. FR. GRON. Verbum sine nomine adhibitum interdum loca corrumpendi ansam librariis dedisse, verum est. V. ad 32, 9, 3. Verum hic additur casus rectus *remissi.* Codicibus Gronovii consentiunt Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Hearnii Oxonn. [Bamb.] *remissisque ab eo nunciavit principibus* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Male. Displicet etiam *remissique ab eo nunciant se venturum*, pro *eum venturum.* Probo igitur, et in contextum recipio lectionem Mog. cod. a Gronovio ejectam. Eruditius enim est *nuncii se venturum*, quam ut indoctos scribas ejus locutionis auctores credamus. Livius autem saepius ita locutus est. L. 23, 7, 8. *Praemisso nuncio ad Marium Blosium, postero die se Capuae futurum.* 27, 28, 4. *Miserat nuncios, occisum collegam esse.* 28, 31, 2. *Nunciis ad L. Marcium missis, redeundum ad imperatorem esse.* 32, 16, 12. *Nuncios mittebat, se in tempore adfuturum.* 34, 29, 9. *Miserat nuncium ad legatum Romanum, traditurum se urbem.* 39, 49, 6. *Nuncios Messenen praemittunt, debellatum esse.* Quemadmodum autem hic *nuncius* cum infinitivo construitur, ita cum voce *ut* l. 23, 19, 8. *Nuncium ad magistratum Casilinum misit, ut exciperent dolia.* 34, 46, 4. *Nuncium ad collegam mittit, ut maturaret venire.* 44, 7, 1. *Remisso nuncio ad Sp. Lucretium Larissam, ut castella relicta occuparet.* c. 31, 12. *Praemissisque nunciis, ut sibi adpellandi potestas praetoris fieret.* Ejusdem etiam generis est, quod supra obcurrit 2, 47, 5. *Missis ad consules nunciis, quo loco res essent.* ubi alia vide. 22, 54, 5. *Nuncium extemplo mittunt, quantae secum copiae essent.* Item 38, 13, 2. *Legati ab Alabandis venerunt, ut castellum cogeret jura antiqua pati.* ubi unus et alter perperam *venerunt rogantes, ut.* V. quae ibi notantur. Quum autem non nuncios, sed literas, statum Athamaniae indicantes, missas modo dixerit, forte hic per *nuncios*, quos Amynander *remisit*, non illi, qui rem nunciant, sed ipsa res, quae nunciatur, intelligi debet. Eo enim sensu vocem illam usurpari, docuit Saliner. ad Tacit. 4. Hist. 75.

Si popularium animos satis perspectos haberent] Ita J. Fr. Gronov. edidit; neque aliter legunt edd. vett. usque ad Moguntinos, qui vulgarunt *haberet*, licet tamen ex cod. nihil monuerint.

Digitized by Google

praetore. quos, ubi ad omnia paratos esse vidit, certiores subinde facit, quo die cum exercitu Atha-

Eadem lectio apud me supereſt in Lov. sex, Harl. Mead. utroque, Gaertn. Hearnii Oxonn. et Crevierii Victor. qui recte monet, utrumque ferri poſſe; *haberent* enim respicere principes Athamanum, *haberet* Amynandrum. Cui ultimo firmando, vide, an conducat, quod mox sequitur: *Quos ubi ad omnia paratos esse vidit.*

Se venturum cum delectis Aetolorum, quod concilium esset gentis] Libri omnes, Pall. utroque, et vet. ed. *se venturum delectis, quod consilium esset gentis.* GEBH. Similiter legunt omnes noſtri, et edd. vett. usque ad Ascens. qui anno 1513. dedit *cum delectis, quod consilium.* Aldus deinde *cum delectis Aetolorum, quod consilium*; quae vera Livii manus eſt, ab omnibus poſtea editoribus adoptata usque ad Modium, *quod concilium* subſtituentem. Recte, inquam, datum eſt *cum delectis Aetolorum:* intelliguntur enim, qui Graeca voce *Apocleti* vocantur, et sanctius Aetolorum consilium conſtituebant. Supra 35, 34, 2. *Concilium quidem universae gentis* (nempe Aetolorum) *post dimiſſos Romanos non habuerunt; per Apocletos autem* (*ita vocant sanctius consilium: ex delectis conſtat viris*) *id agitabant.* 36, 28, 8. *Quum in consilio delectorum, quos Apocletos vocant, Phaeneas exposuiſſet.* Patet igitur τὸ *Aetolorum* haud fruſtra ex membranis Mog. adjectum esse. Addo, male Modium vocem *conſilium* in *concilium* mutaſſe. Ei quidem lectioni favere videntur utraque Livii loca laudata, in quibus etiam olim *sanctius concilium* et *in concilio delectorum* legebatur. Verum primo ibidem *consilium* et *consilio* legendum esse docui. Secundo, licet illis locis altera lectio verior foret, nondum tamen ita etiam hic legendum esse conſtaret. Ibi enim *concilium* accipiendum esset ipsorum Aetolorum, delecti nempe ex legatis omnium civitatium, quae reipublicae Aetolorum participes erant: sed hic *quod concilium esset gentis* de gente Aetolorum intelligi nequit; ita enim non *esset*, sed *erat*, dicendum fuiſſet, sed *gentis* nempe Athamanum. Amynander itaque promittit, se Apocletos Aetolorum adducturum, ut essent *consilium* gentis Athamanum, id eſt, ut Athamanes in defectione ab Philippo et in bello, quod ei inferre meditabantur, illorum consilio uterentur. Apocleti igitur Aetolorum hic eodem fere modo vocantur *consilium* Athamanum, quo legatos et tribunos militum *consilium imperatorum*, judices adseſſoresque *consilium praetorum*, consiliarios aulicos *consilium regum* vocatos esse, Gronov. recte docuit ad Livii 44, 2, 5.

§. 5. *Quos ubi ad omnia paratos esse vidit*] Libri omnes *parationes.* GEBH. Non aliter etiam Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. priscae, [Bamb.] eoque ducere videntur veſtigia Voſſ. qui *potioris* exhibet. Non opus tamen hic comparativo; quare recte Aldus ex cod. Mog. *paratos* emendavit, quod poſteriores servarunt. Mox *qua die* Lov. 1. reliquis invitis. V. ad 30, 22, 3.

§. 6. *Quatuor primo fuere conjurati* etc. *hi senos sibi adjutores* etc.] Pal. prior *Quatuordecim.* sicut et ſtatim vet. ed. *biſſenos ad-*

Digitized by Google

6 maniam ingressurus esset. Quatuor primo fuere conjurati adversus Macedonum praesidium. hi senos sibi adjutores ad rem gerendam adsumserunt: deinde, paucitate parum freti, quae celandae rei, quam agendae, aptior erat, parem priori nume-
7 rum adjecerunt. Ita duo et quinquaginta facti, quadrifariam se diviserunt: pars una Heracleam,

jutores sibi ad rem ger. assumserunt. GEBH. *Quatuordecim primo* etc. *bis senos sibi adjutores* Voss. Lov. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Quatuordecim primo* etc. *ii bis senos sibi adjutores* Lov. 2. Ita quidem numerus duorum et quinquaginta conjuratorum, a Livio in sequentibus memoratus, adprime convenit, si nempe *bis senos* non pro distributivo *duodenos*, sed pro cardinali duodecim accipimus: nam quatuordecim conjurati duodecim conscios adsumendo fiunt viginti sex; parem deinde numerum adjiciendo efficiuntur duo et quinquaginta. Verum, ne alia, quae hanc lectionem dubiam reddere possunt, memorem, ei evertendae sufficit vox *bis senos* pro duodecim. Memini equidem, Salmas. ad Spartian. Hadr. 3. *sestertium iterum vicies*, pro sestertium quadragies, elegantem et usitatam locutionem vocare, eamque ex Martiale petitis exemplis *bis decies* pro vicies, *bis dena* pro vicena, *bis trecenties* pro sexcenties, aliisque inlustrare: verum, quemadmodum ultro concedo, similia loquendi genera non modo apud Martialem, sed etiam apud optimos quosque poëtas, obvia esse; posteriorum etiam temporum scriptores prosaïcos ab illis non abstinuisse, quum Flor. 2, 1. *bis septima soboles* pro quartadecima dixerit: ita contra scriptoribus, qui optimo seculo oratione soluta scripserunt, eadem usitata fuisse nego. V. ad 33, 4, 5. Priscae igitur edd. praeferunt *Quatuor primo fuere* etc. *bis senos adjutores sibi* etc. et mox in sequentibus *Ita duo et triginta facti*, pro *duo et quinquaginta*. Neque hic habeo, quod in numero carpam. Si enim quatuor conjurati et bis seni, sive duodecim, adsumti parem numerum, id est sedecim, priori adjecerunt, fiunt duo et triginta. Verum, quod priori lectioni, etiam huic adversatur. Accedit, nullum Mstum praeter Lov. 5. qui ex editis descriptus est, hanc lectionem firmare: unde verisimile fit, primos Livii editores *duo et triginta* ex conjectura emendasse, quia in codd. inciderant, *Quatuor primo fuere* etc. *bis senos sibi adjutores* praeferentes, ex quo numero duplicato *duos et quinquaginta* effici non posse videbant. Agnoscamus igitur iterum hoc loco merita membranarum Mog. quibus praeeuntibus, minima mutatione, *bis senos* in *hi senos* mutando, sua Livio manus reddita est: iis autem adsentiuntur Lov. 4. et, nisi excerpta fallant, Harl. ac Mead. ambo. Quatuor primi conjurati adsumserunt senos adjutores, seu quisque sex; ita fuerunt viginti octo: posea iidem quatuor primi conjurati parem numerum, quisque iterum sex adjutores, priori adjecerunt; ita duo et quinquaginta

Digitized by Google

altera Tetraphyliam petit, ubi custodia regiae pecuniae esse solita erat, tertia Theudoriam, quarta Argitheam. Ita inter omnes convenit, ut primo 8
quieti, velut ad privatam rem agendam veniissent, in foro obversarentur: die certa multitudinem omnem convocarent ad praesidia Macedonum arcibus expellenda. Ubi ea dies advenit, et Amynander 9

redditi. Facili autem errore *hi senos* in *bis senos* corrumpitur. Nam *hi*, vel, ut etiam scribebatur, *ii* pro nota numeri binarii sumserunt librarii, atque ita *bis senos* scripseruut. V. ad 36, 43, 11. Vel quum ductus literarum *h* et *b* in scriptura Longobardica parum differant, et olim voces continuae scriberentur, ex *hisenos*, vel *hiisenos* minima mutatione factum est *bisenos* vel *bissenos*. Certe *hiisenos* mihi obviam fuit in Lov. 1. Ceterum *τὸ sibi* deest in Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Mox *dein paucitate* Lov. 1. 4. et Mead. ambo. V. ad 3, 3, 6. *deinde in paucitate* Voss. [*rem ger. consumpserunt: dein.* mox *parem prior in num.* Bamb.]

§. 7. *Pars una Heracleam, altera Tetraphyliam*] Haec omnia nomina gentis videntur esse Athamanum, nec ea temere apud alios invenias authores; quanquam de Heraclea, cum sint tot ejus nominis urbes, admonuisse oportuit. Plinius quidem meminit. Et Aetolorum etiam non longe abest, de qua l. 36. Eam Romani ceperant, diripuerantque; nec usquam Philippo data memoratur. De *Theio* item [infra hoc cap.] ac *Ethopia* [cap. seq.] admonemus lectorem, ut vetusta exemplaria diligentius inspiciat. GLAR. Acarnaniae Heracleam intelligit, cujus meminit Stephanus. Trachin dicta, *Λακεδαιμονίων κτίσμα*, Straboni [9, 428.] SIG. *Heracliam* Lov. 3. Harl. et Mead. 1. V. ad 8, 24, 4. Similiter *Heracliensis* 24, 20, 15. Plura similia v. ad 31, 43, 5. Mox *Theodoriam* Lov. 2. Harl. Mead. 2. *Teudoriam* Gaertn. *Teudoriam* Lovel. 6. [*Heraclea.* mox *Tetraphiliã.* deinde *custodiã.* mox omissa verba: *esse solita* ... in nomine *Theudoriam* litera *T.* a manu recenti est adjecta. Verba: *quarta Argitheam* omittit Bamb.]

§. 8. *Primo quieti*, etc. *in foro obversarentur*] *prima quiete* Voss., Lov. 1. 2. 3. Harl. et Mead. 1. *prima quieti* Lov. 6. et Gaertn. aperte vitiosum. *primo quiete* Lovel. 4. et Mead. 2. Quod ferri posset. Praestat tamen nihil mutari. Praeterea *observarentur*, literis transpositis, Voss. et Lov. 1. De quo errore v. ad 6, 17, 4. Mox *multitudinem omnes convocarent* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod damnare non audeo, licet nec alterum displiceat. *omnes*, nempe qui dispersi erant per quatuor urbes. [*multitud. omnis* Bamb.]

§. 9. *Cum mille Aetolis in finibus erat*] Pal. pr. et vet. ed. *cum mille Aetolis se in finibus posuerat.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. *cum mille Aetolis se in finibus erat* Lovel. 4. Quod nunc editur, Aldus ex Mog. cod. adscivit, cui con-

Digitized by Google

cum mille Aetolis in finibus erat; ex composito quatuor simul locis praesidia Macedonum expulsa, literaeque in alias urbes passim dimissae, ut vindicarent sese ab inpotenti dominatione Philippi, et restituerent in patrium ac legitimum regnum. Undique Macedones expelluntur. Theium oppidum, literis a Zenone praefecto praesidii interceptis, et arce ab regiis occupata, paucos dies obsidentibus

cinit Mead. 2. Paullo post *vindicarent se* Gaertn. [*inpetenti.* Bamb.]

Et restituerent Amynandrum in patrium ac legitimum regnum] *Amynandrum* redundat. GELEN. Muretus *restituerent Amynandrum in patrium.* Et sic legebatur olim; sed Sig. Gelenius auctoribus scriptis nomen regis abolevit. Nec conspicitur in Vossiano. Qui addiderunt, non intellexerunt sermonem Livii. Ille in verbo *restituerent* intelligit ex praecedente membro τὸ *sese*, et *restituere* dixit propemodum pro eo ipso, quod posuit ante, *vindicare.* Habent enim populi sub rege viventes instar libertatis, rege cive, et non alienigena, tum legitimo et regiae stirpis, non insiticio, uti. Hinc apud Herodotum lib. 1, [126.] Cyrus ad Persas: *Νῦν ὦν ἐμέο πειθόμενοι γίνεσθε ἐλεύθεροι.* Et ibidem [c. 129.] Astyages ad Harpagum: *Ἀδικώτατον δὲ, ὅτι τοῦ δείπνου ἕνεκα Μήδους κατεδούλωσε. Εἰ γὰρ δὴ δεῖν πάντως περιθεῖναι ἄλλῳ τέῳ τὴν βασιληΐην, καὶ μὴ αὐτὸν ἔχειν, δικαιότερον εἶναι Μήδων τέῳ περιβαλεῖν τοῦτο τὸ ἀγαθόν, ἢ Περσέων· νῦν δὲ Μήδους μὲν ἀναιτίους τούτου ἐόντας, δούλους ἀντὶ δεσποτέων γεγονέναι.* Ejusdem 3, [82.] Darius, occisis Magis, dicit *ἡμέας ἐλευθερωθέντας.* Apud Sallustium Jugurtha ad Siccenses [cap. 56.] *si id fecerint, postea sese sine regno, illos in libertate sine metu aetatem acturos.* Ergo *sese restituerent in patrium ac legitimum regnum* est, vindicarent sese ac restituerent ad patrium et justum regem. nam utroque modo alibi Livius et Cicero loquuntur. J. FR. GRON. *sese* ex praecedente membro repeti potest. 23, 7, 6. *Ut, interfecto Punico praesidio, restituerent se Romanis.* et 31, 31, 20. *Vobis restituendi vos in amicitiam societatemque nostram fortuna oblata est.* Etiam libertatis quaedam species videri potest populis habere reges indigenas et regiae stirpis. Sed non credo facile ostendi posse, eos, qui regibus civibus, et jam inde a majoribus stirpis regiae, parent, dici *sub regno patrio esse, vivere,* et populos, si reges suos ab externis pulsos restituant, *sese in patrium regnum restituere.* Nam *regnum paternum, patrium,* et *avitum* dicuntur non respectu ad cives, sed ad reges habito, qui a patribus et avis regnum acceperunt. Liv. 30, 11, 1. *Massylii regnum paternum Masinissae.* Et c. 12, 6. *Recuperatum tanto post intervallo patrium invisere regnum.* Infra c. 2. *Excusabat se* [Amynander,] *quod per Aetolos recuperasset paternum regnum.* Cicero pro L. Manil. 3. de Mithridate: *sed*

Digitized by Google

restitit: deinde id quoque traditum Amynandro est, 11
et omnis Athamania in potestate erat, praeter Athe-
naeum castellum, finibus Macedoniae subjectum.

II. Philippus, audita defectione Athamaniae, 1
cum sex millibus armatorum profectus, ingenti ce-
leritate Gomphos pervenit. ibi relicta majore parte 2
exercitus, (neque enim ad tanta itinera subfecis-
sent) cum duobus millibus Athenaeum, quod unum

emergere e patrio regno velit. Et cap. 8. *Regem spoliatum regno patrio atque avito.* Curtius 4, 1. *Contentus patrio cederet alieni regni finibus.* DUK. *Amynandrum* tamen omittunt insuper Lov. 3. 6. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. quin etiam ejus loco *se* praefert Lov. 1. Quid ergo, an legendum cum Gaertn. *in pristinum ac legitimum regnum?* Ideo *pristinum regnum*, quia Athamanum gens olim Amynandro paruerat.

§. 10. *Theium oppidum, literis a Zenone praefecto*] *Celum oppidum* Voss. *Golum oppidum* Gaertn. *Theium oppidum* Lov. 1. 2. 3. et Harl. *Telum oppidum* Lov. 4. et Mead. ambo [Bamb.] *Teclum oppidum* Lov. 6. *Thedum oppidum* Hearnii L. 1. Deinde *aretnŏa praefecto* Voss. *a rege non a praefecto* Lov. 1. *a Xenone praefecto* Lov. 3. 4. 6. et Mead. 2. [Bamb.]

Paucos dies obsidentibus restitit] Pal. prior, *paucis obsidentibus resistit*] GEBH. Similiter Lov. 6. neque aliter Lov. 3. nisi quod servet *restitit.*

§. 11. *Et omnis Athamania in potestate erat, praeter Athenaeum*] Haec ita concepta sunt in vet. ed. *et omnis Athamania enim ad tanta itinera sufficerant cum duobus millibus Athenaeum quod unum in potestate erat praeter Atheneum* retracta ex tertia hinc linea. GEBH. Similiter Lov. 5. in quo verba perperam hic inserta mox cap. seq. omittebantur. Ceterum *praeter Achenaeum* Voss. *praeter Athneum* Gaertn. *praeter Athaneum* Lov. 2. et Hearnii L. 1. *praeter Athenum* Lov. 1. Paullo ante *traditum est*, omissa media voce, Harl.

§. 2. *Neque enim ad tanta itinera subfeciſſent*] Pal. pr. habet *suffecerant.* alter *sufficerent.* GEBH. Notavi ex Thuan. *sufficerent.* et quoniam ex Mog. et Vossiano idem a patre notatum inveni, eam duco germanam Livii scripturam, idemque statues, opinor, si adhibere placuerit observata ad 34, 11, 2. JAC. GRON. *suffecerant* Lov. 3. et edd. principes. *sufficerent* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. [*sufficerent.* paulo ante *Gonfos.* Bamb.] Saepe tum Livius, tum alii scriptores adhibuerunt tempus inperfectum pro plusquamperfecto. Supra 2, 22, 1. *Volsci comparaverant auxilia, quae mitterent Latinis, ni maturatum ab dictatore Latino esset.* pro *misissent.* 39, 42, 7. *Retinere L. Quinctium in senatu ne frater quidem T. Quinctius, si tum censor esset, potuisset.* pro *censor fuisset.* Phaedr. 5, 5, 9.

Digitized by Google

3 a praesidio suo retentum fuerat, pervenit. inde, proximis tentatis, quum facile animadvertisset, cetera hostilia esse, Gomphos regressus, omnibus
4 copiis simul in Athamaniam rediit. Zenonem inde, cum mille peditibus praemissum, Ethopiam occu-
5 pare jubet, opportune Argitheae inminentem: quem ubi teneri a suis locum vidit, ipse circa templum Jovis Acraei posuit castra. ibi unum diem foeda tem-

Habere dixit se genus spectaculi, Quod in theatrum numquam prolatum foret.

ubi plura notat Cel. Burm. Florus 3, 3. *Si statim infesto agmine urbem petissent, grande discrimen esset.* ubi vide Cel. Duker. et Perizon. ad Sanctii Minerv. 1, 13. pag. 98. Hoc sensu J. Fr. Gronov. ad 29, 1, 18. *adjuvarentur* apud Cic. pro Arch. 7. exponit adjuti fuissent. Eodem modo et inperfectum indicativi usurpatur. 4, 52, 5. *Jam fames, quam pestilentia, tristior erat, ni annonae foret subventum.* 6, 21, 6. *Magna hominum pars eo inclinabat, ni privato periculo publicum inplicitum esset.* 7, 7, 9. *Neque sustineri poterant, ni extraordinariae cohortes se objecissent.* 28, 33, 5. *Anceps pedestre certamen erat, ni pedites superveniissent.* 45, 19, 7. *Eorum hominum Attalus erat, ni unius amici prudens monitio velut frenos animo ejus inposuisset.* V. Cortium ad Sall. Jug. 27, 2. Contra, etiam plusquamperfectum pro inperfecto poni, vidimus ad 34, 11, 2. Utrum tamen hic *sufficerent* legendum sit, illud ambiguum reddit, quod Moguntini tuentur, integerrimum cod. suum, quem pro altera lectione laudat Cl. Jac. Gronovius, *suffeciissent* praeferre. Nisi quis contenderet, id esse glossema alterius lectionis, quae in reliquis Mstis superest.

§. 3. *Gomphos regressus*, etc. *in Athamaniam rediit*] *reversus* Lov. 6. quod est ab interpretis expositione. Similiter variatur 35, 43, 3. Tum *redit* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 2. [*redit* Bamb.] V. ad 6, 35, 2.

§. 4. *Zenonem inde, cum mille peditibus praemissum, Ethopiam occupare jubet*] MS. *Inde Zenonem.* MOD. Pall. *Eopiam occupare jubet.* GEBH. Multae ex primis edd. praeferunt *Zenonem idem:* de quo errore in scriptis frequentissimo vide ad 1, 19, 7. Licet vero Moguntini se in cod. suo *Inde Zenonem* inveniisse monuerint, Aldus tamen *Zenonem inde* vulgavit; quod praeferunt edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. cum scriptis nostris, nisi quod in Voss. sit *Xenorem inde*, in plerisque reliquis *Xenonem.* [Bamb.] Dein *Ethyopiam* Hearnii L. 1. *Ethiopam* Voss. Lov. 1. 6. et Crevierii Victor. [*Aethiopiam* Bamb.] *Eupam* Lov. 2. *Eopam* Lov. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. *Copam* Gaertn. V. ad §. 12. Mox *teneri ab suis* Lov. 1. 2. 4. et Voss. [et Bamb. qui paulo ante *Argrtiae.*]

§. 5. *Ipse circa templum Jovi*

Digitized by Google

tempestate retentus, postero die ducere ad Argi-
theam intendit. Euntibus extemplo adparuere A- 6
thamanes, in tumulos inminentes viae discurrentes.
ad quorum conspectum constitere prima signa,
totoque agmine pavor et trepidatio erat: et pro se 7
quisque, quidnam futurum esset, cogitare, si in
valles subjectas rupibus agmen foret demissum.
Haec tumultuatio regem, cupientem, si se seque- 8
rentur, raptim evadere angustias, revocare primos,

sacrum posuit castra] MS. *ipse circa templum Jovis Acraei posuit castra.* Egregie. Fuit enim et Jupiter Acraeus et Acraea Juno quibusdam populis in praecipua olim veneratione, ut patet ex Strab. lib. 8, [380.] Praeter quem vide etiam de Fortuna cognomento Acraea Pausan. in Corinth. sive lib. 2, [7.] MOD. Pal. pr. *ipse circa templum Jovis sacra posuit castra.* GEBH. Voss. *Jovis sacra.* Mog. *Jovis Acrei.* Forte *Acraei.* ut *Acraea Fortuna* apud Pausan. lib. 2, [7.] de Sicyone: Ἐν δὲ τῇ νῦν ἀκροπόλει Τύχης ἱερόν ἐστιν Ἀκραίας. *Juno Acraea* eodem libro [cap. 24.] de Argis: Ἀνιόντων δ' ὡς τὴν ἀκρόπολιν ἔστι μὲν τῆς Ἀκραίας Ἥρας τὸ ἱερόν. Idem et *Arei Jovis* meminit in Elide lib. 5, [12.] Καὶ ὡς Οἰνόμαος ἐπὶ τοῦ βώμου τούτου θύοι τῷ Ἄρειῳ Διΐ. Sed et Ἄρκαιος, ὄνομα κύριον apud Suidam. J. FR. GRON. *Jovi sacrum* edd. vett. concinens Lov. 5. *Jovis sacrum* Lov. 1. a m. 2. et Lov. 6. *circa templum Jovis sacra posuit castra* reliqui mei, [*Jovi sacra imposuit.* mox *aparuere.* Bamb.] et Hearnii Oxonn. *Jovis Acrei* cod. Mog. quod quum, monente Modio, Gruterus in ed. postrema recepturus, operarum, ut videtur, errore transpositis literis, *Jovis Arcaei* dedisset, inde Gronovio lectionem Mog. restituendi occasio nata est. De Jove Ἀκραίῳ, in nummis et apud scriptores memorato, qui ita dictus est, vel quod ταῖς ἄκραις urbium praeest, vel quod ἐπὶ τῶν ἄκρων τῶν ὀρῶν colebatur, vide Tristan. tom. 1. Comm. pag. 291. Cuper. in Apoth. Hom. pag. 16. et Spanhem. ad Callim. H. in Jov. vers. 82. Mox *ubi unum diem* Voss. Lov. 1. et Gaertn. frequenti librariorum aberratione. V. ad 27, 5, 2.

§. 6. *Totoque agmine pavor et trepidatio erat*] MS. *concitatoque agmine pavor et trepidatio erat.* MODIUS. Mog. cod. lectio *concitatoque* quemadmodum defendi possit, non video. Praefero itaque vulgatum *totoque*, quod in omnibus scriptis nostris supereft. Deinde *timor et trepidatio* Lov. 5. et edd. priscae; pro quo *pavor et trepidatio* recte Aldus ex eodem Mog. adscivit. Non aliter etiam reliqui mei. Supra 3, 26, 5. *Tantus pavor, tanta trepidatio fuit.* Hoc lib. cap. 5, 3. *Oppidanos primo pavor ac trepidatio cepit.* Paullo ante *constituere prima signa* Lov. 1. sollemni scribarum lapsu. V. ad 27, 16, 11. [*signatoque* Bamb.]

§. 8. *Si se sequerentur*] *Τὸ se* abest a Pal. pr. GEBH. Abest

Digitized by Google

et eadem, qua venerat, via referre coëgit signa. Athamanes primo ex intervallo quieti sequebantur: 9 postquam Aetoli se conjunxerunt, hos, ut ab tergo agmini instarent, reliquerunt; ipsi a lateribus se 10 circumfuderunt. quidam, per notos calles breviore via praegressi, transitus insedere: tantumque tumultus Macedonibus est injectum, ut fugae magis effusae, quam itineris ordinati modo, multis armis 11 virisque relictis, flumen trajecerint. hic finis sequendi fuit. Inde tuto Macedones Gomphos, et a Gom- 12 phis in Macedoniam redierunt. Athamanes Aetoli-

etiam a Lov. 3. et Gaertn. sed pronomen illud intercepit prima syllaba vocis sequentis. V. ad 29, 21, 7. Antea §. praec. *dimissum* perperam Lov. 1. 3. 5. et Gaertn. cum edd. vetustis. V. ad 34, 50, 2. [§. 7. *subictas* pro *subjectas* Bamb.]

§. 9. *Postquam Aetoli se conjunxerunt*] *post Aetoli se conjunxerunt* Voss. *postquam Aetolis se conjunxere*, vel *conjunxerunt* Lov. 2. et 3. Sed ultima litera *τοῦ Aetolis* perperam ex initio vocis praeced. repetita est. V. ad 28, 25, 2. *postquam Aetoli conjunxerunt* Lov. 1. *postquam Aetoli se conjunxere* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *ab lateribus circumfuderunt* Lov. 1. et 4. *ab lateribus* etiam Voss. et Lov. 2. [et Bamb. Paullo ante *postquam Aetolis.*]

§. 10. *Transitus insedere: tantumque tumultus Macedonibus est injectus*] Pal. alter, et vet. ed. *Macedonibus est injectum.* Ineptum est enim vulgatum *injectus.* Mox in Pal. utroque est *trajicerent.* GEBH. Illud vulgatum non est, nisi errore operarum in ed. Modii. Similiter tamen Lov. 1. et 3. Contra *tantusque tumultus Macedonibus est injectum* legunt Voss. et Gaertn. Forte voluerunt *tantusque tumultus Macedonibus est injectus.* Sed male. V. ad 34, 27, 1. Praeterea *transitum insedere* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *transitus insidere* Voss. Lovel. 6. et Gaertn. Paullo ante *per notas calles* Lov. 2. 4. et Mead. 1. [te Bamb.] V. ad 22, 14, 8. *per notos colles* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. Parm. et aliae. V. ad 31, 42, 8. Denique *progressi* Gaertn. V. ad 9, 10, 7. Mox etiam *trajicerent* Lov. 2. 3. 4. Mead. 1. et Gaertn. [*ut* et *flumen* omissum. Bamb.]

§. 12. *Ethopiam, ad Zenonem ac mille Macedonas*] MS. *Athamanes Aetolique Alopam ad Zenonem* etc. quo nomine plures olim diversis in regionibus urbes fuisse, docebit te lib. 9. Strabo. Meminit ejus etiam Plinius Hist. Nat. lib. 4, [7.] Quorum neuter ignobilis hujus *Ethopiae* meminit, non magis quam Utopiae. MOD. *Eupam* Lov. 2. *Eopam* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. ambo, Harl. et Crevierii Victor. [Bamb.] *Cophàm* Harl. in margine. *Copiam* Gaertn. *Eohopam* Lov. 6. Simi-

Digitized by Google

que Ethopiam, ad Zenonem ac mille Macedonas obprimendos, undique concurrerunt. Macedones, parum loco freti, ab Ethopia in altiorem deruptioremque undique tumulum conceſſere. quo pluribus locis aditu invento, expulere eos Athamanes: dispersosque, et per invias atque ignotas rupes iter fugae non expedientes, partim ceperunt, partim interfecerunt: multi pavore in derupta praecipitati, perpauci cum Zenone ad regem evaserunt. poſtero die per inducias sepeliendi caesos poteſtas facta eſt. 13 14

les lectiones obferunt codd. supra §. 4. et infra §. 13. Tum *mille Macedones* Lov. 3. 6. et Gaertn. [*at* pro *ad* Bamb.]

§. 13. *In altiorem diruptioremque undique tumulum*] Pal. poſterior, et vet. ed. *deruptioremque*. Mox Pall. *quo pluribus ex locis aditu invento*. GEBH. *diruptioremque* primus Aldus edidit; et ita praeferunt Voſſ. Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. Editiones Aldina priores dederunt *deruptioremque*, quod Gronov. recte revocavit, concinentibus reliquis meis. Ita mox, *Pavore in derupta praecipitati*. V. ad 57, 39, 11. Mox *quo pluribus ex locis* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. An forte legendum *ex quo*, *pluribus locis aditu invento*, *expulere eos*? Praeterea *adito invento* errore scribarum Harl. V. ad 1, 15, 7. [omiſſum *parum* et mox *Ethopia* Bamb.]

§. 14. *Dispersosque, et per invias atque ignotas rupes*] Copula *que* deeſt in Voſſ. Gaertn. Harl. et Mead. 1. Tum *per invia atque ignotas rupes* Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [Bamb.] ut *invia* absolute loco subſtantivi ponatur; ut 21, 35, 4. *In jugum Alpinum perventum eſt per invia pleraque et errores*. 23, 17, 6. *Per vias inviaque in urbes Campaniae perfugerunt*. 38, 20, 4. *Omnibus ferme aliis inviis, itinera tria eſſe*. 39, 2, 3. *Per invia et rupes deruptas praecipitantes fugerunt*. At *inviae rupes* infra c. 23, 7. *Magna pars rupibus inviis in profundae altitudinis convalles delapsa eſt*. Mox *iade rupta* Mead. 1. *in derupta* Lov. 4. et Mead. 2. *in diruta* Harl. *in praerupta* Lov. 1. et 3. ut c. 20, 8. *Qua periculosa et praerupta obcurrant*. Sed nihil mutandum. V. ad §. praec. Hinc *cum Xenone ad regem evaserunt pauci* Lov. 6. Male. De voce *perpaucus*, quae Livio in frequenti usu fuit, v. ad 37, 11, 2. *evasere* Mead. 2. [*expedientis*. mox *Xenone*. Paulo ante *diruptioremque . . . . . quo pluribus ex locis*. Bamb.]

Poſtero die per inducias] MS. fere semper genere diverso *poſtera die per inducias*. MOD. Uterque cod. *poſtea per indutias* GEBHARD. Mirum, si hoc ita evenerit, aut evenire potuerit, ut

Digitized by Google

1 III. Amynander, recuperato regno, legatos et Romam ad senatum, et ad Scipiones in Asiam, Ephesi post magnum cum Antiocho proelium morantes, 2 misit. Pacem petebat, excusabatque sese, quod 3 per Aetolos recuperasset paternum regnum. Philippum incusabat. Aetoli ex Athamania in Amphilochos profecti sunt, et majoris partis voluntate in 4 jus ditionemque totam redegerunt gentem. Amphi-

eodem die per Gomphos in Macedoniam ad regem fugerint aliqui, ita ut sequente statim redierint in locum pugnae. Certe Thuanaea membrana exhibet, ut Andr. *postea per inducias*. JAC. GRON. *postea per inducias* Voss. Lov. sex, Gaertn. Hearnii L. 1. Crevierii Victor. [Bamb.] et edd. antiquae. *postera die per inducias* Aldus ex cod. Mog. recepit. *postero die* ed. Paris. anni 1573. V. ad 1, 12, 11. Eam lectionem si quis tueri velit, statuendum erit, posteriorem hanc cladem narrari quidem post regis Philippi in Macedoniam discessum, sed tamen tempore priorem fuisse, et Livium ordinem invertisse, ne narrationem rerum Philippi abrumpere opus haberet. Philippum itaque, quum in fugam conjectus flumen trajecisset, haud longe inde castra munivisse, ut suorum, quos in Athamania reliquerat, exitum videret: quibus itidem caesis, quum fuga elapsos collegisset, et ad interfectos sepeliendos inducias composuisset, tum demum Gomphos, et a Gomphis in Macedoniam rediisse: non verisimile enim videri, Philippum, nemine insequente, in regnum usque aufugisse, et inconsulta hac fuga suos, in Athamania relictos, hostibus prodidisse. Si quis tamen *postea* malit, non adversabor. Mox *potestas data est* Gaertn. *Τὸ est* deest in Lov. 1. 3. 6.

§. 1. *Legatos Romam ad senatum et ad Scipiones*] Pall. uterque *legatos et Romam ad senatum, et ad Scipiones*. GEBH. Thuanaea membrana *legatos et Romam ad senatum et ad Scipiones*. JAC. GRON. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Crevierii Victor. Et ita jam Aldus ediderat, et post eum alii, donec Parisini anno 1573. particulam *et* priori loco expunxerint, quam Crevier. iterum revocavit. Vide ad 2, 44, 3. Polybius tamen, hanc legationem describens, eam itidem omittit Legat. Exc. num. 26. Εἰς Ῥώμην ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς. καὶ πρὸς τοὺς Σκηπίωνας εἰς τὴν Ἀσίαν. [*recuperando*. mox *Asia*. Bamb.]

§. 2. *Pacem petebat, excusabatque sese*] Copulativa *que* deest in Lov. 2. 6. Harl. et Mead. 1. Quam si deleri placet, mutanda est distinctio hoc modo: *Pacem petebat; excusabat sese, quod per Aetolos recuperasset paternum regnum; Philippum incusabat*. Sed reliquis nihil mutantibus adquiescere malo. [*voluntatem*. mox *Amphilocia*. Bamb.]

§. 4. *Amphilochia recepta, (nam fuerat quondam Aetolorum) eadem spe*] Longobardicus codex: *nam fuerat quondam in Aetolorum imperio*. MOD. De Amphilochia v. 32, 34. de Aperantia 36, 33. et

Digitized by Google

lochia recepta, (nam fuerat quondam Aetolorum) eadem spe in Aperantiam transcenderunt. ea quoque magna ex parte sine certamine in deditionem venit. Dolopes numquam Aetolorum fuerant: Philippi erant. hi primum ad arma concurrerunt: ceterum poſtquam Amphilochos cum Aetolis eſſe, fugamque ex Athamania Philippi, et caedem praesidii ejus accepere, et ipsi a Philippo ad Aetolos deficiunt.

34. de Dolopibus ibid. et 33, 34. DUK. *totam redegerunt gentem, Amphilochia recepta; nam fuerant quondam Aetolorum. Inde eadem spe* Harl. *fuerant*, nempe *gens;* de qua conſtructione v. ad 5, 37, 8. Ita his verbis *nam fuerant quondam Aetolorum* ratio reddetur, cur majoris partis voluntate in jus ditionemque Aetolorum Amphilochi redacti fuerint. *Inde eadem spe* servat etiam Mead. 1. quae scriptura videtur quoque non obscure favere lectioni cod. Mog. *nam fuerat quondam in Aetolorum imperio.* Non audeo tamen vulgatum damnare. Frequenter enim Livius ita loqui solet, ut *alicujus eſſe* dicat, qui ei parent, sub ejus imperio sunt. Supra 33, 13, 8. *Eas populi Romani jure belli factas eſſe.* 37, 55, 5. *Ea civitatis Rhodiorum eſſent.* Infra hoc cap. *Dolopes numquam Aetolorum fuerant: Philippi erant.* cap. 9, 12. *Quum sui juris aliquando fuiſſent.* cap. 11, 9. *Qui homines Aetolorum juris aliquando fuerunt.* Et inferius eodem cap. *Oeniadae cum urbe agrisque Aetolorum sunto.* Similiter *alicujus eſſe* dicuntur, qui alicui favent, adhaerent. V. ad 3, 38, 11.

Eadem spe in Aperantiam transcenderunt) *in Aperantiam eadem spe transcenderunt* Mead. 2. *inde Aperantiam eadem spe transcenderunt* Lov. 2. *Aperantiam eadem spe transcenderunt* Harl. et Mead. 1. Nihil mutandum. Liv. 3, 8, 4. *Nunciantibus Hernicis in fines suos transcendiſſe hoſtes.* 4, 53, 2. *Jam enim in Latinum Hernicumque transcenderant agrum.* quibus locis v. 28, 42, 14. *Quum Hasdrubal in Italiam transcendit.* 30, 42, 6. *Dediſſe operam, ne impune in agros eorum transcenderent populatores.* Similiter Tacit. 4. Hiſt. 73. *Eadem semper cauſſa Germanis transcendendi in Gallias.* Juſtin. 23, 1. *Dein in Italiam transcendit.* Cui eadem locutio reddenda 37, 3. *Inde in Bithyniam transcendit.* Ita enim se in Mſtis reperiſſe Bongars. teſtatur, pro quo vulgo editur *inde Bithyniam.* Verum praepositio *in* elisa eſt a praecedenti *in*, sive *inde.* V. ad 37, 31, 4. [verba *in Aperantiam transcenderunt* omiſſa Bamb.]

Ea quoque magna ex parte sine certamine in deditionem venit] *ea quoque sine magno certamine* Lov. 2. et Harl. Sed librarios non audimus. Supra 31, 10, 3. *Direpta urbe, ac per iram magna ex parte incensa.* 37, 6, 3. *Jam enim magna ex parte nudata moenibus erat.* cap. 24, 5. *Ex magna parte aegris, et ob id celerius feſſis remigibus.* 38, 4, 7. *Poſtquam urbem jam magna ex parte operibus septam viderunt.* V. ad 2, 48, 1. Deinde *in ditionem venerunt* conjicit Cl. Oudend. ad Front. 3, 5, 1. Sed v. ad 33, 37, 4.

§. 5. *Philippi erant. hi primum*

Digitized by Google

6 Quibus circumjectis gentibus jam undique se a Macedonibus tutos credentibus esse, Aetolis fama adfertur, Antiochum in Asia victum ab Romanis. nec ita multo post legati ab Roma rediere sine spe pacis, Fulviumque consulem nunciantes jam cum ex-
7 ercitu trajecisse. His territi, prius ab Rhodo et Athenis legationibus excitis, ut per auctoritatem civitatium earum suae preces nuper repudiatae faciliorem aditum ad senatum haberent, principes gentis

ad arma concurrerunt] Duo priora vocabula desunt in Mead. 1. sed neglegentia librarii ob praecedentem vocem *fuerant*. V. ad 9, 11, 11. Tum *primo* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. [Bamb.] et Gaertn. Praeterea *occurrerunt* Lov. 6. V. ad 36, 24, 4. Mox *et praesidii ejus accepere* Lov. 6. *et necem praesidii ejus accepere* Gaertn. *et necem praesidii accepere* Voss.

§. 6. *Legati ab Roma rediere sine spe pacis, Fulviumque consulem nunciantes jam cum exercitu trajecisse*] MS. *legati ab Roma rediere sine responso*. MOD. Pall. uterque *cum exercitu jam trajecisse*. GEBH. Mog. cod. lectionem *sine responso* hic probare nequeo propter ea, quae de his legatis supra narrantur 37, 1. Ceterum *legati ab Roma recedere* Voss. *legati ab Roma redire* Lov. 4. [Bamb.] et Mead. 1. *legatos ab Roma redire* Harl. ut oratio pendeat a praecedenti *fama adfertur legatos redire*. Verum unius istius cod. fide nihil mutandum. Si enim id Livio placuisset, potius dixisset *legatos ab Roma rediisse*. Dein *cum exercitu jam trajecisse* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. [Bamb.] et Gaertn. *jam cum exercitu jam trajecisse* Mead. 1. Polybius haec ita narrat in Exc. Legat. num. 26. pag. 1148. Ὡς δὲ παραγενηθεὶς ἐκ Ῥώμης ὁ Δαμοτέλης, τότε πόλεμον ἀνήγγειλε διότι μένει κατάμονος, καὶ τὴν τοῦ Μάκρου καὶ τῶν δυνάμεων κατάβασιν ἐπ' αὐτούς.

§. 7. *Ut per auctoritatem civitatum earum*] Pal. prior *harum civitatum*. alter *illarum civitatum*. GEBH. Pronomen deest in Lov. 5. et edd. princ. *harum civitatum* legunt Lov. 3. et 6. *illarum civitatum* Lov. 2. Harl. et Mead. ambo. *illarum civitatium* Lov. 4. *civitatium* etiam ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. *earum civitatum* Lov. 1. [Bamb.] et Gaertn. *civitatum earum* primi Moguntini ex cod. suo ediderunt. Consentit vero Voss. [*His territis* Bamb.]

Principes gentis ad tentandum ultimam spem Romam miserunt] Prior l. [cap. 49, 8.] denunciatum Aetolis, ait Livius: *Si qua inde legatio ex Aetolis, nisi permissu imperatoris, qui eam provinciam obtineret, et cum legato Romano, venisset Romam, pro hostibus omnes futuros. Ita dimissi Aetoli*. Atqui hoc loco contrarium Livius scribere videtur. GLAR. *ad tentandam spem ultimam*, vel *ultimam spem*, Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*temptandam spem ultimam*. Bamb.] Ex optimo Mog. nihil notatur.

Digitized by Google

ad tentandum ultimam spem Romam miserunt: nihil, 8
ne bellum haberent, prius, quam pene in conspectu hostis erat, praemeditati. Jam M. Fulvius, A- 9
polloniam exercitu trajecto, cum Epirotarum principibus consultabat, unde bellum inciperet. Epirotis Ambraciam placebat adgredi, quae tum contribuerat se Aetolis. *sive ad tuendam eam venirent Aetoli, apertos circa campos ad dimicandum esse: sive detrectarent certamen, obpugnationem fore haud difficilem.* 10

V. ad 40, 49, 1. Licet autem prioribus Aetolorum legatis Romani denunciarint, quae ex Livio adfert Glareanus, nunc tamen novam eo mittunt legationem, sed praemissis Rhodiorum et Atheniensium legatis; quorum auctoritate aditum faciliorem ad senatum haberent, ut praeter Livium narrat Polyb. Exc. Leg. num. 26. pag. 1148.

§. 8. *Nihil, ne bellum haberent, priusquam pene in conspectu hostis erat, praemeditati*] Vitiosa sententia est haec sine dubio. Quid enim sibi vult? *priusquam pene in conspectu erat.* Ego, mentem scriptoris secutus, legendum censeo: *nihil ne bellum haberent prius (nam pene in conspectu hostis erat) praemeditati*, hoc sensu: Miserunt legatos ad tentandam pacem Romam, nihil praemeditati, ne bellum haberent prius, id est, priusquam pax tentaretur, quod ipsum imminebat. Nam hostis in conspectu pene erat, quod M. Fulvius in Epirum exercitum trajecerat. SIG. A Pal. priore abest τὸ *nihil*. GEBH. Sic [*priusquam pene in conspectu*] omnes libri scripti et cusi. Et quid hac lectione clarius? Arguit fatalem securitatem ac stultitiam Aetolorum, qui, quum scirent, nullo modo ad bellum gerendum cum Romanis se pares esse, tamen sederant otiosi, neque adhibuerant curam, ut pacem impetrarent, donec eo res adducta esset, ut jam propemodum in cervicibus consulem cum exercitu haberent. Verba perdere in re perspicua piget. Ubi mens igitur Sigonio, quum sententiam hanc sine dubio vitiosam esse diceret? Quaerit, quid sibi velit: *priusquam pene in conspectu hostis erat?* et mentem scriptoris se sequutum censere legendum: *prius (nam pene in conspectu hostis erat) praemeditati.* Ego vero, quam mentem auctoris sequatur, aut quid omnino sibi velit talia corrigendo vir doctus, diu quaesivi, nec invenio. J. FR. GRON. τὸ *nihil* deest etiam a Lov. 3. *ne nihil bellum haberent* Voss. et Lov. 6. *ne ullum bellum haberent* Lov. 1. Mox *in conspectu hostis esset* Lov. 2. Recte Gronov. vulgatum tuetur.

[§. 9. *principibus inciperet consult.* Bamb.]

§. 10. *Quae tum contribuerat se Aetolis*] Pal. prior, *tribuerat se Aetolis*. GEBH. *quae contribuerat*, media voce omissa, Voss. Mead. pr. ed. Gaertn. *quae tum tribuerat* Lov. 3. et 6. *quae cum tribuerat* Lov. 1. Male. *Contribuere* verbum est Livio frequens. 31, 30;

Digitized by Google

11 *nam et copiam in propinquo materiae ad aggeres excitandos et cetera opera esse; et Arethontem, navigabilem amnem, opportunum ad comportanda, quae usui sint, praeter ipsa moenia fluere; et aestatem aptam rei gerendae adesse.* his persuaserunt, ut per Epirum duceret.

1 IV. Consuli, ad Ambraciam advenienti, magni

6. *Ne in unam urbem quidem contributi majores sui.* 32, 5, 5. *Quae ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributae forent.* c. 19, 4. *Pollicentes, Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium.* 36, 35, 7. *Maluerunt Achaïco contribui concilio.* 42, 37, 9. *In Achaïcum contributi concilium.* Ita et Colum. 3, 3. *In Faventino agro et in Gallico, qui nunc Piceno contribuitur.* 9, 11. *Duas vel tres alveorum plebes in unum contribuere licebit.* Ubi *contraxere* legendum esse, perperam conjicit Nic. Heins. ad Virg. 4. Georg. 95. Mox *detractarent certamen* Voss. Lov. 1. 4. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 64, 15, 9. *detrectarent pugnam* Gaertn. Eadem varietas etiam supra in Mstis obcurrit 23, 26, 7.

§. 11. *Et Arethontem, navigabilem amnem*] Ptolemaeus lib. 3, [14.] ac Plin. lib. 4. cap. 1. hunc fluvium *Arachthum* vocare videntur: quanquam Ptolemaïca pictura non ad muros, sed ad occasum aliquot stadiis summotum ostendit. Livius etiam campum hic ponit. Sed si amnis urbem Ambraciam munit, ut hic aït Livius, oportet hunc campum aliquantum ad septentrionem intelligi: nam alioqui haec descriptio claudicabit. Epirotae enim ad occasum intelliguntur, consul in campo, interluente flumine. GLAREAN. Hunc amnem a Strabone, Plinio, et Ptolemaeo Arachthum vocari dicit, et ita quoque in Livio et Polyb. scribendum censet Fulv. Ursinus ad Polyb. Legat. 27. Palmerius 2. Graec. ant. 7. Dicaearchum et Livium 43, 21. addit, sed unum fluvium duo nomina habuisse putat: quae etiam Cellarii 2. Geogr. ant. 13. sententia est. Quod autem Palmerius Livium reprehendit, ut qui ad Polybii verba male addat suam conjecturam *navigabilem amnem*, in eo forsan ipse reprehensione non vacat. Nam ex eo, quod Polyb. scribit, Epirotas, qui Ambraciam obsidendam suadebant, dixisse, Arethontem fluvium συνεργήσειν πρὸς τὰς τοῦ στρατοπέδου χρείας, non difficulter intelligitur, eum navigabilem fuisse; quum vix aliis, quam navigabilibus fluviis subvehi possint, quae castris et obsidionibus urbium usui sunt. Et si *Arachthi*, quod alterum hujus fluvii nomen fuisse putat Palmerius, interdum in locis mediterraneis ea altitudo fuit, ut vado transiri non potuerit, teste Livio 43, 21. utique ad Ambraciam haud procul a mari navigabilis esse potuit. DUK. Codd. nihil mutant, nisi quod Voss. *Haresontem*, Lov. 3. et 6. *Areptontem* hoc loco, at cap. seq. Voss. *Arocho*, Lov. 3. *Arepton*, Lov. 5. *Arethon* exhibeant. Quum tamen *Arethontis* praeter Livium nullus meminerit, verisimile est, cum Ursino hic *Arachthum*, et cap. seq. *Arachthus* legendum esse; nisi potius statuamus cum viris doctis, amnem binominem fuisse, Livi-

Digitized by Google

operis obpugnatio visa est. Ambracia tumulo aspero subjecta est, Perranthem incolae vocant. urbs, 2
qua murus vergit in campos et flumen, occidentem; arx, quae inposita est tumulo, orientem spectat. amnis Aretho, ex Athamania fluens, cadit in sinum 3
maris, ab nomine propinquae urbis Ambracium ad-

umque altero nomine hic et cap. seq. altero lib. 43, 22. usum esse. Doujatius haud usquequaque certum putat, eumdem esse *Arethontem* et *Arachthum*. Verum confiteor quidem, id neminem totidem verbis praedicasse; addo tamen, id omnino efficiendum videri ex illis, quae Livius hic de Arethonte, et alii de Arachto praedicant. Certe Livius testatur, Arethontem *praeter ipsa moenia* Ambraciae *fluere*; quod idem de Arachtho refert Strab. 7, 325. Παραῤῥεῖ δ' αὐτὴν (nempe Ἄμβρακίαν) ὁ Ἀραχθος ποταμός, ἀνάπλουν ἔχων ἐκ θαλάττης εἰς ἀυτὴν ὀλίγων σαδίων, ἀρχόμενος ἐκ Στύμφης ὄρους καὶ τῆς Παρωρείας. Ut tamen diversos amnes fuisse probet, instat Doujatius, Arachthi fontes sub Pindo monte in Macedoniae occiduae confinio esse, Arethontem autem ex *Acarnania* fluere, ut Livius ipse narrat cap. seq. Verum huic difficultati ad eum locum respondebo. Mox *ad portanda* Lov. 6. V. ad 34, 34, 6.

Praeter ipsa moenia fluere; et aestatem aptam rei gerendae adesse] Pal. prior *rei agendae*. deterius. GEBH. Similiter Voss. Lov. 3. et Gaertn. Sed v. ad 22, 28, 1. *Τὸ adesse* deest in Lov. 2. cujus loco *esse* legunt Lovel. 3. et 6. Praeterea *praeter ipsa moenia fluentem* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *et praeter ipsa moenia fluentem* Lov. 3. *et praeter ipsa moenia fluere* Lov. 6. *praeter ipsa moenia. scire et aestatem* Voss. et Lov. 1.

§. 1. *Tumulo aspero subjecta, Perranthem incolae vocant*] Pal. prior *Petrantem*. Vet. ed. *Petranchem*. GEBH. *Perranchem* Voss. *Perrantem* Harl. et Mead. ambo. *Peranthem* Lov. 6. *parantem* Lov. 1. *Petrantem* Lov. 3. *Petranchem* Lov. 5. et ed. Camp. *per Munchem* Gaertn. Insuper *subjecta est* omnes scripti nostri, Hearnii Oxonn. et edd. usque ad ultimam Gruteri; quae verbum substantivum omisit. Nec aliter omnes recentiores. Id itaque loco restitui. Paullo ante *ad Ambraciam venienti* Lov. 5. et edd. vett. *advenienti* Frob. dedit anno 1535. neque aliter ceteri Msti, quibus utor. [*Consul ad Ambrachiam* Bamb.]

§. 2. *Arx, quae posita in tumulo est, orientem spectat*] MS. *arx, quae imposita est tumulo*. MOD. Pall. *posita tumulo est*. Modii codex non inscite *imposita est tumulo*. GEBH. *postea in tumulo est* Harl. *posita tumulo est* Lov. 1. 3. 4. et Mead. ambo [et Bamb.]; quod eo modo dictum esse posset, quo *urbs alieno solo posita* 4, 48. ubi vide. *tumulo posita est* Gaertn. *posita est tumulo* Voss. et Lov. 6. unde non nihil firmatur cod. Mog. lectio *imposita est tumulo*, quam recepi. Infra 44, 6, 11. *Quartum* praesidium *viae ipsi, qua et media et angustissima vallis est, inpositum*. c. 46, 6. *Velut insula eminet, aggeri operis ingentis inposita*. Potest etiam vulgatum a Liviana loquendi ratione non alienum videri. Ita 44, 8, 9. *Heraeleum in rupe amni imminente posi-*

Digitized by Google

4 pellatum, praeterquam quod hinc amnis munit, hinc tumuli; muro quoque firmo septa erat, patente in 5 circuitu paullo amplius tria millia paſſuum. Fulvius bina a campo caſtra, modico inter se diſtantia intervallo, unum caſtellum loco edito contra arcem 6 objecit. ea omnia vallo ac foſſa ita jungere parat, ne exitus inclusis ab urbe, neve aditus foris ad auxilia intromittenda eſſet. Ad famam obpugnationis Ambraciae Stratum jam edicto Nicandri praetoris 7 convenerant Aetoli. Inde primo copiis omnibus ad

sum. V. ad 4, 48, 3. Sed potius cod. integerrimum sequor. Hinc *orientem exspectat* Lov. 1. Sed v. ad 6, 23, 1. Paullo ante *urbis ejus murus* Lov. 1.

§. 3. *Amnis Aretho, ex Acarnania fluens*] Ita Gronov. edidit, pro *Arethon*, ut antea vulgabatur. Et quidem, se Mſtis hanc lectionem obſerentibus paruiſſe, monuit ad Senec. Agamemn. 514. Non aliter ex noſtris legunt Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [et Bamb. mox *Ambrachiam.*] ejusque lectionis veſtigia servat Voſſ. *Arocho* exhibens. V. ad 34, 61, 10. Ceterum Palmerius in Graecia antiq. 2, 7. pag. 306. et 319. Livium, quum dicit Arethontem *ex Acarnania* fluere, culpa liberari non poſſe exiſtimat, niſi pro *Acarnania* legatur *Athamania*. Sane ex situ locorum conſtat, fluvium, qui Ambraciam adluit, vix fontes in Acarnania habere poſſe, et hinc vulgatam lectionem servandam non eſſe. Praeterea Strabo teſtatur 7, 325. Arachthum, qui idem exiſtimatur atque Aretho, a Livio hic memoratus, ut ad cap. praec. dictum eſt, oriri ἐκ Στύμφης (vel Τύμφης) ὄρους καὶ τῆς Παρωρείας. Stymphe autem vel Tymphe vertex eſt montis Pindi, cui Athamanes erant vicini: unde ut populi vicini junguntur Ἀθαμᾶνες, καὶ Αἰθικες, καὶ Τυμφαῖοι, καὶ Ὀρέσαι, Παρωραῖοι τε καὶ Ἀθιντᾶνες ibid. pag. 326. Hinc Perrhaebi, a Lapithis obpreſſi, dicuntur receſſiſſe εἰς τὴν ὀρεινὴν περὶ Πίνδον, καὶ Ἀθαμᾶνας, καὶ Δόλοπας, apud Strab. 9, 440. Idem etiam memorat τὰ περὶ Ἀθαμανίαν ὄρη καὶ τὸν Πίνδον pag. 442. Hac emendatione admiſſa tollitur argumentum, quo Doujat. ad cap. praec. §. 11. evincere conabatur, nondum certum eſſe, fluvium, quem Livius Arethontem vocabat, alio nomine Arachthum adpellatum eſſe.

§. 4. *Paullo amplius tria millia paſſuum*] *paullo amplius M. passuum*, id eſt *mille paſſuum*, Voſſ. et Hearnii L. 1. Locutio quidem *mille paſſuum* Liviana eſt, ut conſtat ex dictis ad 5, 26, 5. Verum ita muri circuitus juſto anguſtior fuiſſet. Puto igitur olim *III passuum*, vel *III^m. paſſuum* scriptum exſtitiſſe, ut etiam nunc praeferunt Lov. 1. et 3. [IIII Bamb.] atque inde culpa librariorum *M. paſſuum* factum eſſe. V. ad 34, 13, 2. *paullo amplius trium millium paſſuum* legit Gaertn. quae lectio inde nata videtur, quod

Digitized by Google

prohibendam obsidionem venire in animo fuerat, deinde, postquam urbem jam magna ex parte operibus septam viderunt, Epirotarum trans flumen loco plano castra posita esse, dividere copias placuit. cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus, 8 per nondum commissa inter se munimenta urbem intravit. Nicandro cum cetera manu primo Epirotarum castra nocte adgredi consilium fuerat, haud facili ab Romanis auxilio, quia flumen intererat. deinde, 9 periculosum inceptum ratus, ne qua sentirent Ro- 10

librarius nesciverit, quo casu numerus per notas scriptus efferri debuerit: ob eamdem causam *paullo amplius tribus millibus passuum* exhibent Lov. 3. 4. et Harl. Vulgatum probum est, quod *inlustravi* ad 21, 29, 3. Paullo ante *munit* non adparet in Lov. 1. 3. et Voss. Verum quum per compendium *mūit* scriptum fuisset, id ob ductuum similitudinem haustum est a voce praec. *amnis*. [*quod* post *praeterquam* omiss. mox *circuitum*. Bamb.]

§. 5. *Unum castellum loco edito contra arcem objecit*] *inde castellum* Lov. 1. *unde castellum* Lov. 3. et Gaertn. Hinc *circa arcem* Mead. 1. Male. *contra arcem* est e regione arcis, ex adverso arcis. V. ad 37, 15, 7. Tum *objicit* Lov. 2. [*atque fossa*. Bamb.]

§. 6. *Ea omnia vallo ac fossa jungere parat, ne exitus inclusis*] In nostris archetypis est *fossa ita jungere*, non *fossa jungere*. GELEN. *fossa cingere* Voss. et Gaertn. Verum non intendebat Fulvius bina castra unumque castellum vallo et fossa cingere, sed jungere, atque ita inpedire, ne vel aditus in urbem obaeffam, vel exitus inde pateret. Hinc *nondum commissa inter se munimenta* vocat mox hoc cap. et per ea urbem intraffe Eupolemum cum mille expeditis narrat. *fossa jungere* reliqui codd. nostri, et Hearnii L. 1. Sed particula *ita*, quam Gelenius inmisit, auctoritate cod. Mog. firmatur. V. ad 9, 38, 14. Mox *venerant Aetoli* Harl. V. ad 30, 25, 3. et 34, 36, 1.

§. 7. *Deinde, postquam urbem jam magna ex parte*] *dein*, pro *deinde*, Lov. 4. [Bamb.] et Mead. ambo. V. ad 3, 3, 6. et mox §. 10. Tum *postquam jam urbem* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Quo ordine quum voces scriptae essent, vocula *jam* a literis ultimis vocis praecedentis absorpta est in Lov. 2. et Harl. quale exemplum habuimus 27, 45, 1. quemadmodum contra ex iisdem perperam repetita est 2, 12, 9. Pari modo *τὸ jam* excidit ob praecedens *quum* 6, 14, 9. Mox *τὸ esse* deest in Voss. et §. seq. voces *inter se* in Harl.

§. 9. *Nicandro cum cetera manu primo Epirotarum castra*] *cum ceteris primo* Lov. 2. 3. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et edd. antt. Quod nunc editur, Aldus ex cod. Mog. recepit; cui lectioni nonnihil favent reliqui Msti nostri *cum cetera primo* exhibentes [et Bamb. mox *dein*. Bamb.]

§. 10. *Et regressus inde in tutum*

Digitized by Google

mani, et regressus inde in tutum non esset, deterritus ab hoc consilio, ad depopulandam Acarnaniam iter convertit.

1 V. Consul, jam munimentis, quibus sepienda

non esset] Pall. et vet. ed. *in tuto*. GEBH. *in tutum* primus Aldus vulgavit, cui nullus ex nostris adsentitur, nisi forte Gaertn. unde nihil notatur. Reliqui cum prioribus editis legunt *in tuto*: [et Bamb.] quod et ipsum commodo sensu accipi potest. *regressus inde non esset in tuto*, id est, non esset tutus. Mox enim cap. 6. cod. Mog. exhibet *jam vix tuto regressu fugientes*. Similiter *in tuto esse* dicuntur, quae sunt tuta, quibus nihil periculi inminet. 3,45. *Pudicitia saltem in tuto sit*. Ita *in facili, in difficili esse* dicuntur, quae sunt facilia, difficilia. V. ad 3, 8, 9. Paullo ante *dein periculosum inceptum* Lov. 4. et Mead. 2. Vide ad §. 7. *deinde periculosum coeptum* Lov. 2. et Harl. Sed primam syllabam *τοῦ inceptum* hausit litera finalis vocis proximae. V. ad 5, 27, 6. [*praegressus* Bamb.]

Ad depopulandam Acarnaniam] Casus Moguntiae *ad depopulandum Acarnaniam*. MOD. Pal. prior, et vet. ed. *ad depopulandum Acarnaniam*. GEBH. Similiter Lov. 5. omnesque editi usque ad Aldum, qui ex Mog. membranis recte dedit *ad depopulandam*. Consentiunt autem reliqui scripti, quibus utor. V. ad 40, 49, 1.

§. 1. *Jam munimentis*, etc. *jam operibus*, etc. *perfectis*] *jamque operibus* Lov. 4. et Mead. 2. Male. Supra 7, 40. *Jam duces, jam milites utrimque congressus quaerere ad conloquia*. V. ad 2, 46, 3.

Quinque simul locis moenia est adgressus. tria paribus] Non absque causa mutatum est dicendi genus. Cum praemisisset ablativum *quinque locis*, subjungit accusativum *tria*, sed eodem intellecto participio *aggressus*: perinde atque dicat, tria quidem aggressus loca a campo, unum e regione Aesculapii, unum adversus arcem: ita enim sunt quinque. GLAR. Quemadmodum locus hic vulgo in recentioribus edd. legitur, nemo facile sensum percipere potest ex illis, quae Glareanus hic notavit. Omnes enim videmus, ad *τὸ tria* intelligi non posse *loca adgressus*, ut Glareanus existimavit, sed jungendum esse *tria admovit*, scil. opera. Sciendum igitur, Aldum eumque secutos paucos pro *admovit*, ut legunt Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, cod. Mog. cum edd. antt. et Froben. anno 1535. revocavit, edidisse *admotis vineis*, quod in uno Gaertn. etiam inveni. Jam vero, ea lectione recepta, quum verbum, quo haec referenda erant, deesset, ad vocem *tria* intelligendum scripsit *loca adgressus*. Mox *faciliora aditu* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. *faciliora adito* Lov. 4.

§. 2. *Adversus Pyrrheum, quod vocant*] Parendum hic Fulvio Ursino, et legendum *adversus Thureum*. Pall. uterque continet *Pireum*, vel *Pyreum*. GEBH. *Pyrrheum* fanum templumve Pyrrhi, *Aesculapium* Aesculapii esse puto, a Graecis *Πυῤῥεῖον*, et *Ἀσκληπιεῖον*; ut *Didymeum* apud Sueton. Calig. cap. 21. et *Mausoleum*, Aug. 100. a *Διδυμεῖον* et *Μαυσωλεῖον*. Sic apud Romanos a Minerva dictum est *Minervium*

Digitized by Google

urbs erat, jam operibus, quae admovere muris parabat, perfectis, quinque simul locis moenia est adgressus. tria paribus intervallis faciliore aditu a 2 campo adversus Pyrrheum, quod vocant, admovit;

in Varr. 4. de Ling. Lat. 14. et P. Victor. in Reg. 9. urbis; a Diana *Dianium* in Liv. 1, 48. quae sacella vel aediculas Minervae ac Dianae interpretantur viri docti. Palmer. 2. Graec. antiq. 7. *Pyrrheum* hic accipit monumentum Pyrrhi regis, Epirotae scilicet, quod in direptione Ambraciae violatum fuisse docere dicit Ovid. in Ibi vers. 305.

Nec tua, quam Pyrrhi, felicius ossa quiescant,
Sparsa per Ambracias quae jacuere vias.

Sed, Ambraciam a Romanis direptam fuisse, nec Livius, nec Polybius tradunt; immo contra nihil ibi tactum violatumve, nisi quod signa aenea, marmoreaque, et tabulae pictae sublatae avectaeque sunt, auctor est Livius infra cap. 9. Nam quod quis dicat, monumentum Pyrrhi fortassis extra moenia urbis fuisse, ut saepe alia, ideoque ita violari potuisse, ut ossa illius sepulcro eruta per vias spargerentur, id nihil nisi hariolari est, quum de ea re nihil ex Livio colligi possit. Deinde ne satis quidem certum est, ossa Pyrrhi Epirotae Ambraciae sepulta fuisse. Valer. Max. quidem 5, 1, 4. ext. et Justin. 25, 5. scribunt, Antigonum filio illius Heleno ossa patris *in patriam portanda* dedisse: sed Pausan. 1, 13, et 2, 21. Argis Cereri ex oraculo fanum, quo loco Pyrrhus ceciderat, factum, in eoque ossa illius condita fuisse refert. Huic si fides habenda est, ut certe est scriptori, cujus industria potissimum in talibus observandis et memoriae prodendis versata est, Valerius Max. et Justinus non aliter cum illius narratione conciliari possunt, quam ut conjiciamus, fieri potuisse, ut eodem oraculo, quod Argivis redditum dicit Pausanias, filius Pyrrhi ossa patris Argos remittere juberetur. Utrum autem *Pyrrheum*, quod hic memorat Livius, fanum templumve fuerit Pyrrhi Epirotae, cujus regia Ambraciae fuerat, an Pyrrhi Achillis filii, cujus ossa ibi sepulta fuisse, non obscure indicat Hyginus fab. 122. non definio: nam utrique ibi sacellum fanumve aliquod consecrari potuit. DUK. *adversus Phineum* Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. *adversus Pireum* Lov. 3. *adversus Pyreum* Mead. 2. et Gaertn. *adversus Pyrheum* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *adversus Thurreum* legendum censet Ursin. infra ad cap. 9, 5. Simili ergo modo etiam mox hoc cap. et cap. seq. ubi *Pyrrheum* iterum memoratur, emendandum foret. Verum, quum Thurreum sive Thyreum fuerit urbs Acarnaniae, discere cupio, qua ratione Fulvius, Ambraciam obsidens, opera adversus Thyreum Acarnaniae urbem admovisse dicatur. Omnino servandum *Pyrrheum*. Insigne fragmentum, ut creditur, Polybii pag. 1545. ed. Gronov. *Τρία μὲν ἔργα κατὰ τὸ Πυῤῥαιον* (an legendum *Πυῤῥειον*) *προσῆγεν διὰ τῶν ἐπιπέδων τόπων, διεσῶτα μὲν ἀπ' ἀλλήλων, παράλληλα δὲ. τέταρτον δὲ κατὰ τὸ Ἀσκληπεῖον, πέμπτον δὲ κατὰ τὴν ἀκροπόλιν.* Per *Pyrrheum* autem intelligen-

Digitized by Google

unum e regione Aesculapii; unum adversus arcem.
3 Arietibus muros quatiebat, asseribus falcatis detergebat pinnas. Oppidanos primo et ad speciem et ad ictus moenium, cum terribili sonitu editos, pa-
4 vor ac trepidatio cepit. deinde, ut praeter spem stare muros viderunt, conlectis rursus animis, in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum stipitesve robustos incutiebant; falces, ancoris ferreis

dum est vel praecipuum aliquod aedificium, ut templum aut sacellum, vel pars urbis Ambraciae, ex nomine Pyrrhi regis Epiri adpellata, qui in ea regiam habuit. Livius infra cap. 9. *Signa aenea, marmoreaque, et tabulae pictae, quibus ornatior Ambracia (quia regia ibi Pyrrhi fuerat) quam ceterae regionis ejus urbes erant.* Strab. 7, 325. Μάλιστα δ' ἐκόσμησεν αὐτὴν (Ἀμβρακίαν) Πύρρος, βασιλέιῳ χρησάμενος τῷ τόπῳ. Loca Polybii et Melae laudavit Cellar. 2. Geogr. Antt. 13, 700.

Unum e regione Aesculapii; unum adversus arcem. Arietibus muros quatiebat] Quatuor priora vocabula propter vocis *unum* repetitionem desunt in scriptis nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antt. V. ad 9, 11, 11. Ea beneficio cod. Livio vindicavit Aldus; sine quibus Livius quatuor, non quinque, loca memorasset, quibus Fulvius moenia Ambraciae adgressus est. Plane autem firmat fragmentum Polyb. ad verba praecedentia laudatum. Reliqua verba ita perperam exhibent Lov. 5. et edd. priscae, *unus adversus arcem aries muros quatiebat.* Aldus iterum, quod nunc vulgo editur, ope cod. Mog. emendavit; cui concinunt alii omnes, quibus utor, codd.

§. 3. *Et ad speciem et ad ictus moenium, cum terribili sonitu editos, pavor* etc. *cepit*] Primam vocalem nescit Harl. V. ad 2, 44, 3. et mox §. 5. praepositionem *cum* Voss. et Gaertn. Tum *additus pavor* legunt Lov. 5. et ed. Camp. *editus pavor* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Gaertn. et edd. vett. quae omnia stupori et neglegentiae scribarum debentur. [*cum terribilis son. editus.* Bamb.]

§. 4. *In arietes tollenonibus libramenta plumbi*] Quo pacto per tollenones libramenta plumbi jecerint in arietes aut alia item, quae enumerat, vix intelligo: etiamsi, quid tollenonem dicat, non est obscurum ex Vegetii lib. 4. Budaeus attigit paululum lib. 3. de Asse circa initium [pag. 289.] GLAR. Quo pacto tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum, aut stipitum jecerint in arietes, vix se intelligere ait Glareanus. Non dubito vero, quin planissime intellecturus sit, si, quemadmodum adversus arietes prosint culcitrae, laquei, lupi, et columnae graviores, a Vitruvio didicisset. Et Liv. 42, [43.] *Arietem admotum libramento plumbi gravatum ad terram urgebant.* SIG. *collenonibus, tollononibus, tollenenibus, tollenonibus* variis modis corrupti plerique Msti et edd. vett. at *e moe-*

Digitized by Google

injectis in interiorem partem muri trahentes afferem, praefringebant: ad hoc eruptionibus, et nocturnis 5
in cuſtodias operum, et diurnis in ſtationes, ultro terrorem inferebant. In hoc ſtatu res ad Ambraci- 6
am quum eſſent, jam Aetoli a populatione Acarnaniae Stratum redierant. inde Nicander praetor, spem nactus solvendae incepto forti obsidionis, Nicodamum quemdam cum Aetolis quingentis Ambraciam

nibus ejus vocis loco praeferunt Lov. 2. et 6. De tollenonibus v. ad 24, 34, 10. Tum *ſtipes robuſtos* Voss. et Lov. 1. *ſtipites robuſtos* Mſti reliqui. Fragm. Polyb. laudatum. *Τοῖς μὲν κριοῖς διὰ κεραιῶν ἐνιέντες σηκώματα μολύβδινα καὶ λίθους, καὶ σύπη δρύϊνα.* [*libramento.* mox *ſtipites* omisso *ve.* Bamb.]

In interiorem partem muri trahentes asserem, perfringebant] In noſtris archetypis *asserem praefringebant*, non *perfringebant*. GELEN. Bene monuit Gelenius, hic legendum *praefringebant*; nam ita exhibet Pal. poſt. alluditque prior *praefrigebant*. Dixit quoque Propert. *praefractas fores*. GEBH. Praepositio *in* exsulat a Voss. Lov. 1. et Gaertn. quam intercepit prima syllaba vocis sequentis. V. ad 8, 33, 6. Tum *praefigebant* Lov. 3. *praefringebant* Voss. et Lov. 4. ac 6. quod ex emendatione Gelenii recte Froben. anno 1535. recepit, et plures sequentes servarunt; male vero Paris. anni 1573. omnesque recentiores in *perfringebant* mutarunt. Alteram igitur lectionem revocavi. V. ad 27, 33, 2. Polyb. iterum in Fragm. laudato: *Τοῖς δὲ δρεπάνοις διθήρας περιτιθέντες ἀγκύρας, καὶ κατασχόντες* [*ἀνασπῶντες* conjicit Casaub.] *ταῦτα ἕως τοῦ τείχους, ὥσε ἐπὶ τὴν ἔπαλξιν συντριβέντος τοῦ δόρατος, ἐγκρατεῖς γίνεσθαι τῶν δρεπάνων.*

§. 5. *Ad hoc eruptionibus, et nocturnis in cuſtodias operum, et diurnis*] *ad haec* Lov. 2. et 3. V. ad 21, 52, 10. Dein prius *et* nesciunt scripti noſtri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. V. ad §. 3. Primus Frob. anno 1535. addidit. Iterum Fragm. Polybii: *Τὸ δὲ πλεῖον ἐπεξιόντες ἐμψύχως ἐμάχοντο, ποτὲ μὲν ἐπιτιθέμενοι νύκτωρ τοῖς ἐπικοιτοῦσιν ἐπὶ τῶν ἔργων, ποτὲ δὲ τοῖς ἐφημερεύουσι μεθ' ἡμέραν προφανῶς, καὶ τριβὴν ἐνεποίουν τῇ πολιορκίᾳ.*

§. 6. *Inde Nicander praetor, spem nactus solvendae* etc. *obsidionis, Nicodamum quemdam*] *unde Nicander* Lov. 3. V. ad 39, 33, 5. Vox *praetor* deficit in omnibus scriptis noſtris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. antiquis, quam Aldus ex Mog. cod. adscivit. Tum *Nicodemum* edd. Mediol. anni 1480. Tarv. utraque, et plures usque ad Frob. qui anno 1535. *Nicodamum* reſtituit; quomodo non tantum eſt in excusis principibus, sed et omnibus scriptis, nisi quod librarii lapsu *Nicoandum* sit in Voss. V. ad 31, 32, 1. Paullo ante *res ad Ambraciam quum esset*, pro *essent*, Lovel. 3. Ita infra c. 8. *Quum in*

Digitized by Google

7 intromittit. noctem certam tempusque etiam noctis constituit, quo et illi ab urbe opera hostium, quae adversus Pyrrheum erant, adgrederentur, et ipse ad castra Romana terrorem faceret; posse ratus, ancipiti tumultu et nocte augente pavorem, memora-
8 bilem rem geri. Et Nicodamus intempesta nocte, quum alias custodias fefellisset, per alias inpetu constanti erupisset, superato brachio in urbem penetrat; animique aliquantum ad omnia audenda et spei obsessis adjecit; et, simul constituta nox venit,
9 ex composito repente opera est adgressus. Id inceptum conatu, quam effectu, gravius fuit, quia nul-
10 la ab exteriore parte vis admota est; seu metu deterrito praetore Aetolorum, seu quia potius visum est, Amphilochis opem ferre nuper receptis; quos Per-

hoc statu res ad Ambraciam esset. Verum utrumque ferri potest. V. ad 2, 47, 5. Adde etiam loca laudata ad 25, 8, 2. [*populatione* omisso *a* mox *redierunt* Bamb. *solvendae* omittit idem.]

§. 7. *Quo et illi ab urbe*] *quae illi ad urbem* Lov. 1. *quo et illi ad urbem* Voss. Mox *et nocte augente pavorem* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Gruterum; cujus ultima voculam *et* omisit, quam restitui. [*hostium* omittit Bamb.]

§. 8. *Per alias inpetu constanti erupisset*] Codd. nihil mutant, nisi quod *et per alias* praeferant Lov. 1. et 3. [et Bamb.] Nihilominus *perrupisset* legendum conjicit Crevierius. Mox *aliquantulum* Lov. 1. et Gaertn. [Bamb.] V. ad 7, 36, 5. Tum *simul ut constituta* Lov. 2. V. ad 6, 1, 6. Insuper *repente* exsulat ab Harl. [*pavorem* . . . . . *alias impetu* haec verba in rasura sunt apud Bamb. *et superato* idem.]

§. 10. *Amphilochis opem ferre nuper receptis*] *nuper receptis opem ferre* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. [Bamb. post *visum* vocem *est* omittit idem] Mox *p'ses Philippi filius*, id est *praesens*, Lov. 1. *Perses Philippi filius* Lov. 2. V. ad cap. 7, 1. Tum *Amphilochosque rapiendos* Lov. 2. [*recipiendos* omittit Bamb.] Insuper §. praec. *Id coeptum* Lov. 2. et Harl. [*incoeptum* Bamb. qui ita passim.]

§. 2. *Alii stuppam picemque et malleolos ferentes*] *stupam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn. Cui orthographiae favet etymologia eorum, qui vocem deducunt a *stipando*. V. Servium ad Virg. 5.

Digitized by Google

Perseus Philippi filius, missus ad Dolopiam Amphilochosque recipiendos, summa vi obpugnabat.

VI. Tribus locis, sicut ante dictum est, ad Pyrrheum opera Romana erant: quae omnia simul, sed nec adparatu, nec vi simili, Aetoli adgressi sunt. alii cum ardentibus facibus, alii stuppam picemque et malleolos ferentes, tota conlucente flammis acie, advenere. multos primo inpetu custodes obpresserunt. deinde, postquam clamor tumultusque in castra est perlatus, datumque a consule signum, arma capiunt, et omnibus portis ad opem ferendam effunduntur. Uno in loco ferro ignique gesta res est. a duobus irrito incepto, quum tentassent magis, quam inissent, certamen, Aetoli abscesserunt. Atrox pugna in unum inclinaverat locum. ibi diversis partibus duo duces Eupolemus et Nicodamus pu-

Aen. 682. et Isidor. 19. Orig. 27. At se vocem hanc duplici *p* scriptam inveniſſe, teſtatur Pierius ad Virg. 1. Georg. 309. Praeterea *malcolos* Lov. 1. 2. 3. 6. et Voſſ. Sed male. Certe Publiciorum vel Pobliciorum cognomen *Malleolus* duplici *l* in Faſt. Capit. ad ann. 10XXI. scribitur. De *malleolis* vide Philandr. ad Vitruv. 10, 22. Parrhas. ad Cic. pro Milone in Lamp. Critic. tom. 1. pag. 832. Casaub. ad Aeneam Tact. pag. 1801. et Lips. 5. Poliorc. 5.

Multos primo inpetu cuſtodes obpresserunt] Pal. pr. *multosque primo impetu*. GEBH. Similiter Lov. 3. Mox §. seq. *dein poſtquam* Lov. 4. et Mead. 2. [Bamb.] V. ad 3, 3, 6. Hinc *datoque a conſule ſigno* Harl.

§. 4. *Uno in loco ferro ignique geſta res eſt*] Sine verbo subſtantivo *eſt* Pall. *uno in loco ferro ignique geſta res*. ubi tamen ineptiſſime in vulgatis edd. comparet *ferro inique geſta res eſt*. Dixit enim paullo superius: *Alii cum ardentibus facibus*. et mox *tota collucente flammis acie*. GEBHARD. *uno loco* Lov. 5. et edd. vett. Praepositionem primus Ascens. anno 1513. addidit, quam reliqui codd. servant. Tum verbum *eſt* exulat a Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. utroque. [*uno in loco* omittit Bamb.]

Quum tentassent magis, quam inissent, certamen] *incepissent magis* Voſſ. *intentassent magis* Lov. 5. 6. et edd. antt. quod inluſtrat Hadrian. Cardin. de Serm. Lat. pag. 210. adductis etiam locis Livii 6, 27, 7. *Praeneſtinis jam intentari arma*. 6, 39, 7. *Dictato-*

Digitized by Google

gnantes hortabantur, et prope certa fovebant spe, jam Nicandrum ex composito adfore, et terga ho-
6 stium invasurum. Haec res aliquamdiu animos pugnantium sustinuit. ceterum, postquam nullum ex composito signum a suis accipiebant, et crescere numerum hostium cernebant, destituti segnius insta-
7 re: postremo, re omissa, jam vix tuto receptu, fugientes in urbem compelluntur, parte operum incensa, et pluribus aliquanto, quam ipsi ceciderant, interfectis. quod si ex composito acta res fuisset, haud dubium erat, expugnari una utique parte ope-
8 ra cum magna caede hostium potuisse. Ambracienses, quique intus erant Aetoli, non ab ejus solum noctis incepto recessere, sed in reliquum quoque

cium fulmen in se intentatum. 8, 33, 18. *Virgas et secures victoribus intentari.* Adde 9, 6, 2. *Gladii etiam plerisque intentati.* 42, 12, 6. *Nisi discussa res per paucos Romanum imperium intentantes esset.* Frob. anno 1535. *tentassent* substituit; quod est in ceteris codd. Insuper *initissent* Lovel. 2. 6. et Gaertn. V. ad 23, 2, 4. [*ab duobus.* mox omissum *pugna* Bamb.]

§. 6. *Jam vix tuto receptu*] MS. *jam vix tuto regressu.* MOD. V. ad c. 4, 10. Paullo ante §. praec. *ubi diversis partibus* Voss. V. ad 27, 5, 2. [*destitutis.* Bamb.]

§. 7. *Si ex composito acta res fuisset, haud dubium erat, expugnari*] *si ex proposito* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. turpissimo errore in locutione toties apud Livium obvia, de qua v. ad 1, 9, 10. Paullo ante hoc cap. *Nicandrum ex composito adfore.* Et iterum: *Postquam nullum ex composito signum a suis accipiebant.* [*ab suis* Bamb.] Tum *oppugnari* Lov. 2. V. ad 21, 57, 6. In praecedentibus *quam ipsi occiderant* Lov. 2. V. ad 36, 36, 6. [*parte operare* Bamb.]

§. 8. *Quique intus erant Aetoli*] Pal. pr. *quique intererant Aetoli.* GEBH. Similiter Lov. 3. *quique intus Aetoli*, una voce omissa, Harl. Mox *velut* exsulat a Lov. 2. Deinde §. seq. *in flatio.ibus* Lov. 3. et 6.

§. 1. *Amphilochia excessit, atque in Macedoniam rediit*] MS. *Amphilochiam excessit.* MODIUS. *Amphilochiam redit*, reliquis omissis, Lov. 1. 3. Voss. Harl. et Mead. ambo. *Amphilochia redit* Lov. 2. 4. 6. et Gaertn. *Amphilochiam rediit* Lov. 5. et edd. principes. Aldus quatuor, quae deerant, voces fide cod. Mog. restituit: legitimam tamen caussam non habuit, cur pro *Amphilo-*

Digitized by Google

tempus, velut proditi a suis, segniores ad pericula erant. jam nemo eruptionibus, ut ante, in ſtationes hoſtium, sed, dispositi per muros et turres, ex tuto pugnabant. 9

VII. Perseus, ubi adeſſe Aetolos audivit, omissa obsidione urbis, quam obpugnabat, depopulatus tantum agros, Amphilochiam exceſſit, atque in Macedoniam rediit. Et Aetolos inde avocavit populatio maritimae orae. Pleuratus Illyriorum rex, cum sexaginta lembis Corinthium sinum invectus, adjunctis Achaeorum, quae Patris erant, navibus, maritima Aetoliae vaſtabat. adversus quos mille Aetoli missi, quacumque se claſſis circumegerat per litorum amfractus, brevioribus semitis obcurrebant. 1 2 3

chiam, ut membranae illae praeferunt, subſtitueret *Amphilochia*. Livius enim saepius *excedere* cum quarto casu conſtruxit. V. ad 2, 37, 8. Paullo ante *Perses ubi adesse* Lov. 2. V. ad 42, 25, 2. *Perseus ut adesse* Gaertn. V. ad 24, 15, 1. [*adesse* omittit Bamb. *Amphilocia* mox *redit* et *maritamae* pro *maritimae* idem.]

§. 2. *Et Aetolos inde avocavit populatio*] Prima vocula exsulat a Lov. 2. Tum *advocavit* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Harl. V. ad 1, 6, 6. Sed, *avocavit* in suo Mſto eſſe, Moguntini monuerunt.

Cum sexaginta lembis Corinthium sinum invectus, adjunctis, Achaeorum quae partis erant, navibus] Lege *Patris*, non *partis*. GELEN. Ita [*partis*] ferme habent, quae nos vidimus, exemplaria: sed legendum puto *Patris*, pro *partis*. *Patrae* enim oppidum Achaeorum ad sinum Corinthiacum. Non eſt hoc neglectum in ultima Frobenii editione. GLAR. Pal. pr. *invectus Achaeorumque aliis quae partis erant*. Admodum corrupte. GEBH. *cum LII lembis* Lov. 1. Sed v. ad 37, 41, 6. Tum *Corinthum invectus est* Lov. 5. et ed. Camp. Hinc *adjunctis* deeſt in omnibus scriptis noſtris; [et Bamb.] quorum *Achaeorum quae partis erant* legunt Voſſ. Lov. 1. 5. Gaertn. et edd. vett. *Achaeorumque aliis quae partis erant* Lov. 3. et 6. *Achaeorum quae Patras erant* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Aldus deinde ex fide cod. Mog. dedit *adjunctis, Achaeorum quae partis erant, navibus*. Frobenius denique ex sententia Gelenii *partis* in *Patris* mutavit, transpositis literis; quo eodem errore *patres* et *partes* commutari saepe solent. V. ad 4, 60, 3. et Cel. Burm. ad Lucan. 5, 8. [*vaſtabant* Bamb.]

§. 3. *Quacumque se classis circumegerat, per litorum amfractus brevioribus semitis obcurrebant*]

Digitized by Google

4 Et Romani ad Ambraciam, pluribus locis quatiendo
arietibus muros, aliquantum urbis nudaverant. nec
5 tamen penetrare in urbem poterant. Nam et pari
celeritate novus pro diruto murus objiciebatur,
et armati, ruinis superstantes, instar munimenti
6 erant. Itaque, quum aperta vi parum procederet
consuli res, cuniculum occultum, vineis ante con-
tecto loco, agere instituit. et aliquamdiu, quum

Nescio, an melius Pal. pr. *excurrebant*. GEBH. Distinctio post *circumegerat* tollenda, et post *amfractus* ponenda videtur. Si Aetoli classem hostium, quacumque ea se per amfractus litoris circumagebat, per eosdem amfractus sequuti fuissent, non potuissent ei brevioribus semitis occurrere. DUK. *quocumque* Voss. et Gaertn. Eodem modo peccabatur supra 5, 37, 5. 8, 9, 12. et alibi. Mox *excurrebant* Lov. 3.

§. 4. *Aliquantum urbis nudaverant*] *aliquantulum urbis nudaverant* Lov. 3. de qua scribarum variatione dictum ad 7, 36, 5. *aliquantulum urbem nudaverant* Voss. Lov. 1. et Gaertn. Sed nihil muto. *aliquantum urbis* inlustravi ad 21, 28, 11. Mox *potuerant* Voss. et Gaertn. An legendum *potuerunt*? Sed nihil muto.

§. 5. *Novus pro diruto murus objiciebatur*] *novum pro dirupto muro objiciebant* Lovel. 2. *novus pro diruto muro objiciebatur* edidit Sigon. quem recte nemo recentiorum audire dignatus est, quia codd. tantum non omnes vulgatum tuentur. Ceteroquin, utroque modo Livium loquutum esse, vidimus ad 3, 9, 4. *pro dirupto* etiam Voss. et Lov. 6. errore scribarum. V. ad 9, 45, 17. Mox *superstantes ruinis* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *minis superstantes* Lovel. 4.

§. 6. *Cuniculum occultum, vineis ante contecto loco, agere instituit*] Pal. pr. *ante colento loco*. alter et vet. ed. ? *collecto loco*. Vitiose: nam sequitur: *e regione ejus operis, quod vineis contectum erat*. GEBH. *ante colento loco* Lov. 3. *ante collecto loco* idem inter versus. *colecto, collecto*, [ita Bamb.] *conlecto loco* plures alii codd. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 5, 21, 10. Tum verbum *agere* male deest in Lovel. 1. V. ad 5, 19, 10. [*statuit* Bamb. *quum* ante *diu* omittit idem]

§. 7. *Cumulus repente terrae eminens*] Vet. lib. *Tumulus repente terrae eminens*. SIG. MS. *Repente cumulus terrae eminens*. sed minus bene, mea sententia. MODIUS. Pal. pr. *terra* Ceterum Pal. alter, et vet. ed. *Tumulus repente terra eminens*. GEBHARD. Quod vulgo exstat in excusis, primi ediderunt Moguntini, neque aliter fuit in Gaertn. Eodem adludit Lov. 6. qui tantum *Cuniculus* perperam pro *Cumulus* praefert. Ipsi tamen Moguntini monuerunt, se in membranis suis *Repente cumulus terrae eminens* invenisse. Ante eos vulgabatur *Tumulus repente terra*

Digitized by Google

dies noctesque in opere essent, non solum sub terra fodientes, sed egerentes etiam humum, fefellere hostem. Cumulus repente terrae eminens index ope- 7
ris oppidanis fuit. pavidique, ne jam, subrutis muris, facta in urbem via esset, fossam intra murum e regione ejus operis, quod vineis contectum erat, ducere instituunt. cujus ubi ad tantam altitudinem, 8
quantae esse solum infimum cuniculi poterat, perve-

eminens, quod servant Lov. 2. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1. *Cumulus repente terram eminens* Lov. 1. *Cumulus repente terra eminens* Voss. Lov. 3. [Bamb.] et Mead. ambo. Mihi *Cumulus*, quidquid differentiat Modius, nondum displicet. Ita enim 44, 11. *Quia nusquam cumuli adparebant, quo regessa e fossa terra foret.* Praeterea σωρὸν vocat scriptor Graecus, qui tantum non verbis Polybianis obsidionem Ambraciae descripsit apud Gronov. Diss. epist. in Livii loca quaed. Geogr. Epist. 6. pag. 56. Solent autem voces *cumulus* et *tumulus* in Mstis commutari. V. ad 10, 29, 19.

Pavidique, ne jam, subrutis muris, facta in urbem via esset] MS. *pavidique ne jam subrutis muris acta in urbem via esset.* MOD. *acta via esset in urbem* cod. Mog. Sed praefero vulgatum *facta*, quod supersit in omnibus nostris. Ejus autem litera initialis elisa est ab ultima vocis praecedentis. V. ad 27, 50, 7. Quin etiam sine ea causa *actus* et *factus* saepissime in Mstis commutantur. V. ad 6, 28, 2. De locutione autem *facere viam* v. ad 37, 11, 10. Potest tamen et codicis Mog. lectio defendi, ut per *viam actam in urbem* intelligamus cuniculum, per quem aditus daretur in urbem. Proprium autem de cuniculis verbum esse, ut dicantur *agi*, vidimus ad 5, 19, 10. Voces *in urbem* perperam desunt in Lov. 3. Praeterea *subruptis muris* Lov. 1. 2. 3. 6. et Voss. V. ad 9, 45, 17. Mox *vineis contentum* Voss. et Lovel. 1. At supra habuimus, *vineis ante contecto loco.* Scriptor Graecus modo laud. Σκεπάσαντες ἐπιμελῶς τοῖς γεῤῥοις.

§. 8. *Cujus ubi ad tantam altitudinem*] Prima vox deest in Mead. 1. relicta tamen lacuna. Tum *ad tantam multitudinem* legit Voss. Sed ultimae vocis capiti adscrevit praecedentis litera finalis. [*facto* post v. *silentio* deest in Bamb.]

Pluribus locis aure admota, sonitum fodientium captabant] Scriptor Graecus, cujus fragmentum Clariss. Jac. Gronov. edidit, solertiam, qua Aetoli cuniculum a Fulvio actum deprehenderunt, ita describit: Ἔδηναν παρὰ τὸν ἕνα τοῖχον τῆς τάφρου ἐγγὺς τῷ τείχει χαλκώματα συνεχῆ λεπτώτατα ταῖς κατασκευαῖς, ὅιον λεκάνας καὶ ἕτερα ὅμοια τούτοις. καὶ παρὰ ταῦτα διὰ τῆς τάφρου παριόντες ἠκροῶντο τοῦ φόφου τῶν ὀρυττόντων ἔσωθεν. Quae quum mera Polybiana Gronovius suspicetur, non recte Livium egisse existimat, quod aeris, cujus praecipuus in ea re usus fuerit, mentionem neglexerit. Si tamen forte per scribas

Digitized by Google

nerunt, silentio facto, pluribus locis aure admota, 9 sonitum fodientium captabant. Quem ubi acceperunt, aperiunt rectam in cuniculum viam. nec fuit magni operis. momento enim ad inane, suspenso 10 furculis ab hostibus muro, pervenerunt. ibi commissis operibus, quum e fossa in cuniculum pateret iter, primo ipsis ferramentis, quibus in opere usi erant, dein celeriter armati etiam subeuntes occultam sub terram ediderunt pugnam. segnior deinde

id commissum esse censendum sit, quum ipse Livius composuerit *aure aeri admota*, vel tantum *aere admoto*, ne id quidem ad veram plenamque intelligentiam suffecturum opinatur. Similem Barcaeorum ab Amaside obsessorum industriam in detegendis obsidentium cuniculis ope aeramentorum narrat Aeneas in Poliorcet. c. 37ν ex Herodoti 4, 200. ut Casaub. in comment. observat. Parem aliam Apolloniatium refert Vitruv. 10, 22.

§. 9. *Quem ubi acceperant*] *acceperunt* omnes nostri, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. omnesque edd. usque ad Gruterum; cujus ultima *acceperant*, sine dubio potius operarum errore, quam de industria, substituit. Cum Crevierio itaque pristinam lectionem praetuli. Mox τὸ *rectam* ignorat Lov. 1.

Suspenso furculis ab hostibus muro] Lege *suspenso fulturis*, non *furculis*. GELEN. Haec verba in plerisque codicibus recentibus et anteriore parte et posteriore distinctione munita leguntur, sed nihilominus obscuro manente sensu. Suspicor mendam subesse. Quidam pro *furculis* legunt *fulturis*, quod ego non intelligo. GLAR. Pal. prior, et vet. ed. *furculis*. Pal. alter *suspenso furcurlis*. GEBH. *fulturis* Gelenii est ex codice hic certe interpolato. Nostri cum prius editis: *suspenso furculis ab hostibus muro*. Idque firmavit auctor jam sibi lib. 1, [35.] *Loca divisa Patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent; fori appellati. Spectavere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes.* Varro lib. 1. de re rust. [8.] *Sub eam, ubi nascitur uva, subjiciuntur circiter bipedales e surculis furcillae, ne vindemia pereat.* J. FR. GRON. *furculis* Lov. 1. *forculis* Gaertn. *funiculis* Lov. 6. *sarculis* Voss. Reliqui *furculis* constanter. In nullo est *fulturis*; qua tamen voce in hac re utitur Vitruv. 10, 22. *Quum specus esset repente naribus apertis, vehemens aquae vis inmissa supplantavit fulturas: quique intra fuerunt, et ab aquae multitudine et ab ruina specus omnes sunt oppressi.* Sed, Livium quoque eam vocem adhibuisse, exemplum non obcurrit. Scriptor Graecus, cujus fragm. Gronovius edidit, refert Romanos διεσυλωκέναι τόπον ἱκανὸν τοῦ τείχους.

§. 10. *Ibi commissis operibus, quum e fossa in cuniculum*] *ibi cum tum missis operibus tum e fossa* Voss. *ibi cum omissis operi-*

Digitized by Google

ea facta est; intersepientibus cuniculum, ubi vellent, nunc ciliciis praetentis, nunc foribus raptim objectis. Nova etiam haud magni operis adversus 11
eos, qui in cuniculo erant, excogitata res est. dolium a fundo pertusum, qua fistula modica inseri posset, et fistulam ferream operculumque dolii ferreum, et ipsum pluribus locis perforatum, fecerunt. hoc tenui pluma completum dolium ore in cuniculum verso posuerunt. Per operculi foramina prae- 12

bus, quum e fossa Lov. 1. errore scribarum. *commissa opera* sunt juncta. Supra c. 4. *Per nondum commissa inter se munimenta urbem intravit.* Virg. 3. Aen. 428.

Delphinum caudas utero commissa luporum.

ubi Serv. *commissa* exponit *conjuncta, et coagmentata.* Ovid. 2. Her. 91.

Jura, fides ubi nunc, commissaque dextera dextrae.

Mela 1, 1. *Qua mare paludi committitur, Cimmerius Bosporus vocatur.* Quinctil. Praefat. l. 7. Inscit. Orat. *Nisi illas eadem dispositio in ordinem digestas, atque inter se commissas devinxerit.* Flor. 1, 4. *Interfluentem urbi Tiberinum ponte commisit.* ubi v. Cel. Dukerum. Adde viros doctos ad Nason. 4. Met. 369. et Snakenb. ad Curtii 3, 1, 13. Insuper *quum effossa* male Lovel. 1. Harl. et Gaertn. quorum ultimus etiam mox *usi fuerant* praefert.

Dein celeriter armati etiam subeuntes occultam sub terra ediderunt pugnam] *deinde* Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. [Bamb.] et Gaertn. V. ad 3, 3, 6. Hinc *sub terram* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gronovium, qui anno 1665. *sub terra* vulgari curavit, probantibus eamdem lectionem recentioribus. Sine discrimine *sub terra* et *sub terram* usurpari solet. V. Celeberr. Burm. ad Nason. 5. Met. 504. et ad 6. Met. 370. Praeeuntibus igitur codd. priscam scripturam revocavi. Mox *senior deinde ea facta est* Voss. V. ad 33, 2, 2. *saevior deinde ea facta est* Lov. 1. *segnior deinde facta est* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *segnior deinde facta est* Lov. 3.

Nunc ciliciis praetentis] Vet. ed. et Pal. alter *ciliis*. Pal. pr. *nunc aliis praetentis*. GEBH. *ciliis praeteritis* Lov. 5. *ciliis* etiam Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antt. *aliis praetentis*, Lov. 5. literis *ci* ob ductuum similitudinem in scriptura Longobardica in *a* coalescentibus, de quo v. ad 28, 35, 1. *ciliciis* Moguntini ex cod. suo restituerunt. De *ciliciis* v. Stewech. ad Vegetii 4, 6. et Lips. 5. Poliorc. 9.

§. 11. *Nova etiam haud magni operis* etc. *excogitata res est]* *Nova et haud magni operis* Lov. 3. V. ad 22, 47, 9. *Nova etiam magni operis* Harl. Tum *τὸ est* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [et Bamb.] Mox *ferream fistulam* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 1. [et Bamb.

Digitized by Google

longae haſtae, quas sariſſas vocant, ad submovendos hoſtes eminebant. scintillam levem ignis inditam plumae, folle fabrili ad caput fiſtulae inposito, 13 flando accenderunt. inde non solum magna vis fumi, sed acrior etiam foedo quodam nidore ex aduſta pluma, quum totum cuniculum compleſſet, vix durare quisquam intus poterat.

1 VIII. Quum in hoc ſtatu res ad Ambraciam esset, legati ab Aetolis Phaeneas et Damoteles, cum

qui pro *qua quasi*, pro *dolii dolium* idem.]

§. 12. *Per operculi foramina praelongae haſtae* etc. *eminebant*] *per cuniculi foramina* Lov. 6. *per oculis foramina* Lov. 4. *per oculi foramina* Voſſ. Lov. 1. 3. et Mead. 1. Olim scriptum fuerat *opculi*, ut in margine Mead. 1. emendatur. Evanescente deinde linea per caudam literae *p* traducta, librarii ipsam etiam literam, tamquam per errorem scriptam, omiserunt. Ceterum apud scriptorem Graecum, cujus fragmentum Jac. Gronovius edidit, Aetoli dicuntur τρήματα δύο καταλιπεῖν ἐφ' ἑκατέρου τοῦ μέρους, δι' ὧν διωθοῦντες τὰς σαρίσσας ὑπὸ ἐάσουσι προσιέναι τῷ πλήθει τοὺς ὑπεναντίους. Hujus fragmenti veſtigia secutus Gronov. in Differt. Epiſt. ad Liv. loca quaed. pag. 58. legendum censet vel *per operculi foramina bina*, vel *per operculi II* (id est *bina*) *foramina*, vel *per operculi foramina binae praelongae haſtae*.

Scintillam levem ignis inditam plumae] Mediam vocem ignorat Lov. 3. Tum *injectam plumae* Lov. 2. quod ex gloſſa natum videtur. Mox *folle fabri* Harl.

§. 13. *Sed acrior etiam foedo quodam nidore*] Depravate Pal. pr. *foetor quodam more ex aduſta pluma*. Alter *foedo quodam odore*. Vulgatum retentat quoque vet. ed. GEBH. *sed acrior foetor quodam more* Lov. 3. *foedo quodam more* Voſſ. et Lov. 6. *foedo quodam odore* Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod ex interpretis gloſſa eſſe videtur. *Nidor* est aura pinguis, odorata, manans ex aduſtis hoſtiis, coctis cibis, similibusve rebus. V. Gronov. ad Plauti Moſtell. 1, 1. 5. Virgil. 12. Aen. 300.

Occupat os flammis. Olli ingens barba reluxit,
Nidoremque ambuſta dedit.

Ovid. 12. Met. 152.

Cujus ut inposuit prosecta calentibus aris,
Et Dis acceptus penetravit in aethera nidor.

Colum. 6. de Re ruſt. 18. *Potest etiam per fiſtulam deuſti cimicis nidor inmitti, qui ubi superponitur igni, fumum emittit, et conceptum nidorem fiſtula usque ad hirundinem perfert, isque nidor depellit haerentem.* ubi priori loco *cimicis odor* simili variatione legit cod. Sangerm. [*modore*, quod eſt mutatum in *nodore* Bamb.]

Quum totum cuniculum comples-

Digitized by Google

liberis mandatis, decreto gentis, ad consulem venerunt. nam praetor eorum, quum alia parte Ambraciam obpugnari cerneret, alia infestam oram 2 navibus hostium esse, alia Amphilochos Dolopiamque a Macedonibus vastari, nec Aetolos simul ad tria diversa bella obcursantes subsicere, convocato concilio, Aetolos principes, quid agendum esset, consuluit. Omnium eo sententiae decurrerunt, *ut* 3 *pax, si posset, aequis; si minus, tolerandis conditioni-*

set] Pal. prior *totum cuniculum adimplesset*. GEBH. Scripti *adimplesset*. Quo verbo et Plinius utitur 11. cap. 37. *Cochleis oculorum vicem cornicula bina praestantia adimplent*. J. FR. GRON. Ita ex MS. adnotatum est in marg. Delecampii edd. Plinii, et quae eas secutae sunt. Alii hanc vocem improbarunt, et in Thesauro Fabri scribit nescio quis, Plinii veteres et novos libros habere *implent*, non *adimplent*. Sane recentes edd. Plinii, quas vidi, habent *implent*, nec Harduinus ullam varietatis scripturae mentionem fecit. Et tamen *adimplent* in antt. quibusdam edd. esse, fidem faciunt lexica Latina, ante cc annos edita: et ita in Parmensi anni 1476. legi testatur Vossius de Vit. Serm. cui non rejiciendum esse hoc compositum adsentior. Confirmat illius sententiam auctoritas MSS. Gronovianorum Livii, cum quibus unus Hearnii consentit, et JCtorum aliorumque, etsi non Augustei aevi, scriptorum usus. DUH. *adimplessent* Voss. Lov. 1. 3. 6. Gaertn. Hearnii Oxonn. et Crevierii Victor. quod verbum formatum esse posset ad exemplum τοῦ *adindere* apud Caton. de Re rust. 18. τοῦ *adinsurgere*, quod Put. aliique melioris notae codd. obferunt supra 22, 4, 4. Verum quemadmodum de ultimo ad eum locum dixi, id mihi non admodum placere, ita neque *adimplere* probare audebo, antequam ex aliis testimoniis constabit, id hoc tempore in usu fuisse. Mox τὸ *intus* omittunt Lov. 2. et Harl. Dein *potuerunt* legit Lov. 1.

§. 1. *Legati ab Aetolis Phaneas et Damoteles*] Pal. prior, *Pheneas et Damocheles*. vet. ed. *Damocles*. GEBH. *Phaeneas* scribendum esse, Sigon. ad 36, 28, 1. docuit, cui recentiores dicto audientes fuerunt. Et ita, vel *Pheneas*, plerique codd. *Peneas* corrupte cod. Mog. Tum *Damotholes* Voss. [*Domoteles* Bamb. mox *Damotheles* idem.] *Damochiles* Hearnii L. 1. *Damocles* Lov. 5. Mead. 1. Gaertn. et edd. ante Frob. qui recte anno 1535. *Damoteles* restituit. Similiter Δαμοτέλης et Φανέας vocantur Polyb. in Exc. Leg. num. 28. Paullo ante *ad Ambraciam res* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*ad Ambrachiam res* Bamb.]

§. 2. *Convocato concilio, Aetolos principes, quid agendum esset, consuluit*] Pal. prior *Aetoliae principes*. alter *Aetoli principes*. GEBH. Sciebat Livius, non alios, quam Aetolorum principes, intellectum iri, quamvis ipse non appellaret

Digitized by Google

4 bus peteretur. *Antiochi fiducia bellum susceptum. Antiocho terra marique superato, et prope extra orbem terrae ultra juga Tauri exacto, quam spem esse sustinendi belli? Phaeneas et Damoteles, quod e re Aetolorum, ut in tali casu, fideque sua esse censerent, agerent. Quod enim sibi consilium, aut cujus rei electionem a fortuna relictam?* Cum his mandatis legati missi orare consulem, *ut parceret urbi, misereretur gentis quondam sociae, nolle dicere injuriis, miseriis certe coactae insanire. Non plus mali meritos Aetolos Antiochi bello, quam boni ante, quum adversus Philippum bellatum sit, feciſſe. nec tum large gratiam relatam*

Aetolos. Itaque haec vox non ab ipso profecta est, sed ab interprete. J. FR. GRON. Si haec ratio valet, idem dicendum est de eo, quod 36, 27. legitur: *Hypatam ut est ventum, principes Aetolorum apud Flaccum concilium habuerunt.* Videant acutiores. me neutro loco offendit *Aetolorum.* DUK. Vocem, quam Gronov. delendam censet, tuentur omnes nostri; de vera tamen lectione inter eos non convenit. *Aetoli principes* etc. *consuluit* Voss. et Mead. ambo. [et Bamb.] sed *Aetolos* in margine praefert Mead. 1. *Aetoli principes consulunt* Lov. 4. et 6. *Aetoliae principes consulunt* Lov. 5. *Aetoliae principes consulsit* Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. Pari modo alii codd. *principibus Tarentinorum*, alii *principibus Tarentinis* praeferunt supra 25, 11, 12. Ego hic nihil muto. Praeterea *convocato consilio* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Gaertn. quod non displiceret, si probari posset, solos apocletos, sive gentis principes, quos consultos dicit, convocatos fuisse. V. ad 35, 34, 1. Verum quum Aetolorum legatos, *decreto gentis* cum liberis mandatis ad consulem venisse narrarit, *convocato concilio*, ut reliqui codd. praeferunt, servandum existimo. Cujusque enim populi comitia seu conventum potius *concilium*, quam *consilium*, vocari, recte Gronov. docuit ad 44, 2, 5. Ob eamdem causam *concilium* etiam servandum infra cap. 9, 2. et 10, 2. Paullo ante *Amphilochos, Dolopiam a Macedonibus vastari*, sine copulativa, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *ad tria simul diversa bella* Lov. 1. 4. Harl. Mead. 2. [et Bamb. §. 3. *aequius* idem.]

§. 4. *Antiocho terra marique superato*] *mari terraque superato* Lov. 2. Harl. Mead. 2. et Gaertn.

§. 5. *Quod enim sibi consilium, aut cujus rei electionem a fortuna relictam*] Pal. pr. *aut cujus rei electio nunc a fortuna relicta.* GEBHARD. Similiter Lov. 3. *electionem a fortuna relictis* Lov. 1. *electionem fortuna relicta* Gaertn. *electionem a fortuna relicta* Voss. *consilium aut electionem relictae*,

Digitized by Google

sibi, nec nunc inmodice poenam injungi debere. Ad ea consul respondit: *Magis saepe, quam vere umquam, Aetolos pacem petere. imitarentur Antiochum in petenda pace, quem in bellum traxissent. Non paucis ur-* 8
bibus eum, de quarum libertate certatum sit, sed omni Asia cis Taurum montem, opimo regno, excessisse. Ae- 9
tolos, nisi inermes, de pace agentes non auditurum se. arma illis prius equosque omnes tradendos esse, deinde mille 10
talentûm argenti populo Romano dandum: cujus summae dimidium praesens numeraretur, si pacem habere vellent. Ad ea adjecturum etiam in foedus esse, ut eosdem, quos populus Romanus, amicos atque hostes habeant.

ut *aut pacem, aut bellum habenda* 36, 39. V. ad 1, 31, 7. Tutius tamen est, ut cum reliquis vulgatum servemus.

§. 6. *Cum his mandatis legati missi orare consulem, ut parceret urbi*] *Tò legati* et tria postrema vocabula *ut parceret urbi*, quae in prioribus excusis, omnibusque scriptis nostris desunt, Aldus ex Mog. cod. recepit. *ut parceret urbi* deest etiam in Hearnii L. 1. Tum *oravere* Lov. 5. et edd. princ. pro quo Frob. anno 1535. consentientibus reliquis nostris, dedit *orare*. Mox *nolle dicere injuriae certe coactae* Voss. et Gaertn. *nolo dicere injuriis miserae certe coactae* Lov. 3. *nolle dicere injuriis miseriam certe coactae* Harl. et Mead. 1. *nolle dicere injuria, miseria certe coactae* Lov. 2. et 6. *nolle dicere injuriis, miseria certe coactae* Lov. 4. 5. Mead. 2. et priscae edd. *miserjis* emendavit Aldus ex cod. Mog. [*injuris, miserae*. Bamb.]

§. 7. *Nec tum large gratiam relatam sibi*] Pal. prior, *relatam sibi large gratiam*. GEBH. Ita et Lov. 1. 3. 6. et Voss. Paullo ante *debellatum* Lov. 3. V. ad Livii Epit. 37. [*vere umquam* omittit Bamb.]

§. 8. *Opimo regno excessisse*] *optimo regno* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Innumeris locis ita peccarunt scribae. V. ad 3, 7, 3. 4, 20, 2. c. 32, 2. 7, 37, 1. 21, 43, 7. in Mstis Curtii 9, 1, 1. et Plinii 2. Epist. 6. aliisque locis. Tum *excidisse* Lov. 6. a manu 1. *excisse* a manu 2. Paullo ante pronomen *eum* deest in Lovel. 3. [*excepisse* Bamb.]

§. 10. *Deinde mille talentûm argenti populo Romano dandum*] Vocem *argenti* ignorant Voss. et Lov. 3. [et Bamb.] quos non audiendos censeo. Supra 22, 31. *Decem talentis argenti acceptis.* 29, 4. *Ducenta argenti talenta pollicerentur.* 30, 37. *Decem millia talentûm argenti solverent.* 38, 15. *Quinquaginta talentis argenti acceptis.* c. 37. *Et ducenta talenta argenti sunt imperata.* Et postea: *Mille et quinquaginta talenta argenti accepta.* Praeterea *mille talentûm* omnes nostri constanter,

Digitized by Google

1 IX. Adversus quae legati, et quia gravia erant, et quia suorum animos indomitos ac mutabiles noverant, nullo reddito responso, domum regressi sunt, ut etiam atque etiam, quid agendum esset,

nisi quod *millia talenta* legat Hearnii L. 1. Non audiendus est igitur Doujatius, qui sine ullius cod. consensu conjicit *mille talenta?* Et cur, quaeso? Ipse quidem nullam conjecturae rationem reddidit. Verum ea alia esse nequit, quam quia genus loquendi displicebat. Quantopere tamen Livio placuerit, patet ex illis, quae notata sunt ad 37, 1, 5. Verum, admissa ejus conjectura, quid de sequenti *dandum* fiet? an scribendum putavit *mille talenta dandum?* Non exciderunt, quae de hac locutione olim notavi ad Silii 15, 105. An tamen ita Livius umquam locutus sit, merito dubitatur. V. quae notantur ad 2, 2, 5. c. 32, 7. 6, 35, 2. 22, 16, 5. et alibi. Si itaque de simili locutione hic cogitasset anteceſſorum Parisiensium Primicerius, eam vel uno aut altero exemplo, praesertim ex ipsius Livii scriptis prolato, probasse, vel paucis verbis Principi juventutis Francicae, cui operam auctorarat, exposuisse oportuerat. Quid igitur dicam? nempe conjecturam hanc Doujatii similem esse illi, quam proposuit supra 24, 9, 6. *Aquae magnae vis eo anno fuere*, pro *aquae magnae bis*, ut Gronovius emendabat. Paullo ante *arma prius illis, equos esse tradendos* Gaertn. *arma prius illis* etiam Lov. 3. *arma prius illi* Lov. 6. *arma illi prius* Lov. 1. et 2.

§. 11. *Cujus summae dimidium praesens numeraretur*] Ita Lov. 5. et edd. principes usque ad Frob. qui anno 1535. vulgavit *numeretur*. Gronov. deinde alterum reduxit. At Frobenio concinunt Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. [et Bamb.] *nunc* Voſſ. *muneret sed* Gaertn. Mox voces *in foedus esse* desunt in Lov. 2. et Harl. Tum *ut eos, quos* legit Voſſ.

§. 1. *Et quia suorum animos indomitos ac inmutabiles noverant*] Pall. *indomitos ac mutabilis*. GEBHARD. Et hic aliquis improvide plus scriptis libris sapere voluit, in quibus omnibus *mutabiles*. Legati, quibus injunctum erat, ut, si possent, aequis, sin, tolerandis quibuscumque conditionibus pacem facerent, omniaque agerent, ut in tali casu tantaque consilii inopia, e republica eque fide sua esse censerent, hoc verebantur, ne acceptae conditiones nimis durae viderentur, et ventosi Aetoli mutatis studiis inde quodvis bellum mallent, primasque iras in ipsos quasi turpiter depectos exercerent. Aetolos, ut eos Polybius passim Liviusque describunt, his forte in rebus censeas immutabiles fuisse, cupidine praedandi et impatientia otii; caetera non homines, sed chamaeleontes. Quintius lib. 33, [12.] *Negare, Aetolos sibi ipsis convenientem sententiam dixisse.* Ibidem [c. 13.] *Vos societatis istius leges rupistis, quo tempore, relictis nobis, cum Philippo pacem fecistis.* Talia de illis apud duos imprimis memoratos, ὅσα νόνις. Sed insigne exemplum lib. 43, 22. J. FR. GRON. Aetoli legatos miserant cum liberis mandatis: hinc, si eorum animi inmutabiles essent, cur formidabant pacem, quibus poterant, conditionibus compo-

Digitized by Google

re integra, praetorem et principes consulerent. Clamore et jurgio excepti, *quam diu rem traherent*, 2 *qualemcumque pacem referre jussi?* quum redirent Ambraciam, Acarnanum insidiis prope viam posi-

nere. Immo ideo id facere verebantur, quia suorum animos, tamquam indomitos, jugum Romanum haud facile subituros, et hinc sententiam, quae modo placuerat, mutaturos noverant. Recte ergo Gronov. codd. suorum lectionem *mutabiles* veriorem judicavit. Consentiunt ex meis Voss. Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii Oxonn. et Victor. Crevierii, qui hanc lectionem recte in contextum recepit, et alteram consuetudini Livii, *rò as* ante vocem a vocali incipientem aut numquam, aut quam rarissime usurpantis, adversari. V. ad 10, 36, 17. [*rei integrae* Bamb.]

§. 2. *Clamore et jurgio excepti, quod rem traherent*] Vetus lectio *quam diu rem traherent*. GELEN. Vet. lib. *quod diu rem traherent*. SIGON. MS. *clamore et jurgio excepti, quam diu rem traherent*. ut sint ipsius populi verba, quod non displicet. MOD. Miror, quid eis venerit in mentem, qui abierunt ab hac lectione [*quod rem traherent*,] cum planissima sit, exstetque in primitus impressis. Neque aliter sane Pall. Aldus primum litera variavit, *quid rem trah.* Gelenius oggessit, *quam diu rem trah.* Sigonius vero, *quod diu rem traherent*. GRUT. *quid rem traherent*, non primus Aldus dedit, verum ita praeferunt omnes edd. usque ad Aldum, qui contra, ac Gruter. docuit, primus dedit *quod rem traherent*. Prob. deinde anno 1535. ex mente Gelenii *quam diu rem trah.* Sigonius *quod diu rem trah.* probantibus proximis usque ad Heinsium, qui apud Elzevir. Aldi lectionem revocavit. Eam quidem servant etiam omnes nostri, et Hearnii Oxonn. prae aliis tamen placet, quod Gelen. ex cod. Mog. probavit, et Modius recte exposuit: quod etiam iterum in contextum recepi. Non id agitur, utrum lectio, a qua Gruterus stetit, plana sit, et commodum sensum praebeat; sed an praeferenda sit illi, quam servant codd. integerrimi: quod minime videtur. [*et et jurgio* Bamb.]

Quibuscum bellum erat] *cum quibus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [et Bamberg.] Antiquos utrumque et *quibuscum* et *cum quibus* dixisse, monuit Priscian. 12. pag. 949. Exempla, ubi *cum quibus* occurrit, videnda sunt supra 7, 34, 5. 8, 2, 13. 42, 1, 3. 45, 39, 19. Passim etiam apud alios. Ceterum haec verba loco suo mota, eoque ordine legenda esse Clariss. Crevierius existimat: *Acarnanum, quibuscum bellum erat, insidiis prope viam positis circumventi.*

Pyrrheum custodiendi deducuntur] *Tyrrheum* in *Pyrrheum* depravatum. GELEN. Vet. lib. *Tyrrheum*. SIG. Ursinus ad Polyb. Leg. 27. *Thyreum* vel *Thureum* scribendum esse contendit; et ad Legat. 75. tantum *Thureum*. Sed Graeci non uno modo Θύρεον, Θυρίον, Θόυριον, Θυρρίον et Θυρρεῖον. Vide Holsten. ad Stephan. et Cellar. 2. Geogr. Ant. 13. Cicero 16. Famil. 5. *Thyreum* dicit. Ex his id saltem pro certo habendum est, in capite adspirationem addendam

Digitized by Google

tis, quibuscum bellum erat, circumventi Thyrium
3 custodiendi deducuntur. Haec mora injecta est paci. Quum jam Atheniensium Rhodiorumque legati, qui ad deprecandum pro his venerant, apud
4 consulem essent; Amynander quoque, Athamanum rex, fide accepta, venerat in castra Romana; magis pro Ambracia urbe, ubi majorem partem temporis exsulaverat, quam pro Aetolis, sollicitus.

esse. Palmer. 3. Graec. Ant. 12. scribit, solum Livium de hoc oppido locutum esse. Virum doctum fefellit memoria. DUK. *Pyrrheum* primum adparuit in ed. Mog. Antea plerumque *Tyrrheum* edebatur, quod Frob. jubente Gelenio anno 1535. recepit. Basil. deinde anno 1554. *Tyrrheon* vulgarunt, unde iterum Sigonio data est occasio monendi, se in vet. lib. *Tyrrhium* inveniisse, quod etiam praeferunt omnes nostri, nisi quod *Thureum* fuerit in Lov. 2. *Titureum* in Hearnii L. 1. At mox §. 5. *Tyrtheo* est in Voss. *Turheo* in Lov. 2. *Thyreo* in Mead. 1. *Thureo* in Lov. 3. *Thurio* in Hearnii L. 1. Ex quorum vestigiis hic et ibi vel *Thyreum* et *Thyreo*, vel *Thurium* et *Thurio* legendum adparet. Sigonius etiam hujus urbis nomen *Thyrium* fuisse ex Steph. Byz. supra monuit ad 36, 11, 10. ubi vide, quae notavi. Memoratur etiam 36, 12, 7. et 43, 17, 7.

§. 3. *Quum jam Atheniensium Rhodiorumque legati, qui ad deprecandum pro his venerant*] Cum his conferenda sunt Polybiana in Exc. Legat. num. 28. Voces *pro his* desunt in Lov. 3. Paullo ante *τὸ paci* non adparet in Lov. 3. et Voss. neque *est paci* in Lov. 1. [*pro iis* Bamb.]

§. 4. *Fide accepta, venerat in castra*] *fide recepta* perperam Lov. 2. et Harl. Deinde *veniret* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae, pro quo Venet. 1495. *venit* datum est, donec Moguntini ex cod. suo emendarent *venerat*; quod est in edd. principibus, et omnibus scriptis.

Magis pro Ambracia, ubi majorem partem temporis exsulaverat] MS. *magis pro Ambracia urbe, ubi majorem* etc. MOD. Pal. prior, *ubi majore parte temporis*. GEBH. Mog. cod. lectionem *pro Ambracia urbe* recepi, licet meorum codd. [et Bamb. *urbe* omittit.] nullus adsentiatur. Vox *urbe* excidisse videtur ob similitudinem sequentis *ubi*. Neque a sententia dimovet, quod vulgatae defendendae praetexi posset, vocem *urbe* non necessariam esse, quum ex praecedenti obsidionis narratione pateat, Ambraciam urbem fuisse. Livium enim alibi similia, quae abesse poterant, addere maluisse, dictum est ad 2, 32, 2. Quin et emphasis in ea voce esse videtur, ut tanto magis pateret obpositio inter Ambraciam urbem, in qua Amynander maximam partem temporis exsulaverat, et gentem Aetolorum, a qua in regnum restitutus erat. Praeterea *majore parte temporis* Lov. 2. 3. et 6. Sed vulgatum praefero, partim quod

Digitized by Google

Per hos certior factus consul de casu legatorum, adduci eos a Thyrio jussit, quorum post adventum agi coeptum est de pace. Amynander, quod sui maxime operis erat, inpigre agebat, ut Ambracienses compelleret ad deditionem. id quum per conloquia principum, succedens murum, parum proficeret; postremo, consulis permissu ingressus urbem, partim consilio, partim precibus, evicit, ut

pro eo stent ceteri codd. partim quod ita longe splendidior fiat oratio. V. ad 35, 40, 8.

§. 5. *Adduci eos a Tyrrheo jussit*] Male a doctis viris *a Purrheo* hic repositum est, cum legendum sit *a Thyreo*, sive *Thureo*. Polybius in Fragm. 28. habet: Ἔγραψε τοῖς Θυριεῦσιν ἀνακομίζειν ἄνδρας ὡς ἀυτόν etc. Sic enim ibi emendavimus, cum male Ψουρεῦσι legeretur. Stephanus, Ἔστι δὲ, inquit, καὶ Ἀκαρνανίας Θυρίον, διὰ τοῦ ι. τὸ ἐθνικὸν Θυριεύς. Ἀνδροτίων δὲ Θουριεὺς φησίν. In nummis argenteis Arcananum est Θυρειῶν. Ex quibus locis appareret, supra [cap. 5.] legendum esse, *adversus Thurreum*, *quod vocant*, etc. et item lib. 43, [17.] ut ibi notavimus. URSIN. Paria vide apud Ursin. ad Polyb. loc. laud. Eum tamen in emendando loco Livii cap. 5, 2. aberrasse, ad eum loc. vidimus. Paullo ante *Per hunc* Lov. 1. [*Tyrrheo* Bamb.]

§. 7. *Id quum per colloquia principum* etc. *parum proficeret*] Possis suspicari, *τὸ id* vacare: sed solet interdum Livius ornatus potius, quam necessitatis, causa adjicere. ut et lib. 36, [26.] *Id quum ad dignitatem ejus fidemque pertinere, non prodi socios, tum etiam ad incolumitatem regni, non sinere Romanos omni cura vacuos*. Eundem pleonasmum in τῷ *quod* notavimus contra Rhenanum ad lib. 27, [7.] Nostr lib. 37, [29.] *Quod ubi Eudamus, qui cogebat agmen, vidit, non posse exaequare ordinem Romanos, et tantum non jam circumiri a dextro cornu, concitat naves.* Caesar lib. 3. de Gall. [23.] *Quod ubi Crassus animadvertit, suas copias propter exiguitatem non facile diduci, hostem et vagari, et vias obsidere, et castris satis praesidii relinquere*, etc. Cicero ad Atticum lib. 16. Ep. 5. *Quod nisi fidem miki fecisset, judicassemque hoc, quod dico, firmum fore, non fecissem id, quod dicturus sum.* Si tamen delere mavis *τὸ id*, aut scribere, *et quum per colloquia*, me adversarium non habebis. J. FR. GRON. Sententiam Gronovii, existimantis pronomen *id* hoc loco, quemadmodum alibi *quod*, vacare, refellere conatur Clariss. Crevierius, id ita fieri, ut sequatur aliquod orationis membrum, quo explicetur id, quod pronominibus illis erat involutum: ita in primo exemplo *tois non prodi socios*, et *non sinere Romanos* id evolvi, quod inclusum latebat in τῷ *id*, hoc modo: *id*, nempe *non prodi socios, pertinere ad dignitatem fidemque ejus*: et *id*, nempe *non sinere Romanos omni cura vacuos, pertinere ad incolumita-*

Digitized by Google

8 permitterent se Romanis. Et Aetolos C. Valerius Laevini filius, qui cum ea gente primum amicitiam pepigerat, consulis frater, matre genitus eadem, 9 egregie adjuvit. Ambracienses, prius pacti, ut Aeto-

tem regni. Ipse itaque *τὸ id* mendosum, et vel delendum, vel ejus loco *et* restituendum judicabat. Omnes nostri *τὸ id* tuentur. Si igitur mendosum est, potius in *et* mutandum, quam delendum videbitur. Quid tamen, si legamus *in id quum* etc. *parum proficeret?* Ut praepositio *in* hausta sit a praecedentis vocis litera ultima. V. ad 10, 13, 3. Vel, si scripta sit per compendium *ī*, a prima litera vocis sequentis. V. ad Epit. Liv. 85. De locutione *proficere in aliquid* v. ad 3, 61, 12. Quia immo, id, quod in pleonasmo *τοῦ id* vel *quod* Crevierius necessarium requirebat, ne hic quidem deest. Sequitur enim orationis membrum, quo explicatur, quod pronomine erat involutum: *id*, nempe *ut permitterent se Romanis, quum per conloquia parum proficeret, postremo ingressus urbem evicit.* Nihil itaque muto.

Succedens murum] Vet. lib. *muris.* SIG. Vet. ed. *id per colloquia principum cum succedens murum parum proficeret.* Alter quoque Pal. *succedens murum.* Prior vero *succedens urbe.* GEBH. *succedens muris* est ab Sigonio, quum et scripti et editi veteres *succedens murum.* Quod nobis mutari non placet ob ea, quae diximus ad 31, 45, 5. secus haud ignoro, et *succedere muris* et *succedere ad vallum* alibi dici nostro: sed de veteri lectione quaeritur. J. FR. GRON. *succedens urbe* Lov. 3. *succedens in urbe* Lov. 6. *succedens muris* Voss. Harl. et Gaertn. *succedens muro* Lov. 1. *succedens murum* Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Hearnii Oxonn. quod Crevierius in contextum recepit. Ipsum Livium ita locutum esse, Gronov. ad l. 31. loco, quem modo laudavit, exemplis docuit. Similiter etiam alii loquuntur. Silius, perpetuus Livii immitator 10, 597.

Nequidquam armatos ausit succedere muros.

Tacit. 2. Ann. 20. *Si murum succederent, gravibus superne ictibus conflictabantur.* V. Nic. Heins. ad Nason. 13. Met. 611. et Cl. Oudend. ad Caes. 2. Gall. 6.

§. 8. *C. Valerius Laevini filius, qui cum ea gente*] Pal. pr. *C. Valerius Levinus T. Quinctius, qui cum ea gente primum amicitiam pepigerat, frater consulis, in rem eandem venitens, egregie adjuvit.* GEBH. Livius 31, 50, 4. praeter hunc duos alios Laevini filios, M. et P. Valerios Laevinos memorat. DUK. Polyb. in Exc. Legg. num. 28. *Ὑπέλετό τις, ἔχεσθαι καὶ θεραπεύειν τὸν Γάϊον Οὐαλέριον. οὗτος δ' ἦν Μάρκου μὲν υἱὸς, τοῦ πρώτου συνθεμένου πρὸς Αἰτωλοὺς τὴν συμμαχίαν. Μάρκου δὲ τοῦ τότε στρατηγοῦντος ἀδελφὸς ἐκ μητρός.* Quemadmodum autem M. Valerius Laevinus cum Aetolorum gente primum amicitiam perpigerit, narrat Livius 26, 24. Male ergo *C. Valerius Laevinus T. Quintius, qui cum ea* Lov. 3. neque aliter Lov. 6. nisi quod insuper *τὸ qui* omiserit. Tum *se consulis matre*

Digitized by Google

Aetolorum auxiliares sine fraude emitterent, aperuerunt portas. dein [Aetoli,] *ut quingenta Euboïca darent talenta; ex quibus ducenta praesentia, trecenta per annos sex pensionibus aequis: captivos perfugasque redderent Romanis: urbem ne quam formulae sui*

eadem genitus Lov. 1. *consulis frater in rem eandem venitens.* Lov. 3. *frater consulis matre eadem genitus* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *matre eadem genitus* etiam Lov. 2. 4. Harl. (Bamb.) et Mead. ambo.

§. 9. *Dein ut quingenta Euboïca darent talenta*] Pal. pr. *deinde quinquaginta ut darent talenta.* GEBH. Crederes, ut haec vulgabantur, omnia isthaec sibi pactos esse Ambracienses. Sed praeterquam, quod non eae erant conditiones, quae ab una urbe exigi possent et praestari, satis patet ex sequentibus, posteriora illa Aetolos pepigisse cum Romanis, non ullos alios. Continenter enim traditur, illos ipsos, ut de his ad concilium referrent, petiisse, quo facto omnes ad unum pacem accipi jussisse. Tum cap. 10. *Postquam approbasse pacem concilium Aetolorum accepit* consul, *eos Romam proficisci jussit.* Quo cum advenissent, diu jactati, tandem tamen, ut ista pax a senatu confirmaretur, impetrarunt cap. 11. ubi eaedem prorsus foederis cum Aetolis leges, quae hoc cap. memorantur, additis insuper nonnullis, repetuntur, ut nihil certius sit, quam haec non Ambracienses, sed Aetolos esse pactos. Nec est, ut quis dicat, Ambracienses pro illis apud consulem intercessisse, et, ut his conditionibus pax illis daretur, effeciisse, cum hoc pro iis praestiterint Atheniensium Rhodiorumque legati, atque Ambracienses se suaque Romanis permittere ipsi debuerint. Nimirum cum utrisque simul de pace agebatur. Et *Amynander* quidem *impigre agebat, ut Ambraciensus* suis orationibus *ad deditionem compelleret. Aetolos C. Valerius consulis frater egregie adjuvit.* Itaque (jam enim sequuntur, quae emendanda suscepi, atque ita restituenda contendo) *Ambracienses prius pacti, ut Aetolorum auxiliares sine fraude emitterent, aperuerunt portas, dein Aetoli, ut quingenta Euboïca darent talenta, ex quibus ducenta praesentia*, etc. Certissimam facit conjecturam hanc nostram Polybius, qui eodem plane modo et ordine haec tradit, ut appareat, Livium etiam hic, ut saepe alias solet, accurate eum expressisse. Inquit ille Exc. Legat. 28. *οἱ μὲν γὰρ Ἀμβρακιῶται, πεισθέντες ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἐπέτρεψαν τὰ καθ' αὑτοὺς τῷ στρατηγῷ τῶν Ῥωμαίων, καὶ παρέδωκαν τὴν πόλιν, ἐφ' ᾧ τοὺς Αἰτωλοὺς ὑποσπόνδους ἀπελθεῖν. τοῦτο γὰρ ὑφείλοντο πρῶτον τηροῦντες τὴν πρὸς τοὺς συμμάχους πίστιν. Ὁ δὲ Μάρκος συνκατέθετο τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπὶ τούτοις ποιησασθαι τὰς διαλύσεις, ὥς τε διακόσια μὲν Εὐβοϊκὰ τάλαντα παραχρῆμα λαβεῖν*, etc. Ne vero quem offendat, quod forte librarios decepit, Aetolos dici pactos esse, ut ipsi darent et facerent ea, quae haud dubie gravia illis erant, et non nisi aeque atque iniquo animo praestare poterant, sciendum, ita saepe loqui veteres. Supra 22, 52. *Pacti, ut arma atque equos traderent.* 31, 45. *Tertio die pacti,*

Digitized by Google

juris faverent, quae post id tempus, quo T. Quinctius trajecisset in Graeciam, aut vi capta ab Romanis esset,

ut cum singulis vestimentis Delium Boeotiae transveherentur. 42, 52. *Vectigal, quantum Philippus pactus esset, daturum Persea.* Vellej. 2, 38. *Quae cujusque ductu gens ac natio redacta in formulam provinciae, stipendia pacta sit.* ubi male, mehercule, Lipsius scribi jubet *stipendiaria facta sit*, cum ex allatis satis superque constet, etiam victos, immo supplices cum victoribus pacisci, quod Ille negat, de stipendio et caeteris, quae superbe licet praescribuntur. JAC. PERIZ. *dein quingenta Euboica ut darent talenta* Voss. Lov. 4. [Bamb.] et Mead. ambo. Neque aliter Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn. nisi quod praeferant *deinde*; de quo v. ad 3, 3, 6. Recte omnino vidit Cel. Perizon. vocem *Aetoli* hic excidisse. Olim hanc conjecturam Nic. Heinsio proposuerat, qui se eam probare respondit. V. Syllog. epist. Cel. Burm. tom. 4. pag. 769. et 780. Paullo ante *emitterentur* Lov. 6. Et ita edd. Ven. anni 1498. Mediol. anni 1505. omnesque secutae usque ad Frob. qui anno 1535. revocavit *emitterent*; quod non modo supereft in reliquis meis, sed etiam in cod. Mog. V. ad 39, 22, 8.

Ex quibus ducenta praesentia] *ducenta in praesentia* Mead. 1. Non obtempero. Supra 29, 16, 3. *Ut tribus pensionibus ea pecunia solveretur: primam praesentem is, qui tum essent, duas tertii et quinti consules numerarent.* 33, 30, 7. *Mille talentum daret populo Romano; dimidium praesens, dimidium pensionibus decem annorum.* 37, 45, 14. *Quinquies mille talenta in Euboicorum dabitis; quingenta praesentia.* 38, 8, 10. *Cujus summae dimidium praesens numeraretur.*

§. 10. *Urbem ne quam formulae sui juris facerent, quae post id*] Ut *formula* in jure praetorio et civili dicitur, cum certa quadam actione et forma, et verborum certa conceptione aliquid comprehenditur: ita in civitatum imperio et foederibus jurisdictione et ditione *formulam* inde traductam posuit sane quam eleganter: cum etiam ista certa cautione et lege certoque jure non minus, quam privata, constent. TURNEBUS 14. Advers. 11. *Formulam* aliquando diminutivum *formae* esse constat ex Plauto in Persa [2, 2, 47.] scribente:

Tempori hanc vigilare oportet formulam et aetatulam.

Sed haec significatio nihil ad rem praesentem. Ut plurimum *formula* apud Latinos scriptores, et JCtos praesertim, accipitur pro praescripta verborum norma, vel nota, praesertim circa actiones, a qua recedere antiquitus non licebat. Sicuti autem plures erant actiones, ita et totidem formulae; quas videre licet apud Car. Sigonium de Antiquo jur. Rom. Et has omnes complexus est particulari libello seu tractatu F. H. [Hotom.] et de aliis Tacitus lib. de Orat. et Cic. lib. de Finib. in Verr. de claris Orat. in orat. pro Mur. de Legibus, in orat. pro suo reditu, pro Q. Roscio, et alibi pluries. At proprie *formula* accipitur pro actione ipsa apud Paulum l. 42. D. de Furt. *Si servus navem exerceat non voluntate domini, de eo, quod ibi perit, vulgaris formula in dominum danda est.* hoc est, actio in factum. Hinc *formulam intendere* pro dictare actionem, seu instituere judicium, ex Sueton. in Vitell.

Digitized by Google

aut voluntate in amicitiam venisset: Cephallenia insula ut extra jus foederis esset. Haec quamquam spe ipso- 11

7. et *formula excidere* pro cadere causa. Sueton. Claud. 14. *Nec semper praescripta legum secutus, duritiem lenitatemque multarum ex bono et aequo moderatus est; nam et iis, qui apud privatos judices formula excidissent, restituit actiones.* Quod autem *formula excidere* dicit Sueton. idem est cum eo, quod vocat Justinianus lib. 4. Instit. tit. 6. *causa cadere* et *rem amittere.* Praescriptas formulas solemnes antiquas exaratas circa unamquamque actionem sustulere Impp. Constantinus, Theodosius et Valentinianus, sed non formulas ipsas, hoc est, actiones speciales, quae libellis continentur, ut probat Jason in l. 1. D. de Edendo. His sic se habentibus, erit sensus verborum *Livii*, inter caeteras conditiones pacis initae a Romanis cum Aetolis hanc fuisse, ne ipsi aliquam urbem ex iis, quae post id tempus, quo T. Quinctius trajecisset in Graeciam, aut vi capta a Romanis esset, aut voluntarie in eorum amicitiam venisset, *formulae sui juris facerent*, id est, in eam vel eas actionem, quasi sui juris essent, intentarent, sed liberae remanerent: actio enim nil aliud est, ut definivit Justinianus, quam jus prosequendi in judicio, quod sibi debetur. Eodem modo interpretanda et Livii verba 39, [25.] quum ait: *Ejusdem formulae disceptatio de Perraeborum Magnetumque oppidis fuit: omnium enim jura possidendo per occasiones Aetoli miscuerunt.* hoc est, ejusdem actionis judicium Perraeborum et Magnetum oppida sibi ab Aetolis ablata reddi petentes. Et paulo post [c. 26.] subdit Livius, *Et Parachelōida, quae sub Athamania esset, nullo jure Thessalorum formulae factam.* hoc est, nullam juris actionem Thessalos habere in Parachelōida; quae Athamanum esset. Et rursus inquit [eodem cap.] *De injuriis, quas utro citroque illatas querantur, quomodo inter eas gentes et Macedonas disceptetur, formulam juris exsequendi constituendam.* id est, constituendum, injuriarum actiones ex juris forma exsequendas esse, alterutrum, inter Macedonas et gentes illas. Formulae injuriarum meminit Suet. in Vitell. 7. in haec verba. *Quum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti injuriarum formulam, quasi ab ipso calce percussus, intendisset.* Livius quoque 43. [6.] *Lampsacenos in sociorum formulam referre Q. Maenius praetor jussus.* hoc est, actionem illis sociorum datam, ut scilicet, quod petierant, si pax cum Perseo fieret, a Romanis exciperentur, nec amplius in regia potestate essent. Et 44, [16.] de Onesimo Macedone inquit: *Senatus eum in sociorum formulam recipi jussit.* id est, illi eam actionem juris concedi, quam Romanorum socii habebant. Et 45, [30.] ubi de Paulo Aemilio ait: *Divisae itaque Macedoniae partium usibus separatis, quanto universus tenent Macedonas formula dicta, quum leges quoque se daturum ostendisset.* hoc est, quam juris actionem Romani haberent in Macedonas, et quae juris actio competeret Macedonibus, statutum. Et 40, [12.] scribit: *Vis hanc formulam cognitionis esse?* id est, actionem in judicio. Nam, ut dixi, in unaquaque actione erat verborum formula statuta, qua utebantur in actione intentanda. Unde tot tantaeque actionum formulae, quas videre poterit lector apud praeallegatos scriptores. Haec omnia interim annotavimus, quum Turneb. 14. Ad-

Digitized by Google

rum aliquanto leviora erant, petentibus Aetolis, ut
12 ad concilium referrent, permissum est. Parva disceptatio de urbibus tenuit. quae quum sui juris aliquando fuissent, avelli velut a corpore suo aegre patiebantur. ad unum tamen omnes accipi pacem
13 jusserunt. Ambracienses coronam auream consuli centum et quinquaginta pondo dederunt: signa ae-

vers. 11. haec Livii verba concise, ne dicam subobscure, explicaverit. MARC. DONAT. Recte exponit Crevier. ne quam urbem contribuerent sibi, et ad formulam legum Aetolicarum alligarent. Inlustrat vero verbis Polyb. in Exc. Legat. num. 28. πόλιν δὲ μηδεμίαν ἔχειν ἐν τῇ συμπολιτείᾳ. Credit autem resapisci ad urbes Thessaliae Pharsalum, Echinum, Leucadem, quas sibi redditas non fuisse adeo indignati sunt Aetoli, ut hac ira maxime Antiochum in Graeciam evocarint. Supra 33, 13. 34. et 34, 23. At Clariss. Barbeyr. in Supplem. Corp. Diplom. tom. 1. part. 1. pag. 365. ad Oeniadas et Nasum, de quibus v. 26, 24, 25. et 25, 10. De loquendi formula v. ad 26, 24, 6. Insuper *post idem tempus* Lov. 3. V. ad 10, 10, 6. Mox *transisset in Graeciam* Lov. 2. V. ad 30, 28, 1. Praeterea *a Romanis* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. Vox autem proxima *esset* non adparet in Mead. 1.

§. 11. *Quamquam spe ipsorum aliquanto leviora erant*] *essent* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Aldum, qui *erant* ex cod. Mog. dedit. Utrumque admitti potest. V. ad 2, 50, 5. Sequor igitur cum Aldo cod. integerrimum. Mox *Aetolis petentibus* Voss. et Gaertn. Tum *ad consilium* Lov. 1. 3. 6. V. ad cap. 8, 2.

§. 12. *Quae quum sui juris aliquando*] Lege *quas*. MURET. Vulgatum puto similibus exemplis pronominis relativi defendi, et hic suppleri posse *eas*. 21, 41. *Peditum agmen quia adsequi terra non poterant, regressus ad naves*, etc. *in radicibus Alpium obvius fui*. DUK. Mureto adsentitur Crevier. Sed omnes nostri aliorumque codd. *quae* tuentur; quod non opus est, ut cum Mureto in *quas* mutemus, modo ad membrum posterius hujus periodi intelligamus pronomen demonstrativum *eas avelli*. Ita 4, 3, 15. *Civis Romanus si sit ex plebe, praecisa consulatus spes erit*. Ubi non audiendum esse monui Pighium, qui similem ob caussam *civi Romano* legebat. (* Ter. Eun. 3, 5, 62. 4, 3, 13.) De pronomine illo subintellecto v. ad 23, 15, 4. Vel est antiptosis, ut 23, 10. *Eum postulare, ut sibi dedatur*. Ovid. 4. Her. 173.

Sic tibi dent Nymphae, (quam vis odisse puellas
Diceris) arentem quae leve unda sitim.

pro undam, quae levet.

Ad unum tamen omnes accipi pacem] Pal. pr. *ad unum omnes tamen acceptari pacem jusserunt* GEBH. Similiter Lov. 3. *ad unum omnes tamen* etiam Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] Gaertn. Deinde *pacem accipi* Lov. 6. *pacem pati* Gaertn.

Digitized by Google

nea marmoreaque et tabulae pictae, quibus ornatior Ambracia, (quia regia ibi Pyrrhi fuerat) quam ceterae regionis ejus urbes erant, sublata omnia avectaque. nihil praeterea tactum violatumve. 14

X. Profectus ab Ambracia consul in mediterranea Aetoliae, ad Argos Amphilochium (viginti duo millia ab Ambracia abest) castra posuit. eo tandem 1

§. 13. *Coronam auream consuli centum et quinquaginta pondo dederunt*] Vox *consuli* deest in Lov. 2. Tum *centum quinquaginta* Voss. et Gaertn. Sed Polybius, si Livius eum in his minimis imitari voluit, τὸ καὶ addidit in Exc. Leg. num. 28. Ἐδόθη δ' αὐτῷ καὶ στέφανος ἀπὸ ταλαντίων πεντήκοντα ΚΑΙ ἑκατόν. Mox *signa aerea* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. *ornatior Ambracia*, etc. *quam ceterae regionis ejus urbes, erat*, pro *erant*, Lov. 2. Harl. et Mead. ambo. Insuper §. seq. *nihil praeterea motum* Gaertn. [*Pyrrhi fuerant* Bamb.]

§. 1. *Ad Argos Amphilochum*] Putem *ad Argos Amphilochium* auctorem scripsisse, sed huc mendum invasisse. TURNEB. 14. Advers. 11. Pall. *Amphilocium*, seu *Amphilochium*. Tum *XXII millia ab Ambracia est*. GEBH. *Amphilocum*, vel *Amphilochum* edd. principes, pro quo *Amphilochium* ex cod. suo vulgarunt Moguntini. Sigonius deinde revocavit *Amphilochum*, cui Gronov. subfituit *Amphilochicum*. Ita Polyb. Exc. Leg. num. 28. Παραγενόμενος δὲ πρὸς Ἄργος τὸ καλούμενον Ἀμφιλοχικὸν κατεστρατοπέδευσεν. Similiter et alii. Et tamen scripturae nullius cod. fide nititur. Nam *Amphilocum* Lov. 5. et Harl. *Amphilecum* Gaertn. *Amphiletium* Voss. *Amphilectum* Lov. 6. [Bamb.] et Mead. ambo. *Amphilochium*, ut legunt Mog. membranae, Lov. 1. 2. 3. 4. et Hearnii Oxonn. Mox *ab Ambracia est* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. Frobenius demum anno 1535. dedit *abest*. V. ad 6, 32, 9. 37, 26, 5. Hinc *posuit castra* Lov. 3.

Mirante consule, quod moraventur] Et hic scripsisse Livium puto: *mirante consule, quid moraventur*. Et ne me putes hoc promiscue velle, fere l. 36, [41, 21] *Magis mirari se dicebat, quod non jam in Asia essent Romani*. J. FR. GRON. Simili modo *quod* post *mirari* in *quid* partim ex conjectura, partim ex Mstis mutavit Gronov. ad 2, 54, 8. et 34, 57, 10. Et solent passim *quid* et *quod* a librariis confundi. V. ad 3, 7, 3. c. 51, 6. 4, 3, 8. c. 25, 8. 5, 53, 7. 6, 19, 4. 7, 40, 18. 8, 13, 18. c. 24, 12. c. 33, 19. 10, 7, 8. et alibi. Gronovii conjecturam probavit etiam Crevierius; eamdem quoque, ne monito quidem lectore, in contextum recepit Clericus. Contra Clariss. Perizon. ad Sanctii 3. Minerv. 14, 501. *miror quod* defendit: addit tamen, se non recusare illud *quid* a Gronov. τῷ *quod* subfitutum, si habeant Msti, praesertim in hoc Livii loco. Verum *quod* superest in omnibus Mstis [etiam Bamb., qui post *moraretur*]. Praeterea Polyb. quem Livius Latine vertit, id ita exprimit in Exc. Leg.

Digitized by Google

legati Aetoli, mirante consule, quod morarentur, 2 venerunt. Inde, postquam adprobasse pacem concilium Aetolorum accepit, jussis proficisci Romam ad senatum, permissoque, ut et Rhodii, et Athenienses deprecatores irent, dato, qui simul cum iis proficisceretur, C. Valerio fratre, ipse in Cephal- 3 leniam trajecit. Praeoccupatas aures animosque principum Romae criminibus Philippi invenerunt;

num. 28. p. 1154. Θαυμάζων ἐπὶ τῷ μηδένα αὐτῷ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν ἀπαντᾶσθαι quod reddendum *miratus neminem Aetolorum sibi obcurrere*, non vero *quid sive cur nemo obcurreret*. Ob hanc igitur causam etiam hic vulgatam non mutandum existimo, praesertim quum et plura adhuc alia supersint loca veterum, ubi *mirari* post se recipit τὸ *quod*. Ita apud Cic. d. Sen. 13. *Mirari solitum C. Fabricium, quod audisset a Thessalo Cyneam*. Pro Ligar. 6. *Non dubito, quin admiratus sis, vel quod de nullo alio quisquam, vel quod is, qui in eadem causa fuisset, vel quidnam novi sceleris adferret*, Ovid. 1. Am. 4, 7.

Desine mirari, posito quod candida vino
Atracis ambiguos traxit in arma viros,

Quae loca Clariss. Dukerus mihi subgessit. (* Ovid. 16. Her. 151.) V. supra ad 2, 54, 8.

§. 2. *Ut et Athenienses, et Rhodii deprecatores irent*] Pall. uterque *ut et Rhodii et Athenienses deprecatores irent*. GEBH. Prius *et* non agnoscunt Voss. Lov. 1. 5. et edd. antt. V. ad 2, 44, 3. Potuit autem hic hausturn esse a praecedenti *ut*. Vide ad Liv. Epit. 73. Primus eam voculam addidit Frob. anno 1535. consentientibus reliquis Mstis. Deinde *Rhodii et Athenienses* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaerta. qui ordo non erat mutandus, quum idem etiam placuerit Polyb. in Exc. Leg. num. 28. pag. 1154. Παραλαβόντες τούτε Ῥοδίους καὶ τοὺς Ἀθηναίους. ubi insuper duplicem adhibet copulam, quam apud Livium tot numero codd. cum fide servarunt. Similiter mox Liv. hoc cap. *Rhodii tamen et Athenienses cum fide auditi sunt*. ex Polyb. iterum pag. 1155. Τῶν δὲ Ῥοδίων καὶ τῶν Ἀθηναίων ἀξιούντων, ἀνετράπη καὶ προσέσχε τὸν νοῦν. Similiter hoc lib. cap. 3. *Prius ab Rhodo et Athenis legationibus excitis, ut per auctoritatem civitatium earum suae preces nuper repudiatae faciliorem aditum apud senatum haberent*. quod etiam versum ex Polyb. Exc. Leg. num. 26. pag. 1148. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς πρός τε Ῥοδίους πέμπειν καὶ πρὸς Ἀθηναίους, ἀξιοῦντας καὶ παρακαλοῦντας πρεσβεῦσαι περὶ αὐτῶν εἰς τὴν Ῥώμην. Qui voces transposuerunt, id fecisse videntur, quoniam ipse Liv. eas alio ordine proposuerat cap. 9. *Quum jam Atheniensium Rhodiorumque legati apud consulem essent*. Verum ibi similiter praeiverat Polyb. pag. 1151. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον οἱ παρὰ τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν

Digitized by Google

qui, per legatos, per literas, Dolopas, Amphilochosque, et Athamaniam ereptas sibi querens, praesidiaque sua, postremo etiam filium Persea ex Amphilochis pulsum, averterat senatum ab audiendis precibus eorum. Rhodii tamen et Athenienses cum 4 silentio auditi sunt. Atheniensis legatus Leon, Icesiae filius, eloquentia etiam dicitur moviſſe: qui 5 vulgata similitudine, mari tranquillo, quod ventis

Ῥόδίων πρεσβεῖς ἦκον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν Ῥωμαίων. Neque objiciendum, alibi Livium ordinem Polybii invertiſſe; et, quod Polyb. Exc. Leg. 32. dixit *διςμυρίους κριτῶν μεδίμνους, καὶ διςμυρίους πυρῶν*, Livium vertiſſe 38, 15. *Viginti millibus medimnûm tritici, viginti hordei:* non enim sola Livii imitatione Polybiana, sententia mea nititur, sed simul etiam veterum Mſtorum auctoritate. Paullo ante *consilium Aetolorum* Voſſ. et Lov. 1. 3. ac 6. V. ad c. 8, 2. Tum *concepit* Lov. 3.

§. 3. *Per legatos, per literas, Dolopas, Amphilochosque, et Athamaniam ereptas sibi querens*] Pal. pr. *per legatos literasque quod Dolopas, Amphilocosque et Athamaniam sibi querens ereptas.* Proxime vero Pall. uterque, *verteratque senatum.* GEBH. Quasi dixiſſet *Dolopiam, Amphilochiam*, et *Athamaniam*: si tamen sic locutus, et non respexit vel ad dignius *ereptos*, vel ad propius *ereptam* scribendo. J. FR. GRON. *per legatos literasque* Voſſ. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Sed v. ad c. 18, 12. Tum *quod Dolopas, Amphilochosque et Athamaniam sibi querens ereptas* Lov. 3. *sibi querens ereptas* etiam Voſſ. Lov. 1. 6. et Gaertn. *erepta sibi querens* Lov. 2. et Mead. 1. *ereptam sibi querens*, ut Gronov. malebat, Harl. Paullo poſt *filium etiam Persea* Voſſ. Lov. 1. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *filium etiam Persea* Lov. 6. *filium etiam Perseum* Lov. 3. *filium etiam*, voce sequenti omiſſa, Lov. 2. [*filium etiam Persae* Bamb. paulo ante *venerunt* pro *invenerunt* idem.] Tum *everteratque* Lov. 1. 2. 3. 4. Voſſ. Harl. et Mead. ambo.

§. 4. *Leon, Icesiae filius*] Pal. prior *Leochiensiae filius.* Alter *Leochicensiae filius.* GEBHARD. *Damis* ex Polybio Legat. 28. HENR. VALES. Hoc etiam ibi animadvertit Ursinus. *Damis* aeque Polybio *Icesiae filius* dicitur, ac *Leon* Livio: unde non est dubium, quin idem homo ab utroque designetur. Sed, apud utrum nomen illius rectius scribatur, nemo facile dicat. Apollodorum, qui Atheniensibus auctor ad Antiochum deficiendi fuerat, *Leonte* quodam accusante damnatum fuiſſe, scribit Livius 35, 50. DUK. *Leuchi censiae filius* Voſſ. *Leuchiecensiae filius* Gaertn. *Leochisiae filius* Harl. *Leochiensiae filius* Lov. 2. 3. et 6. *Leochicensie filius* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *Leochiocensie filius* Mead. 1. [*Leockicensiae filius* Bamb.]

§. 5. *Vulgata similitudine, mari tranquillo*] Qua etiam usus est Scipio 28, 27, 11. *Multitudo*

Digitized by Google

concitaretur, aequiparando multitudinem Aetolorum, usus, *quum in fide Romanae societatis mansissent, insita gentis tranquillitate quiesse eos* ajebat: *postquam flare ab Asia Thoas et Dicaearchus, ab Europa Mene-*

omnis, sicut natura maris, per se inmobilis est, venti et aurae cient, ita aut tranquillum aut procellae in vobis sunt. ubi viri docti eam inlustrarunt. [*concitaretur, aequiparando* Bamb.]

Quum in fide Romanae societatis mansissent] Lege *dum in fide Romanae societatis mansissent.* Mutuatus autem est Leon hanc comparationem ab Herodoto in l. 7, [16.] Ἴσον ἐκεῖνο, ὦ βασιλεῦ, σαρ' ἐμοὶ κέκριται, φρονέειν τε εὖ καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι. τά σε καὶ ἀμφότερα περιήκοντα, ἀνθρώπων κακῶν ὁμιλίαι σφάλλουσι· καταπερ τὴν πάντων χρησιμοτάτην ἀνθρώποισι θάλασσαν, πνεύματά φασι ἀνέμων ἐμπίπτοντα ἐν περιορᾶν φύσει τῇ ἑωυτῆς χρῆσθαι. J. FR. GRON. Potuit hanc comparationem ab Herodoto mutuatus esse Polybius Exc. Leg. nom. 28. quam ab eo sumsit Livius. Certe ipse Gronov. non aliam ob causam *quum* in *dum* mutandum censuit, quam ut ita Livius exprimeret ἕως, quod in hac re adhibuerat Polyb. pag. 1155. Omnes tamen nostri *quum* constanter servant. Mox *insita genti tranquillitate* Lov. a. Sed v. ad 28, 24, 4. [*ajebant* Bamb.]

§. 6. *Ab Asia Thoas et Dicaearchus, ab Europa Menestas et Damocritus*] Quatuor hic enumerantur, quorum tres posuit l. 35. non ita longe ab initio [c. 12.] Thoanta praetorem gentis Aetolorum, fratrem autem ejus Dicaearchum, ad Antiochum missum. quanquam ad eundem eodem in libro [c. 32.] Livius postea Thoanta missum dicit, atque adeo Menippum regis legatum secum adduxisse, ut ibidem annotavimus. Porro Damocritum ad Nabin Lacedaemoniorum tyrannum invisse legatum. Et praeter hos tres Nicandrum ad Philippum. Menestae, sive, ut quidam scribunt, Menetae, nulla, quod sciam, uspiam mentio. Videat igitur lector, collatis locis, quid legendum censeat. GLAR. Libri omnes *Menestas*. GEBH. *Menestes* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. *Menestas* reliqui codd. cum primis edd. pro quo Frobenius demum anno 1531 substituit *Menetas*. Mutationis hanc causam habuisse videtur, quod ita vocetur supra 36, 28. Verum, postquam Ursinus fragmenta Polybiana in lucem protulit, eum locum potius ex hoc emendandum esse, constare potuit. Similiter enim Μενέσας vocatur in Exc. Leg. num. 28. Ἐπεὶ δ' ἀπὸ μὲν τῆς Ἀσίας πνεύσαντες Θόας καὶ Διαιάρχος, ἀπὸ δὲ τῆς Εὐρώπης Μενέσας καὶ Δαμόκριτος συνετάραξαν τοὺς ὅλους. Eam igitur lectionem revocavi. Ceterum non retulit quidem Livius suo loco, quando vel quomodo Menestas Aetolos ad bellum Romanis inferendum concitarit; sed, ut saepe solitus est, alio tamen loco, data opportuna occasione id memorare non neglexit: nempe dicto libro 36, 28, 3. *Postulo, ut mihi Dicaearchum civem vestrum, et Menestam Epirotam, (Naupactum is cum praesidio ingressus ad defectionem compulerat) et Amynandrum cum principibus Athamanum, quorum consilio ab nobis defecistis, sine mora dedatis.* Tan-

Digitized by Google

ſtas et Damocritus coepiſſent; tum illam tempeſtatem coortam, quae ad Antiochum eos, sicuti in scopulum, intuliſſet.

XI. Diu jactati Aetoli, tandem ut conditiones

dem *Democritus* Lov. 3. 5. et 6. V. ad 31, 32, 1. [*ab Asia* omittit Bamb. mox *cepissent* idem.]

Tum illam tempeſtatem coortam, quae ad Antiochum eos, sicut in scopulum, intuliſſet] Pal. pr. *cum illa tempeſtate cohorta, quae apud Antiochum eos, sicut scopulum intuliſſet.* Vet. ed. *sicuti ad scopulum intuliſſet.* Pal. alter *sicuti scopulum intulisset.* GEBH. A Mogunt. eſt *in scopulum.* Olim *ad scopulum.* Terentius Phorm. 4, 4.

Huic mandes, quod quidem recte curatum velis,
Qui te ad scopulum e tranquillo inferat.

Quae verba Livio fuiſſe obversata videntur: tantum abeſt, ut ea Terentio abjudicem. Lucretius lib. 2, [1174.] *Omnia paullatim tabescere, et ire Ad scopulum.* J. FR. GRON. Olim edebatur *quae eos apud Antiochum, sicuti ad scopulum intulisset:* quod in uno tantum supereſt Lov. 5. qui ubique editis adhaeret. *quae apud Antiochum eos, sicut scopulum* Lov. 3. 6. et Gaertn. *quae apud Antiochum eos, sicuti scopulum* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. Unus veram lectionem servavit cod. Mog. exhibens *quae ad Anthiochum eos, voluti* (*l. *sicuti*) *in scopulum, intulisset:* quam Aldus et poſt eum reliqui receperunt. Mutationi, quae in prioribus verbis *quae ad Antiochum eos* obcurrit, nemo controversiam movit: sed *in scopulum intulisset* τῷ πάνυ Gronovio displiceret, partim quia olim aliter edebatur, partim quia *ad scopulum inferre* Terent. et *ad scopulum ire* Lucretius dixerunt. Non quidem damno genus loquendi *inferre ad scopulum:* similiter enim *inferre signa ad moenia* eſt supra 30, 30, 17. ubi vide. Paſſim etiam verbo cum praepositione composito alia insuper praepositio in regimine additur. V. ad 22, 3, 10. et 37, 27, 6. Et ita hoc loco *ad Antiochum inferre* ex cod. Mog. probandum censeo. Verum alia eſt locutio *inferre ad scopulum*, alia *ire ad scopulum*, qua Lucretius utitur. In loco autem Terentii Clariſſ. Bentlejus plerosque omnes libros *auferat*, pro *inferat*, habere teſtatur, quod ipse probat, vel pro eo legit *ferat.* An igitur, quia Terentius ex emendatione viri Celeberr. dixit *auferre ad scopulum* sensu translato, ideo alteri, cui Terentii verba obversantur, vel sensu translato, vel proprio dicere non licebit *auferre in scopulum?* Quid ergo fiet Ovidio 9. Met. 592. *Auferor in scopulos igitur?* Immo potius, licet Terent. dixiſſet *inferre ad scopulum*, Livio dicere permiſſum erat *inferre in scopulum.* Id autem Livio placuisse, verisimile reddit integerrimi, omnibusque editionibus praeferendi codicis indicium, ex quo et prima hujus periodi verba feliciter emendata eſſe convenit: unde in hac ejus parte eidem fidem abrogare vix permittendum, bonive exempli eſſe judicandum videtur. Idem adſtruunt illorum codicum veſtigia, qui *sicuti scopulum* exhibent: ubi medium *i* sive *in*, poſt vocem similiter in *i* finitam facilius excidere potuit, quam quidem *ad.* Neminem vero morari debet praepositionum mutatio *A D Antiochum*, si-

Digitized by Google

2 pacis convenirent, effecerunt. Fuerunt autem hae: *Imperium majestatemque populi Romani gens Aetolorum conservato sine dolo malo. Ne quem exercitum, qui adversus socios amicosque eorum ducetur, per fines suos* 3 *transire sinito; neve ulla ope juvato. Hostes eosdem habeto, quos populus Romanus, armaque in eos ferto, bel-* 4 *lumque pariter gerito. perfugas, fugitivos, captivosque*

cuti I N scopulum: id enim Livio frequens esse, vidimus ad 6, 28, 3. Praeterea operarum errori adscribo, quod, quum plerique scripti omnesque typis excusi priores praeferant *sicuti*, Gronoviana tamen anni 1665. exhibeat *sicut*; quod recentiores servarunt. Ceterum *cum*, vel *tum illa tempestate coorta* male Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [*intulissent* Bamb.]

§. 1. *Ut ad conditiones pacis convenirent*] Lege *ut conditiones pacis convenirent*, non *ut ad conditiones*, GELEN. Probanda est Gelenii emendatio. Omnes tamen codd. nostri et Hearnii L. 1. alterum servant. Tum *fecerunt* Voss.

§. 2. *Imperium majestatemque populi Romani gens Aetolorum conservato*] Clausula est haec foederum, de qua sic Cicero pro Corn. Balbo [16.] *Adjunctum illud etiam est, quod non est in omnibus foederibus: Majestatem populi Romani comiter conservent. id habet hanc vim, ut sit ille in foedere inferior. Nam cum alterius populi majestas conservari jubetur, de altero siletur, certe ille populus in superiore conditione causaque ponitur, cujus majestas foederis sanctione defenditur.* SIG. Non aliena ab hoc loco sunt verba Cic. in d. orat. cap. 16. a Sigonio praetermissa. *Verbi hoc genus conservanto, quo magis in legibus, quam in foederibus, uti solemus, imperantis est, non precantis.* De eo et aliis verbis imperativis agit Cujac. 11. Obs. 25. Unde confirmatur conjectura Gronovii, hic paullo post legendum esse *traduntor*, et *redduntor*. Ceterum pro eo, quod Cicero et Proculus l. 7. D. de Captiv. et postlim. significant, in aliorum foederum formulis fere fuisse *comiter*, in hoc foedere est *sine dolo malo*, et apud Polyb. Legat. 28. ἀδόλως. quae quomodo inter se differant, exponit Herald. 2. de Rer. judic. auctor. 16. DUK. V. Brisson. de Form. 4, 361. *imperium, majestatem populi Rom.* Voss. et Lov. 6. *imperium et majestatem* Gaertn. [*autem haec* Bamb.]

Per fines tuos transire] Lege *per fines suos*, non *tuos*. GELEN. *tuos* in solo est Lov. 1. similiter etiam in edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et seqq. ante Gelenium. Sed recte *suos* reliqui scripti, et excusi. Paullo ante *Neve quem exercitum* Voss. et Lov. 6. *Utve quem exercitum* Gaertn. Tum *duceretur* cod. Mog. Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. V. ad 2, 56, 7.

§. 3. *Hostes eosdem habeto*, etc. *bellum pariter gerito: perfugas, fugitivos, captivosque*] Τὸ *eosdem* perperam deest in Harl. Polyb. in Exc. Legat. num. 28. ΕΧΘρὸν καὶ φίλον τὸν αὐτὸν ἐχέτω τοῖς Ῥωμαίοις. Tum *bellumque pari-*

Digitized by Google

reddito Romanis sociisque; praeterquam si qui capti, quum domos redissent, iterum capti sunt; aut si qui eo tempore ex iis capti sunt, qui tum hostes erant Romanis, quum intra praesidia Romana Aetoli essent. Aliorum qui comparebunt, intra dies centum Corcyraeorum magistratibus sine dolo malo tradantur: qui non comparebunt, quando quisque eorum primum inventus fuerit,

ter gerito omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Grut. cujus postrema copulam omisit, quam reduxi. Hinc. §. seq. *fugitivos, captivos*, omisso τῶς que, Lov. 3. 4. 5. Harl, Mead. ambo, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Aldum. Livium autem δουνδέτως loqui solitum fuisse, vidimus ad 35, 44, 4. Supra 30, 43. *Perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt.* Plerique reliqui copulam servant. [*hostes eodem* Bamb. *armatque* idem]

§. 4. *Si qui capti, quum domos redissent, iterum capti sunt*] *sic qui captivi* Voss. Tum tria ultima vocabula desunt in Lov. 5. et ed. Rom. anni 1472. *item capti sunt* Lov. 4. [Bamb.] et Mead. ambo. Alibi ita scribae variant. V. ad 6, 22, 4. 10, 36, 17. et 23, 43, 11. [*ex his* pro *ex iis* Bamb.]

Qui tum hostes erant Romanis, quum inter praesidia Romana Aetoli essent] Legendum *intra*: ut supra saepius. J. FR. GRON. Dixit ad 25, 24, 15. et 35, 11, 10. Quid in hoc genere loquendi sint *praesidia*, et qui *inter praesidia alicujus esse* dicantur, quaerunt Heraldus Observ. et Emend. c. 38. et Salmas. ad Jus Att. et Rom. c. 27. Quod hic Latine expressit Livius, *quum inter praesidia Romana Aetoli essent*, Polyb. Legat. 28. Graece dixit: καθ' ὃν καιρὸν Αἰτωλοὶ μετὰ Ῥωμαίων συνεπολέμουν. Hinc satis intelligitur, quid sit *inter praesidia alicujus esse*. Casaubonus Graeca Polybii recte quidem vertit *quum inter auxilia Romana Aetoli essent*; nec tamen erat, cur interpretationem hanc Livianae praeferendam putaret. Budaeus ad l. 5. §. 5. D. de Re milit. *praesidia* non male exponit *partes* et *castra* ex Cic. pro Ligar. 9. et 10. Nec quidquam, ut puto, interest inter *sectam alicujus sequi, arma pro aliquo ferre, in praesidiis* et *in causa alicujus esse*, et *inter praesidia alicujus esse*. Liv. 36, 1, 5. *Vellent, juberentne, cum Antiocho rege, quique sectam ejus sequuti essent, bellum iniri.* 38, 48, 9. *Simul, ut opinor, cum his decreverant, jusserantque* bellum, *qui inter ejus* (Antiochi) *praesidia fuissent.* Et ibid. 10. *Omnes hostes erant, qui pro Antiocho arma adversus nos tulerunt.* Cic. 13. Famil. 19. *Quod Lyso fuerat in nostra causa nostrisque praesidiis.* DUKER. *inter* ex Aldina ed. promanavit. Priores dederunt *intra praesidia*, quod praeferunt Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Passim illa vocabula confundi, vidimus ad 5, 27, 2. Ceterum, prima voce omissa, *cum hostes erant Romanis, et cum* Lov. 1. *cum hostes* etiam Voss.

§. 5. *Quando quisque eorum primum inventus fuerit, reddatur*] Voss. et Buslid. *reddantur*. Et pu-

Digitized by Google

6 *reddantur. obsides quadraginta arbitratu consulis Roma-*
ni dato, ne minores duodecim annorum, neu majores
7 *quadraginta. Obses ne esto praetor, praefectus equitum,*
scriba publicus: neu quis, qui ante obses fuerit apud
8 *Romanos. Cephallenia extra pacis leges esto.* De pecu-
niae summa, quam penderant, pensionibusque ejus, nihil ex eo, quod cum consule convenerat, mutatum. Pro argento si aurum dare mallent, darent,

to melius. Quamquam et suspicari possis, cum hic, tum praecedenti membro fuisse *reddunto*r, *traduntor*. J. FR. GRON. Posteriorem hanc Gronovii conjecturam probat Clariss. Duker. ad §. 2. sed *reddantur* legunt Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. quod recepi. Praeterea *primus inventus fuerit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. *primus inventus erit* Mead. 2. *primum inventus erit* cod. Mog. [et Bamb., *reddatur* idem.] et Mead. 1.

§. 6. *Arbitratu consulis Romani dato, ne minores*] Vet. lib. *Romanis*; quod placet, quia praecessit *Corcyraeorum magistratibus sine dolo malo tradantur*. SIG. Similiter Lov. 2. et Harl. Infra cap. 38. *Obsides Romanis viginti dato*. Posset etiam videri τὸ *Romani* aut *Romanis* supervacuum esse: consul enim, nisi Romanus, non intelligitur; neque etiam obsides aliis, quam Romanis, tradendos esse. Deest etiam ea vox in Gaertn. Supra 30, 37. *Obsides centum arbitratu Scipionis darent*. Nihil tamen temere mutandum censeo. *dona*, pro *dato*, Voss. *donato* Lov. 1. 6. et Hearnii L. 1. [*dando* Bamb. §. 7. *fuit* pro *fuerit* idem.] Tum *nec minores* Voss. et Gaertn. Male. V. ad cap. 24, 5. Mox *ne majores* Lov. 1. 3. et 6. V. ad 34, 35, 9.

§. 8. *Pro argento si aurum dare mallent, darent, convenit*] *dare convenit* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et quaedam ex editionibus ante Froben. anni 1535. Vox *darent* deest in Lov. 3. [et Bamb.] sequens *convenit* in Gaertn. Ceterum Polyb. convenisse scribit, ut ducenta talenta Euboïca argenti praesentia darent: eorum autem tertiam partem, si mallent, auro solverent in Exc. Legat. num. 28. Δότωσαν δὲ Αἰτωλοὶ ἀργυρίου μὴ χείρονος Ἀττικοῦ, παραχρῆμα μὲν τάλαντα Εὐβοϊκὰ σ' τῷ στρατηγῷ τῷ ἐν Ἑλλάδι ἀντὶ τρίτου μέρους τοῦ ἀργυρίου χρυσίον, ἐὰν βούλωνται, διδόντες.

Dum pro argenteis decem aureus unus valeret] Multi de hoc numero dubitant, de verbis etiam magis. At ego puto, Livium neque per *argenteos*, denarios; neque per *aureos*, Romanos, qui centum valebant nummis, significare voluisse, sed rationem auri ad argentum, qua ratione Romani multum lucrabantur, quando analogia auri et argenti requireret in singulos aureos ut minimum XII. argenteos. Verum haec non sunt hujus negotii. GLAREAN. Hotoman. de Re numm. pag. 353. existimat, multo melius ac certius Polyb. dixisse in Exc. Leg. num. 28. pag. 1157. τῶν δέκα μνῶν ἀργυρίου, χρυσοῦ

Digitized by Google

convenit; dum pro argenteis decem aureus unus valeret. *Quae urbes, qui agri, qui homines Aetolorum* 9
juris aliquando fuerunt, qui eorum T. Quinctio, Cn. Domitio consulibus, poſtve eos consules, aut armis subacti, aut voluntate, in ditionem populi Romani venerunt, ne quem eorum Aetoli recepiſſe velint. Oeniadae cum urbe agrisque Acarnanum sunto. His legibus foedus ictum cum Aetolis eſt.

μνᾶν δίδοντες, quam Livium *pro argenteis decem aureus unus:* pro auro enim argentoque infecto scriptoris Graeci Latinum posuiſſe signatum numeratumque, ac simul indicaſſe, unius nummi aurei tantum fuiſſe pondus, quantum singulorum ex decem argenteis, atque universos decem pretio et dignitate unum aureum adaequaſſe; quum tamen apud Romanos unus aureus, qui binos tantum argenteos pendebat, quinque et viginti argenteos valeret. Hinc in mentem ipsi veniebat suspicari, hanc usitatam librae notam ⊲ apud Livium intercidiſſe, eumque potius ita scripsiſſe: *dum pro argenteis decem una auri* ⊲ *valeret. libram* enim Latinos pro Graeca mina usurpaſſe. Verum Livium ejusque lectionem receptam adversus Hotoman. erudite defendit J. Fr. Gronov. 2. de Pec. vet. 8. docens, scriptores Graecos et Latinos adpellatione *minae* auri vel argenti non infectum, sed numeratum signatumque intellexiſſe: praeterea in pretio eamdem esse differentiam inter nummum aureum didrachmum et nummum argenteum didrachmum, quae erat inter minam auri et minam argenti: et quidem auri proportionem ad argentum decuplam fuiſſe. Non itaque vel Livium culpandum, vel lectionem ejus receptam esse mutandam. Latius haec in opere eruditiſſimo videnda sunt. Ceterum *pro decem argenteis* Lov. 2. et Harl. Tum *unus valeret aureus* Lov. 6.

§. 9. *T. Quinctio, Cn. Domitio*] Legendum *L. Quintio*, non *T. Quintio*. Lucius enim cum Domitio fit consul anno xi decados hujus, [35, 10.] Titus autem III cum Aelio, [32, 7.] GLAREAN. *L. Quintio* lege ex ipsomet Livio et Capitolinis consulibus. SIG. Omnes tamen Mſti noſtri, [Bamb.] Hearnii Oxonn. et Crevierii Victor. conſtanter Quinctio praenomen *Titi* tribuunt. Quin et Polyb. eodem modo in Exc. Leg. num. 28. pag. 1158. Ὅσας χώρας, καὶ πόλεις, καὶ ἄνδρας, οἷς οὗτοι ἐχρῶντο ἐπὶ Τίτου Κοϊντίου καὶ Γναίου Δομιτίου στρατηγῶν, ἢ ὕστερον ἐάλωσαν, ἢ εἰς φιλίαν ἦλθον Ῥωμαίοις. Verissimum tamen eſt, T. Quinctium Flamininum non cum Cn. Domitio, sed cum Sex. Aelio Paeto, nono anno antea, consulatum gessisse; et contra L. Quinctium Flamininum Titi fratrem triennio ante cum Cn. Domitio Ahenobarbo. Verum L. Quinctii et Cn. Domitii mentio hic fieri nequit, quia eorum consulatu Romani nihil in Graecia contra Aetolos gesserunt, nullas urbes, nullos agros, nullos homines, qui juris Aetolorum fuerant, aut armis

Digitized by Google

1 XII. Eadem non aestate solum, sed etiam iisdem prope diebus, quibus haec a M. Fulvio consule in Aetolia gesta sunt, consul alter Cn. Manlius in Gallograecia bellum gessit, quod nunc ordiri pergam. 2 Vere primo Ephesum consul venit, acceptisque co-

subegerint, aut voluntate in ditionem suam redegerint. Deinde ita recederetur a conditionibus, quas M. Fulvius cum Aetolis pactus erat cap. 9. *Urbem ne quam formulae sui juris facerent; quae post id tempus, quo T. Quinctius trajecisset in Graeciam, aut vi capta ab Romanis esset, aut voluntate in amicitiam venisset.* Et quidem hac ratione Aetolorum conditio longe melior facta fuisset. Nam si demum urbes, agros, homines sui quondam juris, qui L. Quinctio, Cn. Domitio consulibus, postve eos consules armis subacti, aut voluntate in ditionem populi Romani venerant, recipere prohiberentur, potuerunt sane recipere, qui inter T. Quinctii in Graeciam adventum et L. Quinctii consulatum aut armis aut voluntate Romanis juncti sunt; et quidem nominatim urbes Pharsalum, Larissam Cremasten, Echinum, Thebas Phthias, et Leucadem, quas a Philippo receptas partim iis restituere Quinctius recusarat, 33, 13. partim rei cognitionem decem legati ad senatum rejecerant, 33, 34. Verisimile autem non est, senatum Romanum, qui pacem Aetolis datam aegre confirmavit, conditiones ejus mitigasse, aut jam hostibus infensissimis, sed debellatis, concessisse, quod iisdem adhuc sociis et florentibus negandum duxerat. His rationibus permotus Perizon. in Animadv. Hist. cap. 1. pag. 13. existimat, in hac parte ἁμάρτημα μνημονικὸν commissum esse a Polybio, qui, quod antea pag. 1153. recte dixerat μετὰ τὴν Τίτου Κοϊντίου διάβασιν, postea ornatius et accuratius more Romanorum expositurus, T. Quinctio perperam collegam addidit Cn. Domitium, qui aliquot annis post cum Titi fratre L. Quinctio consulatum gessit: Livium vero hunc Polybii errorem non animadversum in suos historiarum libros transtulisse. Videnda sunt, quae vir Cel. pluribus d. l. disputat. Ex ejus igitur sententia *Titi* praenomen, cui expuncto *Lucii* Sigonius substituerat, Quinctio reddidi, quod et Crevierium fecisse video.

Armis subacti, aut voluntate, in ditionem populi Romani venerunt] *aut armis subacti* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Gruterum, cujus editio ultima vocem *aut* ab initio omisit, quam Livio restitui. Tum *in deditionem* Lov. 2. 5. Harl. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Sed reliquos codd. qui, praeter Mead. 1. *in dictione*, et Mead. 2. *in ditione* exhibentes, vulgatum tuentur, sequor. V. ad 33, 37, 4.

Neque eos Aetoli recepissent, vel in Aetolia essent, eae urbes agrique Acarnanum sunto] Antiqua lectio, *ne quem eorum Aetoli recepisse velint. Aeniadae cum urbe agrisque Acarnanum sunto.* GELEN. *Oeniadae* ex Thucydide, Stephano, ut supra. SIG. Antiquam lectionem, a Gelenio explosam, in uno inveni Lov. 5. *neque eorum qui Aetoli recepissent vel in Aetolia urbes agrosque* Lov. 3. et Harl. *neque eorum quae Ae-*

Digitized by Google

piis a L. Scipione, et exercitu lustrato, concionem apud milites habuit: qua, conlaudata virtute eorum, 3 quod cum Antiocho uno proelio debellassent, adhortatus eos ad novum cum Gallis suscipiendum bellum, qui et auxiliis Antiochum juvissent, et adeo indo-

toli recepissent vel in Aetolia X urbes agrosque Mead. ambo. *neque eorum Aetoli recepisssent vel in Aetolia X urbes agrosque* Lov. 1. 3. 4. 6. et Gaertn. Neque aliter Voss. nisi quod legat *recepisset*. Gronovius quidem reliquas emendationes probat ad 37, 17, 6. et priori ed. not. ad h. loc. at uni *recepisse velint* controversiam movet. Existimans enim Gelenium *recepisse vellent* emendasse, et ita Mog. cod. praeferre, tuetur vulgatum ante eum *recepissent*, idque exponit vel per *recepisse vellent*, vel per *reciperent*. Verum ex cod. suo nihil hic Moguntini monuerunt, sed Gelenius loco desperato auxilium tulit; utrum vero ex cod. Mog. an ex alio, non monuit. Praeterea non *recepisse vellent* reponendum censet, sed *recepisse velint*, quod exponi debet *receperint*, vel *recipiant*. Lectionem Gelenii firmant codd. nostrorum vestigia *recepissent*, *vel in*, aut *recepisset vel in*. Insuper *recepissent* pro *reciperent* hic locum habere nequit, quia, quae hoc cap. directa oratione praecedunt, vel imperativo, vel subjunctivo praesentis concepta sunt, quorum alterutrum hic pariter requiritur. *Recepisse velint* itaque est recipiant: quae loquendi formula blandior esse vulgo creditur, quam praecisum *recipiant*, vel *recipiunto*; eadem tamen utuntur etiam imperiosius praecipientes, vehementiusque inerepantes. Ovid. 2. Am. 4, 38.

Oscula praecipue nulla dedisse mihi.

Phaedr. 1, 29, 5.

— — *ille indignatus repudiat Officium, et quaerit, cur sic mentiri velit.*

ubi vide Cel. Burm. Recte etiam Sigon. *Oeniadae*. Polyb. pag. 1258. *Ἡ δὲ πόλις, καὶ ἡ χώρα ἡ τῶν Οἰνιάδων, Ἀκαρνάνων ἔσω.* ubi Ursin. etiam hic *Oeniadae* legendum monuit. [*recepissent*. mox *vel in Aetolia X urbes agrosque Acarnanum sunto* Bamb.]

§. 1. *Sed etiam iisdem diebus*] Ita habent libri nostri omnes. Vulgo *iisdem prope diebus*. GEBH. *iisdem diebus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. [Bamb.] et Mead. uterque. *his diebus* Gaertn. *iis diebus* Lov. 5. et edd. antt. *iisdem prope diebus*, quod vulgo nunc exstat, Aldus adoptavit ex cod. Mog. Mox *τὸ consule* non adparet in Lov. 5. et priscis excusis. Aldus id iterum ex eodem cod. adscivit, adsentientibus reliquis omnibus Mstis.

§. 2. *Ephesum consul venit*] Media vox exsulat ab Harl. Mox *ab L. Scipione* legunt Lov. 1. 2. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo.

§. 3. *Qua, conlaudata virtute eorum*] Pal. prior *quasi laudata*. GEBH. Similiter Lovel. 3. Mox *uno* deest in Lov. 2. Tum *ac hortatus eos novum* Harl. *adhortatus eos novum* reliqui codd. et edd. ante Frob. anni 1531. Hinc *bellum cum Gallis suscipiendum* Lov. 2. Harl. et Mead. 1.

Qui et auxiliis Antiochum juvissent, et adeo indomita) Pall. uter-

Digitized by Google

4 mita haberent ingenia, ut nequidquam Antiochus emotus ultra juga Tauri montis esset, nisi frangerentur opes Gallorum, de se quoque pauca, nec falsa, 5 nec inmodica, adjecit. Laeti milites cum frequenti adsensu consulem audiverunt, partem virium Antiochi fuisse Gallos credentes; rege superato, nullum

que, et vet. editio *qui et* (Pal. pr. *ex*) *auxilio juvissent Antiochum, et ante indomita haberent ingenia.* GEBH. *qui ex auxilio* Voss. et Lov. 3. ac 6. *qui et auxilio* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Aldum. Deinde *juvissent Antiochum* Lov. sex, Harl. Mead. ambo [Bamb.], et edd. eaedem. *juvassent Antiochum* Gaertn. *vicissent Antiochum* Voss. *auxiliis* Aldus dedit fide cod. Mog. quod servavi; sive per *auxilia* intelligas milites auxiliarios, (in exercitu enim Antiochi Gallograecos equites Livius supra memorat 37, 40. v. et hoc l. c. 48.) sive in genere opem, auxilium. V. ad 5, 36, 2. Sed *Antiochum juvissent* idem Aldus, invito Mog. Mso, transposuit, si credere licet viris doctis, qui ejus excerpta nobis dederunt. Quare priscum ordinem revocavi. Deinde *et ante indomita* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. pr. [Bamb.] et Gaertn.

§. 4. *Antiochus emotus ultra juga Tauri*] Ita quoque locutus est in Eumenis persona [37, 53.] mavult tamen MS. *Antiochus amotus.* MOD. Codicem Mog. qui *amotus* legit, non audio. V. ad 42, 50, 6. [*semotus* Bamb.]

Nisi frangeretur opus Gallorum] *Frangi Gallorum opus* adulteratum crediderim, pro *opes.* TURNEB. 14. Advers. 11. In qua ed. ita Turnebus invenerit, nescio: omnes enim, quas vidi, habent *frangerentur opes.* Nec aliter scripti, excepto Mead. pr. qui praefert *frangerent.* Vide ad 10, 10, 1.

De se quoque pauca, nec falsa, nec inmodica, adjecit. Laeti cum frequenti] Pall. *de se nec falsa, nec immodica adjecit.* Vet. ed. *de se nec falsa, nec modica adjecit.* GEBH. *de se quoque nec falsa, nec inmodica* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo [Bamb.], et Hearnii L. 1. *de se quoque neque falsa, nec inmodica* Lov. 2. *de se quoque nec falsa, nec incommoda* Gaertn. *nec incommoda* etiam Voss. *de se quoque nec falsa, nec modica* Lov. 5. et edd. vett. Primi Moguntini recte *pauca, nec falsa, nec inmodica* ex cod. suo vulgarunt. Insuper *nec inmodica, acciti milites cum frequenti* iterum cod. Mog. *nec inmodica, adjecit. Laeti milites cum frequenti* omnes nostri codd. ut et edd. ante Gruterum, cujus ultima ed. perperam vocem *milites* omisit; quam loco restitui. Mox *consulem adiuverunt* Lov. 3. *consulem adiverunt* Voss. et Lov. 1. *consulem adierunt* cod. Mog. ex cujus vestigiis legendum *audierunt*, quod superest in Harl. et edd. Ven. anni 1498. et Mediol. anni 1505.

§. 6. *Credere consul, gnarum locorum* etc. *et cujus interesset frangi Gallorum opes*] Pal. pr. *consul gnarus locorum.* vet. ed.

Digitized by Google

lum momentum in solis per se Gallorum copiis fore. Eumenem haud in tempore abesse (Romae tunc 6 erat) credere consul, gnarum locorum hominumque, et cujus interesset frangi Gallorum opes. Attalum 7 igitur fratrem ejus arcessit a Pergamo, hortatusque ad capessendum secum bellum, pollicentem suam suorumque operam domum ad comparandum dimit-

credere consul ignarus locorum. Vulgata proba est lectio, conspicua in Pal. posteriore. Iterum libri omnes *et cujus interest frangi G. o.* GEBH. *credere consul gnarus locorum* Lov. 3. *credere consul ignarus locorum* Lov. 5. et edd. principes. Moguntini deinde monuerunt, se in cod. suo invenisse *ignarum locorum*; unde Aldus restituendum vidit *gnarum locorum*, quod supererat in reliquis scriptis, nisi quod Gaertn. *gnarum locorumque hominumque* dederit. Deinde *et cujus interest* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes; pro quo Moguntini ex cod. suo vulgarunt *interesset*, quod in Lov. 2. et Mead. 1. superfuisse videtur. V. ad 22, 36, 4. Tum *frangi illorum opes* Voss. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antt. *Gallorum* Aldus, praeeunte cod. Mog. substituit. Nec aliter reliqui nostri. Paullo ante *Romae cum erat* Lov. 1. 5. et ed. Camp. *Romae tum erat* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et editi ante Aldum, qui *tunc* dedit. V. ad 2, 12, 15.

§. 7. *Attalum igitur fratrem accersit*] Vet. lib. *fratrem ejus*, id est Eumenis. SIG. Similiter omnes scripti, et edd. antt. *Το ejus* primum neglectum vidi in ed. Bas. anni 1554. Mox *secum* deest in Lov. 3. et Hearnii L. 1. *ad secum bellum capessendum* legit Gaertn.

Domum ad comparandum copias dimittit] Pal. pr. *domum ad comparandum dimittit.* GEBH. *Copias* istas plane scriptae membranae exauctoratas dimittunt, neque amplius, quam: *pollicentem suam suorumque operam domum ad comparandum dimittit.* Ubi quum aliquid deesse falso crederent, adsciverunt *copias:* quos inter ipse, proximus alias scriptis, Johannes Andreas. Nos vero hanc quoque elegantem formulam loquendi Livio vindicamus, ipso auctore. L. 35, [45, 5.] *Ut taedio et impetus elanguescat regis, et Romani tempus ad comparandum habeant.* L. 42, [52, 8.] *Fallaci deinde colloquio per speciem reconciliandae pacis extractam hiemem, ut tempus ad comparandum haberent.* Cic. pro Plancio [c. 20.] deinde *habere* comitia *coepit subito, praeter opinionem omnium, ut ne si cogitasset quidem quispiam largiri, daretur spatium comparandi.* Cornelius Nepos Thrasybulo [c. 2.] *Haec enim illos ad persequendum segnes, hos autem, tempore ad comparandum dato, fecit robustiores.* Annibale [c. 7.] *Quum in apparando acerrime esset occupatus, Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt.* Neque absimile illud 34, [34, 6.] *Nihil jam praeter nudum solum ager hostium habet. Ad hoc hiems accedit, ad comportandum ex longinquo difficilis.* J. FR. GRON. Vocem *copias* in uno tantum meorum Lov. 5. qui

Digitized by Google

8 tit. Paucos post dies profecto ab Epheso consuli ad Magnesiam obcurrit Attalus cum mille peditibus, equitibus ducentis, Athenaeo fratre jusso cum ceteris copiis subsequi, commendata iis custodia Perga-
9 mi, quos fratri regnoque fidos credebat. Consul, conlaudato juvene, cum omnibus copiis ad Maeandrum progressus, castra posuit, quia vado superari amnis non poterat] *qua superari* Lov. 2. V. ad 40, 29, 8. *quando superari* Harl. quod non displiceret, si plures codd. concinerent. Solet enim τὸ *quando* pro quia, quoniam poni. V. ad 40, 9, 1. Ex ejus itaque glossa natum videri potest *quia*, ut saepe alibi. V. ad 9, 8, 4. 32, 21, 2. et alibi. *amplius*, pro *amnis*, Gaertn. Mox *erat* exsulat ab Harl. *ad trajiciendum exercitum* legit Gaertn. [*qua* pro *quia* Bamb.]

semper editis adhaeret, inveni. Reliqui Mssti eam recte ignorant. Cic. 16. ad fam. 10. *Omnino ex hac quoque parte diligentissime comparatur.* ubi vide viros doctos. Bamdem loquendi formulam Livio etiam restituere conatur Gronov. supra 36, 3, 4.

§. 8. *Paucos post dies profecto ab Epheso consuli*] Pal. pr. *Post paucos dies profecto consuli Epheso.* Reliqui duo libri omittunt quoque τὸ *ab.* GEBH. *Post paucos dies* Lov. 3. Sed v. ad 2, 19, 8. Tum *profecto Ephesum consuli* Lovel. 2. et Harl. *profecto Epheso consuli* Lov. 4. [Bamb.] et Mead. ambo. *profecto consuli Epheso* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. antt. Postea Moguntini dederunt *profecto consuli ab Epheso:* testati tamen sunt, in membranis suis se vidisse *profecto ab Epheso consuli*, quod Aldus recepit.

§. 9. *Quia vado superari amnis*

Cum mille peditibus, equitibus ducentis] MS. *equitibusque quingentis.* MOD. Pal. pr. *cum mille peditibus et tercentum peditibus, Athenaeo fratre jusso cum ceteris copiis obsequi.* GEBH. Posteriorem numerum omittunt Voss. Mead. 2. Lov. 4. 6. et Hearnii L. 1. *equitibusque ducentis* Harl. *et tercentis equitibus* Lov. 3. *equitibus trecentis* Lov. 1. Mox *obsequi* Lov. 3. et 6. [*Athene fratre ejus jusso* Bamb. *his* pro *iis, regnoque ejus* idem.]

§. 10. *Transgressi Maeandrum ad Phileram Comen pervenerunt*] Ita emendarunt quidam, id quod antea erat *ad Comenen:* verum, quo moti authore, nondum scire potui. Quidam *Hieran Comen* emendarunt. GLAR. Stephanus: *Ἱερὰ κώμη, δῆμος Καρίας.* SIG. *Transgressi in Maeandrum* Mead. 1. *Transgressi sunt Maeandrum* Harl. utrumque natum ex librariorum errore. Deinde *ad Exmenem pervenerunt* Lov. 6. *ad Camonem pervenerunt* Lov. 3. *ad Comen*, vel *Comem pervenerunt* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *ad Comenses pervenerunt* Voss. *ad Comenen*, vel *Comenem pervenerunt* Mead. 2. Hearnii L. 1. [Bamb. et primae edd. *pervenerunt ad Phileram Comen* cod. Mog. quod Aldus recepit, nisi quod, servata prisca verborum serie, *ad Phileram Comen pervenerunt* dederit Froben. demum anno 1531. *ad Hieran Comen pervenerunt* emen

Digitized by Google

ri amnis non poterat, et contrahendae naves erant ad exercitum trajiciendum. Transgressi Maeandrum ad Hieran Comen pervenerunt.

XIII. Fanum ibi auguſtum Apollinis et oraculum: 1 sortes versibus haud inconditis dare vates dicuntur. Hinc alteris caſtris ad Harpasum flumen ventum eſt: 2 quo legati ab Alabandis venerunt, ut caſtellum, quod

davit. Haec Hiera Come pagus Cariae eſt Doujatio. Sed *Δῆμος Καρίας* dicitur Steph. Byz. *Hieracomitae populus* vel *civitas* memoratur Plin. 5. H. Nat. 30. *Ἱερὰ κώμη* obcurrit apud Polyb. pag. 1406. et 1469.

§. 1. *Fanum ibi auguſtum Apollinis et oraculum: sortes versibus*] Pal. pr. et vet. ed. *sortes autem versibus*. Pal. alter *ortae sunt versibus*. GEBH. *Ibi auguſtum fanum* cod. Mog. Tum *et oraculum eſt, sortes ubi versibus* Lov. 6. *et ora Deûm oratae sunt versibus* Mead. 1. *et oracula Deûm versibus* Harl. *et oraculum: sortes ubi versibus* Lov. 2. *et oraculum ortae sunt versibus* Voſſ. Lov. 1. 4. Mead. 2. et Gaertn. *et oraculum: sortes autem versibus* Lov. 3. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. Frobenius anno 1535. omisit τὸ *autem*, quae vox melius connectendae orationi a librariis perperam addita eſt. V. ad 21, 40, 11. Ceterum in Hiera Come hic memoratur templum Apollinis; at ibidem templum Dianae a Prusia, quo tempore cum Attalo Eumenis patre bellum gerebat, spoliatum ac direptum memoravit Polyb. pag. 1469. Mox *discuntur*, pro *dicuntur*, perperam Lov. 1. et 4. V. ad 39, 34, 6.

§. 2. *Ad Harpasum flumen ventum eſt*] MS. *ad Arpasum flumen perventum eſt*. MOD. *Hacpassum*, omiſſa praepositione Lov. 1. *ad Harpassum* Voſſ. et Gaertn. *ad Arpassum* Lov. 6. *ad Arphasim* Hearnii L. 1. *ad Arphasum* Lov. 3. *ad Arpasum* Moguntino consentiens Lov. 2. Sed adspirationem ab initio vocis, quam librarii pro lubitu vel addere, vel detrahere soliti sunt, servandam eſſe, oſtendit etymologia nominis ejus, quam ex antiquo scriptore adfert Auctor Etym. M. 5. *Ἅρπασος. Ἅρπασος ποταμὸς Καρίας, πρότερον Δαφνοῦς καλούμενος. Ἔτρεται δὲ διὰ τὸ ὀξύτατον τοῦ ῥοῦ, καὶ ὅτι ἁρπάζει τοὺς παριόντας αὐτῷ. οὕτως ἱστόρει Ἀπολλώνιος ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ τῶν Καρικῶν.* Hanc vocis originem veram eſſe, praeſtare nolo: Inde tantum infero, eam scriptoribus in mentem venire non potuiſſe, nisi litera initialis adspiraretur. Deinde omnes codd. *ventum eſt*. At *perventum*, ut Mog. praefert, etiam infra dixit hoc cap. *Ex eo loco ad Tabas tertiis caſtris perventum*. Et cap. 14. *Tertio inde die ad Chrysum amnem perventum*.

Venerunt, ut caſtellum, quod ab ipsis nuper desciſſet] Libri omnes *quod caſtellum nuper ab ipsis* (Pal. poſt. et vet. ed. *ab ipsis nuper*) *desciſſet*. GEBH. *venerunt, rogantes, ut caſtellum, quod* Lov. 6. *venerunt, rogantes, ut, quod caſtellum* Lov. 2. Sed illud *rogantes* ex interpretis gloſſa insertum

Digitized by Google

ab ipsis nuper descisset, aut auctoritate, aut armis,
3 cogeret jura antiqua pati. Eodem et Athenaeus,
Eumenis et Attali frater, cum Cretensi Leuso et
Corrago Macedone venit. mille pedites mixtarum
4 gentium et trecentos equites secum adduxerunt. Con-
sul, tribuno militum misso cum modica manu, ca-
stellum vi captum Alabandensibus reddit. ipse, ni-

est. Supra 9, 15, 3. *Legatos misere ad consulem Romanum, ut absisteret obsidione.* ubi male simili errore unus praefert *ad consulem rogatum, ut.* Vide, quae ibi notantur, et ad hujus libri cap. 1, 4. Praeterea *venerunt, ut, quod castellum* Lov. 4. et Harl. *venerunt, quod castellum* Voss. Lov. 1. 3. 5. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. antt. Moguntini id, quod nunc vulgo exstat, ex cod. suo adsciverunt. Vocula *ut* intercidérat ob ultimas literas vocis praecedentis. V. ad 37, 24, 13. Insuper *nuper ab ipsis descisset* Lov. 3.

§. 3. *Cum Cretensi Leuso*] Pal. pr. *cum Cretense Loso.* posterior *cum Cretense Lenso.* GEBH. *cum Cretenso*, proxima voce omissa, Gaertn. *cum Cretense Loso* Lov. 3. *cum Cretense Leoso* Lov. 6. *cum Cretense Lense* Lov. 1. *cum Cretense Lenso* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *cum Cretense Leuso* Voss. Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472, ac Parm. Mox *Corago* Voss. Lov. 2. 3. et Gaertn. *Corragum*, castellum Macedoniae, Livius memorat supra 31, 27. *Corragum* Eumenis praefectum infra 42, 67. Deinde *mille peditum* Lov. 5. reliquis invitis. *τὸ pedites* deest in Harl. Insuper *milites* pro *equites* Voss. V. ad 10, 29, 10. Adde ad 27, 3, 9. cap. 19, 12. 34, 14, 8. 35, 35, 18. 38, 25, 8. aliisque locis. Tandem *eduxerunt* Lov. 2. [*Cretense Lento* Bamb.]

§. 4. *Castellum vi receptum Alabandensibus reddit*] MS. *castellum captum Alabandensibus r.* MOD. Pall. uterque *castellum vi captum.* Mox ed. prisca *via degressus.* GEBH. Vulgatum *vi receptum*, quod in omnibus excusis inveni, in solis Lov. 2. et 5. obvium fuit. *castellum captum* praefert cod. Mog. *castellum vi captum* reliqui mei, et Hearnii L. 1. quod recepi. In optimo enim cod. *τὸ vi* hausfum est a vocis praecedentis litera finali. V. ad 10, 46, 11. Hinc *redditum* sine sensu Voss. Lov. 1. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *reddidit* Lov. 2. 3. 5. et edd. principes, pro quo Ascens. anno 1510. et hinc Frob. anno 1535. *reddit* dederunt. V. ad Epit. Liv. 99. Paullo post *a via degressus* Lov. 2. *via degressus* Voss. Lov. 1. 4. 6. Gaertn. [Bamb.] et edd. principes. Sed male.

§. 5. *Hujus amnis fontes Celenis oriuntur. Celenae urbs*] *Celaenae*, addita diphthongo, scribendas esse, Graecorum scriptura ostendit. Loquitur autem de fontibus Maeandri fluminis, de quo eadem Solinus c. 43, [vel 40.] *Ex arce Celaenarum Maeander amnis caput tollit, qui recurrentibus ripis flexuosus inter Cariam et Ioniam praecipitat in sinum; qui Miletum dividit et Prienem.* SIG.

Novaeque urbi Apameae nomen inditum ab Apamea, sorore Seleu-

Digitized by Google

hil via digressus, ad Antiochiam super Maeandrum amnem posuit castra. Hujus amnis fontes Celaenis 5 oriuntur. Celaenae urbs caput quondam Phrygiae fuit. migratum inde haud procul veteribus Celaenis, novaeque urbi Apameae nomen inditum ab Apamea, 3 sorore Seleuci regis. Et Marsyas amnis, haud pro- 6 cul a Maeandri fontibus oriens, in Maeandrum ca-

ci regis] Strabo lib. 12. non ita longe a fine, [pag. 578.] ait, Antiochum Sotera ex Celaenis homines in Apamiam transtulisse, urbemque appellasse de nomine matris Apamae, Artabazi filiae, quae Seleuco Nicatori nupta fuit. Livius in his barbarorum nominibus non admodum solicitus fuisse videtur, aut forte alios secutus. GLAR. Haec mulier Straboni lib. 12. pag. 578. et 16, 749. ac Stephano 5. Ἀπάμεια est Ἀπάμα. Alias quoque mulieres hoc nomine, Ἀπαμείαν nullam, quod sciam, memorant historiae. Ἀπάμα, Prusiae uxor, apud Stephan. est 5. Μύρλεια. et Ἀπάμη Antiochi filia, Seleuci neptis, apud Pausan. 1, 7. Appianum quoque in Syriac. pag. 93. uxorem Amynandri, quae Livio 35, 47, 5. est *Apamia*, Ἀπάμην vocare, ibi adnotavit Sigonius. Considerandum puto, an in Livium nomen urbis pro nomine mulierum irrepserit, et hic *Apama*, 35, 47, 5. *Apamam* scribendum sit. DUR. *urbi Apamiae* vel *urbi Apamia*, et mox etiam *Apamia sorore* Lov. 2. 4. et Mead. 2. Urbs Graecis Ἀπάμεια dicitur, quod Latini vel *Apamea* vel *Apamia* proferre possunt. V. Salmas. ad Solin. pag. 580. et quae notantur ad 31, 43, 5. Ceterum Livius hic diversus abit a plerisque scriptoribus, in primis Strabone loc. laud. et Alex. in B. Syr. pag. 124. qui Apameam Syriae ab *Apame*, regis Seleuci non *sorore*, sed *uxore*, adpellatam testantur. Hinc permonus Salmas. loc. laud. legendum censet *ab Apame uxore Seleuci*. Cujus libertate offensus Falconer. Diss. de numm. Apamensi, quam Gronov. inseruit tom. 10. Antiq. Graec. pag. 682. nihil mutandum contendit, et inter μνημονικὰ ἁμαρτήματα Livii refert, quod urbem ex nomine sororis regis Seleuci adpellatam crediderit. Vide etiam Clariss. P. Burm. ad Vales. 2. Emend. 18. In Excerptis codd. quibus utor, ad vocem *sorore* nihil notatum invenio; nihilominus ex vocibus perpetua serie exaratis *Apamiaxore*, sive, ut scribere solebant, *Apameuesore* indoctos librarios facile efficere potuisse puto *Apamea sorore*, pro *Apame uxore*. In Lov. autem 6. invenio *ab Apama sorore*. Insuper Livius, Straboni consentiens, Celaenas ab Apamea distinguit, quum Plin. 5, 29. Apameam olim Celaenas, dein Ciboton adpellatam dicat.

§. 6. *Marsyas amnis, haud procul a Maeandri fontibus oriens*] De hoc flumine, quod ad hunc locum pertinet, egregie Q. Curtius 3, 1. *Media illa tempestate Celaenarum moenia interfluebat Marsyas amnis, fabulosis Graecorum carminibus inclytus. Fons ejus ex summo montis cacumine exurgens in subjectam petram magno impetu aquarum cadit. Ceterum, quam-*

Digitized by Google

dit. Famaque ita tenet, Celaenis Marsyam cum
7 Apolline tibiarum cantu certasse. Maeander, ex ar-
ce summa Celaenarum ortus, media urbe decurrens
per Caras primum, deinde Ionas, in sinum mari
8 editur, qui inter Prienen et Miletum est. Ad Antio-
chiam in castra consulis Seleucus, Antiochi filius
ex foedere icto cum Scipione, ad frumentum exer-
9 citui dandum venit. Parva disceptatio de Attali au-

dio intra muros fluit, nomen suum retinet: at cum extra munimenta se evolvit, majore vi ac mole agentem undas Lycum appellant. Eadem Strabo lib. 12, [577.] de Marsya. SIG. Confer etiam Herodot. 7, 26. Insuper *procul Maeandri fontibus* sine praepositione Lov. 6. de quo v. ad 24, 28, 1. Uni tamen codici credere temerarium puto. Mox *Marsiliam* Voss. et Lov. 1. *Marsian* Mead. 1. qui dare voluit Graeca terminatione *Marsyan*. Praeterea *cantu decertare* Gaertn.

§. 7. *Media urbe decurrens*] *in edita urbe* Lov. 4. Tum *discurrens* Lov. 5. et edd. principes; cujus lectionis auctor cogitasse videtur sinuosos Maeandri cursus omnibus notos. Non tamen videtur tam prope fontes in urbe Celaenis flexuosis recursibus erraſſe, sed demum ubi longius inde receſſit. Recte igitur Aldus ex Mſto Mog. *decurrens*, concinentibus reliquis noſtris. Teſtatur enim Livius, Maeandrum in arce summa Celaenarum oriri; unde nunc addit *decurrens*, ex loco nempe edito. V. ad 10, 27, 8. Paullo poſt *in sinu maris* Voss. Lov. 1. 2. 4. & Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes. Sed ultima litera τοῦ *sinum* intercepta eſt a prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. Praeterea *editum* Lov. 1. *conditum* Lov. 6. *conditur* Lov. 2 et 3. V. ad 22, 40, 8. Deniqu *quod inter Prienen* Voss. Lov. 4 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn et edd. ante Moguntinos, qui re cte ex cod. suo dederunt *qui in ter Prienen*. Non tam enim ipsum mare, quam ejus sinus, inte Prienen et Miletum erat. Multa etiam edd. perperam *Prienem*.

§. 8. *Ad Antiochum in caſtr consulis Seleucus, Antiochi filius.* Libri omnes legunt *ad Antioch am*. GEBH. *ad Antiochum* oper rum errore praefert ed. Modi na, quod a proximis servatu Gronovius demum emendavi Tum *Antiochi frater* Voss. [Bamb et Gaertn. Si codd. adsentire tur, neque *frater*, neque *filii* requirerem, sed simpliciter I gerem *Seleucus Antiochi*. V. a 37, 18, 1. Sed reliqui codd. *lius* defendunt. Voces *cum Sc pione* desunt in Lov. 6. Insup §. seq. *Romano militi tantum* Vo Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Tum *Seleucus dicebat* Voss. Lov. 1. Mead. ambo, et Gaertn. nul commodo sensu. [*ut Seleucus d cebat* Bamb.]

§. 10. *Discuſſa ea quoque eſt ce ſtantia*] Libri omnes exhibe *Decuſſa ea quoque eſt*. GEBH. militer Voss. Lov. sex, Gaert Hearnii L. 1. [Bamb.] et ed vett. pro quo Frob. anno 15

Digitized by Google

xiliaribus orta est; quod, Romano tantum militi, pactum Antiochum, ut daretur frumentum, Seleucus dicebat. Discussa ea quoque est constantia consulis, qui dimisso tribuno edixit, ne Romani milites acciperent, priusquam Attali auxilia accepissent. Inde ad Gordiutichos, quod vocant, processum est. ex eo loco ad Tabas tertiis castris perventum. in finibus Pisidarum posita est urbs, in ea parte, quae

recte ex cod. Mog. *Discussa* substituit. Liv. 2, 52, 7. *Periculum audacia discussit.* ubi vide, quae notavi, et ad Epit. Liv. 5. Infra 39, 10, 8. *Obsecrare, ut eam rem quocumque discuteret modo.* 41, 25, 2. *Discussa res veteres etiam iras excitavit.* Tum *est ea quoque* Lov. 1. et Gaertn. *est quoque*, omisso *ea*, Lov. 6. Sed *est* exsulat a Voss. Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. Contra voculam *quoque* aut recidendam, aut inmutandam esse, existimat Clariss. Crevierius: ei enim hic locum non esse, quum de nulla alia disceptatione superius mentio facta sit.

Qui misso tribuno edixit] Sic primus Frobenius, et habet Vossianus. Priores *dimisso*. quod potest defendi. L. 35, [13, 1.] *Nabis extemplo circa omnes vicos maritimos dimisit ad seditiones in iis miscendas.* L. 39, [15, 1.] *Ad haec officia dimissis magistratibus, consules in Rostra escenderunt.* Intellige per legiones et corpora exercitus. J. FR. GRON. 29, 37, 5. *Per provincias dimiserunt censores, ut* etc. Virg. 1. Aen. 576. *per litora certos Dimittam.* Sed in his omnibus plures dimissi dicuntur, non unus, ut hic. DUK. *misso* praeferebat Crevierius, qui eam lectionem in Victor. invenerat. Mihi eadem obvia fuit in Lov. 3. 6. et Gaertn. Reliqui praeferunt *dimisso*, quod primus recepit Aldus. *Mittere* et *dimittere* a librariis confundi, videbimus ad c. 60, 6. [*misso* Bamb.]

§. 11. *Inde ad Gordiuticos, quos vocant, processum est*] Qui sint illi populi, fateor me ignorare: nam quod de *Gordio*, vel *Juliagordo* authores scribunt, nihil huc pertinere puto. Fortassis autem *Orcaorcos* legendum, quorum Strabo meminit lib. 12, [568.] postquam de Pessinunte dixit. Quidam legunt *Gordiutichos*, quod tolerabilius, quanquam locus obscurus est. GLAR. Stephanus Γορδίου τεῖχος πόλις Μίδου κτισθεῖσα ἀπὸ τοῦ παιδὸς Γορδίου. Id est, *Gordiutichos urbs Midae condita a filio Gordio.* Nam pater Gordius Gordium urbem condidit. Quod cum ita sit, ergo ineptissime Glareanus, qui Gordiutichos populos esse arbitratus est, et *Orcaorcos* emendandum esse censuit. †. „Immo Glareanus *Gordiutichos* probat, sed „*Gordiuticos* negat se intelligere.„ †. SIG. Lege *quod vocant.* Est enim Γορδιουτεῖχος. J. FR. GRON. *Cordurthicos* Lov. 6. *Cordenechos* Gaertn. *Chordiuchos* Voss. *Cordiutichos* Harl. et Mead. ambo. *Cordiuticos* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. [Bamb.] et edd. principes, pro quo Frob. anno 1531. duabus vo-

Digitized by Google

4 mita haberent ingenia, ut nequidquam Antiochus e-
motus ultra juga Tauri montis esset, nisi frangeren-
tur opes Gallorum, de se quoque pauca, nec falsa,
5 nec inmodica, adjecit. Laeti milites cum frequen-
ti adsensu consulem audiverunt, partem virium An-
tiochi fuisse Gallos credentes; rege superato, nul-
lum

que, et vet. editio *qui et* (Pal. pr. *ex*) *auxilio juvissent Antiochum, et ante indomita haberent ingenia.* GEBH. *qui ex auxilio* Voss. et Lov. 3. ac 6. *qui et auxilio* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Aldum. Deinde *juvissent Antiochum* Lov. sex, Harl. Mead. ambo [Bamb.], et edd. eaedem. *juvassent Antiochum* Gaertn. *vicissent Antiochum* Voss. *auxiliis* Aldus dedit fide cod. Mog. quod servavi; sive per *auxilia* intelligas milites auxiliarios, (in exercitu enim Antiochi Gallograecos equites Livius supra memorat 37, 40. v. et hoc l. c. 48.) sive in genere opem, auxilium. V. ad 5, 36, 2. Sed *Antiochum juvissent* idem Aldus, invito Mog. Msto, transposuit, si credere licet viris doctis, qui ejus excerpta nobis dederunt. Quare priscum ordinem revocavi. Deinde *et ante indomita* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. pr. [Bamb.] et Gaertn.

§. 4. *Antiochus emotus ultra juga Tauri*] Ita quoque locutus est in Eumenis persona [37, 53.] mavult tamen MS. *Antiochus amotus.* MOD. Codicem Mog. qui *amotus* legit, non audio. V. ad 42, 50, 6. [*semotus* Bamb.]

Nisi frangeretur opus Gallorum] *Frangi Gallorum opus* adulteratum crediderim, pro *opes.* TURNEB. 14. Advers. 11. In qua ed. ita Turnebus invenerit, nescio: omnes enim, quas vidi, habent *frangerentur opes.* Nec aliter scripti, excepto Mead. pr. qui praefert *frangerent.* Vide ad 10, 10, 1.

De se quoque pauca, nec falsa, nec inmodica, adjecit. Laeti cum frequenti] Pall. *de se nec falsa, nec immodica adjecit.* Vet. ed. *de se nec falsa, nec modica adjecit.* GEBH. *de se quoque nec falsa, nec inmodica* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo [Bamb.], et Hearnii L. 1. *de se quoque neque falsa, nec inmodica* Lov. 2. *de se quoque nec falsa, nec incommoda* Gaertn. *nec incommoda* etiam Voss. *de se quoque nec falsa, nec modica* Lov. 5. et edd. vett. Primi Moguntini recte *pauca, nec falsa, nec inmodica* ex cod. suo vulgarunt. Insuper *nec inmodica, acciti milites cum frequenti* iterum cod. Mog. *nec inmodica, adjecit. Laeti milites cum frequenti* omnes nostri codd. ut et edd. ante Gruterum, cujus ultima ed. perperam vocem *milites* omisit; quam loco restitui. Mox *consulem adiuverunt* Lov. 3. *consulem adiverunt* Voss. et Lov. 1. *consulem adierunt* cod. Mog. ex cujus vestigiis legendum *audierunt*, quod superest in Harl. et edd. Ven. anni 1498. et Mediol. anni 1505.

§. 6. *Credere consul, gnarum locorum* etc. *et cujus interesset frangi Gallorum opes*] Pal. pr. *consul gnarus locorum.* Vet. ed.

Digitized by Google

lum momentum in solis per se Gallorum copiis fore. Eumenem haud in tempore abesse (Romae tunc 6
erat) credere consul, gnarum locorum hominumque, et cujus interesset frangi Gallorum opes. Attalum 7
igitur fratrem ejus arcessit a Pergamo, hortatusque ad capessendum secum bellum, pollicentem suam suorumque operam domum ad comparandum dimit-

credere consul ignarus locorum. Vulgata proba est lectio, conspicua in Pal. posteriore. Iterum libri omnes *et cujus interest frangi G. o.* GEBH. *credere consul gnarus locorum* Lov. 3. *credere consul ignarus locorum* Lov. 5. et edd. principes. Moguntini deinde monuerunt, se in cod. suo invenisse *ignarum locorum*; unde Aldus restituendum vidit *gnarum locorum*, quod supererat in reliquis scriptis, nisi quod Gaertn. *gnarum locorumque hominumque* dederit. Deinde *et cujus interest* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes; pro quo Moguntini ex cod. suo vulgarunt *interesset*, quod in Lov. 2. et Mead. 1. superfuisse videtur. V. ad 22, 36, 4. Tum *frangi illorum opes* Voss. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antt. *Gallorum* Aldus, praeeunte cod. Mog. substituit. Nec aliter reliqui nostri. Paullo ante *Romae cum erat* Lov. 1. 5. et ed. Camp. *Romae tum erat* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et editi ante Aldum, qui *tunc* dedit. V. ad 2, 12, 15.

§. 7. *Attalum igitur fratrem accersit*] Vet. lib. *fratrem ejus*, id est Eumenis. SIG. Similiter omnes scripti, et edd. antt. *To ejus* primum neglectum vidi in ed. Bas. anni 1554. Mox *secum* deest in Lov. 3. et Hearnii L. 1. *ad secum bellum capessendum* legit Gaertn.

Domum ad comparandum copias dimittit] Pal. pr. *domum ad comparandum dimittit.* GEBH. *Copias* istas plane scriptae membranae exauctoratas dimittunt, neque amplius, quam: *pollicentem suam suorumque operam domum ad comparandum dimittit.* Ubi quum aliquid deesse falso crederent, adsciverunt *copias:* quos inter ipse, proximus alias scriptis, Johannes Andreas. Nos vero hanc quoque elegantem formulam loquendi Livio vindicamus, ipso auctore. L. 35, [45, 5.] *Ut taedio et impetus elanguescat regis, et Romani tempus ad comparandum habeant.* L. 42, [52, 8.] *Fallaci deinde colloquio per speciem reconciliandae pacis extractam hiemem, ut tempus ad comparandum haberent.* Cic. pro Plancio [c. 20.] deinde *habere* comitia *coepit subito, praeter opinionem omnium, ut ne si cogitasset quidem quispiam largiri, daretur spatium comparandi.* Cornelius Nepos Thrasybulo [c. 2.] *Haec enim illos ad persequendum segnes, hos autem, tempore ad comparandum dato, fecit robustiores.* Annibale [c. 7.] *Quum in apparando acerrime esset occupatus, Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt.* Neque absimile illud 34, [34, 6.] *Nihil jam praeter nudum solum ager hostium habet. Ad hoc hiems accedit, ad comportandum ex longinquo difficilis.* J. FR. GRON. Vocem *copias* in uno tantum meorum Lov. 5. qui

Digitized by Google

8 tit. Paucos post dies profecto ab Epheso consuli ad Magnesiam obcurrit Attalus cum mille peditibus, equitibus ducentis, Athenaeo fratre jusso cum ceteris copiis subsequi, commendata iis custodia Perga-
9 mi, quos fratri regnoque fidos credebat. Consul, conlaudato juvene, cum omnibus copiis ad Maeandrum progressus, castra posuit, quia vado supera-

semper editis adhaeret, inveni. Reliqui Msti eam recte ignorant. Cic. 16. ad fam. 10. *Omnino ex hac quoque parte diligentissime comparatur.* ubi vide viros doctos. Eamdem loquendi formulam Livio etiam restituere conatur Gronov. supra 36, 3, 4.

§. 8. *Paucos post dies profecto ab Epheso consuli*] Pal. pr. *Post paucos dies profecto consuli Epheso.* Reliqui duo libri omittunt quoque *τὸ ab.* GEBH. *Post paucos dies* Lov. 3. Sed v. ad 2, 19, 8. Tum *profecto Ephesum consuli* Lovel. 2. et Harl. *profecto Epheso consuli* Lov. 4. [Bamb.] et Mead. ambo. *profecto consuli Epheso* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. antt. Postea Moguntini dederunt *profecto consuli ab Epheso:* testati tamen sunt, in membranis suis se vidisse *profecto ab Epheso consuli*, quod Aldus recepit.

Cum mille peditibus, equitibus ducentis] MS. *equitibusque quingentis.* MOD. Pal. pr. *cum mille peditibus et tercentum peditibus, Athenaeo fratre jusso cum ceteris copiis obsequi.* GEBH. Posteriorem numerum omittunt Voss. Mead. 2. Lov. 4. 6. et Hearnii L. 1. *equitibusque ducentis* Harl. *et tercentis equitibus* Lov. 3. *equitibus trecentis* Lov. 1. Mox *obsequi* Lov. 3. et 6. [*Athene fratre ejus jusso* Bamb. *his* pro *iis, regnoque ejus* idem.]

§. 9. *Quia vado superari amnis non poterat*] *qua superari* Lov. 2. V. ad 40, 29, 8. *quando superari* Harl. quod non displiceret, si plures codd. concinerent. Solet enim *τὸ quando* pro quia, quoniam poni. V. ad 40, 9, 1. Ex ejus itaque glossa natum videri potest *quia*, ut saepe alibi. V. ad 9, 8, 4. 32, 21, 2. et alibi. *amplius*, pro *amnis*, Gaertn. Mox *erat* exsulat ab Harl. *ad trajiciendum exercitum* legit Gaertn. [*qua* pro *quia* Bamb.]

§. 10. *Transgressi Maeandrum ad Phileram Comen pervenerunt*] Ita emendarunt quidam, id quod antea erat *ad Comenen:* verum, quo moti authore, nondum scire potui. Quidam *Hieran Comen* emendarunt. GLAR. Stephanus: *Ἱερὰ κώμη, δῆμος Καρίας.* SIG. *Transgressi in Maeandrum* Mead. 1. *Transgressi sunt Maeandrum* Harl. utrumque natum ex librariorum errore. Deinde *ad Eumenem pervenerunt* Lov. 6. *ad Camonem pervenerunt* Lov. 3. *ad Comen*, vel *Comem pervenerunt* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *ad Comenses pervenerunt* Voss. *ad Comenen*, vel *Comenem pervenerunt* Mead. 2. Hearnii L. 1. [Bamb.] et primae edd. *pervenerunt ad Phileram Comen* cod. Mog. quod Aldus recepit, nisi quod, servata prisca verborum serie, *ad Phileram Comen pervenerunt* dederit. Froben. demum anno 1531. *ad Hieran Comen pervenerunt* emen-

Digitized by Google

ri amnis non poterat, et contrahendae naves erant ad exercitum trajiciendum. Transgressi Maeandrum ad Hieran Comen pervenerunt.

XIII. Fanum ibi augustum Apollinis et oraculum: 1 sortes versibus haud inconditis dare vates dicuntur. Hinc alteris castris ad Harpasum flumen ventum est: 2 quo legati ab Alabandis venerunt, ut castellum, quod

davit. Haec Hiera Come pagus Cariae est Doujatio. Sed Δῆμος Καρίας dicitur Steph. Byz. *Hieracomitae populus* vel *civitas* memoratur Plin. 5. H. Nat. 30. Ἱερὰ κώμη obcurrit apud Polyb. pag. 1406. et 1469.

§. 1. *Fanum ibi augustum Apollinis et oraculum: sortes versibus*] Pal. pr. et vet. ed. *sortes autem versibus*. Pal. alter *ortae sunt versibus*. GEBH. *Ibi augustum fanum* cod. Mog. Tum *et oraculum est, sortes ubi versibus* Lov. 6. *et ora Deûm ortae sunt versibus* Mead. 1. *et oracula Deûm versibus* Harl. *et oraculum: sortes ubi versibus* Lov. 2. *et oraculum ortae sunt versibus* Voss. Lov. 1. 4. Mead. 2. et Gaertn. *et oraculum: sortes autem versibus* Lov. 3. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. Frobenius anno 1535. omisit τὸ *autem*, quae vox melius connectendae orationi a librariis perperam addita est. V. ad 21, 40, 11. Ceterum in Hiera Come hic memoratur templum Apollinis; at ibidem templum Dianae a Prusia, quo tempore cum Attalo Eumenis patre bellum gerebat, spoliatum ac direptum memoravit Polyb. pag. 1469. Mox *discuntur*, pro *dicuntur*, perperam Lov. 1. et 4. V. ad 39, 34, 6.

§. 2. *Ad Harpasum flumen ventum est*] MS. *ad Arpasum flumen perventum est*. MOD. *Hacpassum*, omissa praepositione, Lov. 1. *ad Harpassum* Voss. et Gaertn. *ad Arpassum* Lov. 6. *ad Arphasim* Hearnii L. 1. *ad Arphasum* Lov. 3. *ad Arpasum* Moguntino consentiens Lov. 2. Sed adspirationem ab initio vocis, quam librarii pro lubitu vel addere, vel detrahere soliti sunt, servandam esse, ostendit etymologia nominis ejus, quam ex antiquo scriptore adfert Auctor Etym. M. 5. Ἅρπασος. Ἅρπασος ποταμὸς Καρίας, πρότερον Δαφνοῦς καλούμενος. Εἰρεται δὲ διὰ τὸ ὀξύτατον τοῦ ῥοῦ, καὶ ὅτι ἁρπάζει τοὺς παριόντας ἀντῷ. ὕντως ἱστόρει Ἀπολλώνιος ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ τῶν Καρικῶν. Hanc vocis originem veram esse, praestare nolo: Inde tantum infero, eam scriptoribus in mentem venire non potuisse, nisi litera initialis adspiraretur. Deinde omnes codd. *ventum est*. At *perventum*, ut Mog. praefert, etiam infra dixit hoc cap. *Ex eo loco ad Tabas tertiis castris perventum*. Et cap. 14. *Tertio inde die ad Chaum amnem perventum*.

Venerunt, ut castellum, quod ab ipsis nuper desciisset] Libri omnes *quod castellum nuper ab ipsis* (Pal. post. et vet. ed. *ab ipsis nuper*) *desciisset*. GEBH. *venerunt, roganles, ut castellum, quod* Lov. 6. *venerunt, roganles, ut, quod castellum* Lov. 1. Sed illud *roganles* ex interpretis gloss a insertum

Digitized by Google

ab ipsis nuper descisset, aut auctoritate, aut armis,
3 cogeret jura antiqua pati. Eodem et Athenaeus,
Eumenis et Attali frater, cum Cretensi Leuso et
Corrago Macedone venit. mille pedites mixtarum
4 gentium et trecentos equites secum adduxerunt. Con-
sul, tribuno militum misso cum modica manu, ca-
stellum vi captum Alabandensibus reddit. ipse, ni-

est, Supra 9, 25, 3. *Legatos misere ad consulem Romanum, ut absisteret obsidione*, ubi male simili errore unus praefert *ad consulem rogatum, ut*. Vide, quae ibi notantur, et ad hujus libri cap. 1, 4. Praeterea *venerunt, ut, quod castellum* Lov. 4. et Harl. *venerunt, quod castellum* Voss. Lov. 1. 3. 5. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. antt. Moguntini id, quod nunc vulgo exstat, ex cod. suo adsciverunt. Vocula *ut* intercidérat ob ultimas literas vocis praecedentis. V. ad 37, 24, 13. Insuper *nuper ab ipsis descisset* Lov. 3.

§. 3. *Cum Cretensi Leuso*] Pal. pr. *cum Cretense Loso*. posterior *cum Cretense Leuse*. GEBH. *cum Cretenso*, proxima voce omissa, Gaertn. *cum Cretense Loso* Lov. 3. *cum Cretense Leoso* Lov. 6. *cum Cretense Lense* Lov. 1. *cum Cretense Lenso* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *cum Cretense Leuso* Voss. Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472, ac Parm. Mox *Corago* Voss. Lov. 2. 3. et Gaertn. *Corragum*, castellum Macedoniae, Livius memorat supra 31, 27. *Corragum* Eumenis praefectum infra 42, 67. Deinde *mille peditum* Lov. 5. reliquis invitis. *τὸ pedites* deest in Harl. Insuper *milites* pro *equites* Voss. V. ad 10, 29, 10. Adde ad 27, 3, 9. cap. 19, 12. 34, 14, 8. 35, 35, 18. 38, 25, 8. aliisque locis. Tandem *eduxerunt* Lov. 2. [*Cretense Lento* Bamb.]

§. 4. *Castellum vi receptum Alabandensibus reddit*] MS. *castellum captum Alabandensibus r.* MOD. Pall. uterque *castellum vi captum*. Mox ed. prisca *via degressus*. GEBH. Vulgatum *vi receptum*, quod in omnibus excusis inveni, in solis Lov. 2. et 5. obvium fuit. *castellum captum* praefert cod. Mog. *castellum vi captum* reliqui mei, et Hearnii L. 1. quod recepi. In optimo enim cod. *τὸ vi* hausfum est a vocis praecedentis litera finali. V. ad 10, 46, 11. Hinc *redditum* sine sensu Voss. Lov. 1. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *reddidit* Lov. 2. 3. 5. et edd. principes, pro quo Ascens. anno 1510. et hinc Frob. anno 1535. *reddit* dederunt. V. ad Epit. Liv. 99. Paullo post *a via degressus* Lov. 2. *via degressus* Voss. Lov. 1. 4. 6. Gaertn. [Bamb.] et edd. principes. Sed male.

§. 5. *Hujus amnis fontes Celenis oriuntur. Celenae urbs*] *Celaenas*, addita diphthongo, scribendas esse, Graecorum scriptura ostendit. Loquitur autem de fontibus Maeandri fluminis, de quo eadem Solinus c. 43, [vel 40.] *Ex arce Celaenarum Maeander amnis caput tollit, qui recurrentibus vicis flexuosus inter Cariam et Ioniam praecipitat in sinum; qui Miletum dividit et Prienem.* SIG.

Novaeque urbi Apameae nomen inditum ab Apamea, sorore Seleu-

Digitized by Google

hil via digressus, ad Antiochiam super Maeandrum amnem posuit castra. Hujus amnis fontes Celaenis oriuntur. Celaenae urbs caput quondam Phrygiae fuit. migratum inde haud procul veteribus Celaenis, novaeque urbi Apameae nomen inditum ab Apamea, sorore Seleuci regis. Et Marsyas amnis, haud procul a Maeandri fontibus oriens, in Maeandrum ca-

ci regis] Strabo lib. 12. non ita longe a fine, [pag. 578.] ait, Antiochum Sotera ex Celaenis homines in Apamiam transtulisse, urbemque appellasse de nomine matris Apamae, Artabazi filiae, quae Seleuco Nicatori nupta fuit. Livius in his barbarorum nominibus non admodum solicitus fuisse videtur, aut forte alios secutus. GLAR. Haec mulier Straboni lib. 12. pag. 578. et 16, 749. ac Stephano 5. Ἀπάμεια est Ἀπάμα. Alias quoque mulieres hoc nomine, Ἀπαμείαν nullam, quod sciam, memorant historiae. Ἀπάμα, Prusiae uxor, apud Stephan. est 5. Μύρλεια. et Ἀπάμη Antiochi filia, Seleuci neptis, apud Pausan. 1, 7. Appianum quoque in Syriac. pag. 93. uxorem Amynandri, quae Livio 35, 47, 5. est *Apamia*, Ἀπάμην vocare, ibi adnotavit Sigonius. Considerandum puto, an in Livium nomen urbis pro nomine mulierum irrepserit, et hic *Apama*, 35, 47, 5. *Apamam* scribendum sit. DUK. *urbi Apamiae* vel *urbi Apamia*, et mox etiam *Apamia sorore* Lov. 2. 4. et Mead. 2. Urbs Graecis Ἀπάμεια dicitur, quod Latini vel *Apamea* vel *Apamia* proferre possunt. V. Salmas. ad Solin. pag. 580. et quae notantur ad 31, 43. 5. Ceterum Livius hic diversus abit a plerisque scriptoribus, in primis Strabone loc. laud. et Alex. in B. Syr. pag. 124. qui Apameam Syriae ab *Apame*, regis Seleuci non *sorore*, sed *uxore*, adpellatam testantur. Hinc permotus Salmas. loc. laud. legendum censet *ab Apame uxore Seleuci*. Cujus libertate offensus Falconer. Diss. de numm. Apamensi, quam Gronov. inseruit tom. 10. Antiq. Graec. pag. 682. nihil mutandum contendit, et inter μνημονικὰ ἁμαρτήματα Livii refert, quod urbem ex nomine sororis regis Seleuci adpellatam crediderit. Vide etiam Clariss. P. Burm. ad Vales. 2. Emend. 18. In Excerptis codd. quibus utor, ad vocem *sorore* nihil notatum invenio; nihilominus ex vocibus perpetua serie exaratis *Apameuxore*, sive, ut scribere solebant, *Apameucsore* indoctos librarios facile efficere potuisse puto *Apamea sorore*, pro *Apame uxore*. In Lov. autem 6. invenio *ab Apama sorore*. Insuper Livius, Straboni consentiens, Celaenas ab Apamea distinguit, quum Plin. 5, 29. Apameam olim Celaenas, dein Ciboton adpellatam dicat.

§. 6. *Marsyas amnis, haud procul a Maeandri fontibus oriens*] De hoc flumine, quod ad hunc locum pertinet, egregie Q. Curtius 3, 1. *Media illa tempestate Celaenarum moenia interfluebat Marsyas amnis, fabulosis Graecorum carminibus inclytus. Fons ejus ex summo montis cacumine excurrens in subjectam petram magno strepitu aquarum cadit. Ceterum, quam-*

Digitized by Google

dit. Famaque ita tenet, Celaenis Marsyam cum
7 Apolline tibiarum cantu certasse. Maeander, ex arce summa Celaenarum ortus, media urbe decurrens, per Caras primum, deinde Ionas, in sinum maris
8 editur, qui inter Prienen et Miletum est. Ad Antiochiam in castra consulis Seleucus, Antiochi filius, ex foedere icto cum Scipione, ad frumentum exer-
9 citui dandum venit. Parva disceptatio de Attali au-

dia intra muros fluit, nomen suum retinet: at cum extra munimenta se evolvit, majore vi ac mole agentem undas Lycum appellant. Eadem Strabo lib. 12, [577.] de Marsya. SIG. Confer etiam Herodot. 7, 26. Insuper *procul Maeandri fontibus* sine praepositione Lov. 6. de quo v. ad 24, 28, 1. Uni tamen codici credere temerarium puto. Mox *Marsiliam* Voss. et Lov. 1. *Marsian* Mead. 1. qui dare voluit Graeca terminatione *Marsyan*. Praeterea *cantu decertare* Gaertn.

§. 7. *Media urbe decurrens*] *in edita urbe* Lov. 4. Tum *discurrens* Lov. 5. et edd. principes; cujus lectionis auctor cogitasse videtur sinuosos Maeandri cursus omnibus notos. Non tamen videtur tam prope fontes in urbe Celaenis flexuosis recursibus erasse, sed demum ubi longius inde recessit. Recte igitur Aldus ex Msto Mog. *decurrens*, concinentibus reliquis nostris. Testatur enim Livius, Maeandrum in arce summa Celaenarum oriri; unde nunc addit *decurrens*, ex loco nempe edito. V. ad 10, 27, 8. Paullo post *in sinu maris* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes. Sed ultima litera *τοῦ sinum* intercepta est a prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. Praeterea *editum* Lov. 1. *conditum* Lov. 6. *conditur* Lov. 2. et 3. V. ad 22, 40, 8. Denique *quod inter Prienen* Voss. Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Moguntinos, qui recte ex cod. suo dederunt *qui inter Prienen*. Non tam enim ipsum mare, quam ejus sinus, inter Prienen et Miletum erat. Multae etiam edd. perperam *Priënen*.

§. 8. *Ad Antiochum in castra consulis Seleucus, Antiochi filius*] Libri omnes legunt *ad Antiochiam*. GEBH. *ad Antiochum* operarum errore praefert ed. Modiana, quod a proximis servatum Gronovius demum emendavit. Tum *Antiochi frater* Voss. [Bamb.] et Gaertn. Si codd. adsentirentur, neque *frater*, neque *filius* requirerem, sed simpliciter legerem *Seleucus Antiochi*. V. ad 37, 18, 1. Sed reliqui codd. *filius* defendunt. Voces *cum Scipione* desunt in Lov. 6. Insuper §. seq. *Romano militi tantum* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Tum *ut Seleucus dicebat* Voss. Lov. 1. 4. Mead. ambo, et Gaertn. nullo commodo sensu. [*ut Seleucus ducebat* Bamb.]

§. 10. *Discussa ea quoque est constantia*] Libri omnes exhibent *Decussa ea quoque est*. GEBH. Similiter Voss. Lov. sex, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. pro quo Frob. anno 1531.

Digitized by Google

xiliaribus orta est; quod, Romano tantum militi, pactum Antiochum, ut daretur frumentum, Seleucus dicebat. Discussa ea quoque est constantia consulis, qui dimisso tribuno edixit, ne Romani milites acciperent, priusquam Attali auxilia accepissent. Inde ad Gordiutichos, quod vocant, processum est. ex eo loco ad Tabas tertiis castris perventum. in finibus Pisidarum posita est urbs, in ea parte, quae

recte ex cod. Mog. *Discussa* substituit. Liv. 2, 52, 7. *Periculum audacia discussit.* ubi vide, quae notavi, et ad Epit. Liv. 5. Infra 39, 10, 8. *Obsecrare, ut eam rem quocumque discuteret modo.* 41, 25, 2. *Discussa res veteres etiam iras excitavit.* Tum *est ea quoque* Lov. 1. et Gaertn. *est quoque*, omisso τοῦ *ea*, Lov. 6. Sed *est* exsulat a Voss. Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. Contra voculam *quoque* aut recidendam, aut inmutandam esse, existimat Clariss. Crevierius: ei enim hic locum non esse, quum de nulla alia disceptatione superius mentio facta sit.

Qui missο tribuno edixit] Sic primus Frobenius, et habet Vossianus. Priores *dimisso*. quod potest defendi. L. 35, [13, 1.] *Nabis extemplo circa omnes vicos maritimos dimisit ad seditiones in iis miscendas.* L. 39, [15, 1.] *Ad haec officia dimissis magistratibus, consules in Rostra escenderunt.* Intellige per legiones et corpora exercitus. J. FR. GRON. 29, 37, 5. *Per provincias dimiserunt censores, ut* etc. Virg. 1. Aen. 576. *per litora certos Dimittam.* Sed in his omnibus plures dimissi dicuntur, non unus, ut hic. DUK. *missο* praeferebat Crevierius, qui eam lectionem in Victor. invenerat. Mihi eadem obvia fuit in Lov. 3. 6. et Gaertn. Reliqui praeferunt *dimisso*, quod primus recepit Aldus. *Mittere* et *dimittere* a librariis confundi, videbimus ad c. 60, 6. [*missο* Bamb.]

§. 11. *Inde ad Gordiuticos, quos vocant, processum est*] Qui sint illi populi, fateor me ignorare: nam quod de *Gordio*, vel *Juliagordo* authores scribunt, nihil huc pertinere puto. Fortassis autem *Orcaorcos* legendum, quorum Strabo meminit lib. 12, [568.] postquam de Pessinunte dixit. Quidam legunt *Gordiutichos*, quod tolerabilius, quanquam locus obscurus est. GLAR. Stephanus Γορδίου τεῖχος πόλις Μίδου κτισθεῖσα ἀπὸ τοῦ παιδὸς Γορδίου. Id est, *Gordiutichos urbs Midae condita a filio Gordio.* Nam pater Gordius Gordium urbem condidit. Quod cum ita sit, ergo ineptissime Glareanus, qui Gordiutichos populos esse arbitratus est, et *Orcaorcos* emendandum esse censuit. †. „Immo Gla„reanus *Gordiutichos* probat, sed „*Gordiuticos* negat se intellige„re.„ †. SIG. Lege *quod vocant.* Est enim Γορδιουτεῖχος. J. FR. GRON. *Cordurthicos* Lov. 6. *Cordenechos* Gaertn. *Chordinchos* Voss. *Cordiutichos* Harl. et Mead. ambo. *Cordiuticos* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. [Bamb.] et edd. principes, pro quo Frob. anno 1531. duabus vo-

Digitized by Google

vergit ad Pamphylium mare. Integris viribus regio-
12 nis ejus, feroces ad bellandum habebat viros. Tum quoque equites, in agmen Romanum eruptione facta, haud modice primo inpetu turbavere: deinde, ut adparuit, nec numero se, nec virtute pares esse, in urbem compulsi, veniam erroris petebant, dede-
13 re urbem parati. quinque et viginti talenta argenti,

cibus *Gordiu tichos* dedit. Praeterea *quos vocant* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. [Bamb.] et edd. antt. At Frob. eodem anno *quod* correxit; id autem reliqui servarunt usque ad Gruter. qui iterum *quos* admisit.

Ad Thabas tertiis castris] Idem Strabo in eodem libro [12, 576.] *Tabeas* vocare videtur, proximas Peltis. Cum autem Livius subjungit, *quae vergit ad Pamphylium mare*, id neutiquam intelligo. GLAR. De *Tabis* sic Steph. Τάβαι πόλις Ανδίας. οἱ δέ φασι, τὸν Κιβύραν καὶ Μαρσύαν ἀδελφοὺς, τὸν μὲν κτίσαι Κιβύραν, τον δὲ Τάβας. SIG. *ad Tabasteros castra perventum* Lov. 1. *ad Thabas ternis castris* Lov. 5. et ed. Camp. *ad Thabas tertiis castris* Lov. 2. et quaedam ex priscis edd. *ad Thibas tertiis castris* Mead. 1. *ad turbas tertiis c.* Gaertner. Sed Τάβαι memoratur apud Hieroclem in Synecd. ἐν ἐπαρχίᾳ Καρίας pag. 689. ubi vide Clariss. Wesseling. Mox *posita urbs est* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

Feroces ad bellum habebat viros] *ad debellandum* Lov. 1. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Aldus *ad bellandum* ex cod. Mog. emendavit, concinentibus ceteris meis. V. ad Epit. Liv. 37. Insuper *habebant* Mead. 1.

§. 12. *Equites, in agmen Romanum eruptione facta, haud modice primo inpetu turbavere*] Illud *equites* amphibolon, sitne nominativi casus, an accusativi. GLAR. *equites* rectus est casus. Tabensium autem equites intelligit. Sic paulo post [c. 18.] *Apparuere cum magno tumultu hostium equites, nec turbarunt tantum stationes Romanas repente invecti.* Hoc dixi, quia hac de re laborare valde Glareanus videtur. SIG. Malim *Tum quoque equites agmen Romanum, eruptione facta, haud modice primo impetu turbavere.* J. FR. GRON. Conjectura haec necessaria non est, si *turbare* absolute accipiamus, pro turbas edere. Vide Sciopp. 2. Verisim. 2. Apud Plautum ea vox ita saepe usurpatur. Deinde *in agrum Romanum* Lov. 3. Tum *haud modico primo impetu turbavere* Lovel. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. neque aliter Lov. 1. nisi quod nesciat vocem *inpetu.* [omissum *se* post *numero* Bamb.]

Dedere urbem parati] Pal. pr. *dedere urbem pacti.* GEBH. Eadem lectio est in Lov. 3.

§. 13. *Decem millia medimnûm tritici*] MS. *decem millia modiûm tritici.* MOD. *decem millia modiûm tritici* Pall. uterque. GEBH. Similiter Lov. 2. 3. 6. Harl. et Gaertner. Sed vide ad cap. seq. §. 14. *DCCC. M. edimnum* Voss. *decem millia edimnum* Lov. 4. et Mead. 1. *decem millia ediminum* Lov. 1. Paullo ante *quinque C et XX talenta* Hearnii L. 1. *quingenta et*

Digitized by Google

et decem millia medimnùm tritici imperata. ita in deditionem accepti.

XIV. Tertio inde die ad Chaum amnem perventum: inde profecti Erizam urbem primo inpetu ceperunt. Ad Thabusion caſtellum, inminens flumini Indo, ventum eſt; cui fecerat nomen Indus, ab elephanto dejectus. Haud procul a Cibyra aberant:

viginti talenta Lov. 2. Quae summa argenti major eſſe videtur, quam ut ab unius urbis Tabarum incolis conferri potuerit. Tota Aetolorum gens pacis cauſſa tantum quingenta talenta Euboica dare jubetur, ducenta praesentia, trecenta per annos sex pensionibus aequis, supra cap. 9.

§. 1. *Tertio inde die ad Chaum amnem perventum*] Neque *Chaum*, neque *Erizam*, sed neque *Thabusion* facile invenias. *Indus* quoque hoc loco fluvius, ni fallor, a Plinio *Ninus* dicitur l. 5. c. 28. Quod de Chao dicimus, idem poſtea de Muleo (quod quidam Sylaeum vocant) ac Allimne; sed Cibyrensis regionis sunt ad Maeandrum. GLAR. Vet. ed. *ad Cahum amnem proventum*. Pal. pr. *ad Causamenem perv.* poſterior *ad Casuannem*. GEBH. *Tertio deinde die* Mead. 2. *Tertio in die* Voſſ. *Tertio die* Lov. 6. Dein *ad Casuamenem perventum* Lov. 2. et Mead. 1. *ad Cdusamenem perventum* Lov. 3. et Harl. *ad Casuamnem perventum* Lov. 4. et Mead. 2. *ad Casum amnem perventum* Voſſ. Lov. 2. in marg. [Bamb.] et Lov. 6. *ad Casum flumen eſſe perventum* Gaertn. *ad Cahum amnem proventum* Lov. 5. et ed. Camp. *ad Cahum amnem perventum* ed. Rom. anni 1472. Alibi Chai amnis mentionem fieri non memini.

Inde profecti Erizam urbem] MS. *Erilam urbem*. MOD. *Erigam urbem* Lov. 1. *Crizam urbem* Lov. 3. *Erisam urbem* Lov. 6. et Hearnii L. 1. qui omnes erraverunt; nec minus librarius cod. Mog. *Erilam* exhibens: certe Cellar. 3. Geogr. ant. 4. pag. 99. ex actis concilii Quinisexti, et CPolitani 3. profert *ἐπίσκοπον πόλεως τῶν Ἐριζου τῆς Καρίας*. Sed *Ἔρεζος ἐν ἐπαρχίᾳ Καρίας* memoratur Hierocli in Synecd. pag. 689. *Erazii* recensentur a Plinio 5, 30. ubi v. Harduin. in Emendat. [*Verizam* Bamb.]

§. 2. *Ad Thabusion caſtellum*] Habet Pal. prior *Ad Tabission caſtellum* admodum vitiose. GEBH. *Tabusion* Lov. 2. 4. 5. Mead. 2. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Tabission* Lov. 3. *Tabiſion* Harl. *Tabiiſion* Mead. 1. *Thabusum* Gaertn. *Bission* Hearnii L. 1.

Indus, ab elephante dejectus] *Indum* hic pro rectore elephanti dici, quod putat Cuper. Exercit. 1. de Elephant. in Numm. cap. 11. non certum quidem, sed tamen non improbabile eſt. Nam magiſtros elephantorum a scriptoribus Graecis ac Latinis saepe vocari *Indos*, etiamsi natione Indi non eſſent, oſtenderunt Freinsh. in Indice Curtii, et Bochart. Hieroz. part. 1. l. 2. c. 27. Quod autem Cuperus suspicatur, Indum hunc ab elephante in bellis inter Romanos et Syriae reges dejectum fuiſſe, de

Digitized by Google

nec legatio ulla a Moagete, tyranno civitatis ejus, homine ad omnia infido atque importuno, veniebat. 4 Ad tentandum ejus animum C. Helvium, cum quatuor millibus peditum et quingentis equitibus, con-

eo amplius cogitandum est: quia non constat, Romanos in bello adversus Antiochum, cum quo solo ex Syriae regibus priore anno bellum gesserant, in haec loca venisse. Ex itineribus L. Scipionis in Asia, quae 37, 37. 38. et 45. refert Livius, non appareret, illos eousque progressos fuisse. DUK. *ab elephante* primus Gronov. vulgavit, idque editores eum secuti servarunt. Verum non modo libri antea typis impressi, sed et manu exarati, quos consului, *ab elephanto*: qua forma Livius semper hac voce usus est. V. ad 31, 36, 4. *Indum* fluvium memorat Plinius 5, 28. Sed, eum vero nomine *Calbim* dictum esse, in quem Indus Livii influit, et hinc nominum confusionem apud Plinium natum esse, existimat Cellar. 3. Geogr. ant. 3. pag. 59. *Ninus*, pro *Indus*, apud Plinium legebat Herm. Barbarus ex Alexandri Lyciacis, cujus testimonio utitur Steph. Byz. 5. *Δαίδαλα*, isque Glareano inposuit. Verum si hac regione fluvius Ninus fuit, potuit ab Indo diversus esse, et quidem unus sexaginta perennium fluviorum, aut centum et amplius torrentium, quos Indum suum sive Calbim recipere Plinius testatur.

§. 3. *Nec legatio ulla a Moagete, tyranno civitatis ejus*] Moagetem tyrannum Cibyrae extremum fuisse, scribit Strabo lib. 13, [631.] *ἡ Κιβύρα ἐτυραννεῖτο ἀεὶ. ἐπὶ Μοαγέτου δὲ ἡ τυραννὶς τέλος ἔσχε.* SIG. Pal. prior *a Megete tyranno*. alter, et vet. ed. *ab Megeate*. GEBH. *a Moagete* Lov. a. 4. [Bamb.] et Hearnii N. *a Megete* Voss. Lov. 6. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. similiter Lov. 3. in contextu, in quo *a Meggante* inter versus adscriptum est. *a Megête* Lov. 1. *ab Megeate* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Aldus ex cod. Mog. recte *Moagete* reposuit. Nam *Μοαγέτης* etiam vocatur apud Polyb. Exc. Leg. num. 30. qui cum his Livii conferendus. Vox insuper *ulla* exulat a Voss.

§. 4. *C. Helvium*] Pal. prior, et vet. ed. *C. Manlium*. Pal. alter *C. Mulvium*. GEBH. *C. Nulium* Lov. 6. *C. Mulinum* Voss. *C. Milvium* Harl. et Mead. 1. *Cn. Milvium* Lov. 2. *C. Mulvium* Lov. 4. [Bamb.] et Mead. 2. *C. Mi'ium* Lovel. 1. *C. Manilium* Hearnii L. 1. *C. Manlium* Lov. 3. 5. Gaertn. et edd. principes, pro quo recte Gelenius ad §. 6. eique obsecutus Frob. anno 1535. *C. Helvium* reposuerunt. Nam et Ἐλούϊον eum vocat Polyb. in Exc. Leg. num. 30. Mox *et CC consul* Voss. *et CC equitibus consul* Lov. 1. et 6. *et CC militibus consul* Hearnii L. At nihil muto. Solito enim major numerus equitum missus videtur, quod jam ex eruptione Tabensium cap. praec. memorata didicerat Manlius, incolas hujus regionis praesertim equitatu valere.

Huic agmini, jam fines ingredienti, legati obcurrerunt] Pall. et vet. ed. *jam primis ingredientibus occurrerunt*. Amplius Pal. prior *occurrentibus*. alter *currerunt*. Mox idem prior *nunciantes, tyrannum imperata facere paratum esse*. GEBHARD. Lectionem, quae nunc exstat, Aldus ex cod. Mog. restituit. Antea edebatur *jam primis*

Digitized by Google

sul praemittit. Huic agmini, jam fines ingredienti, legati obcurrerunt, nunciantes, paratum esse tyrannum imperata facere. orabant, ut pacatus fines iniret, cohiberetque a populatione agri militem. et

ingredientibus occurrerunt, quod retinent Voss. Lov. 1. 2. 5. Gaertner. [Bamb.] et Hearnii L. 1. neque aliter reliqui nostri, nisi quod *occurrentibus* sit in Lov. 3. *curreruntˌ* in Lov. 4. et Mead. utroque. *cucurrerunt* in Harl. *occurrunt* in Lov. 6. Mox *tyrannum imperata facere paratum esse* Lov. 3. *tyrannum paratum esse imperata facere* Lov. 6. [*occurrerunt* omisso *legati* Bamb.]

§. 5. *Et coronam auream quindecim talentûm adferebant*] Legi debet, *et in coronam auream quindecim talenta afferebant*. GELEN. Libri omnes *et in corona aurea quindecim talenta afferebant*. GEBHARD. Vertit haec Livius ex Polybio, quem videmus Legat. Excerp. 30. ita prodidisse: *πρόϋτεινε στέφανον ἀπὸ πεντεκαίδεκα ταλάντων*. Comparavit ista quoque inter se Ursinus. Sed, quod miror, non advertit, longe haec diversa esse, Polybianis verbis jam factam coronam xv talentorum explicantibus, Livianis vero tantum auri ad eam faciendam. Quam diversitatem non opinor ab auctoribus ipsis venisse. Et conciliabis egregie, si in Livio reposueris *in corona aurea*, quomodo diserte Thuanaeus et quidam editi. Quippe in sequentibus etiam offendit Livius, coronam ab legatis oblatam fuisse. JAC. GRON. *in corona aurea* etiam duo libri Hearnii habent MSS. Vossii, quod indicio Doctiss. Oudendorpii ad Front. 2, 11, 5. cognovi, *et coronam auream quindecim talentûm adferebant mumus*. Si verum est, quod Lips. 2. de Magnit. Rom. 9. Casaub. ad Monum. Ancyran. Jac. Gothofr. ad l. 1. C. Theod. de Auro coronar. et alii tradunt, et ex Cic. 1. Agrar. 4. et in Pison. 34. videtur confirmari, non solum coronas aureas, verum etiam pecunias et aurum, quae ducibus exercituum Romanorum, re bene gesta, a provinciis, et sociis civitatibus, ac regibus dabantur, *aurum coronarium* dici, scriptura vulgata Livii per se nihil vitii habet, nec ullam aliam ob causam postponenda est lectioni paucorum MSS. et edd. quam quod verba Polybii ex sententia Cl. Gronovii omnino de *corona facta* accipienda sunt; quum praesertim Livius paullo post dicat, *nihil aliud petere, quam ut coronam acciperet*. Non volo de hoc contendere, etsi mihi nondum liquet, *coronam* in verbis Polybii et Livii necessario intelligendam esse eam, quae *jam facta sit*, et in Thes. Ling. Gr. H. Stephani lego esse, qui phrasin Graecam, qua non uno loco utitur Polybius, aliter interpretentur. Illud quidem certum est, *στεφανοῦν* Graecis non tantum esse *coronare*, sed etiam pecuniam aliaque honoris causa dare. Hoc docet Stephanus ex Harpocrat. et Suida, qui 5. *Στακτὴ* haec e Polybio de Gerraeis descripsit. Gerraei (*Γερραῖοι*, non *Γεραιοί*, ut apud eumdem in *Ἀξιουμένοι* perperam editur, et vertitur *senes*, et seniores) Antiochum *ἐστεφάνωσαν πεντακοσίοις ἀργύρου ταλάντοις, χιλίοις δὲ λιβανωτοῦ, καὶ διακοσίοις τῆς λεγομένης σακτῆς*. Sic apud Athenaeum 12, 9. Gorgus Alexandrum *στεφανοῖ Χρυσοῖς, μυρίοις*

Digitized by Google

coronam auream quindecim talentum adferebant. 6 Helvius, integros a populatione agros servaturum 7 pollicitus, ire ad consulem legatos jussit. quibus eadem referentibus, consul, *Neque Romani*, inquit, *bonae voluntatis ullum signum erga nos tyranni habemus: et ipsum talem esse inter omnes constat, ut de poena ejus* 8 *magis, quam de amicitia, nobis cogitandum sit.* Perturbati hac voce legati nihil aliud petere, quam ut

πανοπλίαις, καὶ τοῖς ἵπποις καταπέλταις, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις βέλεσιν εἰς τὸν πόλεμον ἱκανοῖς. Sed et ipsas pecunias, quae coronae loco dabantur, *σέφανον* vocat Polyb. Legat. 83. de Antiocho missis Romam legatis pacto, se CL talenta daturum, scribens, *πεντήκοντα μὲν σέφανον Ῥωμαίοις· τὰ δὲ λοιπὰ τῶν χρημάτων εἰς δωρεὰν τισὶ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων.* Eoque etiam facit locus Suidae in *Στεφανικὸν τέλεσμα.* Etsi autem haec pro vulgata lectione hujus loci probabiliter dici posse puto, (nam *in coronam auream XV talenta* non minus recte Latine dici potest, quam Graece *πεντήκοντα τάλαντα σέφανον*) tamen nec displicet *in corona aurea*, nec indignam, quae consideretur, habeo scripturam cod. Voss. quam probat, et collatis aliis locis Livii confirmat Oudendorpius. DUKER. Si in lectionem Gelenii, quam Frob. anno 1535. adoptavit, consentirent codd. nostri, vel eam Mſti Mog. fidei innisam constaret, eamdem mutare non auderem, licet Polybius, unde Livius sua vertit, ea aliter protulisset. Nam et alibi Livius, sensum Polybii servasse satis habens, verba pro lubitu mutat. Ita in ipso hoc bello dona, quibus Sagallasseni pacem a Cn. Manlio obtinuerunt, memorans Polyb. Exc. Leg. num. 32. inter alia inquit, *καὶ λαβὼν πεντήκοντα τάλαντων σεφανον προσεδέξατο τούτους εἰς τὴν φιλίαν:* quod Livius ita cap. seq. reddit, *Pacti quinquaginta talentis pacem impetraverunt.* Nunc aliter sentio; nam et Moguntini nihil ex cod. suo adtulerunt, nullusque meorum lectionem Gelenii firmat, nisi forte unus Lov. 2. unde in excerptis nihil notatur. Editiones principes praeferunt *et in corona aurea quindecim talenta adferebant*, quemadmodum Gronov. legendum censuit: neque aliter est, in Lov. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, [Bamb.] et Hearnii L. 1. ac N. *et in corona aurea quindecim talenta adferebant nuncii* Lov. 6. *et coronam auream quindecim talentum*, vel *talentorum, adferebant munus* Voss. et Lov. 1. Aldus vero eumque secuti proximi editores vulgarunt *et coronam auream quindecim talentum adferebant*, consentiente Gaertner. Utraque lectio, vel haec posterior, vel illa, quae Gronovio placuit, admitti potest. Ego posteriorem recepi. V. ad 45, 25, 7. Paullo ante *prohiberetque* Harl. *coërceretque* Voss. et Gaertner. Tum vox *agri* deest in Lov. 6.

§. 6. *Manlius, integros a populatione agros servaturum pollicitus*

Digitized by Google

coronam acciperet; veniendique ad eum potestatem tyranno, et copiam loquendi ac purgandi se, faceret. Permissu consulis postero die in castra tyran- 9.
nus venit; vestitus comitatusque vix ad privati modice locupletis habitum. et oratio fuit submissa et infracta, extenuantis opes suas, urbiumque suae ditionis egestatem querentis. Erant autem sub eo, 10
praeter Cibyram, et Syleum, et Alimne quae adpel-

Legi debet *Helvius integros*, non *Manlius*. GEL. Eadem hic obscurit lectionum diversitas, ab supra §. 4. nisi quod *Livius* legant Voss. Gaertn. Lov. 1. et 6. a manu pr. Praeterea *a populatione integros agros servaturum* Gaertn. *integros servaturum*, mediis omissis, Lov. 1. Voces *integros* et *agros* ignorat Lov. 6. Mox §. seq. *bonae voluntatis ullum erga nos tyrannum habemus* Lov. 3. et Gaertn. [*Mulvius* omisso *integros* Bamb.]

§. 8. *Potestatem tyranno, et copiam loquendi ac purgandi se*] *tyranno potestatem* Voss. Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. Tum *ac copiam* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante Mogunt. nes, qui *et copiam* ex membranis suis adoptarant. Paullo ante *nihil aliud petiere* Lov. 2. 3. 6. et Hearnii L. 1. Insuper vocula *ut* et *que* desunt in Harl. [*aliud* deest in Bamb.]

§. 9. *Vestitus comitatusque vix ad privati modice locupletis habitum. et oratio*] *vestitus, comitatus*, sine copula, Voss. et Gaertn. Tum vocula *vix* deest in Lov. 6. Hinc *ejus oratio* Lov. 2. Mox *submissa, infracta*, neglecta iterum conjunctione, Voss.

§. 10. *Erant autem sub eo, praeter Cibyram, Muleum, et quae Alimne adpellatur*] Archetypa *Syleum* habent, non *Muleum*. Et *Syleum* apud Stephanum legitur, GEL. Stephanus: Σύλειον πόλις Φρυγίας. *Tives* δὲ Παμφυλίας. SIG. MS. habet, quomodo et ego legerim, *praeter Cibyram, et Syleum, et Allimnen, quae adpellatur*. MOD. Pal. pr. *Erant autem praeter Tyberam sub eo Mulleum, et Alimnem quae appellatur*. Alter *Erant autem sub eo praeter Cybera Mulleum et Alimnemque appellatur*. GEBH. Primo ordine inverso *Erant autem praeter Cibyram sub eo* Voss. Lov. 1. 3. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. Deinde *Tybera*, pro *Cibyram*, Voss. et Gaertn. *Tyberam* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. *Cyberia* Lov. 1. *Cybera* Lov. 2. 4. [Bamb.] et Mead. 2. *Cybera* Mead. 1. *Cyberam* Harl. *Cybira* Lov. 5. et edd. antt. Insuper *Miletum* Harl. *Mileum* Lov. 1. et Hearnii L. 1. *Milleum* Lov. 1. *Mulleum* Lov. 3. 4. 5. [*Multaeum et Allymnē q.* Bamb.] *Muleum* Voss. Lov. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. Praeterea *et Alimnen quae appellatur* cod. Mog. *et Alimnem quae appellatur* Voss. Harl. et Mead. ambo. *et Alumpnen quae appellatur* Hearnii L. 1. *et Alimen quae appellatur* Gaertn. *et Alimne quae appellatur* Lov. sex, nisi quod tertius *appellantur* praeferat. Eumdem harum vocum ordinem praeferunt etiam vett. edd. usque ad Frob. qui

Digitized by Google

latur. ex his, ut se suosque spoliaret, quinque et viginti talenta se confecturum, prope ut diffidens, 11 pollicebatur. *Enimvero*, inquit consul, *ferri jam ludificatio ista non potest. Parum est, non erubuisse absentem, quum per legatos fraustraveris nos; praesens* 12 *quoque in eadem impudentia persistis. Quinque et viginti*

eas trajecit. Sed legerem *et Syleum, et Alimne quae adpellatur.* Polyb. Exc. Leg. num. 30. Ἐκράτει δὲ τῆς Κιβύρας, καὶ Συλείου, καὶ τῆς Ἀλίνδης πόλεως. Ita Ursin. conjecit, quum in Mſto unico corrupte inveniſſet καὶ τῆς ἐντεμένη πόλεως. agnoscit tamen, ex Livio etiam legi poſſe Ἀλίμνης. Verum quum *Alimnes* apud neminem, *Alindes* apud plures mentio obcurrat, poſſes etiam ex ejus sententia apud Livium legere *et Alinde quae adpellatur:* sed alio codd. veſtigia nos ducunt. Quae Polybio Σύλειον dicitur, Σύλλιον vocat Arrian. de Exped. Al. M. 1, 27. Sed nomen hoc διὰ τῆς ει διφθόγγου scribi monuit Steph.

Ut se suosque spoliaret, quinque et viginti talenta se confecturum] Archetypa *confecturum* habent, non *collecturum.* GEL. Libri omnes *collecturum* profitentur. Mox Pal. pr. *infidens.* GEBH. Similiter omnes noſtri [et Bamb.]; quod tamen ex gloſſa natum, et lectionem cod. Mog. *confecturum*, a Gelenio probatam, unice veram eſſe puto. 4, 60, 4. *Unde enim eam pecuniam confici posse?* 5, 50, 7. *Quum in publico deesset aurum, ex quo summa pactae mercedis Gallis conficeret.* Similiter *conficere milites*, pro colligere, inluſtratur ad 29, 35, 10. Praeterea *suosque exspoliaret* Voſſ. Lov. 3. et Gaertn. Verbum illud *exspoliare* probae notae est, et majorem emphasin habet, quam simplex *spoliare.* Notat enim ita se suosque spoliare, ut nihil supersit. Aliquoties ea voce usus est Cic. Ita orat. pro Dejot. 9. *Sesegue exspoliare maluerit, quam sibi pecuniam non subministrare.* et alibi. Similiter quoque Juſtin. 26, 1. *Omnibus rebus exspoliatae in carcerem reciduntur.* Superest etiam in Mſtis et Ciceronis, et aliorum scriptorum, ubi vulgo *spoliare* editur. V. Graev. ad 10. ad Att. 4. et Cel. Burm. ad Phaedr. 2, 2, 1. etiam Torren. ad Val. Max. 1, 1, 21. Similiter etiam in Mſtis Livii 2, 55, 5. 6, 42, 5. 31, 12, 3. 37, 44, 3. 40, 35, 10. et Epit. Liv. 42. Quum tamen in ipso Livio nondum invenerim, in contextum recipere ausus non sum. Ceterum voces *quinque et viginti talenta se* etc. *impudentia persistas* desunt in Hearnii L. 1. culpa librarii ob earumdem vocum repetitionem. V. ad 10, 11, 11. Mox τὸ *prope* non adparet in Lov. 6. Tum *infidens* Lov. 3.

§. 11. *Non erubuisse absentem, quum per legatos fraustraveris nos, nisi praesens quoque in eadem impudentia persistas*] Pal. pr. *non erubuisse, absentes cum per legatos fraustratis. Nunc quoque praesens in eadem perstas impudentia.* Et ita posteriora quoque ostentat vet. editio, Pal. vero post. *non erubuisse, absentes cum per legatos fraustraveris; nunc praesens quoque in eadem perstas impudentia.* GEBH. *non erubuisse,*

Digitized by Google

talenta tyrannidem tuam exhaurirent? Quingenta ergo talenta nisi triduo numeras, populationem in agris, obsidionem in urbe exspecta. Hac denunciatione conter- 13
ritus, perstare tamen in pertinaci simulatione inopiae. et paullatim inliberali adjectione, nunc per 14
cavillationem, nunc precibus et simulatis lacrymis,

absentes (Harl. *absens*) *cum per legatos frustrareris, nunc praesens quoque* (*quoque praesens* Lov. 3. 5. 6. et edd. vett.) *in eadem perstas impudentia* scripti nostri, et typis impressi, nisi quod *absentem* praeferant Lov. 1. 2. 5. et 6. cum ed. Campani. Codex Moguntinus *non erubuisse absentem, quum per legatos frustrareris nos: praesens quoque in eadem impudentia persistas*; quod, paucis mutatis, Aldus admisit, edens *frustrareris, nisi praesens*, Froben. vero anno 1535. *frustrareris nos, nisi praesens*; quod reliqui editores servarunt. Integram tamen vocem, invitis omnibus libris, immittere pessimi exempli existimo, si alia loco adfecto subcurrendi ratio superest. Vide igitur, num potius legendum *frustrareris nos: praesens quoque in eadem impudentia perstas*, vel, unica tantum in lectione Moguntina litera mutata, *persistis*: quod recepi. Insuper in praecedentibus τὸ *est* exsulat a Voss. et Lov. 1. ac 6. [*p. stas impudentia* Bamb.]

§. 12. *Quinque et viginti talenta tyrannidem tuam exhaurient*] Pal. pr. et vet. ed. *exhaurirent*. GEBH. *exhaurient* primus vulgavit Frob. anno 1535. consentientibus Lov. 2. Harl. Mead. 2. et edd. secutae usque ad Gronov. id etiam voluisse videtur Mead. 2. cujus librarius *exhaurientur* scripsit, passim obvio in Mstis errore: de quo v. ad 30, 22, 8. Sed *exhaurirent*, quod Gronov. restituit, erat in primis edd. et reliquis codd. Utrumque et *exhaurient* et *exhaurirent* convenire potest. Mox *nummos* Voss. et Gaertn. adversantibus ceteris Mstis. Insuper *in urbem* Voss. Lov. 3. 5. 6. Mead. 1. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *populationem in urbe*, tribus mediis vocibus omissis, Lov. 4. [*urbe* Bamb.]

§. 13. *Conterritus, perstare tamen in pertinaci simulatione*] *territus* Gaertn. *deterritus* Harl. Tum *perstare tantum* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. V. ad 9, 12, 6. Deinde praepositionem *in* nesciunt Voss. Lov. 1. et Gaertn. Male. V. ad 8, 33, 6. et 22, 16, 4. [*perterritus instare* Bamb.]

§. 14. *Adjecta decem millia medimnûm frumenti*] Obtinent antiquum membranae in eo quoque, quod passim *modiûm*, pro *medimnûm*, praeferunt. MOD. *modiûm* legenti cod. Mog. consentiunt Harl. et Gaertn. Sed vulgatum praefero; cui, ut voci minus notae, notiorem *modiûm* librarios substituisse existimo. Pariter in quibusdam codd. erratum est c. 13, 13. 15, 11. et alibi. Vocem *medimnus* adhibuit in hac historia etiam Polyb. Exc. Legat. num. 30. Ἔπεισε τὸν Γναῖον, ἡ τάλαντα καὶ μυρίους μεδίμνους λαβόντα πυρῶν, προσδέξασθαι πρὸς τὴν φιλίαν αὐτόν. *Medimnus* autem vulgo sex modios continere creditur. V. viros doctos ad Nepot. in Att. 2.

Digitized by Google

ad centum talenta est perductus. adjecta decem millia medimnùm frumenti. Haec omnia intra sex dies exacta.

XV. A Cibyra per agros Sidensium exercitus du-

Haec omnia intra sex dies exacta] De iis loquitur, quae tyranno imperata erant, eaque aït intra sextum diem persoluta. Moguntinus tamen cusus Livius alio longe sensu legit: *Haec omnia intra dies sex acta*. MOD. Quatuor posteriora vocabula exsulant ab Harl. *Haec omnia intra sex acta* legunt Voss. Lov. 4. et Mead. ambo. *Haec intra sex dies acta* Lov. 6. *Haec omnia intra dies sex acta* Lov. 5. et edd. principes. Lectionem cod. Mog. *intra sex dies exacta* adoptarunt Aldus, et secuti editores usque ad Gruterum, qui *intra sex dies acta* edidit, quod recentiores servarunt. Sed cum Aldo codicem Mog. secutus sum.

§. 1. *A Cibyra per agros Idensium exercitus ductus*] Quidam *Sidensium* emendarunt: sed *Sida* Pamphyliae maritimum est oppidum longe ab hoc tractu. Strabo l. 12, [570.] inter Pisidiae urbes et *Sindam* nominat, et lib. 13. ad finem [pag. 630.] rursus ejus meminit; ubi et *Cibyras* et *Cabalensium*. Plinius l. 5. cap. 27. *Sindam* aït esse in confinibus Galatiae atque Cappadociae. *Calaurem* amnem, *Caraltitenque* paludem haud scio, an usquam legerim. Strabo l. 12, [568.] *Tatae* paludis meminit in hoc tractu. At ego nihil definio. GLAR. *Sida* maritimum est Pamphyliae oppidum, *Sinda* Pisidiae mediterraneum, neque a Cibyra valde remotum, auctore Strabone lib. 12. et 13. Itaque *Sindensium*, non *Sidensium*, legendum. SIGONIUS. *Idensium* Lovel. 3. et Mead. ambo, *Idensum* Harl. *Idensium* Lov. 4. 5. 6. Gaertn. [Bamb.] et edd. vett. *Indensium* Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. quod verum est, si, sibilo ex fine vocis proximae in hujus initio repetito, legamus *Sindensium*, ut viri docti docuerunt. Per eos, qui *Sidensium* emendarunt, apud Glareanum intelligendus est Frobenius, ita ex fide cod. Mog. edens anno 1531. Neque in illa scriptura aliud deest, quam nota literae *n* capiti literae secundae *i* adposita. Similiter *Sinda* pro *Sida* emendarunt viri docti supra 35, 13, 5.

§. 2. *Postero die est praeter Caralitin paludem agmen ductum*] Hujus paludis meminit Strabo lib. 12, [568.] non longe ab Iconio, quod est in Lycaonia, de qua tamen se nihil legisse aït Glareanus. †. „ Glareanus non „dixit, se nihil de ea legisse; „sed haud scire, si unquam de „ea quid legerit: saepe legimus, „sed non meminimus. „ †. SIG. In nomine paludis licet dissentiant codd. inter eos tamen convenit, primam syllabam per *a* scribendam esse: contra apud Strabonem l. laud. in iis quidem edd. quibus usus sum, scribitur Κώραλις, quum Livio vocetur *Caralitis*. Urbs Καραλία hac fere regione memoratur apud Hierocl. in Synecd. pag. 682. quae ab aliis Κάραλλις ἢ Καράλλεια vocatur, ut ad eum locum docuit Clariss. Wesseling. Praeterea τὸ *est* primum vidi in ed. Frob. anni 1535. Priores e-

Digitized by Google

ductus, transgressusque Caularem amnem, posuit castra. Postero die est praeter Caralitin paludem agmen ductum. ad Mandropolim manserunt. inde progredientibus ad Lagon, proximam urbem, metu incolae fugerunt. Vacuum hominibus, et refertum

jus loco legunt *et*, quod servant omnes scripti mei, et Hearnii L. 1. [*et* pro *est* Bamb.]

Ad Manandrum manserunt] Exemplaria nostrae *Mandrupyum* habent, quam *Mandropolin* Stephanus appellare videtur. GEL. *ad Maeandrum* legendum puto, reclamantibus omnibus exemplaribus: neque enim adhuc ab hoc flumine declinavit Manlius. Quidam pro *Maeandrum* substituerunt *Mandrupyum*, quod ego nescio. GLAR. Vet. lib. *Mandropum*. Vereor, ne *Mandropolis* sit, de qua Stephanus: *Μανδρόπολις Φρυγίας πόλις*. SIG. Vet. ed. et Palat. alter *ad Madamprum*. sed prior *ad Mandaprum*. GEBH. Illud *Manandrum*, quod tempore Gelenii exstabat, cujusque loco Glareanus *Maeandrum* legendum conjicit, demum adparuit in edd. Ascensii. Priores praeferunt *Madamprum*, consentiente Lov. 5. *Madambrum* Hearnii N. *Mandamprum* Voss. Lov. 1. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *Mandanprum* Lovel. 6. *Mandaprum* Lov. 3. Hearnii L. 1. et Thuan. apud Gronovium. *Mandrapum* Harl. *Mamdamprum* Lov. 2. *Mordiaeum* emendandum existimat Jac. Gronov. Diss. Epist. ad Loc. Livii Geogr. Ep. 5. pag. 40. Semel dicendum, in hoc Manlii itinere plura obcurrere, quae apud alios scriptores non memorantur; his autem ignotis notiora substituere, anceps videtur inceptum. [*Madāprām* Bamb.]

Inde progredientibus ad Lagon, proximam urbem, metu incolae fugerunt] *Lagum* urbem apud neminem invenio. GLAR. Pall. uterque, et vet. ed. *inde progredientibus ab Lago, proxima urbe*. GEBH. Forte *progredientes*. J. FR. GRON. *progredientibus* servant omnes codd. id vero minime mutandum, ad oram Livii sui monuit Jac. Periz. ad scripto loco Livii ex 36, 14, 12. *Adpropinquante faucibus, super quas siti Thaumaci sunt, deserta urbe, juventus omnis armata silvas et itinera insedit*. Gronovius vero ita conjiciens jungebat *incolae fugerunt progredientes*, ut *eos fugerunt majores nostri* infra c. 17, 6. ubi vide. Sed codd. auctoritatem sequor. *ab Lago, proxima urbe* codd. quos vidi, cum Hearnii L. 1. et priscis edd. quod si placet, non cohaerent *progredientibus ab Lago*, nondum enim Lagum pervenerant, sed *progredientibus* scil. iis, *incolae fugerunt ab Lago*. Frobenius demum anno 1535. vulgavit, quod nunc exstat. Vox *metu* deest in Lov. 3. [*ab Luco, proxima urbe* Bamb. *vincula effugerunt* idem.]

§. 3. *Vacuum hominibus, et refertum rerum omnium copia, oppidum diripuerunt*] Pal. alter *vacuum omnibus oppidum diripuerunt*. Vet. vero ed. et Pal. prior *vacuum hominibus opp. dir.* GEBH. *vacuum omnibus* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo, saepius obvio scribarum lapsu. V. ad 3, 54, 6. Tum voces *et refertum rerum omnium copia* desunt in omnibus scriptis meis, [et Bamb.] et edd. antt. Primus eas Aldus ex cod. Mog. recepit.

Digitized by Google

rerum omnium copia, oppidum diripuerunt. inde ab Lysis fluminis fonte, postero die ad Cobulatum

Inde ab Lysis fluminis fonte, postero die ad Cobulatum amnem progressi] *ab Lyci fluminis fonte* legendum puto, cujus in hoc tractu omnes meminerunt: *Cobulati* autem, quod equidem sciam, nemo. GLAR. Cum antea legeretur *Lysis*, atque ita in omnibus manuscriptis libris legatur, Glareanus tamen emendavit *Lyci*. quam recte, ipse viderit. Ego potius veterem scripturam retinendam censeo. SIG. Neque ego sane vel fando cuiquam illud auditum nomen *Cobulatum* puto. quare dum curatius membranas excutio, video in illis perscriptum exstare *ad Coriatum amnem*. MOD. Cum apud Polybium in fragm. 31. sit, Ἡνίκα Γνάϊος διῆει τὸν Κολοβάτον προσαγορευόμενον ποταμόν, etc. videndum an apud Livium in eo nomine literarum transpositio facta sit, et *Colobatum* sit scribendum. URS. *Lysis*, vel *Lisis* praeferunt omnes scripti, et editi. Licet autem Lycus notus hac regione fluvius sit, tutius tamen videtur, ut vulgatum cum Sigonio tueamur, quam ut cum Glareano, adversantibus omnibus libris, *Lyci* legamus, quum ignobilis torrens vel fluvius sub nomine Lysis indicari potuerit, cujus apud neminem nunc, quam hoc loco apud Livium, mentio obcurrat. Certe pessime sese dedit Ortelius in Thes. Geogr. in voce *Lysis*, conjiciens hunc fluvium esse illum, qui apud Antig. in Histor. Mirab. vocatur *Λούσις*. Omnino indicasse videtur locum cap. 152. ubi non ejus nominis fluvium, sed *τὴν ἐν Λούσοις κρήνην* memorat, ac testatur, eam ἔχειν ἐν ἑαυτῇ μῦς, *ὁμοίους τοῖς κατοικιδίοις*. Meursius autem ad eum locum docet, intelligi *Λούσους τῆς Ἀρκαδίας*. Pausan. etiam lib. 8, 18. in Arcadia recenset *Χωρίον καλούμενον Λουσούς*. Ceterum non spernenda est lectio, quam Frob. anno 1531. recepit: *inde ad Lysis fluminis fontem, postero die* etc. ut sensus sit, exercitum Romanum *inde*, id est ab urbe Lago, primis castris ad Lysis fluminis fontem, alteris ad Cobulatum amnem progressum esse. Eam lectionem secuti editores diu servarunt, nisi quod interim Vascos. et alii usque ad Sigon. ex emendatione Glareani *ad Lyci fluminis fontem* vulgarint. Gruterus tandem principum edd. scripturam *a Lysis fluminis fonte* revocavit; quae licet displiceat, iterum tamen ejicere non audeo, quod nesciam, utrum Frobeniana ex Msto profecta sit. Insuper *Combulatum* Lov. 4. et Mead. 2. *Coriatum* cod. Mog. Utrum vero apud Livium ex Polyb. scribendum sit *Colobatum*, ut Ursin. existimat, quem etiam vide ad Polyb. Exc. Legat. num. 31. an contra apud Polybium ex hoc loco Livii *Κοβουλάτου*, non dijudico. Id certius puto, non audiendum esse Nic. Heinsium, qui ad Val. Flacc. 5, 103. apud Livium *Crobialum*, vel *Cobialum* scribendum monuit. Nam *Κρωβιαλος πόλις περὶ Παφλαγονίαν* est, auctore Schol. Apoll. Rhod. ad 4. Argon. 944. vel *πολιχνίον πρὸς τῇ Ποντικῇ*, ut testantur Steph. Byz. et Eustath. ad Homeri Catalog. vers. 362. quorum scriptorum testimonia ipse Heinsius laudavit: Paphlagonia autem et Pontus longe a Pisidiae et Pamphyliae finibus, sive a locis, in quibus exercitus Manlii esse dicitur, abest. Mecum sentit etiam Cl. Duk. [*fontes* Bamb.]

Digitized by Google

amnem progressi. Termessenses eo tempore Ision- 4
densium arcem, urbe capta, obpugnabant: inclusi,

§. 4. *Telmesenses eo tempore Isiondensium arcem*] Exemplaria nostra habent *Termesenses*, non *Telmesenses*. Nam *Telmesus*, maritima est, *Termesus* mediterranea. GELEN. Utrumque nomen corruptum existimo. *Telmissus*, per *l* in prima syllaba, et *i* in secunda, (ut ante diximus) Lyciae est urbs. *Termessus* vero, per *r* in prima syllaba, ac *e* in secunda, Pisidiae. Cum igitur Pisidia supra Pamphyliam, ubi consul Manlius jam piscabatur, ego *Termessenses* legendum puto. Sed pro *Isiondensium* legam ex Plinio lib. 5, 27. *Hyriensium*. GLAR. Antea legebatur *Thermenses*; a *Termeso* autem *Termesenses* correxit Glareanus. Ego autem veterem hoc etiam loco scripturam tueor. Id autem ut faciam, pervetustum quoddam decretum, quod Romae visitur, me impellit, in quo ita est [apud Gruter. pag. D.] QVEI. THERMENSES. MAIORES. PISIDAE. FVERVNT. QVEIQVE. EORVM. LEGIBVS. THERMENSIVM. MAIORVM. PEISIDARVM. ANTE. K. APRIL. FVERVNT. L. GELLIO. CN. LENTVLO. COS. THERMENSES. MAIORES. PEISIDAE. FACTI. SVNT. Est autem *Termesus* urbs Pisidiae, Strabone, Stephano, Eustathio auctoribus. SIG. Duo menda in haec Livii verba irrepserunt: unum quia *Thermenses* in *Thermessenses* mutatum est, cum antiqua aenea tabula [apud Gruter. pag. D.] edat *Thermenses*, et V. C. minus corrupte *Telmenses*, ut etiam Polybianum Fragmentum *Τελμησσὸς*, sed male pro *Τερμησσός*. Graeci enim nummi habent *ΤΕΡΜΗCCΕΩΝ*. Alterum quia *Isindae* ex auctoritate Stephani Byzantii, non *Isiondae* scribendum fuit, licet in Polybii fragmento 31. sit *Ἦλθον πρὸς αὐτὸν πρέσβεις ἐκ τῆς Ἰσιόνδης προσαγορευομένης πόλεως, δεόμενοι σφίσι βοηθῆσαι*. Quae scriptura quia constanter apud Polybium altero etiam loco reperitur, poterit retineri apud Livium quoque. Nam, quod docti viri reposuerunt, *Hyriensium* plane ineptum est. URS. Pal. pr. *Elmenses*. Alter et vet. ed. *Telmenses*. Sigonius et post eum Ursinus evicerunt, legendum *Thermenses*. GEBH. Male Sigonius, antea *Thermenses* editum fuisse, et Glareanum id in *Termesenses* mutasse, existimat. Edd. enim principes constanter *Telmenses* legunt; pro quo *Termesenses* Gelenius emendavit, Froben. autem anno 1535. *Termessenses* edidit; quod Glareanus probavit. Neque emendationi Sigonianae ullus codd. favet. *Elmenses* est in Lov. 4. *Elemenses* in Voss. et Gaertner. *Elinenses* in Mead. pr. Verum quatuor hi codices literam initialem *t* in finem vocis praecedentis rejecerunt, dantes *progressit*. Sed *Elmenses* legunt Lovel. 1. et 3. *Elinenses* Harl. et *Hilmenses* Hearnii L. 1. licet servent *progressi*. Denique *progressus est*. *Zelmenses* Lovel. 6. *Telinenses* Mead. 2. *Telmenses* Lovel. 2. 5. [Bamberg.] et Hearnii N. Ursinus ad Legat. Polyb. parum referre existimat, utrum hic *Termessenses*, an, ut Sigonius voluit, *Thermenses* legatur; codicum tamen Livii lectionem propius ad *Thermenses* accedere. Quum autem supra ad 37, 16, 13. dictum sit, *Telmessum* Cariae vel Lyciae, *Termessum* Pisidiae vel Pamphyliae urbem esse, *Termessensium* rectius hic a viris doctis emendatum existimo; apud Polyb. autem ab Ursino *Τερμησ-*

Digitized by Google

quum alia spes auxilii nulla esset, legatos ad con-
5 sulem, orantes opem, miserunt. *cum conjugibus ac liberis in arce inclusos se mortem in dies, aut ferro aut fame patiendam, exspectare.* Volenti consuli causa in Pamphyliam divertendi oblata est. adveniens ob-
6 sidione Isiondenses exemit. Termesso pacem dedit, quinquaginta talentis argenti acceptis: item Aspen-

σεις, et Τερμησσός. Vide etiam Cellarii Geogr. ant. 3, 4, 118. Deinde *Usidonem* Gaertn. *Ysidonem* Hearnii L. 1. *Isidonem* Voss. et Lov. 1. *Isidionem* Lov. 6. *Isiondem* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Isiondensium* emendarunt proximi editores; pro quo *Isindensium* legendum esse, existimat Ursin. ad Polyb. Exc. Leg. num. 31. Ejus emendationem probat Berkel. ad Steph. Byz. voce Ἰσινδός. Mox *spes nulla esset* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *spes auxilii nulli esset* Lov. 2. Tum *orantem opem* Voss. unde videri posset, dedisse Livium *oratum opem*. Potius tamen existimo, librarium erasse ob causam, quam dedi ad 6, 3, 8. [*Isiadē* Bamb.]

§. 5. *Volenti consuli causa in Pamphyliam divertendi oblata est. adveniens*] Libri omnes *revertendi*. Alio tamen ordine prior Pal. *Volenti consuli in Pamphyliam revertendi oblata est causa*. GEBH. Eodem ordine Lov. 3. *revertendi* autem omnes scripti mei, et editi usque ad Aldum, *divertendi* adsciscentem ex cod. Mog. quae lectio probari potest. V. ad 44, 43, 2. Videri etiam posset legendum *devertendi*. V. ad 1, 51, 8. Ita praefert ed. Lambini apud Cic. 13. Phil. 6. *Nunciant, se Pompeji conveniendi causa devertisse Massiliam*. ubi nunc *divertisse* editur. V. Ryckium et Jac. Gronov. ad Tacit. 2. Hist. 62. et 100. *divertendi* tamen praefero. Tum *veniens* Lov. 3. Paullo ante *in arcem inclusos* codd. nostri, et priscae edd. quod commode defendi potest. V. infra ad c. 59, 10. quum tamen *in arce*, quod primus Aldus edidit, auctorem habeat cod. Mog. illud mutare nolui. Mox iterum *Isiodenses* Lov. 1. 2. 3. et Voss. *Isidonenses* Lov. 6. *Idisiodenses* Gaertn. *Hysiodenses* Harl. [*causam Pamfiliam revertendi*. mox *Isiondensis* Bamb.]

§. 6. *Termesso pacem dedit, quinquaginta talentis argenti acceptis*] *Thelmesso* Voss. *Thelmessio* Lov. 6. *Helimeso* Hearnii L. 1. *Telmenso* ejusdem N. Lov. 5. et edd. principes. *Telemesso* Gaertn. *Telmesso* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. V. ad §. 4. Tum vox *acceptis* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. quorum nonnulli insuper legunt *argenteis*, unus etiam *argeiis*. Sed Polyb. in Exc. Leg. num. 31. ΑΑΒΩΝ ν' τάλαντα.

§. 7. *Ad flumen Taurum primo die, postero ad Silenu, quam vocant, comen*] *Xylinen comen* lege, quemadmodum alibi [32, 13, 10.] *Macram comen*; et paullo superius [hoc lib. c. 12, 9.] *Hieran comen*. GEL. Videtur Livius hoc loco historiam valde accidisse, taedio, ut puto, tot locorum in

Digitized by Google

diis ceterisque Pamphyliae populis. Ex Pamphylia 7
rediens ad fluvium Taurum primo die, postero ad
Xylinen (quam vocant) comen posuit castra. Pro-
fectus inde continentibus itineribus ad Cormasa ur-
bem pervenit. Darsa proxima urbs erat. eam, me- 8
tu incolarum desertam, plenam omnium rerum co-
pia invenit. Progredienti praeter paludes legati ab

longinqua natione, at interim obscuritas in aliis mansit locis. Itinera enim diligenter perscripta locis multum lucis adferunt: quod in Herodoto clarum est, et in C. Caesare. *Tauri* fluminis hoc tractu nemo, quod equidem sciam, meminit. *Silenu come* quae sit, aeque ignotum. Quidam *Xylinen comen* emendarunt; quod nescio, quam probem. GLAR. MS. *ad fluvium Taurum*. MOD. Similiter, ut Modius in cod. Mog. esse monet, etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo: quorum auctoritati cedendum putavi. Saepius hae voces a librariis commutantur. V. ad 8, 13, 5. 10, 2, 7. 30, 25, 4. 34, 28, 7. hoc lib. cap. seq. §. 15. 39, 30, 10. et alibi. Deinde *Taurum primo*, *postero die* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertner. *Taurum*, *postero die* Lov. 3. Praeterea *Sillenem* Lov. 6. *Silenem* Voss. et Gaertn. *Silennem* Lov. 2. *Silenen* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. *Sylenen* quaedam principum editionum. (Bamb.) *Silenu* dedit Frob. anno 1531. quasi Σιλήνου κώμη. V. ad 44, 28, 7. *Xylinen*, ut Gelenius emendavit, et Frob. anno 1535. recepit, praefert cod. Mog. Proxime eam lectionem *Silinen* se in Oxonn. L. 1. N. et ed. principe Alerienst inveniisse, testatur Hearnius. Ortelius in Thes. Geogr. *Xylinen comen* esse conficit, quae Ξυλίνη vocatur, et Cappadociae oppidum esse dicitur Ptolem. 5, 6. Verum Ptolem. ibi describit tractum Cappadociae litoralem ad pontum Euxinum, unde nunc longissime aberat Manlius, in Pisidia degens.

Ad Cormasam urbem pervenit. Darsa proxima urbs] *Cormasam* Ptolemaeus [5, 5.] in Pisidia ponit. *Dorsam* nemo, quod sciam. *Derba* et *Perga* videntur ab hac piscatione nimis distantes. GLAREAN. *ad Cormassam* Lov. 2. et Hearnii L. 1. *ad Carmassam* Lov. 3. *ad Cŏmasam* Gaertn. *ad Comasa* Voss. *ad Cormasa* Lov. 4. 5. 6. Mead. 2. Hearnii N. et edd. principes; quod recepi. Polyb. Exc. Leg. num. 32. Κύρμασα πόλιν λαβὼν ὁ Γνάϊος. ubi Ursin. Κόρμασα ex Ptolem. 5, 5. legendum monuit.

§. 8. *Legati ab Lysione*] Lege *Lysinoe*, non *Lysione*. GELEN. *Lexino* Lov. 6. *Lysivo* Gaertner. *Lysince* Harl. et Mead. 1. *Lysino* Voss. et Lov. 1. *Lysiona* Lov. 5. Reliqui cum Gelenio *Lysinoë*. Apud Polyb. similiter legendum censuit Ursinus Παρεγένοντο πρέσβεις ἐκ Λυσινόης, quum in Msto inveniisset ἐκ Δυηνόης.

§. 9. *Inde in agrum. Agalessenum*] *in agrum Sagalassenum* legendum puto, ut etiam quidam emendarunt, *Sagalassus* enim Pisidiae urbs, ut testatur Plinius lib. 5. c. 27. et Strabo lib. 12, [569.] ait, ab Apamea itinere

Digitized by Google

9 Lysinoë, dedentes civitatem, venerunt. Inde in agrum Sagalaſſenum, uberem fertilemque omni genere frugum, ventum eſt. Colunt Pisidae, longe optimi bello regionis ejus. quum ea res animos facit, tum agri foecunditas, et multitudo hominum, et si-
10 tus inter paucas munitae urbis. Consul, quia nulla legatio ad finem praeſto fuerat, praedatum in agros

unius diei diſtare. Ptolem. in Lycia ponit, longe ab hoc tractu. GLAR. Stephanus item: Σαγάλασσος πόλις Πισιδίας. Contra Ptolemaeus in Lycia ſtatuit. Pro Livio eſt Arrianus lib. 1, [29.] Ἦν δὲ Σαγάλασσος, ὃν μικρὰ πόλις, Πισίδαι δὲ καὶ ταύτην ᾤκουν. SIG. *Galaſſenum* Mead. 1. *Agalasenum* Lov. 2. 3. *Agallasenum* Lov. 6. et Gaertn. *Agalaſſenum* Voſſ. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. 2. et edd. princ. quarum quaedam *Agaleſſenum* praeferunt. *Agalesenum* Hearnii L. 1. Sed recte jam Froben. anno 1531. ante Glareanum *Sagalaſſenum* edidit. Polyb. Exc. Leg. num. 32. Ἐνέβαλεν εἰς τὴν τῶν Σαγαλασσέων χώραν. V. Cl. Weſſeling. ad Hierocl. Synecdem. pag. 673. [*Asalaſſenum* Bamb.]

Colunt Pisidae, longe optimi bello] *Ipsidae*, vel *Ipsidae*, transpositis literis, Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo. et Gaertn. Deinde ultima vox deeſt in Mead. 2. Male. Supra 25, 18, 6. *Uter bello melior sit, decernamus.* V. ad 4, 2, 2. et 7, 9, 8. Idem autem, quod de incolis Sagalaſſi hic praedicat Livius, de iisdem teſtatur etiam Arrian. 1. de Exped. Alex. M. 29.

Quum ea res animos facit, tum agri foecunditas et multitudo hominum] *tum ea res* Voſſ. Lov. 2. 3. 5. Harl. et edd. ante Aldum, qui *quum* ex cod. Mog. adoptavit. V. ad 6, 23, 3. Deinde *fecit* Lov. 6. Tum *agri fertilitas* Harl. quod vel ex proxime praecedenti *uberem fertilemque*, vel ex interpretis glossa natum eſſe cenſeri debet. Insuper *multitudo omnium* perperam Voſſ. et Lov. 1. V. ad 3, 54, 6. Mox *inter paucas munitas urbes* Harl. et Mead. 1. *intra paucas munitas urbes* Lov. 1. [*facit* omittit Bamb.]

§. 10. *Quia nulla legatio ad finem praeſto fuerat*] Reposuimus e MSS. *finem*. Sic amat noſter. L. 2, [49, 9.] *Qua Tuscus ager Romano adjacet, sua tuta omnia, infeſta hoſtium, vagantes per utrumque finem, fecere.* Lib. 4, [58, 1.] *Quibus venientibus ad finem legatio Vejentium obviam fuit.* Lib. 33, [37, 6.] *Redeuntes inde Ligurum extremo fine incidunt in agmen Romanorum.* J. FR. GRON. *fines* in uno tantum Lov. 5. inveni. Hearnii Oxonn. et reliqui mei *finem*, nisi quod proxime verum *fidem* legant Lov. 3. et Gaertn. de quo errore v. ad 8, 24, 5. De voce *finis* numero singulari hoc sensu usurpata v. ad 4, 58, 1. 9, 6, 10. et 35, 27, 9. Ita 27, 40, 10. *Per extremum finem agri, Larinatis ducentem in Sallentinos exercitum.* 43, 22, 1. *Eo die ad finem agri Aeseli caſtra posita.*

Ut ferri agique res suas viderunt] Pal. pr. *ut ferro agi ignique res suas viderunt.* GEBH. Similiter Lov. 3. *ferro ignique agi* Lov. 6.

Digitized by Google

misit. tum demum fracta pertinacia est, ut ferri agique res suas viderunt. Legatis missis, pacti quin- 11
quaginta talentis, et viginti millibus medimnum tritici, viginti hordei, pacem impetraverunt. Progres- 12
sus inde ad Obrimae fontes, ad vicum, quem Aporidos comen vocant, posuit castra. Eo Seleucus ab
Apamea postero die venit. Aegros inde et inutilia 13

Sed, codd. hos perperam interpolatos esse, docere possunt, quae notantur ad 33, 13, 10.

§. 11. *Viginti millibus medimnûm tritici, viginti hordei*] Tertium et postremum hic moneo, ubique in membranis *modiûm*, pro *medimnûm*, legi. MOD. Cod. Moguntino *modiûm* legenti concinunt Harl. et Gaertn. Male. Polyb. Exc. leg. num. 32. *Καὶ λαβὼν ν' ταλάντων σέφανον, καὶ δισμυρίους κριθῶν μεδίμνους, καὶ δισμυρίους πυρῶν προσεδέξατο ἀντὸν ἐις τὴν φιλίαν.* V. ad cap. praec. §. 14.

§. 12. *Progressus inde ad Rothrinos fontes*] Fortassis legendum *ad Obrimae fontes*, ex Plinio 5, 29. Nam inter caetera flumina in Maeandrum labentia et *Obrimas* meminit. *Rothrinos fontes* nemo, quod sciam, memorat. GLAR. Pal. alter *Praegressus*. Amplius omnes *ad Rhotrinos fontes*. GEBH. *Praegressus* Voss. Lov. 4. et Harl. V. ad 9, 10, 7. Deinde *Rotrinos* Lov. 2. et 3. [et Bamb.] *Rhotrinos* Lov. 1. 4. 5. et Mead. ambo. *Rothrinos* Lovel. 6. *Rhocrinos* Harl. *Rothimos* Hearnii L. 1. *Rhotinos* Voss. *Rhetinos* Gaertn.

Vicum, quem Aporidos comen vocant] Principes edd. habere *Adonides*, nec sibi ullam aliam varietatem ex antiquis libris notam esse, nisi quod Voss. praeferat *ad pro dios*, scribit Jac. Gronov. in Diss. Epist. ad Livii loc. Geogr. Epist. 5. pag. 40. Miror neminem ad Livium monuisse, a quo ortum fuerit *Aporidos*. *Acaridos*, quod idem conjicit Gronovius, non placet Clariss. Wesselingio, qui ad Hieroclis Synecd. pag. 669. non contemnendis rationibus disputat, in Livio *Adonidos comen* legendum esse. DUK. Quod Gronovius de edd. principibus testatur, eas habere *Adonides*, id Hearnius, emendationem ejus contracte proponens, refert ad MSS. et edd. vett. Quod moneo, ne quis, ab Hearnio deceptus, Mstos etiam *Adonides* praeferre credat. Certe ex undecim codd. scriptis, quibus in hac operis Liviani parte usus sum, nullus ita exhibet; sed *Adprodies* legunt Voss. et Gaertn. *Aporides* Lov. 2. et 5. *Aporidios* Lov. 1. *Apridos* Mead. 2. Nescio etiam, quid de eo statuam, quod Gronovius docet, principes edd. legere *Adonides*. Certe ex illis, quae ante annum 1500. prodiere, octo ante oculos habeo, nempe Camp. Rom. annî 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. duas, ac duas Venet. quae omnes constanter legunt *Aporides*; neque aliter est in reliquis excusis usque ad Aldum, qui fide integerrimi cod. Mog. substituit *Aporidos*: quo et quorumdam codd. nostrorum vestigia ducere eorum adlatae lectiones docent. An vero, hac Cynosura relicta, nihilominus *Acaridos* vel *A-*

Digitized by Google

inpedimenta quum Apameam dimisisset, ducibus itinerum ab Seleuco acceptis, profectus eo die in Metropolitanum campum, postero die Dinias Phrygiae
14 processit. Inde Synnada venit, metu omnibus circa oppidis desertis, quorum jam praeda grave agmen

donidos comen legendum sit, aliorum relinquo arbitrio. [*Acoridos* Bamb.]

§. 13. *Apameam dimisisset, ducibus itinerum ab Seleuco acceptis, profectus eo die*] *Apameae dimisisset* Lov. 2. 5. et edd. Rom. anni 1472. ac Camp. *Apamia* Gaertn. *Apamea* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. proximae usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo *Apameam* vulgarunt, quod et in Lov. 3. fuisse videtur. Tum *ducibus iterum* Lovel. 5. et edd. priscae, nisi quod *ducibus interim* sit in edit. Parm. Aldus deinde *ducibus itinerum*, praeeunte cod. Mogunt. restituit, quod servant ceteri omnes, quos consului, codd. Praeterea *profectus est eo die* Gaertn. *profectus ea die* Lov. 5. et edd. ante Frob. qui anno 1535. *eo die* vulgavit, adsentientibus reliquis scriptis. Certe mox sequitur *postero die*, non *postera*. Vox *profectus* deerat in Harl.

Postero die Dymas Phrygiae processit] Et quae praecedit urbs *Metropolis*, et quae sequitur *Synada*, aut potius *Sinnada*, in magna Phrygia a Ptolemaeo numerantur. Caeterum *Dymas* haud scio, an uspiam reperias. Didymus mons non longe inde a Ptolemaeo locatur. Sed judicet lector. GLAR. *Το die* deest in Lov. 3. et 6. Deinde *Dymas* vel *Dimas* Lov. 3. 5. et 6. *Divias* Gaertn. *Dinias* edidit Frob. anno 1535. et recentiores servarunt. Neque aliter praeferunt reliqui codd.

§. 14. *Inde Synnada venit*] *Symada* Voss. et Lovel. 1. *Symacla* Gaertn. *Sinada* Lov. 2. et 3. *Synada* Lov. 6. Harl. et Mead. 1. At, nomen hoc duplici *n* scribendum esse, ostendunt monumenta antiqua, quae laudat Holsten. ad Steph. Byz. in voce Σύνναδα: ostendit et Stephan. ipse; qui refert, urbem hanc ἀπὸ τῆς συναγωγῆς καὶ συνοικήσεως Συναΐα προσαγορευθῆναι· μετὰ δὲ ταῦτα παρεφθαρμένως ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων Σύνναδα πληθῆναι. Ita enim ibi legendum est, non Συναΐα, ut vulgo edunt. Scriptoribus tamen Graecis recentioribus saepe Σύναδα male vocatur. V. Cellar. 3. Geogr. ant. 3. pag. 90. De hac urbe plura vide apud Trist. tom. 2. Comment. pag. 202. Mox *praeda jam grave* Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Praeterea, *toto die* ex Mstis legendum esse, Gronov. pr. ed. not. monuit; quod iteratis curis omisit. Nostri etiam nihil mutant. [*quorum* omittit Bamb.]

Ad Beudos, quod vetus adpellant] Quidam libri *Beundos* legunt. Sed Ptolemaeus παλαιὸν Βεῦδος vocat. Quanquam in Pisidis nimis ad meridiem huic itinere, ut Synnada nimis ad septentrionem. GLAR. *Beudos* legendum. Ptolemaeus enim [5, 5.] Βεῦδος παλαιὸν vocat. SIG. MS. *ad Eubodos*. MOD. *Abeundosque vetus* Voss. *Abeundos quod vetus* Lov. 1. 4. Mead. 2. et Gaertn. *ad Benudos, quos vetus* Lov. 6. *ad Beudis quod vetus* Mead. 1. *ad Beundas quod vetus* Harl. *ad Beudos quod vetus* Lov. 2. 3. 5. et edd. antt. *ad Beudos quod vetus*, ut Glareanus voluit, Vascos. recepit.

Digitized by Google

trahens, vix quinque millium die toto itinere perfecto, ad Beudos, quod vetus adpellant, pervenit. ad Anabura inde, et altero die ad Alandri fontes, tertio ad Abbaſſum posuit caſtra. ibi plures dies ſtativa habuit, quia perventum erat ad Toliſtobojorum fines.

§. 15. *Ad Antibura inde*] Lege *Anabura*, non *Antibura*. GEL. *Antibura* nusquam, quod sciam, legitur. *Anabura* apud Strabonem lib. 12. inter Pisidarum civitates numeratur ex Artemidoro. GLAR. MS. *ad Anabura*, non *ad Anaburam*. MOD. *ad Tibura* Lov. 4. *ad Antibura* Voſſ. Lov. 2. 5. Harl. Mead. 1. et edd. priscae. *ad Antybura* Gaertn. *ab Antibura* Lov. 6. *ad Antibira* Mead. 2. *ad Antiburam* Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. *ad Anabura*, quod Frob. anno 1535. ex emendatione Gelenii recepit, nititur fide cod. Moguntini. Quum poſtea Paris. anno 1573. *ad Anaburam* edidiſſent, inde Modio occasio data eſt lectorem docendi, quae cod. Mog. scriptura fuerit. Ipse tamen ut et Gruterus errorem ed. Paris. servarunt.

Ad Alexandri fontes] Puto corruptum, legendumque *ad Maeandri fontes*. *Abaſſum* autem, quod sequitur, oppidum non puto facile reperiri. GLAR. Vet. lib. *ad Alexandri*. Glareanus *ad Maeandri* reſtituit. Ego *ad Alandri*. Non enim vidit Glareanus, si *ad Maeandri fontes* consuliret, eum regreſſurum, non progreſſurum fuiſſe. Jam autem finibus Toliſtobojorum vicinus erat, inter quos paulo poſt meminit Livius fluminis *Alandri*. SIG. MS. *ad Braſſium posuit caſtra*. MOD. *ad Alexandri* omnes codd. noſtri [Bamb.] et edd. vett. *ad Maeandri* ex Glareani sententia edidit Vascos. pro quo *ad Alandri* Sigonius reposuit; quod ex eo tempore ab omnibus receptum eſt. Doujatius tamen principi juventutis Francicae persuadere voluit, *vulgo* ante Glareanum lectum fuiſſe *ad Maeandri fontes*, inde vero Glareanum feciſſe *ad Maeandri fontes*. Sed homini incauto inposuit error, quem in edd. Gruterianis commiserunt operae notas Sigonii excudentes. Cl. Crevierius etiam olim *Maeandri* editum fuiſſe monuit. Sed non nisi in capite Scholii Sigoniani typographi Gruteri ad haec verba dederunt *ad Maeandri*, pro *ad Maeandri*. Deinde *ad Babasum* Lov. 1. *ad Babaſium* Voſſ. *ad Adbaſium* Gaertn. *ad Abbasium* Lov. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. *ad Abbasum* Lov. 3. 5. *ad Abassium* Lov. 2. *ad Alcasum* Lov. 6. et Hearnii L. 1.

Quia perventum erat ad Toliſtobogiorum fines] Galatas in Asia tres in populos divisos, omnes fere consentiunt. Atqui operae pretium eſt videre, quam differentibus nominibus varient. *Toliſtobogi* et *Toliſtobogii* reperias et in Graecis, et in Latinis. Quidam etiam, sed corrupte, per *o* in secunda syllaba. Codices quidam Ptolemaei corruptius *Tolibofti* legunt. *Tectosages* Plinius ac Strabo, si codices non fallunt, per *g*, et in tertia declinatione ponunt, ut C. Caesar lib. 6. comment. Ptolemaeus per *c*, et in prima. Livius, nisi et ejus codices errare quis dicat, in secunda: omnes tamen pluraliter. Eodem modo *Trogmi* Plinius per *g*, Ptolemaeus per *c*, Τρώκμοι, uterque disyllabon. In Strabonis

Digitized by Google

1 XVI. Galli, magna hominum vis, seu inopia agri, seu praedae spe, nullam gentem, per quam ituri essent, parem armis rati, Brenno duce in Dardanos
2 pervenerunt. ibi seditio orta, et ad viginti millia hominum, cum Leonorio ac Lutario regulis, seces-

codice vero *Trogini* per *g* trisyllabon, et in multis Livii codicibus *Trocini* per *c* etiam trisyllabon reperias, errore, ut puto, librariorum. In Graecis Τεκτοσάγες et Τεκτοσάκας βαρύτονον, καὶ Τεκτόσαγες παροξύτονον passim invenias. Is error unde in codices veniat, non est difficile conjectu. Idem differentiae accidit in oppidis illorum. Nam quod Plinius ac Strabo *Tanium* Trocmorum oppidum, per quintam vocalem, sed consonantem factam *u* vocant, in aliis per *n Tanium* legas. Et quod Strabo Πεσσινοῦς, οὔντος, alii Πισινοὺς corruperunt. Itaque de his omnibus cavere difficile est. GLAR. Vet. lib. *Tolistobojorum*. Recte. Sic Stephanus. Τολισόβοιοι ἔθνος Γαλατῶν Ἑσπερίων μετοικησάντων ἐκ τῆς Κελτογαλατίας εἰς Βιθυνίαν. Item Appianus in Syriac. [107.] Γαλατῶν τ' ἔθνη, Τεκτοσάγαι τε καὶ Τρόκμοι καὶ Τολισόβοιοι. Iidem tamen *Tolistobogii* etiam dicti sunt. SIG. Pall. *Tolostobojorum*. Vet. ed. *Tolostobogrum*. GEBH. *Thobostaborum* Voss. *Theobostaborum* Gaertn. *Theostehogiorum* Lov. 6. *Tobostagiorum* Hearnii L. 1. *Tobostobojorum* Mead. 2. [Bamb.] *Tobostobosiorum* Lov. 4. *Tolobostogrum* Lov. 5. et ed. Camp. *Tolostobogiorum* Lov. 1. et 2. *Tolostobojorum* Lov. 3. Harl. et Mead. 1. V. ad Epit. Liv. 38.

§. 1. *Galli, magna hominum vis*] MS. *Hi Galli, magna hominum vis*. MOD. *Hi Galli, magna* MS. Modii. nostrae edd. destituebantur illo *Hi*. GRUT. Libri omnes destituuntur τῷ *Hi*. Amplius Pal. pr. *Galli hominum vi magna*. GEBHARD. Voculam *Hi*, quam se Moguntini in cod. suo inveniss testati sunt, primus Gruterus recepit, et secuti editores servarunt. Eamdem ignorant non modo omnes priores edd. sed et Mssi, quibus usus sum, et Hearnii L. 1. Et recte. Hoc enim cap. Livius non solorum Tolistobojorum, quorum verbis proximis meminerat, et ad quos illud *Hi* referendum foret, originem narrat; sed et reliquorum, qui in Asiam transierunt, Gallorum, nempe Trocmorum et Tectosagorum. Hinc pronomen iterum induxi. Deinde *hominum vis magna* Gaertn. *hominum vi magna* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Id si placet, *pervenerunt magna vi hominum* dictum erit, pro cum magna vi hominum. V. ad 1, 14, 7. Sed praefero vulgatum, et *Galli, magna vis hominum* dictum accipio per adpositionem. Ea autem figura apud Livium frequentissime obcurrit. V. ad 25, 34, 10. et 40, 36, 8.

Per quas ituri essent] Omnes libri *per quam ituri essent*. GEBH. *per quas* primus edidit Frob. anno 1535. [concin. Bamb.] quod reliqui servarunt usque ad Jac. Gronov. qui veterem lectionem *per quam* revocavit. Et ita omnes scripti nostri, et Hearnii L. 1. *Brennone* Lov. 5. hic et mox §. seq. consentientibus edd. antiquis. Pro eo Frob. anno 1535. *Brenno* dedit, quod est ex Mso Mog. et reliquis nostris. Eadem forma id

Digitized by Google

sione facta a Brenno, in Thraciam iter averterunt. ubi cum resistentibus pugnando, pacem petentibus 3 stipendium inponendo, Byzantium quum pervenissent, aliquamdiu oram Propontidis vectigalem habendo, regionis ejus urbes obtinuerunt. Cupido in- 4

ducis Gallici nomen apud Justin. et alios obcurrere, notum est. [§. 2. *est ad* XX pro *et ad viginta millia* Bamb.]

§. 2. *Cum Lomnorio ac Lutario regulis*] Strabo [12, 566.] *Leonorium* vocat. *Lutarium* etiam nomen esse Gallicum Caesar h 7, [5. et seqq.] satis indicat, quanquam in codicibus Caesaris *Luterium* legas. GLAR. Suidas eandem historiam recitat in voce *Γαλᾶται*. *Οἱ δὲ ἐπὶ Θράκην καὶ τὴν Ἀσίαν ἐτράποντο, ἀμφὶ τὰς δύο μάλιστά που καὶ αὐτοὶ μυριάδας ὄντες. καὶ κρατήσαντες τῷ πολέμῳ πάντων μικροῦ τοῦ ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου Ἀσιανῶν γενῶν, τοὺς μὲν ἄλλους ὑποτελεῖς ἐποιήσαντο φόρου, αὐτοὶ δὲ τὰ περὶ τὸν Ἅλυν ποταμὸν χωρία κατασχόντες ἐνέμοντο τὰ μεταξὺ Βιθυνῶν τε καὶ Καππαδοκῶν κείμενα.* Pro *Lomnorio*, vet. lib. *Lonorio*. Strabo *Leonorio*, quo pacto legendum esse puto. Ejus haec verba sunt, ubi de Asiaticis Gallis loquitur lib. 12, [566.] *Ἀρχηγὸς δὲ μάλιστα δοκεῖ τῆς περαιώσεως τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν γενέσθαι Λεονόριος*. SIG. Pal. pr. *Lonorio*. Alter *cum Linorio ac Litterano*. Sigonius ex Strabone verum praestat *Leonorio*. GEBH. Hoc [*Lenorio*] nuper natum. Scripti et olim editi *Lomnorio*. Sigonianus *Lonorio*. Straboni *Λεονόριος* est: Memnoni apud Photium [pag. 374.] *Λεωννόριος*. Eidem alter *Λουτούρια*. Idem vocabulum Caesari *Luterius*, Agathiae [lib. 1. pag. 12.] *Λωθάριος* et *Λεύθαρις*. Utrumque nomen est Germanis etiam nunc in usu, *Leonhartus* et *Lotarius*, vel *Luderus*. J. FR. GRON. *Louorio* Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo. *Lotherio* Lov. 6. *Lonnorio* Lov. 5. *Lenorio* Lov. 2. et 3. [*Lonoro* Bamb.] *Locorio* Voss. et Lovel. 1. *Loncorio* Gaertn. *Locnorio* et infra *Lonnorius* Hearnii N. *Lenorio*, pro quo Gronov. *Leonorio* revocavit, in sola ed. Heinsii Elzevir. exstitit. Monet autem Hearnius, hunc in Strab. Chrestom. sive Excerpt. *Leonetem*, apud Polyb. *Comonorium* vocari. Verum in Exc. Strab. pag. 161. editio Oxon. praefert *Λεοντόστιος ἡγουμένου ἀυτῶν*. apud Polyb. 5, 44. vulgo dicitur *Κομοντόριος*: an autem idem sit, qui hic memoretur, ideo dubito, quia Polybio narratur rex fuisse Galatarum, qui non transierunt in Asiam, sed in Thracia subsistens regni sui sedem Thulae instituisse; quum Livius Leonorium, adjuvante Nicomede Bithyniae rege, in Asiam trajecisse mox narraturus sit. Deinde *Lucario* Hearnii L. 1. *Lucharo* Lovel. 1. *Luctario* Harl. *Luterario* Mead. 2. *Litterario* Lov. 4. [*ab Rheno* pro *a Brenno* Bamb.]

In Thraciam iter averterunt] *in Threciam* Mead. 1. [*Thraciam* Bamb.] V. ad 37, 33, 3. *in Thracia* Lov. 5. Harl. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Dein *advertunt* Voss. *avertunt* cod. Mog. Lov. 1. 2. 4. 5. 6, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes, pro quo Aldus *averterunt* primus vulgavit. V. ad 10, 12, 4. et mox §. 4.

§. 3. *Oram Propontidis vectiga-*

Digitized by Google

quum alia spes auxilii nulla esset, legatos ad consulem, orantes opem, miserunt. *cum conjugibus ac liberis in arce inclusos se mortem in dies, aut ferro aut fame patiendam, exspectare.* Volenti consuli caussa in Pamphyliam divertendi oblata est. adveniens ob-
6 sidione Isiondenses exemit. Termesso pacem dedit, quinquaginta talentis argenti acceptis: item Aspen-

σεις, et *Τερμησσῷ*. Vide etiam Cellarii Geogr. ant. 3, 4, 118. Deinde *Usidonem* Gaertn. *Isidonem* Hearnii L. 1. *Isidonem* Voss. et Lov. 1. *Isidionem* Lov. 6. *Isiondem* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Isiondensium* emendarunt proximi editores; pro quo *Isindensium* legendum esse, existimat Ursin. ad Polyb. Exc. Leg. num. 31. Ejus emendationem probat Berkel. ad Steph. Byz. voce *Ἰσινδος*. Mox *spes nulla esset* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *spes auxilii nulli esset* Lov. 2. Tum *orantem opem* Voss. unde videri posset, dedisse Livium *oratum opem*. Potius tamen existimo, librarium errasse ob caussam, quam dedi ad 6, 3, 8. [*Isiadē* Bamb.]

§. 5. *Volenti consuli caussa in Pamphyliam divertendi oblata est. adveniens*] Libri omnes *revertendi*. Alio tamen ordine prior Pal. *Volenti consuli in Pamphyliam revertendi oblata est caussa*. GEBH. Eodem ordine Lov. 3. *revertendi* autem omnes scripti mei, et editi usque ad Aldum, *divertendi* adsciscentem ex cod. Mog. quae lectio probari potest. V. ad 44, 43, 2. Videri etiam posset legendum *devertendi*. V. ad 1, 51, 8. Ita praefert ed. Lambini apud Cic. 13. Phil. 6. *Nunciant, se Pompeji conveniendi caussa devertisse Massiliam*. ubi nunc *divertisse* editur. V. Ryckium et Jac. Gronov. ad Tacit. 2. Hist. 62. et 100. *divertendi* tamen praefero. Tum *veniens* Lov. 3. Paullo ante *in arcem inclusos* codd. nostri, et priscae edd. quod commode defendi potest. V. infra ad c. 59, 10. quum tamen *in arce*, quod primus Aldus edidit, auctorem habeat cod. Mog. illud mutare nolui. Mox iterum *Isiodenses* Lov. 1. 2. 3. et Voss. *Isidonenses* Lov. 6. *Idisiodenses* Gaertn. *Hysiodenses* Harl. [*causam Pamfiliam revertendi*. mox *Isiondensis* Bamb.]

§. 6. *Termesso pacem dedit, quinquaginta talentis argenti acceptis*] *Thelmesso* Voss. *Thelmessio* Lov. 6. *Helimeso* Hearnii L. 1. *Telmenso* ejusdem N. Lov. 5. et edd. principes. *Telemesso* Gaertn. *Telmesso* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. V. ad §. 4. Tum vox *acceptis* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. quorum nonnulli insuper legunt *argenteis*, unus etiam *argetis*. Sed Polyb. in Exc. Leg. num. 31. *ΔΑΒΩΝ ν' τάλαντα*.

§. 7. *Ad flumen Taurum primo die, postero ad Silenu, quam vocant, comen*] *Xylinen comen* lege, quemadmodum alibi [32, 13, 10.] *Macram comen*; et paullo superius [hoc lib. c. 12, 9.] *Hieran comen*. GEL. Videtur Livius hoc loco historiam valde accidisse, taedio, ut puto, tot locorum in

Digitized by Google

diis ceterisque Pamphyliae populis. Ex Pamphylia 7
rediens ad fluvium Taurum primo die, poſtero ad Xylinen (quam vocant) comen posuit caſtra. Profectus inde continentibus itineribus ad Cormasa urbem pervenit. Darsa proxima urbs erat. eam, me- 8
tu incolarum desertam, plenam omnium rerum copia invenit. Progredienti praeter paludes legati ab

longinqua natione, at interim obscuritas in aliis mansit locis. Itinera enim diligenter perscripta locis multum lucis adferunt: quod in Herodoto clarum est, et in C. Caesare. *Tauri* fluminis hoc tractu nemo, quod equidem sciam, meminit. *Silenu come* quae sit, aeque ignotum. Quidam *Xylinen comen* emendarunt; quod *nescio*, quam probem. GLAR. MS. *ad fluvium Taurum*. MOD. Similiter, ut Modius in cod. Mog. esse monet, etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo: quorum auctoritati cedendum putavi. Saepius hae voces a librariis commutantur. V. ad 8, 13, 5. 10, 2, 7. 30, 25, 4. 34, 28, 7. hoc lib. cap. seq. §. 15. 39, 30, 10. et alibi. Deinde *Taurum primo*, *poſtero die* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertner. *Taurum*, *poſtero die* Lov. 3. Praeterea *Sillenem* Lov. 6. *Silenem* Voss. et Gaertn. *Silomnem* Lov. 2. *Silenen* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. *Sylenen* quaedam principum editionum. (Bamb.) *Silenu* dedit Frob. anno 1531. quasi Σιληνου κώμη. V. ad 44, 28, 7. *Xylinen*, ut Gelenius emendavit, et Frob. anno 1535. recepit, praefert cod. Mog. Proxime eam lectionem *Silinen* se in Oxonn. L. 3. N. et ed. principe Alerienſi inveniſſe, teſtatur Hearnius. Ortelius in Thes. Geogr. *Xylinen comen* esse conjicit, quae Ξυλίνη vocatur, et Cappadociae oppidum esse dicitur Ptolem. 5, 6. Verum Ptolem. ibi describit tractum Cappadociae litoralem ad pontum Euxinum, unde nunc longissime aberat Manlius, in Pisidia degens.

Ad Cormasam urbem pervenit. Darsa proxima urbs] *Cormasam* Ptolemaeus [5, 5.] in Pisidia ponit. *Darsam* nemo, quod sciam. *Derba* et *Perga* videntur ab hac piscatione nimis distantes. GLAREAN. *ad Cormaſſam* Lov. 2. et Hearnii L. 1. *ad Carmaſſam* Lov. 3. *ad Cŏmasam* Gaertn. *ad Comasa* Voss. *ad Cormasa* Lov. 4. 5. 6. Mead. 2. Hearnii N. et edd. principes; quod recepi. Polyb. Exc. Leg. num. 32. Κύρμασα πόλιν λαβὼν ὁ Γνάϊος. ubi Ursin. Κόρμασα ex Ptolem. 5, 5. legendum monuit.

§. 8. *Legati ab Lysione*] Lege *Lysinoe*, non *Lysione*. GELEN. *Lexino* Lov. 6. *Lysivo* Gaertner. *Lysince* Harl. et Mead. 1. *Lysino* Voss. et Lov. 1. *Lysione* Lov. 5. Reliqui cum Gelenio *Lysinoë*. Apud Polyb. similiter legendum censuit Ursinus Παρεγένοντο πρέσβεις ἐκ Λυσινόης, quum in Msto inveniſſet ἐκ Δυηνόης.

§. 9. *Inde in agrum. Agaleſſenum*] *in agrum Sagalaſſenum* legendum puto, ut etiam quidam emendarunt, *Sagalaſſus* enim Pisidiae urbs, ut teſtatur Plinius lib. 5. c. 27. et Strabo lib. 12, [569.] ait, ab Apamea itinere

Digitized by Google

quum alia spes auxilii nulla esset, legatos ad consulem, orantes opem, miserunt. *cum conjugibus ac liberis in arce inclusos se mortem in dies, aut ferro aut fame patiendam, exspectare.* Volenti consuli caussa in Pamphyliam divertendi oblata est. adveniens obsidione Isiondenses exemit. Termesso pacem dedit, quinquaginta talentis argenti acceptis: item Aspen-

σεις, et *Τερμησσός*. Vide etiam Cellarii Geogr. ant. 3, 4, 118. Deinde *Usidonem* Gaertn. *Ysidonem* Hearnii L. 1. *Isidonem* Voss. et Lov. 1. *Isidienem* Lov. 6. *Isiondem* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Isiondensium* emendarunt proximi editores; pro quo *Isindensium* legendum esse, existimat Ursin. ad Polyb. Exc. Leg. num. 31. Ejus emendationem probat Berkel. ad Steph. Byz. voce *Ἴσινδος*. Mox *spes nulla esset* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *spes auxilii nulli esset* Lov. 2. Tum *orantem opem* Voss. unde videri posset, dedisse Livium *oratum opem*. Potius tamen existimo, librarium erasse ob caussam, quam dedi ad 6, 3, 8. [*Isiadē* Bamb.]

§. 5. *Volenti consuli caussa in Pamphyliam divertendi oblata est. adveniens*] Libri omnes *revertendi*. Alio tamen ordine prior Pal. *Volenti consuli in Pamphyliam revertendi oblata est caussa*. GEBH. Eodem ordine Lov. 3. *revertendi* autem omnes scripti mei, et editi usque ad Aldum, *divertendi* adsciscentem ex cod. Mog. quae lectio probari potest. V. ad 44, 43, 2. Videri etiam posset legendum *devertendi*. V. ad 1, 51, 8. Ita praefert ed. Lambini apud Cic. 13. Phil. 6. *Nunciant, se Pompeji conveniendi caussa devertisse Massiliam*. ubi nunc *divertisse* editur. V. Ryckium et Jac. Gronov. ad Tacit. 2. Hist. 62. et 100. *divertendi* tamen praefero. Tum *veniens* Lov. 3. Paullo ante *in arcem inclusos* codd. nostri, et priscae edd. quod commode defendi potest. V. infra ad c. 59, 10. quum tamen *in arce*, quod primus Aldus edidit, auctorem habeat cod. Mog. illud mutare nolui. Mox iterum *Isiodenses* Lov. 1. 2. 3. et Voss. *Isidonenses* Lov. 6. *Idisiodenses* Gaertn. *Hysiodenses* Harl. [*causam Pamfiliam revertendi*. mox *Isiondensis* Bamb.]

§. 6. *Termesso pacem dedit, quinquaginta talentis argenti acceptis*] *Thelmesso* Voss. *Thelmessio* Lov. 6. *Helimeso* Hearnii L. 1. *Telmenso* ejusdem N. Lov. 5. et edd. principes. *Telemesso* Gaertn. *Telmesso* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. V. ad §. 4. Tum vox *acceptis* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. quorum nonnulli insuper legunt *argenteis*, unus etiam *argetis*. Sed Polyb. in Exc. Leg. num. 31. *ΑΑΒΩΝ ν' τάλαντα*.

§. 7. *Ad flumen Taurum primo die, postero ad Silenu, quam vocant, comen*] *Xylinen comen* lege, quemadmodum alibi [32, 13, 10.] *Macram comen*; et paullo superius [hoc lib. c. 12, 9.] *Hieran comen*. GEL. Videtur Livius hoc loco historiam valde accidisse, taedio, ut puto, tot locorum in

Digitized by Google

diis ceterisque Pamphyliae populis. Ex Pamphylia 7
rediens ad fluvium Taurum primo die, postero ad
Xylinen (quam vocant) comen posuit castra. Pro-
fectus inde continentibus itineribus ad Cormasa ur-
bem pervenit. Darsa proxima urbs erat. eam, me- 8
tu incolarum desertam, plenam omnium rerum co-
pia invenit. Progredienti praeter paludes legati ab

longinqua natione, at interim obscuritas in aliis mansit locis. Itinera enim diligenter perscripta locis multum lucis adferunt: quod in Herodoto clarum est, et in C. Caesare. *Tauri* fluminis hoc tractu nemo, quod equidem sciam, meminit. *Silenus come* quae sit, aeque ignotum. Quidam *Xylinen comen* emendarunt; quod nescio, quam probem. GLAR. MS. *ad fluvium Taurum*. MOD. Similiter, ut Modius in cod. Mog. esse monet, etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo: quorum auctoritati cedendum putavi. Saepius hae voces a librariis commutantur. V. ad 8, 13, 5. 10, 2, 7. 30, 25, 4. 34, 28, 7. hoc lib. cap. seq. §. 15. 39, 30, 10. et alibi. Deinde *Taurum primo*, *postero die* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertner. *Taurum*, *postero die* Lov. 3. Praeterea *Sillenem* Lov. 6. *Silenem* Voss. et Gaertn. *Silemnem* Lov. 2. *Silenen* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. *Sylenen* quaedam principum editionum. (Bamb.) *Silenu* dedit Frob. anno 1531. quasi Σιληνου κώμη. V. ad 44, 28, 7. *Xylinen*, ut Gelenius emendavit, et Frob. anno 1535. recepit, praefert cod. Mog. Proxime eam lectionem *Silinen* se in Oxonn. L. 1. N. et ed. principe Alerienses invenisse, testatur Hearnius. Ortelius in Thes. Geogr. *Xylinen comen* esse conjicit, quae Ξυλινη vocatur, et Cappadociae oppidum esse dicitur Ptolem. 5, 6. Verum Ptolem. ibi describit tractum Cappadociae litoralem ad pontum Euxinum, unde nunc longissime aberat Manlius, in Pisidia degens.

Ad Cormasam urbem pervenit. Darsa proxima urbs] *Cormasam* Ptolemaeus [5, 5.] in Pisidia ponit. *Darsam* nemo, quod sciam. *Derba* et *Perga* videntur ab hac piscatione nimis distantes. GLAREAN. *ad Cormassam* Lov. 2. et Hearnii L. 1. *ad Carmassam* Lov. 3. *ad Cõmasam* Gaertn. *ad Comasa* Voss. *ad Cormasa* Lov. 4. 5. 6. Mead. 2. Hearnii N. et edd. principes; quod recepi. Polyb. Exc. Leg. num. 32. Κύρμασα πόλιν λαβὼν ὁ Γνάϊος. ubi Ursin. Κόρμασα ex Ptolem. 5, 5. legendum monuit.

§. 8. *Legati ab Lysione*] Lege *Lysinoe*, non *Lysione*. GELEN. *Lexino* Lov. 6. *Lysivo* Gaertner. *Lysince* Harl. et Mead. 1. *Lysino* Voss. et Lov. 1. *Lysione* Lov. 5. Reliqui cum Gelenio *Lysinoë*. Apud Polyb. similiter legendum censuit Ursinus Παρεγένοντο πρέσβεις ἐκ Λυσινόης, quum in Msto inveniisset ἐκ Δυηνόης.

§. 9. *Inde in agrum. Agalessenum*] *in agrum Sagalassenum* legendum puto, ut etiam quidam emendarunt, *Sagalassus* enim Pisidiae urbs, ut testatur Plinius lib. 5. c. 27. et Strabo lib. 12, [569.] ait, ab Apamea itinere

Digitized by Google

9 Lysinoë, dedentes civitatem, venerunt. Inde in agrum Sagalaſſenum, uberem fertilemque omni genere frugum, ventum eſt. Colunt Pisidae, longe optimi bello regionis ejus. quum ea res animos facit, tum agri foecunditas, et multitudo hominum, et si-10 tus inter paucas munitae urbis. Consul, quia nulla legatio ad finem praeſto fuerat, praedatum in agros

unius diei diſtare. Ptolem. in Lycia ponit, longe ab hoc tractu. GLAR. Stephanus item: *Σαγάλασσος πόλις Πισιδίας.* Contra Ptolemaeus in Lycia ſtatuit. Pro Livio eſt Arrianus lib. 1, [29.] *Ἦν δὲ Σαγάλασσος οὐ μικρὰ πόλις, Πισίδαι δὲ καὶ ταύτην ᾤκουν.* SIG. *Galaſſenum* Mead. 1. *Agalasenum* Lov. 2. 3. *Agallasenum* Lov. 6. et Gaertn. *Agalaſſenum* Voſſ. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. 2. et edd. princ. quarum quaedam *Agaleſſenum* praeferunt. *Agalesenum* Hearnii L. 1. Sed recte jam Froben. anno 1531. ante Glareanum *Sugalaſſenum* edidit. Polyb. Exc. Leg. num. 32. *Ἐνέβαλεν εἰς τὴν τῶν Σαγαλασσέων γῆν.* V. Cl. Weſſeling. ad Hierocl. Synecdem. pag. 673. [*Asalaſſenum* Bamb.]

Colunt Pisidae, longe optimi bello] *Ipsidae*, vel *Ypsidae*, transpositis literis, Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde ultima vox deeſt in Mead. 2. Male. Supra 25, 18, 6. *Uter bello melior sit, decernamus.* V. ad 4, 2, 2. et 7, 9, 8. Idem autem, quod de incolis Sagalaſſi hic praedicat Livius, de iisdem teſtatur etiam Arrian. 1. de Exped. Alex. M. 29.

Quum ea res animos facit, tum agri foecunditas et multitudo hominum] *tum ea res* Voſſ. Lov. 2. 3. 5. Harl. et edd. ante Aldum, qui *quum* ex cod. Mog. adoptavit. V. ad 6, 23, 3. Deinde *fecit* Lov. 6. Tum *agri fertilitas* Harl. quod vel ex proxime praecedenti *uberem fertilemque*, vel ex interpretis glossa natum eſſe censeri debet. Insuper *multitudo omnium* perperam Voſſ. et Lov. 1. V. ad 3, 54, 6. Mox *inter paucas munitas urbes* Harl. et Mead. 1. *intra paucas munitas urbes* Lov. 1. [*facit* omittit Bamb.]

§. 10. *Quia nulla legatio ad finem praeſto fuerat*] Reposuimus e MSS. *finem*. Sic amat noſter. L. 2, [49, 9.] *Qua Tuscus ager Romano adjacet, sua tuta omnia, infeſta hoſtium, vagantes per utrumque finem, fecere.* Lib. 4, [58, 1.] *Quibus venientibus ad finem legatio Vejentium obviam fuit.* Lib. 33, [37, 6.] *Redeuntes inde Ligurum extremo fine incidunt in agmen Romanorum.* J. FR. GRON. *fines* in uno tantum Lov. 5. inveni. Hearnii Oxonn. et reliqui mei *finem*, nisi quod proxime verum *fidem* legant Lov. 3. et Gaertn. de quo errore v. ad 8, 24, 5. De voce *finis* numero singulari hoc sensu usurpata v. ad 4, 58, 1. 9, 6, 10. et 35, 27, 9. Ita 27, 40, 10. *Per extremum finem agri, Larinatis ducentem in Sallentinos exercitum.* 43, 22, 1. *Eo die ad finem agri Aetoli caſtra posita.*

Ut ferri agique res suas viderunt] Pal. pr. *ut ferre agi ignique res suas viderunt.* GEBH. Similiter Lov. 3. *ferre ignique agi* Lov. 6.

Digitized by Google

misit. tum demum fracta pertinacia est, ut ferri agique res suas viderunt. Legatis missis, pacti quinquaginta talentis, et viginti millibus medimnûm tritici, viginti hordei, pacem impetraverunt. Progressus inde ad Obrimae fontes, ad vicum, quem Aporidos comen vocant, posuit castra. Eo Seleucus ab Apamea postero die venit. Aegros inde et inutilia 11 12 13

Sed, codd. hos perperam interpolatos esse, docere possunt, quae notantur ad 33, 13, 10.

§. 11. *Viginti millibus medimnûm tritici, viginti hordei*] Tertium et postremum hic moneo, ubique in membranis *modiûm*, pro *medimnûm*, legi. MOD. Cod. Moguntino *modiûm* legenti concinunt Harl. et Gaertn. Male. Polyb. Exc. leg. num. 32. *Καὶ λαβὼν ν' ταλάντων σέφανον, καὶ δισμυρίους κριθῶν μεδίμνους, καὶ δισμυρίους πυρῶν προσεδέξατο ἀντὸν ἐις τὴν φιλίαν.* V. ad cap. praec. §. 14.

§. 12. *Progressus inde ad Rothrinos fontes*] Fortassis legendum *ad Obrimae fontes*, ex Plinio 5, 29. Nam inter caetera flumina in Maeandrum labentia et *Obrimae* meminit. *Rothrinos fontes* nemo, quod sciam, memorat. GLAR. Pal. alter *Praegressus*. Amplius omnes *ad Rhotrinos fontes*. GEBH. *Praegressus* Voss. Lov. 4. et Harl. V. ad 9, 10, 7. Deinde *Rotrinos* Lov. 2. et 3. [et Bamb.] *Rhotrinos* Lov. 1. 4. 5. et Mead. ambo. *Rothrinos* Lovel. 6. *Rhocrinos* Harl. *Rothimos* Hearnii L. 1. *Rhotinos* Voss. *Rhetinos* Gaertn.

Vicum, quem Aporidos comen vocant] Principes edd. habere *Adonides*, nec sibi ullam aliam varietatem ex antiquis libris notam esse, nisi quod Voss. praeferat *ad pro dios*, scribit Jac. Gronov. in Diss. Epist. ad Livii loc. Geogr. Epist. 5. pag. 40. Miror neminem ad Livium monuisse, a quo ortum fuerit *Aporidos*. *Acaridos*, quod idem conjicit Gronovius, non placet Clariss. Wesselingio, qui ad Hieroclis Synecd. pag. 669. non contemnendis rationibus disputat, in Livio *Adonidos comen* legendum esse. DUK. Quod Gronovius de edd. principibus testatur, eas habere *Adonides*, id Hearnius, emendationem ejus contracte proponens, refert ad MSS. et edd. vett. Quod moneo, ne quis, ab Hearnio deceptus, Mstos etiam *Adonides* praeferre credat. Certe ex undecim codd. scriptis, quibus in hac operis Liviani parte usus sum, nullus ita exhibet; sed *Adprodios* legunt Voss. et Gaertn. *Aporides* Lov. 2. et 5. *Aporidios* Lov. 1. *Apridos* Mead. 2. Nescio etiam, quid de eo statuam, quod Gronovius docet, principes edd. legere *Adonides*. Certe ex illis, quae ante annum 1500. prodiere, octo ante oculos habeo, nempe Camp. Rom. annî 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. duas, ac duas Venet. quae omnes constanter legunt *Aporides*; neque aliter est in reliquis excusis usque ad Aldum, qui fide integerrimi cod. Mog. substituit *Aporidos*: quo et quorumdam codd. nostrorum vestigia ducere eorum adlatae lectiones docent. An vero, hac Cynosura relicta, nihilominus *Acaridos* vel *A-*

Digitized by Google

inpedimenta quum Apameam dimisiſſet, ducibus itinerum ab Seleuco acceptis, profectus eo die in Metropolitanum campum, poſtero die Dinias Phrygiae
14 proceſſit. Inde Synnada venit, metu omnibus circa oppidis desertis, quorum jam praeda grave agmen

donidos comen legendum sit, aliorum relinquo arbitrio. [*Acoridos* Bamb.]

§. 13. *Apameam dimisiſſet, ducibus itinerum ab Seleuco acceptis, profectus eo die*] *Apameae dimisissset* Lov. 2. 5. et edd. Rom. anni 1472. ac Camp. *Apamia* Gaertn. *Apamea* Voſſ. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. proximae usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo *Apameam* vulgarunt, quod et in Lov. 3. fuiſſe videtur. Tum *ducibus iterum* Lovel. 5. et edd. priscae, nisi quod *ducibus interim* sit in edit. Parm. Aldus deinde *ducibus itinerum*, praeeunte cod. Mogunt. reſtituit, quod servant ceteri omnes, quos consului, codd. Praeterea *profectus eſt eo die* Gaertn. *profectus ea die* Lov. 5. et edd. ante Frob. qui anno 1535. *eo die* vulgavit, adsentientibus reliquis scriptis. Certe mox sequitur *poſtero die*, non *poſtera*. Vox *profectus* deerat in Harl.

Poſtero die Dymas Phrygiae proceſſit] Et quae praecedit urbs *Metropolis*, et quae sequitur *Synada*, aut potius *Sinnada*, in magna Phrygia a Ptolemaeo numerantur. Caeterum *Dymas* haud scio, an uspiam reperias. Didymus mons non longe inde a Ptolemaeo locatur. Sed judicet lector. GLAR. *To die* deeſt in Lov. 3. et 6. Deinde *Dymas* vel *Dimas* Lov. 3. 5. et 6. *Divias* Gaertn. *Dinias* edidit Frob. anno 1535. et recentiores servarunt. Neque aliter praeferunt reliqui codd.

§. 14. *Inde Synnada venit*] *Symada* Voſſ. et Lovel. 1. *Symacia* Gaertn. *Sinada* Lov. 2. et 3. *Synada* Lov. 6. Harl. et Mead. 1. At, nomen hoc duplici *n* scribendum eſſe, oſtendunt monumenta antiqua, quae laudat Holſten. ad Steph. Byz. in voce Σύνναδα: oſtendit et Stephan. ipse; qui refert, urbem hanc ἀπὸ τῆς συναγωγῆς καὶ συνοικήσεως Συναΐα προσαγορευθῆναι· μετὰ δὲ ταῦτα παρεφθαρμένως ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων Σύνναδα κληθῆναι. Ita enim ibi legendum eſt, non Συναΐα, ut vulgo edunt. Scriptoribus tamen Graecis recentioribus saepe Σύναδα male vocatur. V. Cellar. 3. Geogr. ant. 3. pag. 90. De hac urbe plura vide apud Triſt. tom. 2. Comment. pag. 202. Mox *praeda jam grave* Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Praeterea, *toto die* ex Mſtis legendum eſſe, Gronov. pr. ed. not. monuit; quod iteratis curis omiſit. Noſtri etiam nihil mutant. [*quorum* omittit Bamb.]

Ad Beudos, quod vetus adpellant] Quidam libri *Beundos* legunt. Sed Ptolemaeus παλαιὸν Βεῦδος vocat. Quanquam in Pisidis nimis ad meridiem huic itinere, ut Synnada nimis ad septentrionem. GLAR. *Beudos* legendum. Ptolemaeus enim [5, 5.] Βεῦδος παλαιὸν vocat. SIG. MS. *ad Eubodos*. MOD. *Abeundosque vetus* Voſſ. *Abeundos quod vetus* Lov. 1. 4. Mead. 2. et Gaertn. *ad Benudos, quos vetus* Lov. 6. *ad Beūdis quod vetus* Mead. 1. *ad Beundas quod vetus* Harl. *ad Beundos quod vetus* Lov. 2. 3. 5. et edd. antt. *ad Beudos quod vetus*, ut Glareanus voluit, Vascos. recepit.

Digitized by Google

trahens, vix quinque millium die toto itinere perfecto, ad Beudos, quod vetus adpellant, pervenit. ad Anabura inde, et altero die ad Alandri fontes, tertio ad Abbaſſum posuit caſtra. ibi plures dies ſtativa habuit, quia perventum erat ad Toliſtobojorum fines.

§. 15. *Ad Antibura inde*] Lege *Anabura*, non *Antibura*. GEL. *Antibura* nusquam, quod sciam, legitur. *Anabura* apud Strabonem lib. 12. inter Pisidarum civitates numeratur ex Artemidoro. GLAR. MS. *ad Anabura*, non *ad Anaburam*. MOD. *ad Tibura* Lov. 4. *ad Antibura* Voſſ. Lov. 2. 5. Harl. Mead. 1. et edd. priscae. *ad Antybura* Gaertn. *ab Antibura* Lov. 6. *ad Antibira* Mead. 2. *ad Antiburam* Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. *ad Anabura*, quod Frob. anno 1535. ex emendatione Gelenii recepit, nititur fide cod. Moguntini. Quum poſtea Paris. anno 1573. *ad Anaburam* edidiſſent, inde Modio occasio data eſt lectorem docendi, quae cod. Mog. scriptura fuerit. Ipse tamen ut et Gruterus errorem ed. Paris. servarunt.

Ad Alexandri fontes] Puto corruptum, legendumque *ad Maeandri fontes*. *Abaſſum* autem, quod sequitur, oppidum non puto facile reperiri. GLAR. Vet. lib. *ad Alexandri*. Glareanus *ad Maeandri* reſtituit. Ego *ad Alandri*. Non enim vidit Glareanus, si *ad Maeandri fontes* consuliret, eum regreſſurum, non progreſſurum fuiſſe. Jam autem finibus Toliſtobojorum vicinus erat, inter quos paulo poſt meminit Livius fluminis *Alandri*. SIG. MS. *ad Braſſium posuit caſtra*. MOD. *ad Alexandri* omnes codd. noſtri [Bamb.] et edd. vett. *ad Maeandri* ex Glareani sententia edidit Vascos. pro quo *ad Alandri* Sigonius reposuit; quod ex eo tempore ab omnibus receptum eſt. Doujatius tamen principi juventutis Francicae persuadere voluit, *vulgo* ante Glareanum lectum fuiſſe *ad Maeandri fontes*, inde vero Glareanum feciſſe *ad Maeandri fontes*. Sed homini incauto inposuit error, quem in edd. Gruterianis commiserunt operae notas Sigonii excudentes. Cl. Crevierius etiam olim *Maeandri* editum fuiſſe monuit. Sed non nisi in capite Scholii Sigoniani typographi Gruteri ad haec verba dederunt *ad Maeandri*, pro *ad Maeandri*. Deinde *ad Babasum* Lov. 1. *ad Babaſium* Voſſ. *ad Adbaſium* Gaertn. *ad Abbasium* Lov. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. *ad Abbasum* Lov. 3. 5. *ad Abassium* Lov. 2. *ad Alcasum* Lov. 6. et Hearnii L. 1.

Quia perventum erat ad Toliſtobogiorum fines] Galatae in Asia tres in populos divisos, omnes fere consentiunt. Atqui operae pretium eſt videre, quam differentibus nominibus varient. *Toliſtobogi* et *Toliſtobogii* reperias et in Graecis, et in Latinis. Quidam etiam, sed corrupte, per o in secunda syllaba. Codices quidam Ptolemaei corruptius *Toliboſti* legunt. *Tectosages* Plinius ac Strabo, si codices non fallunt, per *g*, et in tertia declinatione ponunt, ut C. Caesar lib. 6. comment. Ptolemaeus per *c*, et in prima. Livius, nisi et ejus codices errare quis dicat, in secunda: omnes tamen pluraliter. Eodem modo *Trogmi* Plinius per *g*, Ptolemaeus per *c*, Τρόκμοι, uterque disyllabon. In Strabonis

Digitized by Google

1 XVI. Galli, magna hominum vis, seu inopia agri, seu praedae spe, nullam gentem, per quam ituri essent, parem armis rati, Brenno duce in Dardanos
2 pervenerunt. ibi seditio orta, et ad viginti millia hominum, cum Leonorio ac Lutario regulis, seces-

codice vero *Trogini* per *g* trisyllabon, et in multis Livii codicibus *Trocini* per *c* etiam trisyllabon reperias, errore, ut puto, librariorum. In Graecis *Τεκτοσάγες* et *Τεκτοσάκας βαρύτονον, καὶ Τεκτόσαγες παροξύτονον* passim invenias. Is error unde in codices veniat, non est difficile conjectu. Idem differentiae accidit in oppidis illorum. Nam quod Plinius ac Strabo *Tavium* Trocmorum oppidum, per quintam vocalem, sed consonantem factam *u* vocant, in aliis per *n Tanium* legas. Et quod Strabo *Πεσσινοῦς, οὗτος*, alii *Πισινοῦς* corruperunt. Itaque de his omnibus cavere difficile est. GLAR. Vet. lib. *Tolistobojorum*. Recte. Sic Stephanus. *Τολισόβοιοι ἔθνος Γαλατῶν Ἑσπερίων μετοικησάντων ἐκ τῆς Κελτογαλατίας εἰς Βιθυνίαν*. Item Appianus in Syriac. [107.] *Γαλατῶν τ' ἔθνη, Τεκτοσάγαι τε καὶ Τρόκμοι καὶ Τολισόβοιοι*. Iidem tamen *Tolistobogii* etiam dicti sunt. SIG. Pall. *Tolostobojorum*. Vet. ed. *Tolostobogrum*. GEBH. *Thobostebo-rum* Voss. *Theobostebo-rum* Gaertn. *Theostehogiorum* Lov. 6. *Tobostagiorum* Hearnii L. 1. *Tobostvobojorum* Mead. 2. [Bamb.] *Tobostobosiorum* Lov. 4. *Tolobostogrum* Lov. 5. et ed. Camp. *Tolostobogiorum* Lov. 1. et 2. *Tolostobojorum* Lov. 3. Harl. et Mead. 1. V. ad Epit. Liv. 38.

§. 1. *Galli, magna hominum vis*] MS. *Hi Galli, magna hominum vis*. MOD. *Hi Galli, magna* MS. Modii. nostrae edd. destituebantur illo *Hi*. GRUT. Libri omnes destituuntur *τῷ Hi*. Amplius Pal. pr. *Galli hominum vi magna*. GEBHARD. Voculam *Hi*, quam se Moguntini in cod. suo inveniisse testati sunt, primus Gruterus recepit, et secuti editores servarunt. Eamdem ignorant non modo omnes priores edd. sed et Msti, quibus usus sum, et Hearnii L. 1. Et recte. Hoc enim cap. Livius non solorum Tolistobojorum, quorum verbis proximis meminerat, et ad quos illud *Hi* referendum foret, originem narrat; sed et reliquorum, qui in Asiam transierunt, Gallorum, nempe Trocmorum et Tectosagorum. Hinc pronomen iterum induxi. Deinde *hominum vis magna* Gaertn. *hominum vi magna* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Id si placet, *pervenerunt magna vi hominum* dictum erit, pro cum magna vi hominum. V. ad 1, 14, 7. Sed praefero vulgatum, et *Galli, magna vis hominum* dictum accipio per adpositionem. Ea autem figura apud Livium frequentissime occurrit. V. ad 25, 34, 10. et 40, 36, 8.

Per quas ituri essent] Omnes libri *per quam ituri essent*. GEBH. *per quas* primus edidit Frob. anno 1535. [concin. Bamb.] quod reliqui servarunt usque ad Jac. Gronov. qui veterem lectionem *per quam* revocavit. Et ita omnes scripti nostri, et Hearnii L. 1. *Brennone* Lov. 5. hic et mox §. seq. consentientibus edd. antiquis. Pro eo Frob. anno 1535. *Brenno* dedit, quod est ex Msto Mog. et reliquis nostris. Eadem forma id

Digitized by Google

sione facta a Brenno, in Thraciam iter averterunt. ubi cum resistentibus pugnando, pacem petentibus 3 stipendium inponendo, Byzantium quum pervenissent, aliquamdiu oram Propontidis vectigalem habendo, regionis ejus urbes obtinuerunt. Cupido in- 4

ducis Gallici nomen apud Justin. et alios obcurrere, notum est. [§. 2. *est ad* XX pro *et ad viginta millia* Bamb.]

§. 2. *Cum Lomnorio ac Lutario regulis*] Strabo [12, 566.] *Leonorium* vocat. *Lutarium* etiam nomen esse Gallicum Caesar h. 7, [5. et seqq.] satis indicat, quanquam in codicibus Caesaris *Lutarium* legas. GLAR. Suidas eandem historiam recitat in voce *Γαλᾶται. Οἱ δὲ ἐπὶ Θράκην καὶ τὴν Ἀσίαν ἐτράποντο, ἀμφὶ τὰς δύο μάλιστά που καὶ αὐτοὶ μυριάδας ὄντες. καὶ κρατήσαντες τῷ πολέμῳ πάντων μικροῦ τοῦ ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου Ἀσιανῶν γενῶν, τοὺς μὲν ἄλλους ὑποτελεῖς ἐποιήσαντο φόρου, αὐτοὶ δὲ τὰ περὶ τὸν Ἅλυν ποταμὸν Χωρία κατασχόντες ἐνέμοντο τὰ μεταξὺ Βιθυνῶν τε καὶ Καππαδοκῶν κείμενα.* Pro *Lomnorio*, vet. lib. *Lonorio*. Strabo *Leonorio*, quo pacto legendum esse puto. Ejus haec verba sunt, ubi de Asiaticis Gallis loquitur lib. 12, [566.] *Ἀρχηγὸς δὲ μάλιστα δοκεῖ τῆς περαιώσεως τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν γενέσθαι Λεονόριος*. SIG. Pal. pr. *Lonorio*. Alter *cum Linorio ac Litterano*. Sigonius ex Strabone verum praestat *Leonorio*. GEBH. Hoc [*Lenorio*] nuper natum. Scripti et olim editi *Lomnorio*. Sigonianus *Lonorio*. Straboni *Λεονόριος* est: Memnoni apud Photium [pag. 374.] *Λεωννόριος*. Eidem alter *Λουτούριος*. Idem vocabulum Caesari *Luterius*, Agathiae [lib. 1. pag. 12.] *Λωθάριος* et *Λεύθαρις*. Utrumque nomen est Germanis etiam nunc in usu, *Leonhartus* et *Lotarius*, vel *Luderus*. J. FR. GRON. *Louorio* Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo. *Lothorio* Lov. 6. *Lonnorio* Lov. 5. *Lenorio* Lov. 2. et 3. [*Lonoro* Bamb.] *Locorio* Voss. et Lovel. 1. *Loncorio* Gaertn. *Locnorio* et infra *Lonnorius* Hearnii N. *Lenorio*, pro quo Gronov. *Leonorio* revocavit, in sola ed. Heinsii Elzevir. exstitit. Monet autem Hearnius, hunc in Strab. Chrestom. sive Excerpt. *Leonetem*, apud Polyb. *Comonorium* vocari. Verum in Exc. Strab. pag. 161. editio Oxon. praefert *Λεοντός τινος ἡγουμένου αὐτῶν*. apud Polyb. 5, 44. vulgo dicitur *Κομοντόριος*: an autem idem sit, qui hic memoretur, ideo dubito, quia Polybio narratur rex fuisse Galatarum, qui non transierunt in Asiam, sed in Thracia subsistens regni sui sedem Thulae instituisse; quum Livius Leonorium, adjuvante Nicomede Bithyniae rege, in Asiam trajecisse mox narraturus sit. Deinde *Lucario* Hearnii L. 1. *Luchario* Lovel. 1. *Luctario* Harl. *Luterario* Mead. 2. *Litterario* Lov. 4. [*ab Rheno* pro *a Brenno* Bamb.]

In Thraciam iter averterunt] *in Threciam* Mead. 1. [*Thraeciam* Bamb.] V. ad 37, 33, 3. *in Thracia* Lov. 5. Harl. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Dein *advertunt* Voss. *avertunt* cod. Mog. Lov. 1. 2. 4. 5. 6, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes, pro quo Aldus *averterunt* primus vulgavit. V. ad 10, 12, 4. et mox §. 4.

§. 3. *Oram Propontidis vectiga-*

Digitized by Google

de eos in Asiam transeundi, audientes ex propinquo, quanta ubertas terrae ejus esset, cepit: et, Lysimachia fraude capta, Chersonesoque omni armis possessa, ad Hellespontum descenderunt. Ibi vero exiguo divisam freto cernentibus Asiam multo magis animi ad transeundum accensi; nunciosque ad Antipatrum, praefectum ejus orae, de transitu mittebant. quae res quum lentius spe ipsorum traheretur, alia rursus nova inter regulos orta seditio est. Leonorius retro, unde venerat, cum majore parte hominum repetit Byzantium: Lutarius Macedonibus,

tem habendo, regionis ejus urbes obtinuerunt] *vectigalis* [ita Bamb.], vel *vectigales habendo regionis ejus urbes* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. ambo. *vectigales habendo regiones ejus urbis* Gaertn. *vectigales habendo regiones ejus urbes* Voss.

§. 4. *Cupido inde eos in Asiam transeundi*] *Τὸ eos* deest in Lov. 1. 3. 6. et Voss. Mox *ubertas ejus terrae* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Tum *descendunt* Lov. 6. V. ad §. 2. [*ejus terrâs* Bamb.]

§. 5. *Exiguo divisis freto cernentibus Asiam*] Sallust. Jug. 18. *Freto divisi ab Hispania.* Virg. Ecl. 1, 67.

Et penitus toto divisos orbe Britannos.

Praeferrem tamen, si qui libri faverent, *divisam*; non solum quia non valde concinnum videtur, *divisis cernentibus*, sed etiam, quia veteres saepius hoc, quam illo modo loquuntur. Mela 2, 7. *Duae grandes fretoque divisae* insulae. Vellej. 1, 2. *Insulam perexiguo a continenti divisam freto.* Florus 3, 10. *Quamvis toto orbe divisa, tamen, qui vinceret, habuit Britannia.* Livius 25, 11, 9. Arx *ab urbe muro tantum ac fossa divisa.* Et activa forma Cic. 1. Tusc. 20.

Europamque Asiamque rapax ubi dividit unda.

Curtius 4, 2, 7. *Urbem a continenti quatuor stadiorum fretum dividit.* DUK. *divisi freto cernentes Asiam* Lov. 1. [*divisis* Bamb.] *divisam freto cernentibus Asiam* Lov. 6. quam lectionem Crevierius etiam in Victor. suo inventam contextui inseruit. Eum autem sequi, accedente Dukeri testimonio, non dubitavi. Liv. 32, 18, 5. *Ex adverso Peloponnesum, exiguo maris spatio divisam, habebant.* Mox *τὸ orae* deest in Lovel. 5. et edd. antt. quod Moguntini ex membranis suis addiderunt, concinentibus reliquis Mstis nostris.

Alia rursus nova inter regulos orta seditio est] Pall. uterque *inter regulos seditio orta.* GEBH. Lectio haec primum adparuit in ed. Aldina. Priores legunt *seditio orta*, omisso *τὸ est*. Neque aliter Voss. et plerique scripti nostri cum Hearnii L. 1. [et Bamb.]

Digitized by Google

per speciem legationis ab Antipatro ad speculandum missis, duas tectas naves et tres lembos adimit. his, alios atque alios dies noctesque transvehendo, intra paucos dies omnes copias trajecit. Haud ita 7
multo post Leonorius, adjuvante Nicomede Bithyniae rege, a Byzantio transmisit. Coëunt deinde 8
in unum rursus Galli, et auxilia Nicomedi dant, adversus Zyboetam, partem tenentem Bithyniae, gerenti bellum. Atque eorum maxime opera devictus 9
Zyboeta est, Bithyniaque omnis in ditionem Nicomedis concessit. Profecti ex Bithynia in Asiam pro-

§. 6. *His, alios atque alios dies noctesque transvehendo*] Primae voci perperam deest adspiratio in Voss. et Lov. 1. frequenti scribarum lapsu. V. ad 2, 14, 9. 6, 1, 8. 9, 40, 13. 35, 10, 9. pluribusque aliis locis. De vocibus aliis, quae adspiratione perperam addita ac detracta confunduntur, v. ad 35, 26, 7. Tum *travehendo* Voss. V. ad 24, 21, 7. *trajiciendo* Gaertn. Hinc *dies noctemque* Lov. 4. et Mead. 2.

§. 7. *A Byzantio transmisit*] Thuan. *tramisit*. JAC. GRON. Similiter Lov. 4. V. ad 28, 5, 18.

§. 8. *Et auxilia Nicomedi dant*] 3, 23. *Similitudo ipsa periculi reposcere datum auxilium videbatur*. Justin. 38, 5. *Quam patri suo praemium dati adversus Aristonicum auxilii conceſſerant*. ubi nihil muto cum viro celeberr. qui legendum censebat *lati*. DUKER.

Adversus Zyboeam] Mogunt. membranae faciunt *Zibetam*. Optime. Idem enim Memnoni [apud Phot. Bibl. pag. 373.] Ζιποιτης Βιθυνὸς, ὃς τῆς Θυνιαιῆς ἐπῆρχεν Θρᾴκης. Diodoro Ζιβύτης, ut Ῥοιμετάλκης, Ῥυμετάλκης. J. FR. GRON. *Ciboeam* Lov. 1. et 2. *Cyboeam* Harl. *Euboeam* Hearnii L. 1. *Zybocam* Lov. 6. *Zyboam* Lov. 3. *Zybortam* Mogunt. codex. V. quae notarunt Scalig. ad Hieronymi Chron. pag. 78. et viri docti ad Pompeji Trogi Prologos l. 27. [*Zibocam* Bamb. mox *tenentem partem Bythiniae* idem.]

§. 9. *Bithyniaque omnis in ditionem Nicomedis concessit*] MS. *in ditionem Nicomedis conceſſit*. probe. MOD. Libri omnes *in ditionem Nicomedis decessit*. GEBHARD. *in deditionem* tantum inveni in edd. Paris. anni 1573. et proxima Francof. anni 1578. Reliquae priores et recentiores *in ditionem* praeferunt; neque aliter est in Mstis, uno excepto Gaertn. qui *in dedictionem* male exhibet. Praeterea *conceſſit* exsulat a Voss. sed *decessit* legunt reliqui scripti nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Aldum, qui *concessit* ex cod. Mog. adscivit. Supra 29, 29, 10. *Gens Massylorum omnis in ditionem imperiumque Mazetuli conceſſit*. 30, 7, 2. *Voluntate conceſſerant in ditionem*.

Digitized by Google

cesserunt. non plus ex viginti millibus hominum, quam decem armata erant. tamen tantum terroris omnibus, quae cis Taurum incolunt, gentibus injecerunt, ut, quas adissent, quasque non adissent, pariter ultimae propinquis, imperio parerent. Postremo, quum tres essent gentes, Tolistoboji, Trocmi, Tectosagi, in tres partes, qua cuique populorum suorum vectigalis Asia esset, diviserunt. Trocmis Hellesponti ora data; Tolistoboji Aeolida at-

36, 14, 9. *Athamania omnis in jus ditionemque Philippi concessit.* V. Cortium ad Sall. Jug. 18, 12. Alteram locutionem *in deditionem concedere* inlustramus ad 39, 2, 4. Paullo ante vocem *maxime* ignorant Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui eam ex cod. Mog. adoptavit; cui concinunt reliqui Msti nostri.

Non plus ex viginti millibus hominum, quam decem armata erant] MS. paulo aliter: *non plus ex viginti millibus, quam decem hominum millia armata erant.* MOD. Si Moguntinis credimus, in cod. suo potius invenerunt *non plus ex viginti millibus hominum, quam decem millia hominum armata erant.* Verum inconcinna τῶν *millia hominum* repetitio indicio est, codicem illum hic interpolatum, easque voces ex margine, cui ab interprete adscriptae erant, perperam in contextum inrepsisse. Livium vocem *millia*, quae, ut sensus integer foret, repetenda erat, semel omisisse, ubi nulla inde ambiguitas oriri potest, vidimus ad 31, 34, 7. Ceterum perperam *non plus viginti millibus hominum, et quam decem armati erant* Lov. 1. *armati erant* etiam Gaertn. Mox §. seq. *tantum terrorem* Lov. 3. et 6. Sed v. ad 34, 27, 1. [§. 10. v. ad 1, 31, 3.]

§. 11. *Tolistoboji, Trocmi, Tectosagi*] Apud Graecos hi populi modo *Tectosagae*, modo *Tectosages* vocantur, ut apud Appianum et Strabonem. Item Stephan. ait voce Τεκτόσαξ. Τεκτόσαγες ἔθνος Γαλατικόν. εὑρεται Τεκτοσάγης ἐνθετα, καὶ Τεκτοσάγας. In vet. lib. etiam non *Tectosagi* legitur, sed *Tectosages*. SIG. Pal. pr. *Tolostoboi, Trecini, Thectosagii.* alter *Tolostobogii, Troucini, Tectosagi.* Vet. ed. *Tholobostogi, Trocini, Tectosagi.* GEBH. *Stolostobogii, Stolostoboji, Tolostobogii* [ita Bamb.] vel *Tolostobogi* codd. et edd. vett. V. ad cap. praec. §. 15. Tum *Trocini, Trogini, Trongini, Trecini, Trecnii*; et deinde *Tectosagi, Tectosagii, Tectosani, Tectosages*, [ita Bamb.] et *Tetrosăi* scripti, et excusi. V. ad Epit. hujus libri.

§. 13. *Sedem autem ipsi circa Halyn flumen ceperunt*] Libri omnes *Sedem autem ipsi sibi.* Amplius prior *citra Halim fluvium.* GEBH. Thuan. *Sedem autem ipsi sibi circa.* JAC. GRON. *Tò sibi* supersit in omnibus codd. nostris, Hearnii L. 1. et edd. ante Modium, qui primus perperam omisit. Loco itaque reposui. Tum *citra Halim fluvium* Lov. 3. V. ad cap. 15, 7. *circa Halim* Harl. *circa Alim* Gaertn. *circa Allim* Lov. 6. Vide ad c. 25, 7. Mox *Multitu-*

Digitized by Google

que Ioniam, Tectosagi mediterranea Asiae sortiti sunt. et ſtipendium tota cis Taurum Asia exigebant. Sedem autem ipsi sibi circa Halyn flumen ceperunt. 13 tantusque terror eorum nominis erat, multitudine etiam magna sobole aucta, ut Syriae quoque ad poſtremum reges ſtipendium dare non abnuerent. Primus Asiam incolentium abnuit Attalus, pater regis 14 Eumenis: audacique incepto, praeter omnium opinionem, adfuit fortuna, et signis conlatis superior

dine et magna sobole aucta Harl. V. ad 22, 47, 9. *etiam multitudine* Lov. 6. [*ipsis ibi* Bamb. *Syriae* idem.]

§. 14. *Primus regum Asiam incolentium abnuit Attalus*] In MS. non eſt *regum*, ut non de regibus solum intelligatur, sed de dynaſtis quoque ac liberis civitatibus. GELEN. Vet. ed. *Primus regum Asiam incolentium*. Pal. vero prior, *dare abnuit*. GEBH. *Primus regum Asiam incolentium* Voſſ. Lov. 1. 5. 6. et Gaertn. Sed vocem *regum*, quam Gelenius expunxit, ignorant ceteri Mſti. Tum *ſtipendium abnuit* Voſſ. et Gaertn. *dare abnuit* Lov. 3. *ſtipendium dare abnuit* Lov. 6. Sed tres voces *regum, ſtipendium*, et *dare* ex proximo versu repetitae sunt.

Audacique incepto, praeter omnium opinionem, adfuit fortuna, et signis conlatis] MS. *affuit fortuna, unde et signis collatis superior fuit*. placet sane. MOD. *audacique coepto* Gaertn. Tum *omnium* deeſt in Lovel. 2. et Harl. *praeter opinionem omnium* legunt Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. ante Aldum. Veſtigia autem lectionis *unde et signis collatis*, quam Moguntini in cod. suo invenerunt, exſtant etiam in Harl. quae praefert *fortunam et signis*. Una enim serie olim per compendium scriptum fuiſſe videtur *fortunauñetsignis*; ex quo indoctior librarius lectionem, quae hodie in illo cod. visitur, perperam confecit.

Non tamen ita infregit animos eorum] Pal. prior, *non tamen ita refregit*. GEBH. Similiter in contextu Lov. 3. Ita 5, 37, 1. *Vim suam ingruentem refringi non vult*. Contra *non tamen fregit* Lov. 6. *non tamen ita infregit* reliqui codd. quibus adsensus nihil mutandum arbitror. Supra 8, 39, 10. *Proelium Samnitium res ita infregit*. 45, 8, 7. *Vir erit, cujus animum nec prospera* fortuna *flatu suo efferet, nec adversa infringet*. Similiter *infractus* eſt fractus 2, 59, 4. *Quibus nihil infractus feror Appii animus*. 7, 31, 6. *Adeo infractos gereret animos, ut se ipse suaque omnia poteſtatis alienae faceret*. 38, 14, 9. *Oratio fuit submissa et infracta*.

Ut absiſterent imperio] MS. *ut abſtinerent imperio*. frequensque eſt apud auctores horum verborum inter se commutatio. MOD. Similiter Lov. 5. 6. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. eamdemque lectionem Lov. 3. inter versus adscriptam oſtentat. Similiter Juſtin. 1, 1. *Contentique*,

Digitized by Google

fuit. non tamen ita infregit animos eorum, ut absi-
15 sterent imperio. Eaedem opes usque ad bellum Antiochi cum Romanis manserunt. tum quoque, pulso Antiocho, magnam spem habuerunt, quia procul mari incolerent, Romanum exercitum ad se non perventurum.

1 XVII. Cum hoc hoste, tam terribili omnibus regionis ejus, quia bellum gerendum erat, pro concione milites maxime in hunc modum adlocutus est con-

victoria imperio abstinebant. Potius tamen vulgatum praefero. Verbum enim *absistere* Livio eo sensu frequens est. V. ad 24, 20, 15. Solent autem librarii *absistere* et *abstinere* confundere. V. quae notantur ad 31, 17, 10.

§. 15. *Eisdem opes usque ad bellum Antiochi cum Romanis manserunt*] Libri omnes *Eaedem opes.* GEBH. Scribe cum membranis Barber. *Eaedem opes.* Illud elegantius intelligitur. Justinus de Parthis [41, 2.] *Vestis olim sui moris, postquam accessere opes, ut Medis pellucida ac fluida.* J. FR. GRON. *Eorundem opes usque ad* Lov. 2. *Ejusdem eolides usque ad* Gaertn. *Edē ephesusque ad* Mead. 2. *Edēophes usque ad* Mead. 2. *Demophesusque ad* Harl. *Ejusdem opes usque ad* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Eaedemque opes usque ad* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Hearnii L. 1. N. et ed. Camp. Tum voces *cum Romanis* desunt in Hearnii L. 1. [*aedem Ophestisque* Bamb. mox pro *ad se non* idem *ad senatum.*]

§. 1. *Cum hoc hoste, tam terribili*] MS. *Cum hoc jam hoste tam terribili.* MOD. *Hoc cum hoste* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. Sed non displicet lectio cod. Mog. a Modio prolata. Solet enim eleganter *to jam* transitioni et connectendae orationi inservire. V. ad 5, 51, 6. et 9, 17, 5. Mox *in hunc maximo modum* Lov. 2. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. Tum *est adlocutus* Lov. 3.

§. 3. *Promissae et rutilatae comae*] Pal. pr. *propensae et rutilantes comae.* GEBH. *propensae* etiam Lov. 3. *prolixae* Voss. et Gaertn. Sed praestat vulgatum, quod illustravi ad 5, 41, 9. V. etiam Gebhard. ad 27, 34, 5. Solent autem alibi saepe *promissus* et *prolixus* confundi. V. ad 28, 35, 6. Deinde *rutilantes comae* Lovel. 3. et Gaertn. Sed neque hoc placet. Tacit. 4. Hist. 61. *Propexum rutilatumque crinem patrata demum caede legionum deposuit.* Gallos autem capillum sapone rutilasse, auctor est Plinius 28. Hist. Nat. 12. quamvis *rutilare* de capillis idem esse, quod crispare, testetur Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 948. Mox *plongi gladii*, id est *perlongi*, Lov. 2. Male. V. ad 31, 39, 10.

§. 4. *Ad hoc cantus inauntium proelium*] Vetus cusus *ad hoc inchoantium proelium cantus.* MOD. Pall. *cantus inchoantium proelium* [concin. Bamb.] Vet. ed. *ad haec*

Digitized by Google

consul: *Non me praeterit, milites, omnium, quae* 2
Asiam colunt, gentium Gallos fama belli praestare. In- 3
ter mitissimum genus hominum ferox natio, pervagata
bello prope orbem terrarum, sedem cepit. procera corpo-
ra, promissae et rutilatae comae, vasta scuta, praelon-
gi gladii: ad hoc cantus ineuntium proelium, et ulula- 4
tus, et tripudia, et quatientium scuta in patrium quem- 5
dam modum horrendus armorum crepitus: omnia de in-
dustria composita ad terrorem. Sed haec, quibus inso-
lita atque insueta sunt, Graeci, et Phryges, et Cares

inchoantium proelium cantus. GEBHARD. *ad hoc inchoantium proelium cantus* edd. vett. pro quo Aldus substituit *ad haec cantus ineuntium proelium.* Et quidem *ineuntium* adoptavit ex cod. Mog. cui consentit Hearnii L. 1. Ejus loco Gronov. *inchoantium* revocavit, in pr. ed. not. praefatus, ita esse in Mstis. Similiter etiam praeferunt omnes nostri. Caussam tamen non video, cur a Mog. discederem. Supra 28, 6, 6. *Nec fuga effuse petita, nec pertinaciter proelio inito.* ubi v. Gebh. 44, 34. *Aut victoria egregia, aut morte memorabili inituros bellum. ad haec* etiam Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. Sed Frob. iterum *ad hoc* anno 1535. restituit. V. ad 21, 52, 10.

In patrium quemdam morem horrendus armorum crepitus] Ita primus Aldus edidit. At scire velim, unde vocem *morem* hauserit; certe non ex cod. Mog. cujus lectiones adoptare solitus est: Moguntini enim, qui cod. illum excusserunt, nullam ad haec verba lectionis varietatem notarunt. Forte igitur alium cod. secutus est, cujus scripturae firmandae inservire possent, partim quae notantur ad 10, 26, 11. partim quod librarii voces *morem* et *modum* inter se confundere soliti sunt, ut vidimus ad 27, 4, 13. Potius tamen priscam lectionem *in patrium quemdam modum* praetuli, quum pro ea stent Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Ita mox hoc cap. *Pecorum in modum consternatos caedunt.* 27, 4, 13. *Lascivientium piscium modo exsultasse.* ubi alia vide. et c. 48, 3. *Advenit Livius peditum omnibus copiis, non itineris modo, sed, ad conserendum extemplo proelium, instructis armatisque.* Deinde *armorum strepitus*, pro *crepitus*, Lovel. 3. et Hearnii L. 1. Alibi saepe haec vocabula commutantur. V. ad 5, 47, 4. 39, 15, 9. et Broukhus. ad Prop. 4, 7, 21. Adde Cel. Burm. ad Val. Flacc. 6, 28. Hic tamen, reliquis codd. adsensus, nihil muto. Supra 25, 6, 21. *Clamorem pugnantium crepitumque armorum exaudimus.* Senec. 2. de Ira 2. *Equos castrenses erigit crepitus armorum.* Similiter arma dicuntur *increpare*. 1, 25, 4. *Ut primo statim concursu increpuere arma. concrepare* lib. 6, 24, 1. *Simul primo concursu concrepuere arma.* 24, 44, 8. *In Jovis Vicilini templo arma concrepuisse.* 28, 8, 2. *Ubi hostium arma concrepuissent.* cap. 29, 10. *Gladiis ad scuta concrepuit.* Similiter *crepitus aeris* 26, 5, 9.

Digitized by Google

timeant: Romanis, Gallici tumultus adsuetis, etiam va-
6 *nitates notae sunt. Semel primo congressu ad Alliam olim fuderunt majores nostros: ex eo tempore per ducentos jam annos pecorum in modum consternatos caedunt fugantque; et plures prope de Gallis triumphi, quam de*

Tantum cum aeris crepitu edidit clamorem. 43, 10, 5. *Ululantium mulierum cum crepitu undique aeris.* V. Broukhus. ad Tibulli 2, 5, 73. et, qui eum laudarunt, Oudend. ad Jul. Obseq. de Prodig. cap. 104. et Burmann. ad Petron. Sat. cap. 122. et ad Nas. 15. Met. 784. ubi etiam videnda, quae notantur de more militum ante proelium arma gladio vel hasta concutientium; qui hic Gallis ut proprius adscribitur, et provocatori Gallo etiam adtribuitur supra 7, 26, 1. [pro *de industria* habet *deinde industria* Bamb.]

Romanis, Gallici tumultus adsuetis, etiam vanitates notae sunt] Doujatius, praefatus vocabulum *adsuetus* cum dandi et auferendi casu, aut cum accusativo et praepositione *ad* vel *in* legi, cum genitivo vero alibi non facile reperiri, existimat, *adsuetis* hic absolute poni, et illa *Gallici tumultus* referenda ad *vanitates;* ut Livius velit, Gallici tumultus vanitates Romanis jam adsuetis notas esse. Verum, praeterquam quod inordinata haec verborum confusio merito omnibus displicere possit, quemadmodum hic *adsuetus*, ita etiam *insuetus* cum genitivo jungitur supra 6, 34, 6. *Quum ad id, moris ejus insueta, expavisset minor Fabia.* Pariter *insolitus* 10, 28, 9. *Insolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos.* Etiam *inconsuetus* apud Silium 11, 282. *stupet inconsuetus opimae Sidonius mensae miles.* Caesarem etiam *insuetus* et *insolens* eodem modo construxisse, viri docti docuerunt ad ejus 7. B. Gall. 30. Ad vocem autem *vanitates* ex praecedenti repetendum *Gallici tumultus.* V. ad 2, 40, 10. et 9, 22, 8. Sic 10, 34, 1. *Milioniam obpugnare adortus cepit.* 35, 30, 4. *In castra impetum faciunt, et diripiunt.* Ejusdem moris ex Graecis exempla laudavit Bossius ad Act. Apostol. 2, 3. Paullo ante τὰ *Sed haec, quibus insolita atque insueta sunt, Graeci* perperam omisit librarius Harl. *Sed quibus haec insolita* legunt Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§. 6. *Ad Alliam eos olim fuderunt, majores nostri ex eo tempore*] Loquitur de Aliensi clade. Itaque lege, ut est in vet. lib. *Semel primo congressu ad Aliam olim fuderunt majores nostros, ex eo tempore* etc. In priore autem membro subaudiuntur *Galli*, in posteriore *majores nostri.* SIG. Manifeste falsum est, quod aït, *ad Alliam eos olim fuderunt majores nostri.* quis enim nescit, quis pugnae Alliensis, et quam Romanis non tantum luctuosus, sed prope etiam exitiabilis finis fuerit? nec tamen aliter habent antiquissimi manu exarati libri, in quis et Longobardicus Mogunt. qui disertim et sine litura praefert: *ad Alliam eos olim fuderunt majores vestri.* nam quod Sigonius affirmat ex veteri libro, *Semel primo congressu ad Aliam olim fuderunt majores nostros, ex eo tempore* etc. perlubenter scire velim, quam vetus ille liber, et cujus notae fuerit. ipse enim quoque in veteri libro eandem

Digitized by Google

toto orbe terrarum, acti sunt. Jam usu hoc cognitum 7
est, si primum impetum, quem fervido ingenio et caeca ira effundunt, sustinueris, fluunt sudore et lassitudine membra, labant arma: mollia corpora, molles, ubi ira consedit, animos sol, pulvis, sitis, ut ferrum non admo-

scripturam repperi, sed edito Moguntiae, quo anno jam saepe professus sum: cujus generis codices si veteres vocat, ut facile illi concesserim, locum, ut ait, in eis inveniri, ita in nullis membranis eam reperiri tantum non recentibus in quidvis pignus paratus ut sim dare, Longobardicus noster, quo non temere aut antiquiorem, aut notae (licet etiam ipse suos naevos habeat) probioris alium usquam gentium exstare existimo, codex facit. Quare etiam non ausim hic tam longe a recepta semper et vetustissima scriptura discedere, sed, leviter una litera commutata, scripserim: *Semel primo congressu ad Aliam eos olim fugerunt majores nostri. ex eo tempore* etc. fuga enim ibi potius sua et trepidatio Romanis exitio fuit, quam Gallorum virtus. V. si vacas, nostrum historicum lib. 5. et fortasse (quid fortasse?) imo plane mecum facies. MOD. Non aliter, quam *ad Alliam olim fuderunt majores nostros*, habetur in binis Pall. membranaceis codd. et vet. ed. Quare frivola est Modii conjectura. GEBH. *ad Alliam olim fuderunt majores nostros: eos ex eo tempore* legit Gaertn. *ad Alliam olim fuderunt majores nostros: ex eo tempore*, ut Sigonius reposuit, Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. antt. *ad Alliam eos olim fuderunt majores vestri: ex eo tempore* cod. Mog. quod Frob. anno 1535. recepit, substituens tamen *majores nostri*. Non multum inde abeunt Voss. et Lov. 1. quorum ille exhibet *ad Alliam olim fuerunt majores nostri eos; ex eo tempore*, hic *ad Alliam olim fuderunt majores nostri: ex eo tempore*. Non displicet Modii conjectura, qui, unica tantum litera in Frobenii lectione mutata, *fugerunt* emendat pro *fuderunt*. Solent autem illa verba etiam alibi in Mstis commutari. Exempla vide mox §. 14. ad 5, 43, 3. 8, 36, 8. et alibi. *eos fugerunt* ut 10, 27, 8. *Cervae fugiens lupum.* 38, 38 (?). *Victorem hostem fugerent.* [*fugerunt* Bamb.]

Plures prope de Gallis triumphi] Ita Aldus ex cod. Mog. edidit, concinentibus omnibus Mstis meis, uno excepto Lov. 5. qui cum edd. antt. praefert *plures quoque*. Saepius voces *prope* et *quoque* in codd. commutantur. V. ad 5, 51, 2. 10, 21, 10. 22, 24, 14. 28, 39, 6. 32, 28, 7. et alibi. Mox *facti sunt*, pro *acti*, Lov. 3. et 6. V. ad 6, 28, 2.

§. 7. *Jam usu hoc cognitum est*] *To usu* ejiciunt libri omnes. GEBH. Eamdem vocem ejiciunt etiam omnes nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. adscivit: cui potius, quam reliquis omnibus, credo. *Usus* est experientia. Supra 6, 36, 10. *Artifices jam tot annorum usu tractandi animos plebis.* 7, 38, 9. *Et aetate, et usu doctus.* 42, 59, 2. *Usu belli et ingenio inpavida gens.* V. Cortium ad Sall. Catil. Excursu 2. num. 6. Mox *sustinueritis* Voss. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. et edd. ante Frob. qui

Digitized by Google

8 *veas, proſternunt. Non legionibus legiones eorum solum experti sumus, sed vir unus cum viro congrediendo, T Manlius, M. Valerius, quantum Gallicam rabiem vin-*
9 *ceret Romana virtus, docuerunt. Jam M. Manlius unus agmine scandentes in Capitolium Gallos detrusit. Et illis majoribus noſtris cum haud dubiis Gallis in terra sua genitis res erat. Hi jam degeneres sunt; mixti,*
10 *et Gallograeci vere, quod adpellantur: sicut in frugibus pecudibusque, non tantum semina ad servandam indolem valent, quantum terrae proprietas coelique, sub quo alun-*

anno 1535. *ſuſtinueris* vulgavit, quod in reliquis membranis supereſt. Et ita mox *admoveas* dixit, non *admoveatis*.

§. 8. *Quantum Gallicam rabiem vinceret Romana virtus*] Pal. prior, *quantum in Gallicam rabiem viceret*. GEBH. Similiter Lovel. 3. Paullo ante priscam diſtinctionem reduxi. Modius eumque secuti recentiores omnes interpunxerunt *congrediendo. T. Manlius.*

§. 9. *Scandentes in Capitolium Gallos detrusit*] Pal. prior *dextruxit*. alter *deſtruxit*. GEBH. *deſtruxit* etiam Lov. 1. 3. 4. et Mead. ambo. V. ad Livii 2, 10, 10. *detraxit* Voſſ. et Gaertn. Nihil mutandum. De verbo *detrudere* v. ad d. l. Livii. *deturbare* dixit Liv. 5, 47, 4. *Gallum umbone ictum deturbat*. Mox *genitis in terra sua* Harl. et Mead. 1. *in sua genitis terra* Lov. 2. *in sua terra genitis* Voſſ. Lovel. 1. 3. 5. 6. Mead. 2. [Bamb.] et Gaertn. cum ed. Camp. [*detrusit Gallos* Bamb.]

Ut jam degeneres sunt miſti et Galli et Graeci, unoque nomine Gallograeci vere adpellantur] Emendatior lectio *Hi jam degeneres sunt, miſti, et Gallograeci vere, quod appellantur*. GEL. MS. omiſſo τῷ *quod*, *et Gallograeci vere appellantur*. MOD. Pal. prior *miſti et Gallograeco nomine quidem appellantur*. Alter *Hi jam degeneres, ut mixti et Gallo et Graeci vero quod appellantur*. Vet. ed. *mixti et Galli et Graeci unoque nomine Gallograeci appellantur*. GEBH. Lectio, quae ante Gelenium exſtitit, in uno tantum superfuit Lov. 5. Reliqui vel ita exhibent. ut Gebhardus in Pall. invenit, vel in paucis apicibus variant. Sed verum eſt, quod Gelenius reſtituit. Locutionem *quod adpellantur* exponere conatur Jensius in Lection. Lucian. 1, 8.

§. 10. *Non tantum semina ad servandam indolem valent, quantum terrae proprietas*] *ad servandum indolem* Voſſ. Lov. 1. 3. Gaertn. et edd. principes. V. ad 40, 49, 1. Tum *quam terrae proprietas* Gaertner. V. ad 24, 26, 7. *quantum proprietas terrae* Lov. 3.

§. 11. *Colonias habent, in Syros, Parthos, Aegyptios degenerarunt*] *colonias habitant* Lov. 1. quod ex librarii gloſſa receptum videtur. V. Nic. Heinsium ad Nas. 4. Met. 773. et 5. Met. 497. Tum *in Syrios* Voſſ. et Gaertn. Hinc *degeneraverunt* Lov. 2. 3. et Harl. Sed v. ad 21, 44, 7. Paullo ante *Seleuciam et Babyloniam* Lov. 3. et Gaertn.

Digitized by Google

tur, mutat. Macedones, qui Alexandriam in Aegypto, 11
qui Seleuciam ac Babyloniam, quique alias sparsas per
orbem terrarum colonias habent, in Syros, Parthos,
Aegyptios degeneravunt. Massilia, inter Gallos sita, 12
traxit aliquantum ab adcolis animorum. Tarentinis
quid ex Spartana, dura illa et horrida, disciplina man-
sit? Generosius in sua quidquid sede gignitur; insitum 13
alienae terrae, in id, quo alitur, natura vertente se, de-
generat. Phrygas igitur Gallicis oneratos armis, sicut
in acie Antiochi cecidistis, victos victores caedetis. Ma- 14

§. 12. *Massilia inter Gallos subtraxit aliquantulum ab adcolis animorum, nisi quod ex Spartana, dura illa*] Restituimus ad fidem archetyporum: *Massilia inter Gallos sita traxit aliquantum ab accolis animorum. Tarentinis quid ex Spartana, dura illa et horrida, disciplina mansit?* GEL. Pal. prior, *Massilia inter Gallos se traxit: aliquantum ab accolis animorum vis. Quid ex Spartana vera illa et horrida disciplina mansit?* Alter *M. int. G. sic traxit aliquantum ab accolis animorum, nisi quid ex Spartana illa et horrida d. m.* Vet. ed. fere consentit, nisi quod *subtraxit*. GEBH. Lectionem a Gelenio damnatam servat solus Lov. 5. In prima autem parte horum verborum *inter Gallos ita traxit aliquantulum animorum* legit cod. Mog. *inter G. etsi traxit aliquantulum ab accolis animorum* Lov. 1. *inter G. se traxit aliquantum ab a. a.* Lov. 2. et 6. neque aliter Lov. 3. nisi quod in fine *το vis* addat. *inter G. sic traxit aliquantum ab a. a.* Harl. ambo, Mead. et Gaertner. quibus consentit Lov. 4. nisi quod *aliquam* praeferat. *inter G. si traxit aliquantum ab a. a.* Voss. In posteriore parte verborum *nec tñ nⁱ pat'na nā illa*, sive *nec tamen nisi paterna natura illa*, legit Lov. 1. *nisi quod ex Spartana natura illa* Voss. *nisi quod ex Spartana nativa illa* Lov. 6. *nisi quod ex Spartana illa* Gaertn. *nisi quid ex Spartana illa* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *quidem Spartana vera illa* Lov. 3. [*in his* pro *Tarentinis* Bamb.]

§. 13. *Generosius in sua quidquid sede gignitur*] Assentior Florebello legenti *quidque*. SIG. Lege *quidque*. J. FR. GRON. Ita in uno meorum Lov. 2. inveni. Crevierius vero nihil mutandum contendit, *quidquid* pro quidque poni probans ex Cic. pro Cluent. 19. *Sed, ut ego quidquid adprehenderam, statim accusator extorquebat e manibus*. Mox *in id quod gignitur* Voss. *in id quod alitur* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Ascens. anni 1513. [*quicquid*. mox *vertentes* pro *vertente se* Bamb.]

§. 14. *Magis vereor, ne parum inde gloriae, quam ne nimium belli sit*] Vet. lib. *Magis id vereor, ne*. SIG. Libri omnes *Magis vereor*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. *Magis inde vereor, ne parum mihi gloriae sit* Lov. 2. *Magis inde vereor* etiam Harl. Tum

Digitized by Google

gis id vereor, ne parum inde gloriae, quam ne nimium
15 *belli sit. Attalus eos rex saepe fudit fugavitque. Nolite existimare, belluas tantum recens captas feritatem illam silvestrem primo servare, deinde, quum diu manibus humanis alantur, mitescere; in hominum feritate*
16 *mulcenda non eamdem naturam esse. Eosdemne hos creditis esse, qui patres eorum avique fuerunt? extorres in-*

ne minimum belli Lov. 1. 3. et Voss. V. ad 34, 15, 6. Mox *Attalus rex saepe* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *Attalus rex eos saepe* Lov. 3. *Attalus saepe eos* Lov. 6. Hinc *fugit fugavitque* Voss. V. ad §. 6.

§. 15. *Belluas tantum recens captas feritatem illam silvestrem primo servare*] *recentes*, vel *recentis* [ita Bamb.] *captas* omnes nostri manu exarati, et edd. vett. pro quo Ascens. demum anno 1513. *recens* emendavit. Mox *dein quum diu manibus* Mead. 1. [et Bamb.] V. ad 3, 3, 6. *deinde quum manibus* Lov. 2. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. [*aluntur* Bamb.]

§. 16. *Eosdemne hos creditis esse*] Omnia haec verba deerant in Harl. neglegentia librarii ob repetitionem τοῦ *esse*, quod proxime praecessit. V. ad 9, 11, 11. *Eosdemne homines* legit Lov. 3. inter versus. Tum *credetis* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *credatis* Voss. Lov. 2. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. Mox *Triciam*, pro *Thraciam*, Lovel. 3. a manu 1. *Threciam* Lov. 1. et Mead. 1. V. ad 37, 33, 3. [*hostes credetis* Bamb.]

Pugnando cum ferociffimis gentibus, emensi] Freinshemius ad Florum [3, 10, 22.] corrigit *emersi*: quoniam cum hoc verbo conjungit, quod praecedit, *per asperrimam Illyrici oram*. Caeterum id non opus est, si recte distinguas, et quidem ita: *extorres inopia agrorum profecti domo per asperrimam Illyrici oram: Paeoniam inde Thraciamque pugnando cum ferocissimis gentibus emensi, has terras ceperunt*. Ea phrasi apud Plautum Pseudolo act. 4. sc. 4. est: *quin hinc metimur gradibus militariis*. Nescio, an hoc satis Latine, inquit vir nobilis: rescribo *metamur*, hoc enim purum putum castrense ac militare vocabulum. Immo maneat antiquum. *Metamur* castra, agrum, hospitium; *metimur* cum alia, tum translate eleganter *viam*, quam carpimus. *Metari* est fines seu metas statuere et designare: *metiri* est eadem cognoscere, mensuram modumque colligere. Horatio [2. od. 15, 14.] *decempedis metata porticus* est, ut aït Acro, *mensurata, disposita: nam metari castra magna cura ducum peritiaque constitui*. Eidem *metatus agellus* [2, Sat. 2, 114.] est adsignatus et divisus limitibus constitutis. Valerio Catoni in Diris: *metata agellos pertica*. Virgilius decore [2. Georg. 274.] *si pinguis agros metabere campi*, id est eliges et secernes vitibus ponendis, locum vitibus capies in agro pinguis campi. Latinus Pacatus in Paneg. *Divinus ille animus venturus in corpus dignum prius metatur hospitium*. A quo usu *metata* in jure nostro, quae et μετάτα ἢ μιτάτα posterioribus Graecis. Seneca ep. 88. *Metiri*

Digitized by Google

opia agrorum profecti domo per asperrimam Illyrici oram; Paeoniam inde et Thraciam, pugnando cum ferociſſimis gentibus, emensi, has terras ceperunt. Duratos eos tot 17 *malis exasperatosque accepit terra, quae copia rerum omnium saginaret. uberrimo agro, mitiſſimo coelo, clementibus adcolarum ingeniis, omnis illa, cum qua venerant, mansuefacta eſt feritas. Vobis, mehercule, Mar-* 18

me Geometres docet latifundia. Id mox explicat: *scire agellum in partes dividere, colligere subtiliter pedes jugeri, et comprehendere etiam, si quid decempedam effugit.* Ut metatoris eſt modum ac limites agro vel caſtris conſtituere, hospitium capere et adsignare; ita mensoris *agri mensuram agere*, et *modum ejus renunciare*, ut loquuntur Paullus et Ulpianus D. Si mensor fals. mod. dixer. Ad caſtra (etsi Lucilium ausum sciam) et hospitia non pertinet, nisi quatenus metator ante metitur, vel mensoris opera utitur in caſtris aut agris adsignandis. Ab eo *metiri viam* tralate Horatio [Ep. 4, 7.] ubi Acro. *metientem dixit ambulantem, ut Inſtabili greſſu metitur litora cornix.* Qui versus eſt Lucani lib. 5, [556.] L. 2. π. 8. Si quis caution. *Nisi anguſtiae non patiebantur terra iter metiri.* Et sic *emensi, permensi, remensi viam* dicimur. Ennius Annali primo:

Hinc campum celeri paſſu permensa parumper,
Conjicit in silvam sese.

Ubi fruſtra sollicitarunt. Appulejus 1. Metam. [princ.] *Roscida caespitum et glebosa camporum emensa.* Frontin. 3. Strateg. 11. *Cum tridui iter discedens confeciſſet, idem illud uno die remensus.* Sic ergo Plauto *metimur hinc, puta viam, gradibus militariis*, nihil eſt aliud, quam Trucul. act. 2. sc. 2. *abimus hinc grandi gradu.* J. FR. GRON. *cum fortiſſimis gentibus* Voſſ. Male. Supra hoc cap. de Gallis *ferox natio.* V. ad 28, 42, 4.

§. 17. *Clementibus adcolarum ingeniis omnis illa, cum qua venerant, mansuefacta eſt feritas*] MS. *clementibus accolarum ingeniis ea, cum qua venerant, mansuefacta eſt feritas.* MOD. Noſtri codd. omnes ſtant pro vulgato. Paullo ante *accipit terra* Lov. 3. Tum *nitidiſſimo coelo* idem cod.

§. 18. *Vobis, mehercule, Martis viris*] Romani a Marte, patre Romuli, dici poſſunt *Martis genus, Martis proles*, et quae his similia sunt. Seneca Octav. 291.

Vera priorum virtus quondam
Romana fuit, verumque genus
Martis in illis sanguisque viris.

Silius 12, 582. *Populus Martigena.* Florus 3, 3, 2. *Martius populus. Martis viros* sive Romanos, sive aliarum gentium milites dici, vix credo, et suspicor legendum eſſe *Martiis*; quod et ad originem, et ad virtutem militum Romanorum respicere poteſt. Ovidius 14. Met. 798.

— — dum Martius arma
Induerat miles: quae poſtquam
Romulus ultro
Obtulit.

Manil. 4, 716.

Digitized by Google

tis viris, cavenda ac fugienda quamprimum amoenitas est Asiae. tantum hae peregrinae voluptates ad exstinguendum vigorem animorum possunt; tantum contagio dis-
19 *ciplinae morisque adcolarum valet. Hoc tamen feliciter evenit, quod, sicut vim adversus vos nequaquam, ita famam apud Graecos parem illi antiquae obtinent, cum*
20 *qua venerunt; bellique gloriam victores eamdem inter socios habebitis, quam si servantes antiquum specimen animorum Gallos vicissetis.*

Martia Romanis orbis pater induit ora.

Sed et *Martius* obvium est epitheton omnium militum, inprimis apud poëtas. Ἄνδρες Ἀρήϊοι Homer. Iliad. N. 499. *gravis et Martia classis* apud Flor. 3, 6, 4. id est, apta bello et proeliis, opponitur levibus ac fugacibus myoparonibus piratarum. DUK. Eadem conjectura placuit Freinsh. ad Flori 3, 6, 4. et Cl. Perizonio ad marginem Livii. Similiter sibi scribendum videri, me monuit Celeberr. Heumannus. *Martia gens* Romani vocantur supra 10, 27. *Martis* autem pro *Martiis* eodem errore scriptum est, quo toties *regis* pro *regiis* habuimus. V. ad 32, 6, 6. Codices nihil mutant, nisi quod *in arte viris* legant Voss. et Lov. 1. *in arte nitidis* Lov. 6. Insuper *Nobis*, *mehercule* Lov. 5. et edd. vett. *Vobis* substituit Aldus ex cod. Mog. Nec aliter reliqui Msti nostri. V. ad 34, 2, 2.

Tantum hae peregrinae voluptates etc. *possunt; tantum contagio disciplinae morisque*] Pall. prior, *tantum peregrinae voluptates hae a. e. v. a. possunt, quantum contagio disciplinae morumque valet.* Illud *tantum, quantum* repraesentatur quoque in Pal. altero, et vet. ed. GEBH. *tantum peregrinae voluptates hae* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Dein *quantum contagio* Voss. Lovel. sex, Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Frob. qui anno 1535. recte *tantum* restituit. Haec enim per adclamationem intelligenda sunt, cui inservire solet *τὸ tantus*. Infra 39, 33 (?). *Tantus furor illo tempore gentem Aetolorum, tantusque magistratus eorum cepit.* V. Lamb. ad Lucret. 1, 102. et Cerd. ad Virg. 1. Aen. 33. Solent autem hae voces a scribis confundi. V. ad 24, 35, 4. Tum *morumque* Lov. 3.

§. 19. *Sicut vim adversus vos nequaquam*] *adversus eos* Lovel. 3. Harl. et Mead. 1. *adversus nos* Lov. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. pro quo recte Aldus ex cod. Mog. *adversus vos* restituit: sequitur enim mox *habebitis* et *vicissetis*. Consentiunt reliqui nostri.

§. 20. *Si servantes antiquum specimen animorum Gallos vicissetis*] *antiquam speciem animorum* Lov. 1. 5. et edd. priscae, pro quo jam ed. Ven. anni 1498. *antiquum specimen* recte substituit. Eamdem enim lectionem praeferunt reliqui calamo exarati. Solent saepe hae voces a librariis commutari. V. ad 8, 7, 18. 38, 58, 6. 39, 35, 3. et Broukh. ad Prop. 4. 11, 93. *servantes antiquos specimen*

Digitized by Google

XVIII. Concione dimissa, missisque ad Eposo- 1
gnatum legatis, qui unus ex regulis et in Eumenis amicitia manserat, et negaverat Antiocho adversus Romanos auxilia, castra movit. primo die ad Alandrum flumen, postero ad vicum, quem vocant Tyscon, ventum. Eo legati Oroandensium quum venis- 2
sent, amicitiam petentes, ducenta talenta iis sunt imperata; precantibusque, ut domum renunciarent, potestas facta. Ducere inde exercitum consul ad 3

animorum Gallos Lov. 3. *servantes antiquum specimen animorum Gallos* Lov. 6. Paullo ante voces *inter socios* deerant in Lovel. 2. [*Gallos animos* a. m. p., sed correctum *Gallorum animos* Bamb.]

§. 1. *Ad Epossognatum*] Ita constanter omnes editiones, quas vidi: sed, altero sibilo omisso, *Eposognatum* scribunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. quod recepi, quia Polyb. in Exc. Legat. num. 33. ubi haec Manlii legatio describitur, similiter τὸν Ἐποσόγνατον vocavit [*Esopognatum* Bamb.]. Mox *in Eumenis manserat amicitia* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*manserat in amicitia* Bamb.]

Primo die ad Alandrum flumen, postero ad vicum, quem vocant Tyscon, ventum] Neque *Alandrum* flumen, neque *Tyscon* vicum usquam invenio. GLAR. Pal. alter, et vet. ed. *ad Aladrum*. GEBH. *ad Aladrum flumen* Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo [Bamb.], et edd. priscae. *ad Alladrum flumen* Voss. *ad Allandrum flumen* Lovel. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *ad Allandrum venit flumen* Lov. 2. *ad Alandrum flumen venit* in Lov. 4. superfuisse videtur. *Alandrum* Aldus recepit ex cod. Mog. qui legit *ad flumen Alandrum*. Eamdem vocem ex conjectura Livio Sigonius supra restituit cap. 15, 15. ubi vitiosae codicum lectiones potius *Alandrum*, quam *Aladrum*, legendum docent. Deinde *postero quum ad vicum, quem vocant Tysco, esset ventum* Lov. 5. et edd. principes. *Tysco* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. uterque. Sed Moguntini monuerunt, in cod. suo esse *Tyscon*. Cujus lectione adoptata Aldus insuper edidit *postero ad vicum, quem vocant Tyscon, ventum*, duabus vocibus *cum* et *esset* expunctis. Similiter Lovel. 3. 6. et Gaertn. [*Thisco* Bamb.]

§. 2. *Eo legati Orondensium quum venissent*] Quod *legati Orondensium* legitur, errore trium nominum accidit, ut opinor. Nam Plinius lib. 5. cap. 27. *Oranda* urbem in Pisidiae montanis ponit. Sed idem lib. eodem cap. ultimo *Oeandenses* Galatiae populum ponit: ergo hic absque dubio *Oeandensium* legendum. Tertium nomen est *Oenoanda* Cabaliae oppidum, ut idem Plinius meminit lib. eodem cap. 27. Strabo lib. 13. ad finem *Oenoandrum* vocat. Ex his igitur nominibus error ille facile nasci potuit. GLAR. Pal. pr. *legati Onchadensium*. GEBH. *Orcadensium* Voss. Lov. 2. 3. 6. et

Digitized by Google

Plitendum: deinde ad Alyattos caſtra posita. Eo miſſi ad Eposognatum redierunt, et legati cum illis reguli orantes, ne Tectosagis bellum inferret. *ipsum in eam gentem iturum Eposognatum, persuasurumque, ut imperata faciant.* Data venia regulo, duci inde exer-

Mead. 1. *Orchadensium* Gaertn. Mead. 2. et Harl. *Orcandensium* Lov. 1. et 4. [et Bamb.] *Oroandensium* Lov. 5. et edd. principes, pro quo *Orondensium* dederunt Mediolanenses anno 1505. quod deinde Ascens. 1513. et ex eo reliqui servarunt usque ad Frob. qui 1535. *Oroandensium* reſtituit. V. infra ad c. 37, 11.

§. 3. *Ad Plitendum: deinde ad Halyattos caſtra posita*] Haec nomina corrupta eſſe. etiam ante nos quidam conqueſti sunt: sed neque a nobis, neque ab illis reſtituta. GLAR. Stephanus: Ἀλυαττὰ Χωρίον Βιθυνίας. SIG. *Plicendum* Harl. *Policendum* Lov. 3. Reliqui libri, scripti et editi, in vulgatum conspirant. Id cur corruptum nomen exiſtimarit Glareanus, nullam aliam cauſſam habuiſſe videtur, quam quod alibi memoratum non invenerit. Eam autem admodum fallere poſſe, vox sequens oſtendit: nam et hanc non aliam ob cauſſam suspectam reddere conatus eſt; quam tamen Sigonius Stephanum memoraſſe poſtea docuit. In ea magis variant scripti. *Alliacas* legit Gaertner. *Alliacos* Voſſ. *Aliacos* Lov. 2. *Aliatos* Lov. 1. *Aliactos* Lov. 3. Harl. et Mead. 1. *Halliattos* ed. Camp. *Halyattos* edd. reliquae ante Moguntinam, quae adspirationem recte, ut videtur, expunxit. scribens *Alyattos;* in quo reliquos codd. et recentiores edd. consentientes nacta eſt. Certe Croesi pater, Lydiae rex, qui ante adventum Galatarum etiam his regionibus praefuit, sine adspiratione dictus eſt *Alyattes*, licet fluvius hujus regionis vocatus sit *Halys*. [*Hyliattos* Bamberg.]

Et legati Compulsi reguli orantes] Vox *Compulsi* non eſt in vet. lib. ut sit: legati miſſi ad Eposognatum et legati reguli Eposognati eo redierunt. SIG. Libri omnes *redierunt legati reguli orantes*. GEBH. Certe pellendus eſt regulus ille *Compulsus*, ipsi olim Livio incognitus. Delet vocem Sigonius, neque comparet in Barber. Petav. Voſſ. sed Naudaeanus retinet, et videtur ex duabus aliis corruptis conflata, scriptumque fuiſſe quondam: *Eo missi ad Epossognatum redierunt, et legati cum illis reguli orantes, ne Tectosagis bellum inferret: ipsum in eam gentem iturum Epoſſognatum, persuasurumque, ut imperata faceret.* Miserat ad Epoſſognatum Gallorum regulum legatos consul: hi in caſtra ad Alyattos redierunt, unaque cum illis legati ab regulo, ad quem ierant, Epoſſognato. Delevimus et vacantem particulam ibi: *et ipsum in.* J. FR. GRON. *redierunt legati orantes* Hearnii L. 1. *redierunt, et legati reguli orantes* Mead. 1. [et Bamb.] *redierunt legati reguli orantes* Voſſ. Lov. sex, Mead. 2. Harl. et edd. vett. *redierunt legati Compulsi reguli orantes* Gaertn. et Ald. ejusque traduces. *redierunt, et legati Compulsi reguli orantes* ed. Frob. anni 1535. Voces *redierunt, et legati* etc. *iturum Eposognatum* desunt in Hearnii N. ob vocis *Eposognatum* repetitionem. V. ad 9, 11, 11.

Digitized by Google

citus per Axylon (quam vocant) terram coeptus. Ab re nomen habet. non ligni modo quidquam, sed ne spinas quidem, aut ullum aliud alimentum fert ignis. Fimo bubulo pro lignis utuntur. Ad Cuballum, Gallograeciae caſtellum, caſtra habentibus Romanis

Ne Tectosagis bellum inferrent] Conſtanter codd. *Tectosagis*, niſi quod librariorum errore Voſſ. *Cipetosagis*, Lovel. 3. *Tedosagis* praeferant. Sed pro *Tectosagis* Polyb. *Toliſtobojos* memorat in Exc. leg. num. 33. *Παρεκάλει τὸν Γνάϊον, τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγόν, μὴ προεξανασῆναι, μηδ' ἐπιβαλεῖν χεῖρας τοῖς Τολισοβόγοις Γαλάταις.* Livium itaque per incuriam lapsum eſſe, docuit Celeberr. Jac. Perizon. in Observ. Hiſt. 9. pag. 394. idque et ex sequentibus patere. In fine enim cap. reversos Eposognati legatos renunciare, regem nihil aequi impetraſſe, sed Gallos montem Olympi petiſſe: cap. autem seq. Oroandensium legatos similiter adferre, Toliſtobojorum civitatem montem Olympum cepiſſe. Inde igitur conſtare, ad eosdem etiam profectum eſſe Eposognatum, quos Livius hic male *Tectosagos* vocat; quum Polyb. ibidem etiam tradat, Toliſtobojos se in montem Olympum contuliſſe. Deinde legendum eſt *inferret* ex Lov. 1. 5. et 6. quod et series narrationis Polyb. exigit. Et id Crevierius in ed. Andreae invenit, et in contextum recepit.

Et ipsum in eam gentem iturum, et Eposognatum, persuasurumque] Vet. lib. *et ipsum in eam gentem iturum Epoſſognatum.* SIG. Pall. uterque *ut Tectosagis* (alter tamen *ut*) *bellum inferrent. ipsum in eam gentem iturum Epoſſognatum.* GEBHARD. Lectio vulgata demum invaluit, poſtquam *Compulsus* regulus invito Livio obtrusus eſt, ut ambos et Compulsum et Eposognatum in gentem Gallorum, quam belli inmunem volebant, ituros indicarent. Primus enim Frob. anno 1535. utroque loco voculam *et* exhibuit. Verum ita etiam dandum fuerat *persuasurosque.* Recte igitur, ejecto illo *ὑποβολιμαίῳ Compulso*, conjunctionum poſteriorem Sigonius, priorem Gronovius delevit. Neutram etiam vel codd. vel edd. antiquiores agnoscunt. Unum tantum Eposognatum ad Toliſtobojos profectum eſſe narrat etiam Polyb. loc. laud. *Διότι πρεσβέυσει πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἀυτῶν Ἐποσόγνατος, καὶ ποιήσεται λόγους ὑπὲρ τῆς φιλίας, καὶ πείσεσθαι πρὸς πᾶν ἀυτοὺς παρασήσεσθαι τὸ καλῶς ἔχον.* [*et ipsi in eam.* Bamb.]

§. 4. *Data venia regulo, duci inde exercitus per Axylon*] De *Axylo* haud scio, an usquam meminerint authores, sicut nec de *Euballo*, quod quidam *Cuballum* legunt. Sed tam minuta videntur neglectui merito fuiſſe. GLAR. Ita diſtinguunt recentiores. Malo tamen cum antiquioribus minima interpunctione poſt *regulo* diſtinguere, ut *data venia* sint casus sexti. *Tò inde* deeſt in Mead. 1. Mox *aut ullum alium alimentum* Harl. *aut ullum aliquid alimentum* Voſſ. *aut ullum aliquod alimentum* Lov. 1.

Fimo bubulo pro lignis utuntur] Pal. pr. *Fimo bovillo.* GEBH. Ulpianus l. 55. *π.* 6. D. de Le-

Digitized by Google

adparuere cum magno tumultu hoſtium equites. nec turbarunt tantum ſtationes Romanas, repente inve-
6 cti; sed quosdam etiam occiderunt. qui tumultus quum in caſtra perlatus eſſet, effusus repente omnibus portis equitatus Romanus fudit fugavitque Gal-
7 los, et aliquot fugientes occidit. Inde consul, ut

gatis tert. *In quibusdam provinciis et editu boum ad hanc rem utuntur.* J. FR. GRON. Alibi loco lignorum oſſibus ad ignem alendum utebantur. Mela 2, 1. fine. *Terrae late patent, et ob excedentia ripas suas plerumque flumina nusquam non ad pabula fertiles. Alicubi usque adeo ſteriles ad cetera, ut, qui habitant, lignorum egentes, ignes ossibus alant.* Quae Mela descripsit ex Herodoti 4, 61. Ceterum *Fimo bovillo* etiam Lov. 3. Sed *fimo bubalino* Lov. 6. Corruptius *si moblo* Lov. 1. *Fimo bulo* Voſſ. et *Fimo bouũ* in margine.

§. 5. *Ad Cuballum, Gallograeciae caſtellum*] MS. *Ad Coballum Gallograeciae caſtellum.* MODIUS. Vet. ed. *Ad Euballum.* GEBH. *Ad Cuballum* primus edidit Frob. anno 1535. et adsentiuntur Voſſ. Lov. 2. 6. Mead. 2. et Gaertn. Antea edebatur *Ad Euballum*, quod servat solus Lov. 5. *Ad Cubalum* legunt Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. [*invectis* Bamb.]

§. 6. *Fudit fugavitque Gallos, et aliquot fugientes occidit*] Pal. prior *fundit fugatque Gallos.* GEBHARD. Similiter Lov. 3. Tum *aliquos fugientes* Voſſ. et Gaertn. V. ad 32, 10, 12.

§. 7. *Explorato deinde et cum cura coacto agmine procedebat*] *explorate* Gaertn. Male. Supra 23, 42. *Ingrediebantur fines noſtros ante explorato, et subsidiis positis.* 31, 2. *Ad demetenda frumenta profectus, neque explorato circa, nec ſtationibus satis firmis positis.* Similiter *inexplorato*, de quo v. ad 6, 30, 4. et Gronov. ad 22, 4, 4. Dein *et, cum coacto agmine* pleraeque edd. vett. pro quo Moguntini *et cum cura coacto* ediderunt cod. sui auspiciis, cui consentiunt omnes noſtri. Similitudo ductuum in vocibus *cum* et *cura* effecit, ut poſterior excideret: contra eamdem ob cauſſam excidiſſe priorem in nonnullis codd. apud Sall. in Jug. cap. 54. Cortius observat; qui idem ad Sall. Catil. 51, 38. monuit, *cum cura* locutionem eſſe Livianam. Illis, quae conlegit, adde supra 27, 24, 8. *Cavitque cum cura, ut omnia in poteſtate sua eſſent.* ubi quaedam vide. 38, 23, 10. *Praedam cum cura per milites divisit.* 39, 7, 5. *Vicenosquinos et semesses in millia aeris quaeſtores urbani cum fide et cura solverunt.* c. 14, 5. *Quod eam rem cum singulari cura inveſtigaſſet.* c. 41, 6. *Reliquias Bacchanalium quaeſtionis cum omni exsecutus eſt cura.* 42, 3, 11. *Quae ad religionem pertinent, cum cura facta.* 45, 32, 7. *Leges Macedoniae dedit cum tanta cura. agmine cum cura coacto*, eſt accurate coacto, ut *cum silentio venire* eſt tacite venire. V. ad 24, 31, 10. *cum ſtudio venire* eſt ſtudiose venire. V. ad 39, 39, 11. *cum fide* eſt fideliter. V. ad 45, 8, 4. *coactum agmen* hic eſt densatis ordinibus incedens. 33, 37. *Neglegentius coactum agmen Romanorum inproviso adgreſſuros se rati.* V. Cel. Burm. ad Cal-

Digitized by Google

qui jam ad hostes perventum cerneret, explorato deinde et cum cura coacto agmine procedebat. et continentibus itineribus quum ad Sangarium flumen perveniſſet, pontem, quia vado nusquam transitus erat, facere inſtituit. Sangarius, ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miscetur ad Bithyniam Tym- 8

purnii Ecl. 5, 108. Ceteroquin *cogere agmen* dicitur, qui ultimus incedit; ut 41, 64, 5. 44, 4, 12. et alibi.

Continentibus itineribus quum ad Sangarium flumen perveniſſet] *et continentibus* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antt. *et attinentibus* Lov. 6. Illud *et* primus omisit Sigonius; sed utrum ex cod. an ex ingenio, an denique operarum negligentia, incertum eſt. Loco igitur priſtino reſtitui. Tum *Sangarrium* Lov. 6. *Sagarium* Gaertn. *Sagonium* Hearnii L. 1. sed scribarum culpa; qui iidem mox recte *Sangarius* legunt. Denique *veniſſet* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. [Bamb.] et edd. Camp. ac multae sequentium usque ad Aldum, qui *pervenisset* reposuit, quod non tantum erat in reliquis codd. sed et in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 8. *Sangarius, ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miscetur ad Bithyniam Tymbri fluvio*] *Sangarium* Plinius lib. 6. cap. 1. in Phrygia oriri ait, Ptolemaeus non longe a Didymo monte, Strabo [12, 543.] apud *Sangiam* vicum. Gallum autem suscipere fluvium et Strabo et Plinius perhibent. Addit Plinius *Tembrogiam*, Livius *Tymbram*, quidam *Tymbretum*. Sed mendam puto in Livio: sicut et hoc, cum in Propontidem illum se effundere ait, quod apud neminem authorem reperias, opinor. GLAR. Vet. lib. *Thymbri*. Graeci enim, ut Strabo [13, 598.] ut Stephanus Θύμβριον ποταμὸν nominant. SIGON. Reponendum ex omnibus libris *miscetur ad Bithyniam Thymbri fluvio*. GEBHARD. *Tiberi* Gaertn. [*Tibri* Bamb.] *Timbri* Lovel. 2. 3. 4. *Tymbri* Lov. 5. et edd. antt. pro quo Froben. anno 1535. *Tymbreti* dedit ex cod. Mog. Sigonius *Thymbri*. Quamvis autem eadem lectio supersit in Voſſ. Lov. 1. 6. Harl. et Mead. utroque, codici tamen Mog. adsensus *Tymbreti* revocavi. Certe eum *Tembrogium* adpellat Plinius 6. H. Nat. 1. Ita Τέμβριον urbem Phrygiae ab aliis Τύμβριον vocari, teſtatur Steph. Byz. ea voce. Omnino autem erravit Sigonius, ad h. l. monens, Tymbretem vel Thymbrem Livio memoratum Straboni et Stephano Θύμβριον dici, quum diverſiſſima flumina fuerint. Certe Tymbretes miscetur Sangario, at Thymbrius incidit in Scamandrum agri Trojani torrentem, teſte Strab. 13, 598. Πλησίον γάρ ἐστι τὸ πεδίον ἡ Θύμβρα, καὶ ὁ δὶ ἀυτοῦ ῥέων ποταμὸς Θύμβριος, ἐμβάλλων εἰς τὸν Σκάμανδρον κατὰ τὸ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· τοῦ δὲ νῦν Ἰλίου καὶ πεντήκοντα σταδίους διέχει. In Troade etiam Thymbrium inveniri, Stephanum exiſtimaſſe, ex verbis ejus patet. Plures alii eumdem, in quem Sigonius incidit, errorem commiserunt. Vide Ortel. Thes. Geogr. voce *Thymbris*, Vales. ad Amm. Marc. 22, 8. et Cellar.

Digitized by Google

breti fluvio. inde major jam geminatis aquis per Bithyniam fertur, et in Propontidem sese effundit; non tamen tam magnitudine memorabilis, quam quod
9 piscium adcolis ingentem vim praebet. Transgressis ponte perfecto flumen, praeter ripam euntibus Galli Matris Magnae a Pessinunte obcurrere cum insignibus suis, vaticinantes fanatico carmine, Deam Ro-

Geogr. ant. 3; 8, 177. qui, ne verba Stephani, Thymbrium ex Troade deducentis, adversentur, frustra docet, Troadem aliquando latius accipi, et, quae a Propontide usque ad Olympum montem sunt, comprehendere. Apud Stephanum enim Troadem proprie dictam intelligi, ex conlato Strabone constat. Addit Ortelius l. laud. Thymbris fluvii Bithyniae etiam meminisse Coïnthum Smyrnaeum, apud quem tamen nullam ejus mentionem reperi; nisi forte innuat locum lib. 13, 337. ubi memorat *Θύμβρην*, pro quo Rhodom. *Θύμβριν* legendum conjicit. Verum intelligitur ibi Tiberis, quam a Graecis *Θύμβριν* vocari, Stephan. Byz. ea voce docuit. Quanta hic iterum cura in Livio versatus fuerit Doujatius, inde colligi potest, quod Delphinum Franciae moneat, alias *Thymbreti* legi: quod in nullo vel scripto, vel inpresso libro obvium fuit. Verum, haec minima praetorem non curaturum, forsitan JCtus sibi persuaserit.

In Propontidem sese effundit] Loquitur de Sangario flumine. Itaque malim legi *in Pontum*, quam *in Propontidem*. Sic enim Arrianus lib. 1, [30.] *Τοῦ δὲ Σαγγαρίου αἱ μὲν πηγαὶ ἐκ Φρυγίας εἰσίν. αὐτὸς δὲ διὰ τῆς τῶν Θρακῶν τῶν Βιθυνῶν χώρας ἐξίησιν εἰς τὸν Εὔξινον πόντον.* Ita Eustathius in Dionysium. SIG. Orpheus in Argon. 714.

Σαγγάριός θ', ὃς κύματ' ἐπιτρέχει Εὐξείνοιο.

Livium errare, et Sangarium non in Propontidem, sed in Pontum Euxinum sese effundere, praeter alios docuit etiam Cellar. Geogr. ant. 3, 3, 97. et c. 8, 177. [*in Proponti dense se eff.* Bamb.]

Non tamen tam magnitudine memorabilis, quam quod piscium etc.] Non magnum esse, inde etiam colligitur, quod olim *Ξηραβάτης* dictus sit: *τῷ γὰρ ξερινῷ κατασήματι ξηρὸς ὁράται πολλάκις*, teste Plutarch. de Flum. in cap. quod inscribitur *Σάγαρις*. Tymbretes, sive Tembrius, in eum influens, *ἰχθυόεις* vocatur Orpheo in Argon. 713.

Τέμβριος ἰχθυόεις θαλερῇς πλημύρεται ὀχθαις.

Vel igitur similiter Sangarius piscibus abundat, vel eorum copiam Tembrius ei subficit.

§. 9. *Galli Matris Magnae a Pessinunte obcurrere* etc. *vaticinantes* etc.] Hanc historiam sic expressit Graece Suidas [voce *Γάλλος.*] *Γναῖος ὁ ὕπατος Ῥωμαίων διερχόμενος ἐγεφύρωσε τὸν Σαγγάριον ποταμόν, τελέως κοῖλον ὄντα καὶ δύσβατον, καὶ παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν στρατοπεδευσαμένου παραγίγνονται Γάλλοι παρ' Ἄττιδος καὶ Βαττάκου τῶν*

Digitized by Google

manis viam belli et victoriam dare, imperiumque ejus regionis. Accipere se omen quum dixiſſet consul, caſtra eo ipso loco posuit. poſtero die ad Gordium pervenit. Id haud magnum quidem oppidum eſt, sed plus, quam mediterraneum, celebre et frequens emporium. tria maria pari ferme diſtantia intervallo habet, Hellespontum, ad Sinopen, et alte-

ἐκ Πεσσινοῦντος ἱερέων τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν, ἔχοντες πρὸς τῇ ἰδέᾳ καὶ τύπον, φάσκοντες παραγγέλλειν τὴν θεὰν νίκην καὶ κράτος· ὃν ὁ Γναῖος φιλανθρώπως ὑπεδέξατο. SIG. *Matris Deae* Lov. 2. et Harl. [*Matris* omiſſo *Magnae* Bamb.] Verum ita legendum foret *Matris Deûm*, ut ita expreſſerit Livius verba scriptoris Graeci, ex Suida a Sigonio laudati, quem Polyb. eſſe viri docti conjecerunt. Sed reliquis Mſtis pro vulgato ſtantibus nihil muto. V. ad 36, 36, 2. A verbis Polybii (si Polybii eſſe credendum sit) ſtricte reddendis abſtinuit, quod mox *Deam* subjungat, licet et Graecus τὴν θεὰν subdat. Paullo ante *ponte facto* Voſſ. (* *vim belli* pro *viam* conjicit Rigalt. ad Commodianum ob locum Polybii κράτος, quem Sigon. hic adduxit.)

§. 10. *Poſtero die ad Gordium pervenit*] *Gordium* olim Galatiae caput fuiſſe, Plinius author eſt lib. 5. cap. ultimo. Strabo autem [12, 568.] suo tempore in vicum redactum scribit. Apparet, non longum a Peſſinunte abfuiſſe. Caeterum quomodo tria maria pari ferme diſtantia intervallo habeat ad Hellespontum, ad Synopen, et alterius orae littora, qua Cilices maritimi colunt, id in Ptolemaei pictura non appareret. Adjicit Strabo, Cleonem quendam ex Gordio rursus urbem feciſſe, et Juliopolim appellaſſe. Plinius libro jam dicto aït, Gordiu Comen poſtea Juliopolim dictam. Ptolemaeus sane [5, 2.] Juliogordum ad Sipylum montem; duas autem Juliopoleis, alteram in Bithynia ad Sangarium [5, 1.] alteram in Phrygia magna Galatis finitimam [5. 2.] ponit, ut planum non sit, quid in his potiſſimum sequendum. Quanquam de toto hoc consulis Manlii itinere non opus eſt, usque adeo sollicitum eſſe quenquam, cum ille nec proxima iverit, nec nomina conſtent, ut multis demonſtravimus. GLAR. *ad Concordium* Voſſ. et Lov. 1. *ad Corduum* Harl. *ad Cordium* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes, pro quo ed. Mediol. anni 1505. hinc Ascens. anni 1513. et poſtea omnes *ad Gordium* receperunt. Γορδεῖον vocatur Polybio Exc. Legat. num. 33. Γόρδιον reliquis. Eadem fere lectionum varietas obcurrit in scriptis Curtii 3, 1. Paullo ante τὸ *consul* deeſt in Gaertn. τὸ *ipso* in Lov. 3.

§. 12. *Hellespontum, ad Sinopen, et alterius orae litora*] De Gordio urbe loquitur, de qua sic Curtius lib. 3, [1.] *Gordium Sangarius amnis interfluit, pari intervallo Pontico et Cilicio mari diſtans.* SIG. Merito offensus his verbis scribit Freinshemius [ad

Digitized by Google

rius orae litora, qua Cilices maritimi colunt. multarum magnarumque praeterea gentium fines contingit, quarum commercium in eum maxime lo-
13 cum mutui usus contraxere. id tum desertum fuga incolarum oppidum, refertum idem copia rerum
14 omnium, invenerunt. Ibi ſtativa habentibus legati ab

Curt. 3, 1, 12.] *Hellespontum, pōntum ad Sinopen, et alterius orae litora.* Sed sciendum, omnem veterem lectionem ante Curionem fuiſſe *ad Hellespontum*; quam vocem accipiendam non pro mari, sed pro regione terrarum: atque ita sine ulla ambiguitate intelliges mare unum ad Hellespontum, alterum ad Sinopem, tertium ad litora Cilicum. J. FR. GRON. Idem Gronov. in priori ed. not. ad 37, 54. voce *Hellespontum* in duas divisa, *Helles pontum* legendum, ejusque posteriorem partem *pontum* intelligendam esse in sequentibus *ad Sinopen, et alterius orae litora.* quam conjecturam merito in curis secundis omisit. Verum neque in illa, quam ei substituit, omnino adquiesco. Nam praeferunt quidem vet. ed. *ad Hellespontum*, quod primus non Curio, sed Frob. anno 1535. mutavit, expuncta praepositione *ad:* at simul sciendum est, nullum cod. nisi solum Lov. 5. τὸ *ad* agnoscere. Alia igitur ratione loco subcurrere Clariſſ. Jac. Perizonius conatus est, in margine Livii conjiciens *Hellespontium, ad Sinopen, et alterius orae litora.* Si res mei foret arbitrii, vel, recepta ea conjectura, insuper legerem *Hellespontium, ad Sinopen, ad alterius orae litora*; vel, ea, quae Gronovio placuit, admiſſa, refingerem *ad Hellespontum, ad Sinopen, ad alterius orae litora.* Nihil enim in Livio frequentius obcurrit, quam non tantum ut praepositiones repetat, v. ad 6, 28, 6. verum etiam ut eas ἀσυνδέτως repetat. In ipsa hac praepositione *ad* exempla habemus 9, 37, 10. *Ad caſtra, ad silvas diversi tendebant.* 26, 13, 11. *Ad moenia ipsa, ad portas acceſſit.* Ita unus cod. 30, 30, 12. *Quod ego fui ad Thrasimenum, ad Cannas, id tu hodie es.* 31, 42, 6. *Ad tumulum, ad caſtra Athamanum perfugiunt.* ubi quaedam alia vide. Similiter iteratur praepositio *a* vel *ab.* 6, 18, 9. *Ut vos a barbaris hoſtibus, a superbis defenderem civibus.* 10, 19, 4. *Dimitti ab Appio eum, sed ab republica, ab exercitu retineri.* ita iterum plures codd. *ante.* V. ad 9, 41, 17. *cum.* V. ad 31, 29, 15. *de*, 36, 7, 2. *Quum de Euboea, de Achaeis, de Boeotica agebatur. in.* V. ad 39, 40, 11. *per*, 2, 32. *Eam per aequa, per iniqua reconciliandam civitati esse.* 9, 39, 8. *Per arma, per corpora evaserint.* 10, 19, 4. *Per vallum, per foſſas inruperunt.* 30, 12, 13. 38, 10, 3. *pro*, 38, 51, 4. *Nutus ejus pro decretis Patrum, pro populi jussis esse.* 42, 12, 1. *Nec, pro quibus meritis, pro qua munificentia tantum ei tribuatur, cernere. fine.* V. ad 7, 2, 4. *sub*, 29, 18, 19. *Nihil noſtra interest, utrum sub illo legato, sub illo praesidio Locros esse sinatis.* Mox *quam Cilices* Lov. 1. et 3. *quae Cilices* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Aldus recte ex cod. Mog.

Digitized by Google

ab Eposognato venerunt, nunciantes, *Profectum eum ad regulos Gallorum nihil aequi impetrasse. ex campestribus vicis agrisque frequentes demigrare, et cum conjugibus ac liberis, quae ferre atque agere possint, prae se agentes portantesque Olympum montem petere, ut inde armis locorumque situ sese tueantur.* 15

qua adscivit. Nec aliter reliqui nostri. Displicuit, credo, librariis, qui eam lectionem repudiarunt, *colere* sine casu poni. Non tamen 21, 26, 6. *Colunt autem circa utramque ripam Rhodani.* 24, 49, 5. *Extremi prope oceanum adversus Gades colunt.* 45, 29, 7. *Qui prope Axium flumen ad regionem orientis colerent.* Similiter et *incolere.* V. ad 21, 31, 5.

§. 14. *Ibi stativa habentibus legati ab Eposognato venerunt*] Pal. pr. habet *Ibi stativa hiberna habentibus.* GELEN. Similiter Lov. 3. Omnia autem haec vocabula desunt in Lov. 1. culpa librarii ob praecedentis vocis *venerunt* similitudinem. V. ad 9, 11, 11.

§. 15. *Ex campestribus vicis agrisque frequentes demigrare*] Omnes libri *frequentes migrare.* GEBHARD. Consentiunt omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui auspicia cod. Mog. *demigrare* adscivit; quod verbum apud Livium frequens. 2, 10, 1. *Pro se quisque in urbem ex agris demigrant.* 6, 25, 7. *Non demigratum ex propinquis itineri. locis.* 38, 23, 9. *Omnis generis turbam secum traxerant, demigrantium modo.* c. 28, 8. *Timuisse se ajebant, ne demigrare cogerentur.* 41, 18, 2. *Tardius ex agris demigrantes obpressit.* 44, 6, 3. *Ipse ab Dio ocius demigrare Pydnam cogit.* V. quae notavi ad Silii 12, 517. [ex omittit Bamb. ut mox *cum.*]

Quae ferre atque agere possent, prae se agentes portantesque] Pal. prior *apportantesque.* Forte legendum *asportantesque.* GEBH. *apportantesque* etiam Lov. 3. *ac portantes* Lov. 1. ac 6. Praeterea *quae ferre ac gerere* Lov. 5. et ed. Camp. *ferre ac agere* reliqui typis descripti usque ad Aldum, qui ex cod. Mog. *atque agere* dedit. *quae fera atque aegre possent* pessime Voss. V. ad 10, 36, 17. De locutione *ferre atque agere* v. ad 33, 13, 10. Tandem *possint* cod. Mog. quod recepi.

Olympum montem petere] Nusquam in Galatia *Olympum* invenias, neque eum facile credo fuisse, qui in Mysia est Propontidi imminens, ut Strabo ait lib. 12, [574.] etiamsi ea regio, quae ad Hellespontum est, Troemis vectigalis fuerit. quare hoc nomen corruptum puto, maxime quod paulo post consul Ancyram venisse dicatur tertiis castris. Ego plane *Didymum*, quem ita Ptolemaeus vocat, describi existimo. GLAR. Hoc in bello crebra est mentio *Olympi* montis, ad quem victi Tolistobogii sunt: pro quo *Didymum* restituendum esse censet Glareanus. Quam vere autem ita censeat, ostendit Appian. in Syriac. [pag. 115.] ubi hujus belli meminit ita: *Μάνιος τῶν Γαλατῶν τοὺς Τολιστοβοίους ἀναφυγόντας ἐς τὸν Μύσιον Ὄλυμπον ἐπιμόχθως τοῦ*

Digitized by Google

1 XIX. Certiora postea Oroandensium legati adtulerunt: *Tolistobojorum civitatem Olympum montem cepisse; diversos Tectosagos alium montem, qui Magaba*
2 *dicatur, petisse. Trocmos, conjugibus ac liberis apud Tectosagos depositis, armatorum agmine Tolibostojis statuisse auxilium ferre.* Erant autem tunc trium populorum reguli Ortiagon, et Combolomarus, et Gaulo-
3 tus. Iis haec maxime belli ratio sumendi fuerat, quod, quum montes editissimos ejus regionis tene-

ὄρους ἐπιβὰς ἐτρέψατο φεύγοντας, ἕως ἀπέκτεινε. SIG. Polyb. Exc. Legat. num. 33. *Ἠθροικότες ὁμοῦ τέκνα καὶ γυναῖκας, καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν ἅπασαν εἰς τὸ καλούμενον ὄρος Ὄλυμπον, ἔτοιμοι πρὸς μάχην εἰσίν.* Ejus etiam Livius meminit c. 19. et 24.

§. 1. *Oenoandensium legati*] Ita Gronov. edidit anno 1665. forte propter illa, quae Sigon. notavit infra ad c. 37, 11. Lectionem hanc servarunt Doujatius et Clericus. Verum si ita hic legendum existimaret, oportuerat, ut similiter supra restituisset c. 18, 2. Quibus enim ibi concessum est, ut de pacis inpetratae conditionibus domum nunciare liceret, nunc reversi certiora de Gallograecis adferunt. Nihil mutandum esse, ex codd. etiam constat, in quibus manifesta alterius lectionis vestigia obcurrunt. Nam *Orcandensium* legunt Voss. et Lov. 4. *Orcadensium* Lov. 2. 3. 6. et Harl. *Orocadensium* Mead. 1. *Orchandensium* Mead. 2. et Gaertn. *Oroandensium* Lov. 1. 5. et edd. vett. quod cum Hearnio et Crevierio revocavi. V. etiam infra ad c. 37, 11. Mox *cepisse* deest in Lov. 3. et Gaertn.

Tectosagos] *Tectosagas*, ut supra [ad c. 16, 11.] SIG.

Alium montem, qui Magana dicatur, petisse]. Nec hic mons apud ullum, quod sciam, authorem invenitur. Ego ex itinere descripto conjicio eum esse, quem Ptolemaeus [5, 4.] *Giganta* vocat, quanquam apud eum codices variant: quidam enim *Olysanta*, quidam *Oliganta* nominant: sed variationem eam accidisse puto ex articulo Graeco masculini generis *ὁ*, deinde una aut altera immutata litera, ut nimis saepe usu venisse videmus. GLAR. Pall. *Magnava*. GEBH. Recte Freinshemius [ad l. Flori mox laudandum] *Magaba*. Qui et divine apud Flor. 2, 11. *In altissimos se montes recepissent, quos Tolistoboji Olympum, Tectosagi Magaba insederant.* Andreas *Magava*. J. FR. GRON. *Magana* demum inveni in ed. Paris. anni 1573. nisi quod una vel altera vetustiorum similiter praeferat: et ita legunt Lov. 2. et 6. *Magna* Mead, 2. *Magnana* Harl. et Mead. 1. *Magnava* Lov. 1. 3. et Gaertn. *Magnavi* Lov. 4. *Magava* Lov. 5, et Hearnii N. *Magabae* etiam meminit Sext. Rufus in Breviar. c. 11. *Manlius proconsul Galatas persecutus est, et confugientes partim in Olympum, partim in Magabam montem, qui nunc Modiacus dicitur, de arduis eos in plana detrusit.* Praeterea pronomen *qui* post vocem sequentem rejiciunt Lov.

Digitized by Google

rent, convectis omnibus, quae ad usum quamvis longi temporis subficerent, taedio se fatigaturos hostem censebant. *Nam neque ausuros per tam ardua* 4 *atque iniqua loca subire eos: et, si conarentur, vel parva manu prohiberi ac deturbari posse. nec quietos, in radicibus gelidorum montium sedentes, frigus aut inopiam laturos.* Et quum ipsa altitudo locorum eos tutaretur, fossam quoque et alia munimenta verticibus iis, 5 quos insederant, circumjecere. Minima adparatus 6

1. 2. 3. 5. 6. Harl. et Mead. ambo. Insuper *dicitur* Lov. 2. 5. et Harl. [*Magaba* omittit Bamb.]

§. 2. *Erant autem tunc trium populorum reguli Orgiago, et Combolomarus, et Gaulotus*] Legendum *Ortiagon* ex vet. lib. Floro (2, 11.)eo,qui scripsit de Viris illustr. (cap. 55.) et Suida. Inquit enim, Ὁρτιάγων Γαλάτης, etc. SIG. Pal. pr. *Orthiago, et Cumbolocrus.* Alter *Ortiago et Comb.* ut vet. ed. Amplius Pall. uterque, et vet. ed. *Gaudotus.* GEBH. *tunc* Aldus ex cod. Mog. recepit. Priores (concin. Bamb.] vel eam voculam omiserant, quae neque in Harl. adparet, vel ejus loco praeferunt *tum*, consentientibus Lov. 3. 4. 5. 6. Mead. utroque, et Gaertner. V. ad 2, 12, 15. Deinde *Orgiago* primum vidi in Frob. anni 1535. editione: priores (etiam Bamb.] habuerunt *Ortiago*, quod etiam servant omnes codd. nostri, nisi quod unus Harl. legisse videatur *Ortiagon.* V. etiam infra c. 24, 2. De vero hujus reguli nomine vide Schott. aliosque ad Aur. Vict. de Vir. Inlustr. 55. Torren. ad Val. Max. 6, 1. ext. 2. sed praecipue Celeber. Duker. ad Flori 2, 11, 6. Dein *Cobolomarus* Gaertn. *Combolomarus* Lov. 1. *Cumbolocrus* Lov. 3. in contextu, et Hearnii L. 1. [*Combolomarus* Bamb.] Tum *Gaudotus* omnes nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. principes. [*Gaudatus* Bamb.] *Gandotus* ed. Ascensii anni 1513. in margine. *Gaulotus* Aldus ex cod. Mog. adscivit. Paullo ante *armatorum agmen* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *ferre* deest in Lov. 2.

§. 3. *Se fatigaturos hostes censebant*] MS. *se fatigaturos hostem.* quod malo. MOD. *hostem* etiam Voss. Lov. 2. 3. 4. Mead. uterque, et Gaertn. quod recepi. Lectionem mutarunt, qui animadverterunt, mox omnia, quae ad vocem *hostem* referenda subjunguntur, numero multitudinis efferri *ausuros eos, conarentur, quietos sedentes, laturos.* Sed v. ad 21, 41, 15. Paullo ante *ratio belli sumendi* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo [Bamb.], et Gaertn. Tum *editissimos regionis ejus* iidem [et Bamb.] primo et ultimo exceptò. [*cunctis* pro *convectis*, mox *taedia* Bamb.]

§. 4. *Prohiberi ac deturbari posse*] *aut deturbari* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. [Bamb.] et edd. ante Frob. qui anno 1535. *ac deturbari* substituit, adsentiente, ut videtur, Lov. 3. Voces *ac deturbari* desunt in Harl. Mox *montium gelidorum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque

Digitized by Google

missilium telorum cura fuit, quod saxa adfatim praebituram asperitatem ipsam locorum credebant.

1 XX. Consul, quia non cominus pugnam, sed procul locis obpugnandis, futuram praeceperat animo, ingentem vim pilorum, velitarium haſtarum, sagittarum, glandisque, et modicorum, qui funda mit-

[Bamb.], et Gaertn. In praecedentibus *tam* deerat in Lov. 1. [*Ac cum* pro *et quum* Bamb.]

§. 6. *Minima adparatus missilium* etc.] Pal. prior, *Minime apparatus missilium telorum fuit cura, et saxa affatim praebitura asperitatem ipsam locorum credebant.* GEBH. Pariter errat librarius Lov. 3.

§. 1. *Locis obpugnandis, futuram praeceperant*] Ita Aldus ex cod. Mog. Antea edebatur *expugnandis*, quod etiam supereſt in Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. solito scribarum errore. V. ad 21, 57, 6. Deinde *perceperat animo* Voſſ. Lov. 2. 3. 6. et Harl. De locutione *percipere animo* v. ad 7, 26, 8. Hic tamen praeſtat recepta lectio. Supra 4, 27, 5. *Conferendo vires spem universae victoriae suos praecipere.* 9, 5, 11. *Omnia tristiora experiundo factura, quam quae praeceperant animis.* 10, 26, 4. *Tanta laetitia ac gratulatio fuit, ut praeciperetur victoria animis.* 31, 49, 8. *Non id, quod animis praeceperant, queſtus eſt.* Caesar 3. B. Civ. 87. *Ac jam animo victoriam praecipiebant.* Paſſim haec verba commutantur. Illis, quae notata sunt ad 7, 26, 8. adde ad 21, 32, 7. 30, 8, 9. 35, 35, 5. et alibi.

Ingentem vim pilorum, velitarium haſtarum] *Velitares haſtae* erant jaculatoriae, id eſt, quibus eminus jaculabantur, proinde aliis leviores. De his Ovid. ita scribit in Ibin [vers. 47.]

Utque petit primo plenum flaventis arenae
Nondum calfacti velitis haſta solum;
Sic ego te nondum ferro jaculabor acuto.

Haſtam velitarem Polyb. videtur γρόσφον appellare: quod enim de velitibus hunc in modum scribit Livius [c. 21, 13.] *Gladiis a velitibus trucidabantur. Hic miles tripedalem parmam habet, et in dextra haſtas, quibus eminus utitur. gladio Hispaniensi eſt cinctus:* Polybius ita Graece scripsit [6, 20.] Καὶ τοῖς μὲν νεωτάτοις παρήγγειλαν μάχαιραν φορεῖν, καὶ γρόσφους, καὶ πάρμην· ἡ δὲ πάρμη καὶ δύναμιν ἔχει τῇ κατασκευῇ, καὶ μέγεθος ἀρκοῦν πρὸς ἀσφάλειαν. περιφερὴς γὰρ οὖσα τῷ σχήματι τρίπεδον ἔχει τὴν διάμετρον. Et mox subjecit. Τὸ δὲ τῶν γροσφων βέλος ἔχει τῷ μὲν μήκει τὸ ξύλον, ὡς ἐπίπαν δίπηχυ, τῷ δὲ πάχει δακτυλιαῖον, τὸ δὲ κέντρον σπιθαμιαῖον, κατὰ τοσοῦτον ἐπὶ λεπτὸν ἐξελήλαμένον καὶ συνωξυσμένον, ὥσε κατὰ ἀνάγκην εὐθέως ἀπὸ τῆς πρώτης ἐμβολῆς κάμπτεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι τοὺς πολεμίους ἀντιβάλλειν. Ita Polybio *haſta velitaris* haſtili eſt longitudine duûm cubitorum, crassitudine digitali, ferro dodrantali, ita in tenuitatem et gracilitatem ducto et spiculato, ut primo ſtatim jactu neceſſario in-

Digitized by Google

ti possent, lapidum paraverat. instructusque missi- 2
lium adparatu ad Olympum montem ducit, et a quin-
que ferme millibus locat castra. Postero die cum 3
quadringentis equitibus et Attalo progressum eum,
ad naturam montis situmque Gallicorum castrorum
visendum, equites hostium, duplex numerus, effu-

sectatur. a *velitari* autem et *manipulari hasta* differebat *amentata*: quae gravior erat et major, et, ut majore impetu torqueretur, habena vel amento media vinciebatur, cui digitus inserebatur ad conatum jactus adjuvandum. D. Ambrosius: *Intorquenda est amentata illa, non manipularis sententia.* TURN. 14. Advers. 11. *Hasta velitaris* etiam supra memoratur 26, 4. *Eis parmae breviores, quam equestres, et septena jacula, quaternos longa pedes data, praefixo ferro, quale hastis velitaribus inest.* V. Lipsium d. Milit. Rom. 3, 1. Ceterum *ingentem numerum pilorum* Hearnii L. 1. quod ex glossa interpretis natum videtur. V. ad 29, 35, 5. similiter etiam *ingentem vim telorum*, quod est in Gaertn. Mox *glandisque* Lov. 2. et Harl. *glandis*, sine particula *que*, Lov. 3. Dein *et parvorum, qui funda mitti possent, lapidum* Lov. 3. inter versus. *et modicorum, qui funda mitti lapidum possent* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. ante Frob. anni 1535.

§. 2. *Instructusque missilium adparatu ad Olympum montem ducit*] Vet. ed. *instructosque missilium apparatu ad Olymp. m. d.* Pal. pr. *instructumque missilium apparatum ad Olymp. m. d.* GEBH. *instructisque missilium apparatum a. O. m. ducit* Voss. et Lov. 1. *instructumque missilium apparatum a. O. m. ducit* Lov. 3. *instructusque missilium apparatum a. O. m. ducit* Lovel. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *instructosque missilium apparatu a O. m. ducit* Lov. 3. et edd. ante Aldum; qui ita edidit, ut nunc vulgo exstat. Neque aliter mei Lov. 2. et Harl. Optime. Reliquae lectiones natae sunt ex eorum interpolatione, qui *ducere* absolute sine casu poni aegre ferebant: quod tamen Livio frequens esse vidimus ad 1, 23, 5. et 23, 18, 13. Mox vocula *et* deest in Lov. 6. [in Bamb. litera *t* in *et* punctulo damnata.] vocula *a* in Lov. 1. *ferme* deesse in ed. Rom. principe, monuit Hearnius. *a quinque fere millibus* legit Lov. 6. V. ad 37, 38, 5. *a quinque millibus ferme* Voss. *a quinque millibus fere* Gaertn. Tum *castra locat* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo [Bamb.], et Gaertn.

§. 3. *Situmque Gallicorum castrorum*] Pal. pr. *Gallorum castrorum.* GEBH. Similiter Lov. 3. Paullo ante *quingentis equitibus* Gaertn. Deinde *praegressum* Harl. V. ad 9, 10, 7. Vox *montis* deest in Lovel. 3. [*naturam* ex corr. Bamb.]

Equites hostium, duplex numerus, effusi castris in fugam averterunt] *duplex numerus effusus e castris.* GEBH. Similiter Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. vett. *effusum se castris* Voss. et Lov. 1. qui codices eo modo duplicem lectionem *effusum* et *effusus e ca-*

Digitized by Google

si castris in fugam averterunt. occisi quoque pauci
4 fugientium, vulnerati plures. Tertio die cum omnibus ad loca exploranda profectus, quia nemo hostium extra munimenta processit, tuto circumvectus montem, animadvertit, meridiana regione terrenos et placide adclivos ad quemdam finem colles esse,
5 ad septentrionem arduas et rectas prope rupes; atque, omnibus ferme aliis inviis, itinera tria esse: unum medio monte, qua terrena erant: duo difficilia ab hiberno solis ortu, et ab aestivo occasu. Haec contemplatus, eo die sub ipsis radicibus posuit ca-
6 stra. postero die, sacrificio facto, quum primis hostiis litasset, trifariam exercitum divisum ducere ad
7 hostem pergit. ipse cum maxima parte copiarum, qua aequissimum aditum praebebat mons, adscendit.

stris servare voluisse videntur. Frob. deinde anno 1535. *effusi castris* dedit. Si ex cod. Moguntino, jubente Gelenio, non adversor: sin, praesertim praepositionem *e* servandam arbitror. Supra 26, 19. *Legationes ad famam adventus ejus ex omni se provincia effuderant.* V. ad 37, 30, 9. Deinde *in fugam verterunt* Voss. Lov. 2. et Gaertn. Scriptum fuisse videtur *in fugā averterunt.* Facile igitur prima litera *τοῦ averterunt* ob ultimam vocis praecedentis excidere potuit. Supra 1, 37, 3. *Non sisterent modo Sabinas legiones, sed subito in fugam averterent.* ubi plura vide. 25, 15, 13. *Incondītam Thurinorum turbam in fugam averterunt.* 34, 15, 2. *Dissipatos in fugam averterunt.*

§. 4. *Terrenos et placide adclivos ad quemdam finem colles esse*] Pall. *acclives.* GEBH. Similiter Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. [Bamb.] et Gaertn. Insuper *meridiano genĕe terrenose et placidaditus ad quemdam finem esse colles* Voss. *terrenos et placiteatus ad quemdam finem esse colles* Lov. 1. *terrenosos ad quemdam finem esse colles* Lov. 6.

Ad septentrionem arduas et rectas prope rupes] Pall. vitiose *septentrione ardue ereptas prope rupes atque omnibus ferme aliis invisa itinera tria esse.* GEBH. Lectio, quae nunc exstat, unice debetur cod. Mog. ex quo eam Aldus adoptavit. Antea edebatur *septentrione ardue erectas prope rupes.* Similiter *septentrione* praeferunt omnes codd. nostri; quomodo dedisse videntur librarii, quia melius convenire putabant *meridiana regione* et *septentrione*, quam *ad septentrionem.* Verum, constructionis varietatem illam Livio convenire, pluribus videbimus ad 38, 39, 10. Dein *ardue erectas* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. et Mead. 2. *ardue trectas* Lov. 1. *arduas tetricas*, omissis duabus sequentibus

Digitized by Google

L. Manlium fratrem ab hiberno ortu, quoad loca patiantur, et tuto possit, subire jubet. si qua periculosa et praerupta obcurrant, non pugnare cum iniquitate locorum, neque inexsuperabilibus vim adferre; sed obliquo monte ad se declinare, et suo agmini conjungi. C. Helvium cum tertia parte circumire sensim per infima montis, deinde ab aestivo occasu erigere agmen. et Attali auxilia trifariam aequo numero divisit: secum esse ipsum juvenem jussit. equitatum cum elephantis in proxima tumulis planitie reliquit. Edictum praefectis, ut intenti, quid ubique geratur, animadvertant; opemque ferre, quo postulent res, properent.

XXI. Galli, duobus lateribus satis fidentes invia esse, ab ea parte, quae in meridiem vergeret, ut

vocibus, Lov. 6. *ardua et rectas* Mead. 1. Sed merito Aldus Moguntinam lectionem praetulit. [*ardua* Bamb.]

§. 5. *Omnibus ferme aliis inviis, itinera tria esse*] Hanc iterum lectionem idem Aldus ex cod. Mog. adscivit, quum olim ederetur *omnibus ferme aliis invias: itinera tria esse*, quod in uno tantum Lov. 5. vidi. *omnibus aliis ferme invisa* Voss. et Lov. 6. *omnibus ferme aliis invisa* Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Praeterea *tria itinera esse* Lov. 2. et Harl. Mox *ab aestivo casu*, pro *occasu*, Lov. 2. et Harl. duabus literis omissis, quarum prior proxime praecesserat, altera sequitur. [*invisas* Bamb.]

§. 6. *Postero die, sacrificio facto*] Vox *die* deficit in Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo [Bamb.], et Gaertn. quasi illa, quum praecesserit *eo die*, facile inde repeti possit. Sed reliqui eam servant. Voces etiam *sacrificio facto* non adparent in Lov. 3. Mox §. seq. *cum magna parte*, pro *maxima*, Voss. et Gaertn.

§. 9. *Ab aestivo occasu erigere agmen*] *ab occasu aestivo* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. Mox *bifariam* Lov. 3. Tum *proxima tumuli planitie* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1.

§. 10. *Edictum praefectis, ut intenti, quid ubique geratur, animadvertant; opemque ferre*] Pal. pr. *Edicit pr. ut intenti, quod ubique g. a. ut opem ferre, quo p. r. prop.* GEBH. *Edicit* Lov. 3. Tum *quod ubique geratur* Voss. Lov. 6. et Gaertn. Hinc *ut opem ferre* Lov. 3. Deinde *postulat res* magis ex more Livii fore putat Crevierius. Codd. nihil mutant. [*res postulet* Bamb.] Tandem *possent*, pro *properent*, Harl. *possint* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo [Bamb.], et Gaertn.

§. 1. *Galli, duobus lateribus satis fidentes invia esse*] Libri nostri

Digitized by Google

armis clauderent viam, quatuor ferme millia armatorum ad tumulum, inminentem viae minus mille passuum a castris, occupandum mittunt; eo se rati 2 velut castello iter impeditures. Quod ubi Romani viderunt, expediunt sese ad pugnam. ante signa modico intervallo velites eunt, et ab Attalo Cretenses 3 sagittarii, et funditores, et Tralli, et Thraces: signa peditum, ut per arduum, leni gradu ducuntur,

omnes *Galli et ab duobus lateribus*. GEBH. Similiter Voss. Lovel. 1. 4. 5. 6. Mead. 1. [Bamb.] et edd. vett. *et a duobus lateribus* Lov. 3. Harl. et Mead. 2. *ab duobus lateribus* Lov. 2. Gaertn. et prima editionum Mediol. anni 1505. tum Ascens. anni 1513. Vocem vero *ab* deinde abjecit Froben. anni 1535.

Quatuor ferme millia armatorum] Pal. prior negligit τὸ *ferme*. At posterior [et Bamb.] legit *quatuor milia fere*. Iterum Pal. pr. *a castris oppugnandum mittunt*. GEBH. *fere millia* Lov. 5. et edd. antt. V. ad 37, 38, 5. *millia fere* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Harl. *millia ferme* Lovel. 2. Mead. ambo, et Gaertn. Τὸ *ferme* deest in Lov. 3. Quod nunc editur, primum vidi in Ascens. anni 1510. Mox *minus C^sc passuum* Hearnii N. quod recte ex non intellecta numeri millenarii nota ↀ ortum esse suspicatur. V. ad 35, 35, 4. Tum *a castris oppugnandum* Lov. 3. Denique *veluti castello* Voss. Lov. 1. 2 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo [Bamb.], et Gaertn. [*mittit* Bamb.]

§. 2. *Ante signa modico intervallo velites eunt*] De hoc loco agunt Lipsius 4. de Milit. Rom. 2. et Schelius ad Hygin. pag. 1052. ubi adversus Salmas. disputat, qui c. 17. de Re milit. Rom. *velites* et *antesignanos* eosdem esse contendit, et Livium inconstantiae arguit, ut qui interdum *velites* ab *antesignanis* distinguat. De armatura velitum v. Schel. c. 14. ad Polyb. et Lipsium 3. de Milit. Rom. 1. et de scutis Gallorum in Analect. ad 3. de Milit. Rom. 2. DUK.

Et Tralli Thraces] Ego *Triballi* legendum existimo, quos Ptolemaeus [3, 10.] in inferiore ponit Mysia, Thracibus vicinos. Tralles autem ad Maeandrum fluvium non ita longe a Sardibus idem collocat [5, 2.] quod in superioribus jam saepius admonuimus, Nisi quis existimet, et in Asia quoque Triballos habitasse, ut Tralles ac Mysos; quod tamen absque authore non facile dixerim. GLAR. Vet. lib. *et Tralli et Thraces*. recte. neque enim assentiendum est Glareano, qui pro *Trallis Triballos* inverit, quos Illyriorum esse populos supra docuimus. SIG. Pall. *et Trallis Thracès*. Vet. ed. *et Trallii Thraces*, GEBH. Edd. principes *et Trallii*, vel et *Tralli, Thraces*. Vascos, deinde ex sententia Glareani *et Triballi Thraces* emendavit. Post ea Sigonius quidem in notis *et Tralli et Thraces* scribendum vidit, verum *et Tralli Thraces* in contextum recepit; sequentes ta-

Digitized by Google

ita prae se habentium scuta, ut missilia tantum vitarent, pede conlato non viderentur pugnaturi. Mis- 4
silibus ex intervallo loci proelium commissum est, primo par, Gallos loco adjuvante, Romanos varietate et copia telorum. Procedente certamine, nihil jam aequi erat. scuta longa, ceterum ad amplitudinem corporum parum lata, et ea ipsa plana, male tegebant Gallos. Nec jam tela alia habebant, praeter 5

men editores lectionem Glareani servarunt usque ad Gruteri ultimam, quae iterum *et Tralli Thraces* revocavit; quod hodie adhuc obtinet. Ea autem lectio ferri nequit. Tralles enim fuerunt populi Illyrici, supra memorati 31, 35, 1. *Tralles* (*Illyriorum id* etc. *est genus*) *et Cretenses trecentos* etc. *misit*. Thraces vero et Illyriorum Tralles distinguuntur 33, 4, 4. *Thracumque et Illyriorum* (*Trallis nomen est gentis*) *par numerus*. Neque etiam ferri posse videtur lectio Glareani. Nam Triballi etiam a Thracibus diversi fuerunt, ut non modo constat ex Ptolem. quem ipse Glarean. laudavit, sed etiam ex Arrian. 1. de Exp. Alex. M. in princ. ubi narrat Alexandrum decrevisse ἐλαύνειν ἐπὶ Θράϊκης, ἐς Τριβαλλοὺς καὶ Ἰλλυριούς. Triballi tamen Thracibus vicini sunt ibid. cap. 2. Θράϊκες οἱ πρόσχωροι τοῖς Τριβαλλοῖς. Non convenit quidem inter codd. quidam enim *Tralli*, quidam *Trallis*, [ita Bamb.] quidam *Tralles*; praeterea alii *Troces*, alii *Threces*, alii *Thraces* exhibent. In eo tamen consentiunt, nihil eos inter duas illas voces medium agnoscere, uno excepto Harl. qui *Tralles et Threces* legit. Nihil itaque verius video, quam ut vel cum Sigonio restituamus *Tralli et Thraces*, vel proxime ad cod. Harl. *Tralles et Thraces*. *Threces* scripti praeferunt, ut itidem *Threcia*. V. ad 37, 33, 3. *Tralles* autem aeque ac *Tralli* Livio in usu fuisse, dictum est ad 31, 35, 1.

§. 3. *Per arduum, leni gradu ducuntur*] *levi gradu* Lov. 2. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. antt. Sed recte Aldus *leni gradu* ex cod. Mog. adscivit, consentientibus reliquis meis. *Lenis* enim *gradus* est placidus, lentus, qualis hic convenit; at *levis* foret velox. Solent autem *lenis* et *levis* in Mss confundi. V. ad 36, 31, 8.

§. 4. *Commissum est, primo par, Gallos*] *commissum et primo Gallos* Voss. Lov. 6. Harl. et Gaertn. *commissum, et primo pars Gallos* Lov. 1. 3. 4. et Mead. ambo. *commissum, et primo pares Gallos* Lov. 2. 5. et edd. principes. Quum deinde Moguntini monuissent, se in cod. suo *commissum est* invenisse, hinc Aldus dedit *proelium commissum, et primo par est, Gallos*. Frob. deinde anno 1535. substituit, quod nunc vulgo editur. Mox *plane male tegebant* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*male* omittit Bamb.]

§. 5. *Nec jam tela habebant, praeter gladios*] Ita primum inveni in Gruteri ed. postuma. Priores obferunt *Nec jam tela alia habebant*, quod supererat quoque in

Digitized by Google

gladios: quorum, quum manum hostis non consere-
6 ret, nullus usus erat. Saxis, nec modicis, ut quae non praeparassent, sed quod cuique temere trepidanti ad manum venisset, ut insueti, nec arte nec viribus
7 adjuvantes ictum, utebantur. sagittis, glande, jaculis incauti ab omni parte configebantur: nec, quid agerent, ira et pavore obcaecatis animis, cernebant: et erant deprehensi genere pugnae, in quod
8 minime apti sunt. Nam quemadmodum cominus, ubi in vicem pati et inferre vulnera licet, accendit ira animos eorum; ita, ubi ex occulto et pro-

Lovel. 5. Nec differunt reliqui scripti, nisi quod, mutato ordine verborum, legant *Nec tela jam alia habebant*, vel, ut est in Lov. 6. *Nec tela alia jam habebant.* Ut vocem autem *alia* omitteret, hanc cauſſam habuisse videtur, quod salvo sensu abesse potuerit. Verum non omnia, quae abesse possunt, confestim ejicienda sunt. Similiter fere supra 2, 44. *Nihil praeterea aliud, quam suas vires, sua arma horrebant.* quod dicere etiam potuisset, *nihil praeterquam suas vires.* Cic. 2. de Orat. 69. *Rogavit, num quid aliud ferret, praeter arcam.* [*cum manu* Bamb.]

§. 6. *Quod cuique temere trepidanti ad manum venisset*] *quod unicuique* Voſſ. et Gaertn. quod ex gloſſa natum videtur. Simili modo peccatur in nonnullis codd. supra 8, 21, 1. 22, 55, 6. et alibi. Praeterea vox *temere* exsulat ab omnibus scriptis et edd. antiquioribus. Aldus eam primus adscivit ex cod. Mog. Mox *et ut insueti* scribendum conjicit Crevier. ut vocula *et* respondeat praecedenti membro *nec modicis.* Ea itaque censenda est excidisse ob literas ultimas vocis praecedentis; de quo v. ad 35, 41, 7. Sed et vulgatum placet. Non enim neceſse est, ut *nec* hic capiatur pro *et non*, sed *nec modicis* accipi potest, pro *non modicis*, ut *necopinatus*, pro non opinatus, inopinatus, et similia alia passim. V. Zinzerl. Promuls. Crit. c. 23. [*nec ante* omittit Bamb.]

§. 7. *Ira et pavore occaecatis animis*] *eccaecatis* Mead. 1. unde videri posset legendum *excaecatis.* At reliqui [cum Bamb.] *occaecatis* recte tuentur. Supra 8, 32. *Si obcaecatus ira infestam multitudinem in se movisset.* Livium id verbum amasse, vidimus ad 22, 43, 11. Paullo ante *incauti et ab omni parte configebantur* omnes scripti, [etiam Bamb. praeterquam quod *conficiebantur* habet] et edd. ante Freb. qui anno 1535. copulam *et* expunxit.

§. 8. *Invicem pati ac inferre vulnera licet*] Primo divisis vocibus legendum *in vicem.* V. ad 1, 40, 6. Deinde *ac inferre* demum vidi in ed. Paris. anni 1573. Priores, quas consului, *et* pro *ac* legunt; quod quum etiam ser-

Digitized by Google

cul levibus telis vulnerantur, nec, quo ruant caeco impetu, habent, velut ferae transfixae in suos temere incurrunt. Detegebat vulnera eorum, quod 9
nudi pugnant, et sunt fusa et candida corpora, ut quae numquam, nisi in pugna, nudentur: ita et plus sanguinis e multa carne fundebatur, et foediores patebant plagae, et candor corporum magis sanguine atro maculabatur. Sed non tam pa- 10
tentibus plagis moventur. interdum insecta cute, ubi latior, quam altior, plaga est, etiam gloriosius se pugnare putant. lidem, quum aculeus sa- 11

vent omnes codd. nostri, eo magis Livio reddidi, quod rarissime, aut forte numquam, hiatur vocula *ac* ante vocem, quae a vocali incipit. V. ad 10, 36, 17. Praeterea *inferri* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, et edd. primae; pro quo Moguntini ex membranis suis recte emendarunt *inferre*, quod obvium etiam fuit in Lov. 2. Harl. et Gaertn. [*conīnus sub*, mox *accendi* Bamb.]

§. 9. *Detegebat vulnera eorum, quod nudi pugnant, et sunt fusa*] *Detegebant* perperam Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. Tum *et quod nudi* Lov. 5. et edd. vett. Copulam *et* prima omisit ed. Paris. anni 1573. quam ex reliquis codd. nullus agnovit. Tum *pugnabant* Lov. 1. et 6. Mox *nudantur* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Hinc *ex multa carne* Lov. 3. 4. Harlej. [Bamb.] et Mead. ambo.

§. 10. *Insecta cute, ubi latior, quam altior, plaga est*] Cf. Jac. Perizon. ad marginem Livii conjecit scribendum esse *ubi altior, quam latior*, quod a mente Livii alienum est. Videtur enim describere, quid levius, quid gravius vulnerati Galli facere soleant. Si latior, quam altior plaga, et cutis tantum quasi insecta est, vulneris obligandi caussa ex proelio non excedunt; sed, manante per membra nuda cruore, pugnam instaurant, arbitrati se ita gloriosius pugnare. Contra si vulnus altius penetravit, et telum vulnere evellere nequeunt, non in hostem ruendo certae mortis vindictam sumere conantur; sed, omisso certamine, corpora humi prosternunt, et inutilibus querelis tempus terentes inulti pereunt.

§. 11. *Scrutantes, quae vellant*] Quae vellerent, nisi telum? illud investigandum illis erat, qua via et quo pacto, si forte fixum ossibus haereret, evellerent aculeum teli. Lego nulla prorsus mutatione *qua evellant*. JAC. PERIZ. In vulgatum conspirant omnes nostri, nisi quod *quo vellant* vel *vellent* legant Voss. Lov. 6. et Gaertn. Ingeniosa Perizonii conjectura est, nulla litera vel addita, vel expuncta. Ea tamen opus non videtur. Tenue enim vulnus non tantum inla-

Digitized by Google

gittae aut glandis, abditae introrsus, tenui vulnere in speciem urit, et scrutantes, quae vellant, telum non sequitur; tum, in rabiem et pudorem tam parvae perimentis pestis versi, prosternunt corpora
12 humi, sic ut passim procumberent. Alii, ruentes in hostem, undique configebantur: et, quum cominus venerant, gladiis a velitibus trucidabantur.
13 Hic miles tripedalem parmam habet, et in dextra hastas, quibus eminus utitur. gladio Hispaniensi est cinctus. quod si pede conlato pugnandum est,
14 translatis in laevam hastis, stringit gladium. Pauci supererant jam Gallorum. qui, postquam ab levi armatura superatos se viderunt, et instare legionum signa, effusa fuga castra repetunt, pavoris et tumultus jam

tum erat sagitta, sed et funda; et hinc non tantum scrutandum erat *qua*, sed etiam *quae*, sive aculeum, sive glandem, vellerent. Haud male cum hoc loco conferri potest alius Virgilii, Aeneam vulneratum describentis, 12. Aen. 387.

Saevit, et infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilioque viam, qua proxima, poscit;
Ense secent lato vulnus, telique latebram
Rescindant penitus, seseque in bella remittant.

Mox trajectis vocibus *versi pestis* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, [Bamb. qui etiam *prementis* pro *perimentis.*] et Gaertn. Dein *sicut passim* una voce Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. et Gaertn.

§. 14. *Pauci supererant jam Gallorum*] *Pauci jam supererant* Lov. 2. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. Mox *et flare* scripti omnes, [cum Bamb.] et edd. vett. pro quo Aldus recte *et inflare* ex cod. Mog. reposuit. [§. 13. *est* post *pugnandum* omittit Bamb.]

§. 1. *Dederunt, ascendissent*] Thuan. *escendissent.* JAC. GRON. *exscendissent* Lov. 1. *escendissent* Lov. 4. et Mead. 2. V. ad 2, 28, 6.

Postquam ad invia ventum est] Pal. prior *priusquam.* Vet. ed. *ad invia perventum.* GEBH. *priusquam* etiam Lov. 3. reliquis omnibus invitis. [*inviam* Bamb.]

Flexere iter in partem montis, quae una habebat iter] *Flectere iter* compluribus locis dicit Livius, nec minus saepe multas voces praeter necessitatem iterat. Vellem tamen, libri essent, qui priore loco non haberent *iter.* 3, 8. *Ex Gabino in Tusculos flexere colles.* 27, 43. *Flexit in Picenum.* 28, 16. *Clauso transitu flu-*

Digitized by Google

plena: ut ubi feminae, puerique, et alia inbellis turba permixta esset. Romanos victores deserti fuga hostium acceperunt tumuli. 15

XXII. Sub idem tempus L. Manlius et C. Helvius, quum, quoad viam colles obliqui dederunt, escendissent, postquam ad invia ventum est, flexere iter in partem montis, quae una habebat iter; et sequi consulis agmen, modico uterque intervallo, velut ex composito, coeperunt: quod primo optimum factu fuisset, in id necessitate ipsa compulsi. Subsidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximo saepe usui fuerunt: ut, primis forte deturbatis, secundi et tegant pulsos, et integri pugnam excipiant. Consul, postquam ad tumulos, ab levi

minis ad oceanum flectit. DUK. [v. ad 29, 33, 8.]

§. 2. *Sequi consulis agmen, modico uterque intervallo*, etc. *coeperunt*] *sequi consulis agmen L. Manlius, C. Helvius*, in paucis tamen nominum illorum apicibus dissentientes inter se, tantum non omnes legunt codd. Verum ducum nomina perperam ex initio cap. repetita sunt.

Quod primo optimum factu fuisset, in id necessitate ipsa compulsi] *primo* deest in Voss. sed *primum* legunt Lov. 6. et Gaertn. Tum *optimum factum* Lov. 1. 3. 4. 6. Voss. et Mead. uterque. Male. *optimum factu*, ut *foedum inceptu*, *foedum exitu* supra in praef. Quae librariis errandi causa fuerit, v. ad 6, 3, 8. Tum *nisi in id necessitate ipsa compulsi* Lov. 6. *ni id necessitate ipsa compulsi* Lov. 3. *in id necessitate impulsi* Gaertn.

§. 3. *Subsidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximae spei suis fuerant*] Antiqua scriptura *maximo saepe usui fuerunt*. GEL. Continet Pall. uterque [et Bamb.] *Subsidia e. i. t. i. l. maxime saepe suis fuerant*. Vet. ed. *Subsidia e. i. t. i. l. maximae spei suis fuerant*. GEBH. Similes ferme lectiones in omnibus nostris inveni, nisi quod *Subsidio* legant Voss. Lov. 2. 6. et Gaertn. Veram lectionem Gelenius Livio vindicavit; quam se etiam in cod. suo reperisse Moguntini testati sunt, nisi quod is servet *fuerant*. De locutione *maxime usui esse* v. ad 31, 42, 8.

Secundi et tegant pulsos, et integri pugnam excipiant] Pal. pr. *secundi regant pulsos, et integri pugnam accipiant*. Alter vero *secundi contegant pulsos*. GEBH. *secundi regant pulsos* Lov. 3. V. ad 37, 11, 3. *secundi contegant pulsos* Lov. 4. et Mead. 2. Tum *pugnam accipiant* Lov. 3. et Gaert-

Digitized by Google

armatura captos, prima signa legionum pervenerunt, respirare et conquiescere paullisper militem jubet; simul strata per tumulos corpora Gallorum
5 ostentat: Et, *quum levis armatura tale proelium ediderit, quid ab legionibus, quid ab justis armis, quid ab animis fortissimorum militum exspectari? Castra illis capienda esse, in quae compulsus ab levi armatura bo-*
6 *stis trepidet.* Praecedere tamen jubet levem armaturam: quae, quum staret agmen, colligendis per tumulos telis, ut missilia subsicerent, haud segne
7 id ipsum tempus consumserat. Jam castris adpropinquabant: et Galli, ne parum se munimenta sua tegerent, armati pro vallo constiterant. obruti deinde omni genere telorum, quum, quo plures ac den-

ner. Sed *excipere* in hac re proprium. V. Cel. Dukerum ad 30, 18, 9. *secundi et tegerent pulsos, et integri pugnam excipierent* Lov. 2. et 6.

§. 4. *Prima signa legionum*] Ultimam vocem ignorant Lov. 2. et Harl. Mox *respirare et requiescere* Gaertn. *respirare et compescere* Lov. 1.

§. 5. *Tale proelium ediderit*] *proelium tale* Lov. sex, Harlej. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. ante Aldum. Praeterea *edidit* Voss. et Gaertn. V. ad 40, 14, 10. Mox *ferocissimorum militum* Lov. 2. V. ad 28, 42, 4. Tum *compulsus levi armatura* Voss. et Lov. 1. 3. 6.

§. 7. *Quo plures ac densiores erant*] *plures et densiores* Gaertn. *plures atque densiores* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. [Bamb.] et edd. ante Aldum. Mox *vani intercideret*, vel *intercederet, quidquam teli* Lov. 1. 3. et 6. Praeterea *stationibus tamen firmis* Lov. 3. et 4. V. ad 9, 12, 6. Insuper §. seq. *telorum missilium* Harl. et Mead. 2. Tum *coniciebantur* Gaertner. quasi *vis* conlective sumeretur. V. ad 8, 28, 6.

§. 9. *Hi vero non vulnerabantur*] Hoc incredibile est reputantibus, quae et ipse Livius, et alii apud Lipsium 3. de Milit. Rom. 4. de vi ac vehementia ictus pilorum prodiderunt, et quoties conjectu eorum non scuta solum transverberata, sed, his trajectis, corpora quoque vulnerata ac prostrata memorentur: quod nunc quoque factum fuisse eo verosimilius est, quod Gallorum scuta *plana*, id est, sine umbonibus, quibus ictus telorum repellerentur, fuisse dicit Livius. Lipsius l. d. addita voce citat, *ii vero non solum vulnerabantur*. Vidit sententiam, sed haud dubie liberalis fuit de suo. Nam nec quis-

Digitized by Google

siores erant, eo minus vani quidquam intercideret teli, intra vallum momento temporis compelluntur, ſtationibus tantum firmis ad ipsos aditus portarum relictis. In multitudinem, compulsam in caſtra, vis ingens missilium telorum conjiciebatur: et, vulnerari multos, clamor, permixtus mulierum atque puerorum ploratibus, significabat. In eos, qui portas ſtationibus suis clauserant, legionum antesignani pila conjecerunt. hi vero non vulnerabantur, sed, transverberatis scutis, plerique inter se conserti haerebant: nec diutius inpetum Romanorum suſtinuerunt. 8 9

XXIII. Patentibus jam portis, priusquam inrumperent victores, fuga e caſtris Gallorum in omnes 1

quam *solum*, aut aliam ejusdem significationis vocem in libris vett. invenit, nec hujusmodi supplementis opus est. *Non vulnerabantur*, *sed* etc. *haerebant* recte accipi potest dictum pro *non modo* vulnerabantur, *sed etiam* haerebant, usitata probatiſſimis quibusque scriptoribus ellipsi, cujus exempla viri docti ad Front. 2. Strateg. 13, 3. et ad Salluſt. Jug. 14, 23. congeſserunt. Adde J. Fr. Gronov. ad Livii 28, 11. DUK. Optime hunc locum exposuit Cel. Dukerus. Supra 10, 6, 4. *Eam actionem susceperunt*, *qua non infimam plebem accenderent*, *sed ipsa capita plebis*. 21, 41, 16. *Unusquisque se non corpus suum*, *sed conjugem ac liberos parvos armis protegere putet*. 39, 28, 5. *Eumenes enim non nisi vicissent Romani*, *sed nisi bellum gessissent*, *manere in regno suo non potuit*. ubi male unus et alter *non solum nisi vicissent*. V. Ant. Auguſtin. 2. Emend. cap. 1. Perizon. ad Val. Max. 3, 3. ext. 4. et Cortium ad Sall. Jug. 14, 23. Ceterum *hi vero vulnerabantur*, omiſſa negatione, male Lov. 3. Paullo ante etiam *τὸ suis* deeſt in Lov. 2. [*iis vero* Bamb.]

Plerique inter se conserti haerebant] Hoc Lipsius eodem loco commode explicat e Caesare 1. B. G. 25. Quia in arto conserti, et velut teſtudine facta ſtructis ante se et conjunctis scutis ſtare debuerunt, non difficulter uno ictu pilorum plura scuta transverberari potuerunt; quibus transfixis et colligatis ipsi inter se conserti haeserunt. DUK. *inter se haerebant conferti* Gaertn. V. ad 22, 28, 10.

§. 1. *Nunc caeci per vias*, *per invia*] Perspicua menda est in voce *nunc*, pro qua libri veteres habent *ruunt*. SIG. Illud *nunc* operarum errore exhibet ed. Bas. anni 1554. Reliqui, et scripti

Digitized by Google

partes facta est. ruunt caeci per vias, per invia: nulla praecipitia saxa, nullae rupes obstant: nihil
2 praeter hostem metuunt. Itaque plerique praecipites per vastam altitudinem prolapsi aut debilitati exanimantur. consul, castris captis, direptione praedaque abstinet militem: sequi pro se quemque,
3 et instare, et perculsis pavorem addere jubet. Supervenit et alterum cum L. Manlio agmen; nec eos castra intrare sinit. protinus ad persequendos hostes mittit: et ipse paullo post, tradita captivorum custo-

et editi, *ruunt*. Sed *per vias per ima* Lov. 6. V. ad 31, 37, 11.

Nulla praecipitia saxa, nullae rupes obstant] Ad hunc modum quidem Vet. ed. Sed Pal. pr. *nulla praecipitia et rupes obstant*. Alter *nulla praecipitia, saxa nulla seu rupes obstant*. GEBH. *nulla praecipitia, saxa nulla seu rupes* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *nulla praecipitia, saxa nulla et rupes* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *nulla praecipitia et rupes* Lov. 3. [*obstant* omittit Bamb.]

§. 2. *Prolapsi aut debilitati exanimantur*] Pal. pr. *debellati*. GEBH. Similiter Lov. 3. Duae voces mediae desunt in Harl.

Direptione praedaque abstinet militem sequi pro se quemque, et instare Pal. pr. *direptione praedaque abstinere militem: sequi se quemque, instare, et perculsis pavorem addere jubet*. GEBH. Omnes ante Moguntinos: *praeda quibusque abstinet*. An fuit *direptione praedatibusque abstinet?* Neque enim incommoda vox sit per analogiam *praedatus*. J. FR. GRON. Non male forsitan consul abstinere ea re dicitur, quam militibus suis non permittit, quorum erat capta hostium castra diripere. Malim tamen, cum tam facili negotio sententia haec commodius et concinnius enunciari queat: *consul c. c. direptione p. abstinere militem, sequi pro se quemque*, etc. JAC. PERIZ. Si verba in hunc modum distinguantur *direptione praedaque abstinet militem: sequi pro se quemque*, etc. *jubet*, retineri potest *abstinet*. 4, 59. *A cetera praeda Fabius militem abstinuit, donec collegae venirent*. DUK. *castris captis quemque*, omissis septem vocibus mediis, Voss. *praeda quibusque abstinet* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. [*praeda quibus* Bamb.] ex quorum consensu Gronovii conjectura *direptione praedatibusque* tanto verisimilior efficitur. Vocabulum quidem *praedatus* pro *praedatio*, quam analogia defendit, hodie apud scriptores, qui supersunt, non reperitur; verum similiter *postulatus* pro *postulatio* utitur Liv. 4, 9, 6. quae tamen vox apud nullum praeterea scriptorem obvia fuit. Similia plura vide apud Torren. ad Val. Max. 1, 1, 1. pag. 8. Quin et forte *praedatus*

Digitized by Google

custodia tribunis militum, sequitur; debellatum ratus, si in illo pavore quam plurimi caesi forent, aut capti. Egresso consule, C. Helvius cum tertio 4
agmine advenit. nec continere suos a direptione castrorum valuit: praedaque eorum, iniquissima sorte, qui pugnae non interfuerant, facta est. Equites diu, ignari et pugnae et victoriae suorum, 5
steterunt. deinde et ipsi, quantum equis subire poterant, sparsos fuga Gallos circa radices montis consectati cecidere, aut cepere. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit, quia late inter om- 6

retitui debet Vopisco, apud quem vulgo editur in Probo cap. 8. *Quum de praedato, sive ex Alanis sive ex aliqua alia gente incertum est, repertus esset equus non decorus.* In eo igitur legendum videtur., *Quum de praedatu, sive ex Alanis.* Posses etiam, si codd. favcrent, *Quum, depraedatis sive Alanis sive aliqua alia gente incertum est.* Quum tamen Moguntini *praedaque* auspiciis cod. sui in contextum receperint, necesse non puto, ut insolitam hanc vocem *praedatibusque* Livio obtrudamus. Et quidem cur numero plurali *praedatibus* Livium dixisse censeremus, quum unitatis numero *direptione* praecedat? Eo magis autem Mog. cod. lectionem *praedaque* probandam censeo, quod eamdem etiam in Lov. 3. invenerim. Deinde *abstinere militem*, ut Perizon. malebat, Lov. 3. et 6. a manu 2. quo nec ipso opus est, si cum Celeberr. Dukero, mutata distinctione, legamus *abstinet militem, sequi.* Et haec etiam interpunctio placuit Doujatio, et Crevierio, quorum posterior eam in contextum recepit. De locutione v. ad 2, 22, 4. Tum *sequi se quemque* Lov. 3. Male. V. ad 4, 33, 4. Tum *quemque, instare*, sine media copula *et*, Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui auspicio cod. Mog. addidit.

§. 3. *Nec eos castra intrare sinit. protinus ad persequendos hostes mittit*] *nec eos castra intrare agmen sivit* Lov. 6. Tum *ad consequendos hostes* Voss. quod probari posset, si plures codd. consentirent. V. ad 27, 20, 1. Mox *plurimi caesi forent atque capti* Lov. 2. et Harl. *plurimi forent, aut capti* Lov. 6. in cujus margine est *plurimi forent mortui aut capti.* Dein §. seq. *ab direptione* Lov. 4. 6. [Bamb.] et Voss. quorum ultimus cum Gaertn. praeferunt *interfuerunt* pro *interfuerant.*

§. 5. *Quantum equi in colles subire poterant*] Longobardicus codex *quantum equis subire poterant.* Elegantissime. et ita me illae deae ab Aonia, ut reliqua a mala manu sunt. MOD. Pal. prior, *quantum equi colles subire poterant.* GEBH. Similiter Lov.

Digitized by Google

nes amfractus montium fugaque et caedes fuit: et magna pars rupibus inviis in profundae altitudinis convalles delapsa est; pars in silvis vepribusque occisa. Claudius, qui bis pugnatum in Olympo monte scribit, ad quadraginta millia hominum caesa, auctor est: Valerius Antias, qui magis inmodicus in numero augendo esse solet, non plus decem millia. Numerus captivorum haud dubie millia quadraginta explevit, quia omnis generis aetatisque turbam secum traxerant, demigrantium magis, quam in bellum euntium, modo. Consul, armis hostium

1. 3. 6. in quibus *t* sive *in* excidit hauſtum a vocis praecedentis litera finali. V. ad 37, 41, 8. Codicis Mog. lectionem, quae Modio etiam placuit, recepi. Paullo ante *ignari et pugnae et victoriae eorum ſteterant* Gaertn.

§. 6. *Numerus interfectorum haud facile iniri potuit, quia late inter omnes amfr.*] MS. *per omnes anfractus montium.* MOD. Pal. pr. *Numerus interfectorum Gallorum haud facile inveniri potuit: qui late per omnes anfractus montium.* GEBH. Eamdem lectionem in Lov. 3. inveni, unde cod. Mog. lectio *per omnes amfractus*, pro *inter*, defenditur. Solent autem *inter* et *per* confundi a librariis. V. ad 35, 11, 10. Numerum interfectorum incertum fuiſſe, aliam tamen ob cauſſam, teſtatur etiam App. Alex. B. Syr. pag. 115. Ἕως ἔκτεινε καὶ κατεκρήμνισεν ὅσους ἀριθμήσασθαι διὰ τὸ πλῆθος οὐκ ἐγένετο. Mox voces *pars rupibus inviis in profundae altitudinis convalles delapsa est* desunt in Voſſ. propter repetitam vocem *pars*. V. ad 9, 11, 11. Eaedem voces post voces sequentes *pars in silvis vepribusque occisa* trajiciuntur in Gaertn. [*Romanis* pro *inter omnes* Bamb.]

§. 8. *Ad quadraginta millia hominum caesa auctor est: Valerius Antias, qui magis inmodicus in numero*] Pall. uterque, et vet. ed. *ad quadraginta* (vet. ed. *ad LX*) *millia hominum auctor est caesa. Valerius Antias, qui magis in numero augendo esse solet.* GEBH. Magontiaci provenit. Scripti [etiam Bamb.] et olim editi: *qui magis in numero augendo esse solet.* An dictum, ut supra [24, 27.] notavimus, *trahenda re esse?* J. FR. GRON. Immo, quum Moguntini, praeeunte optimo cod. suo, vocem *inmodicus* inseruerint, et, ut Crevierius etiam agnoscit, sine ea sensus conſtare nequeat, lectionem illam probandam censeo. *ad LX millia* Lov. 5. et edd. vett. pro quo jam Venetiis anno 1495. *XL millia* editum vidi; quod non tantum verum esse evincit cod. Mog. sed et reliqui, quibus usus sum, Mſti. Deinde *auctor est caesa* omnes scripti, [cum Bamb.] et excusi ante Aldum, qui *caesa auctor est* primus vulgavit.

Digitized by Google

in uno concrematis cumulo, ceteram praedam conferre omnes jussit: et aut vendidit, quod ejus in publicum redigendum erat: aut cum cura, ut quam aequissima esset, per milites divisit. Laudati quo- 11
que pro concione omnes sunt, donatique pro merito quisque: ante omnes Attalus, summo ceterorum adsensu. nam singularis ejus juvenis quum virtus et industria in omnibus laboribus periculisque, tum modestia etiam fuerat.

XXIV. Supererat bellum integrum cum Tecto- 1
sagis. Ad eos profectus consul, tertiis castris An-

§. 9. *Numerus captivorum haud dubie millia quadraginta explevit*] Appian. in B. Syriac. pag. 115. Αἰχμαλώτους δ' ἔλαβεν ἐς τετρακισμυρίους. haud dubie legit Lov. 6. Sed v. ad 34, 2, 6.

§. 10. *Armis hostium in uno concrematis cumulo*] *crematis* Lov. 3. quem, reliquis adversantibus, non audiendum arbitror. V. ad 10, 29, 18. Tum *tumulo* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante Aldum. Male. 1, 37, 5. *Spoliis hostium ingenti cumulo accensis*. 45, 33, 1. *Cetera omnis generis arma cumulata in ingentem acervum*. Solent autem hae voces confundi. V. ad 10, 29, 19.

Vendidit, quod ejus in publicum redigendum erat] Captiva corpora praecipue designari puto: nam ea fere extra praedam erant, et a quaestore vendebantur, quodque inde refectum erat, in publicum redigebatur. 5, 22. 7, 27. 10, 46. 27, 19. V. P. Fabr. 2. Semestr. 3. Sic quoque accipio alia loca, quibus praeda partim vendita, partim militi divisa dicitur. 23, 37. 24, 16. 36, 30. 37, 5. DUK. *Το ejus* deest in Lov. 1. Male. V. ad 31, 3, 2. Mox mallem *inter milites divisit*, pro *per milites*. Praepositiones *inter* et *per* passim a librariis confundi, vidimus ad §. 6.

§. 11. *Nam singularis ejus juvenis quum virtus*] Libri omnes *ejus viri*, non *juvenis*. GEBH. Similiter Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. principes. [*ejus vires* Bamb.] Neque aliter scripti, quos Gronov. excussit, ut in prima ed. notarum monuit. Aldus vero *ejus juvenis* ex membranis Mog. adscivit. Quamvis autem Gronovio parum interesse visum sit, utra lectio admittatur; optimi tamen cod. scripturam probandam puto: nam et alibi Livius Attalum *juvenem* vocavit hoc lib. ut c. 12. *Consuli ad Magnesiam obcurrit Attalus*. etc. *Consul, conlaudato juvene, cum omnibus copiis ad Maeandrum progressus castra posuit*. c. 20. *Attali auxilia trifariam aequo numero divisit. secum esse ipsum juvenem jussit*. Praeterea *tum virtus* Voss. Lov. 2. 5. 6. Harl. et edd. antt. Alterum Moguntini ex cod. suo adoptarunt. Et ita reliqui nostri, nisi quod vocem

Digitized by Google

cyram, nobilem in illis locis urbem, pervenit,
2 unde hoſtes paullo plus decem millia aberant. Ubi quum ſtativa eſſent, facinus memorabile a captiva factum eſt. Ortiagontis reguli uxor forma eximia cuſtodiebatur inter plures captivos, cui cuſtodiae centurio praeerat, et libidinis et avaritiae militaris.
3 Is primo ejus animum tentavit. quem quum abhorrentem a voluntario videret ſtupro, corpori, quod

quum ignoret Lov. 3. V. ad 6, 23, 3. Mox *fuerant* Mead. 1.

§. 1. *Angyram, nobilem in illis locis urbem*] *Ancyram* omnes alii vocant: sed hoc fecit mutarum cognatio γ et κ. GLAR. Sic Suidas in voce *Γαλάται*. *ἐπὶ Γαλάτας ἐστρατεύσαντο Ῥωμαῖοι κοινωνήσαντας Ἀντιόχῳ τῆς ἐπὶ τῷ Σιπύλῳ μάχης, καὶ συμπεσόντες αὐτοῖς περὶ πόλιν Ἄγκυραν Μανλίου σφῶν ἡγουμένου μυρίους μὲν τῆς μαχίμου ἡλικίας καταβάλλουσιν*, etc. SIG. *Angiram* vel *Angyram* perperam etiam plerique scripti. [*in urbem* Bamb.]

§. 2. *Orisgontis reguli uxor*] Valerius Max. 6, 1. hunc Orisgontem, si codices non errant, vocat *Orgiagontem*, ubi eandem recenset hiſtoriam. GLAR. *Digiagontis* Lovel. 6. *Origia gigantis* Hearnii L. 1. *Orgia gentis* Lov. 1. *Origiagiontis* Harl. *Orgisgontis* Voſſ. Lov. 5. et edd. vett. *Origisgontis* Lov. 2. *Origiugontis* Mead. 1. et Hearnii N. *Orgiagontis* Lov. 3. Mead. 2. et Gaertn. [*Orgyragontis* Bamb.] *Orgiaguntis* Lov. 4. Sed recte Frob. anno 1535. *Ortiagontis* edidit. Eſt enim idem, qui supra memoratur c. 19, 2. Uxorem ejus Chiomaram apud Plutarch. de Virtut. mulier. c. 43. adpellari, docuit Camers ad Flori 2, 11, 7. Cl. Jac. Perizonius ad marginem Livii adscripsit, vernaculum reguli nomen fuiſſe *Ortwin*, uxoris ejus *Widmara*.

Inter plures captivos, cui cuſtodiae centurio praeerat] *inter plures captivas* Lov. 6. Et ita in Victor. suo reperit Crevierius, qui lectionem illam in contextum recepit, quia Plutarchus etiam loc. laud. huic scripturae favet. Verba Plutarchi sunt pag. 258. *Χιομάραν δὲ συνέβη τὴν Ὀρτιάγοντος αἰχμάλωτον γενέσθαι μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν*. Deinde *cujus cuſtodiae* male Voſſ. Lov. 6. et Gaertn. Ceterum Schottus notat ad Aur. Vict. de Vir. inluſtr. 55. quem Livius aliique *centurionem* vocant, a Plutarcho *tribunum militum* adpellari. Verum Plut. d. l. cum *ταξίαρχον* dixit; quae vox recte *Centurio* redditur: ut omnino Schottus errarit.

§. 3. *Is primo ejus animum tentavit. quem quum abhorrentem*] *Τὸ ejus* non comparet in Pall. et vet. ed. Statim Pal. pr. *quam quum abhorrentem a voluptario videret ſtupro corporis.* GEBH. Pronomen *ejus* deeſt etiam in Voſſ. Lov. sex, Harl. Mead. utroque, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Deinde *quam quum abhorrentem* Voſſ. et Gaertn. reliquis omnibus invitis, qui *quem*

Digitized by Google

servum fortuna erat, vim fecit. Deinde, ad leniendam indignitatem injuriae, spem reditus ad suos mulieri facit; et ne eam quidem, ut amans, gratuitam. certo auri pondere pactus, ne quem conscium suorum haberet, ipsi permittit, ut, quem vellet, unum ex captivis nuncium ad suos mitteret. Locum prope flumen constituit; quo duo, ne plus, necessarii captivae cum auro venirent nocte inse- 4 5

tuentur. Hinc *a voluptario stupro* Lov. 3. eodem errore, quo *voluntas* et *voluptas* saepe confunduntur. V. ad 5, 6, 3.

Corpori, quod servum fortuna erat, vim fecit] An *fecerat*? sed et alterum *fecit* superfluum est, scripseratque Livius: *corpori, quod servum fortuna fecerat, vim; deinde, ad leniendam indignitatem injuriae, spem reditus ad suos mulieri facit.* J. FR. GRON. Priorem Gronovii conjecturam *servum fortuna fecerat* probat etiam Crevierius. Sed *erat* omnes omnino libri tuentur. [*corporis* Bamb. mox *facit.*]

§. 4. *Et ne eam quidem, ut amans, gratuito, certo a. p. p.*] Et ne eam spem gratuito, ut amans, fecit, sed certo auri, inquit, pondere pactus. Ideoque alii haec non recte emendarunt ad hunc modum: *et ne eam quidem ut gratuitam amans. Eam* enim *spem* refert, non *mulierem.* GLAR. Pall. *ut gratuitam amans.* Vet. ed. *ut amans, gratuito.* GEBHARD. Olim edebatur *ut amans, gratuito*, quod in uno tantum inveni Lov. 5. Quum deinde Moguntini monuissent, se in cod. suo *gratuitam* inveniſſe, mox Aldus, ea lectione recepta, insuper edidit *ut gratuitam amans*, consentientibus Voſſ. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. quae lectio jure Glareano displicuit. Recte igitur Frob. anno 1535. id recepit, quod nunc exſtat. Et ita praeferunt Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Vocem *gratuito* non damno; utrum tamen Livius ea usus fuerit, nescio. Rectius itaque *gratuitam* receptum puto, quod apud Livium frequens. Ita *gratuita parricidia* 1, 47, 1. *voluntaria et gratuita opera* 28, 21, 3. *gratuita pax* 38, 59, 7. *gratuita beneficia* 45, 42, 11. Praeterea male ita Heinsius apud Elzevir. distinxerat: *mulieri facit. et ne eam quidem, ut amans, gratuitam; certo auri pondere pactus. ne quem conscium* etc. quod ceteri servarunt. Crevier. recte distinctionem, quae nunc exſtat, induxit. Deinde *certo sed auri pondere* Lov. 6. Paullo ante *ad leniendam indignationem* Lov. 3, sollemni scribarum errore. V. ad Epit. Liv. 58. Insuper *mulieri fecit* Voſſ. Lov. 2. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. anni 1535. In sequentibus etiam *ne quem suorum conscium* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. uterque, et Gaertn. Vox vero *unum* deest in Lov. 6.

§. 5. *Duo, nec plus, necessarii captivae cum auro venirent nocte insequenti*] Thuan. et Voſſ. *duo, ne plus*, quod praeplacet. 36, 1, 8. *Ut auxilia ab sociis, ne*

Digitized by Google

6 quenti ad eam accipiendam. Forte ipsius mulieris
servus inter captivos ejusdem custodiae erat. hunc
nuncium primis tenebris extra stationes centurio
7 educit. Nocte insequenti et duo necessarii mulieris
ad constitutum locum, et centurio cum captiva ve-
8 nit. ubi quum aurum ostenderent, quod summam
talenti Attici (tanti enim pepigerat) expleret; mulier
lingua sua, *stringerent ferrum, et centurionem pensan-*
9 *tem aurum occiderent*, imperavit. Jugulati praecisum ca-

supra quinque millium numerum, acciperet. JAC. GRON. Hanc emendationem recte probavit, et in contextum recepit Crevierius: neque aliter Lov. 1. 2. 4. 5. Hearnii Oxonn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Quum autem deinde *nec plus* viri docti edere incepissent, Frob. anno 1535. alterum revocavit; quod obtinuit usque ad Gruterum, cujus ultima ed. iterum perperam dedit *nec plus*. Apud Livium aliosque scriptores frequentes sunt illae locutiones *ne plus, ne minus, ne minores, ne amplius*, in quibus *ne* pro *non* ponitur. Supra 26, 24, 10. *Navibus, ne minus viginti quinqueremibus, adjuvaret Romanus.* 28, 39, 19. *Muneris ergo in singulos dari, ne minus, dena millia aeris.* 30, 17, 14. *Legatis in singulos dona, ne minus quinûm millium.* c. 37, 6. *Obsides darent, ne minores quatuordecim annis, neu triginta majores.* 32, 26, 18. *Captivi ne minus decem pondo compedibus vincti essent.* 38, 11, 6. *Obsides dato, ne minores duodecim annorum, neu majores quadraginta.* 43, 12, 4. *In singulas Romanas legiones ne plus sena millia peditum, treceni equites essent.* 44, 45, 4. *Concessit equitibus praedam circumjecti agri, dum ne amplius duabus noctibus a castris abessent.* Similiter Colum. 5, 6. *Tabulata inter se ne minus ternis pedibus absint.* Eodem c. *Absit autem hic ab urbore ne minus sesquipedali spatio.* c. 11. *Cuneum tennem ferreum vel osseum inter corticem et materiam, ne minus digitos tres, sed considerate, demittito.* Vitruv. 10, 19. *Turrem autem minimam ait oportere fieri, ne minus altam, cubitorum sexaginta.* In fragm. LL. XII. Tabularum apud Gell. 20, 1. *Vincito aut nervo, aut compedibus quindecim pondo, ne minore.* Hanc locutionem restituit Gronov. auctori Epitom. l. 49. eamdem etiam Livio restituere conabor infra 39, 18, 9. Restituenda etiam videtur Colum. 5, 11. *Surculos sic inserito, ut semipedem, ne amplius, de arbore exstet.* Vulgo editur *nec amplius*, sed cod. Sangerm. legit *vel amplius*; eodem scilicet errore, quo etiam hic *vel plures* legit Lov. 6. Mox *nocte insequente* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. Similiter variant codd. supra 4, 47, 8. 21, 56, 8. Sed plura v. ad 6, 21, 1. *nocte sequente* Voss. et Gaertn. Sed de voce *insequens* v. ad 4, 30, 12.

§. 6. *Extra custodiam centurio educit*] MS. *extra stationes centurio educit.* haud dubie, nisi judicii fallor, melius. MOD. *ex-*

Digitized by Google

put ipsa involutum veste ferens, ad virum Ortiagontem, qui ab Olympo domum refugerat, pervenit. quem priusquam complecteretur, caput centurionis ante pedes ejus abjecit: mirantique, cujusnam id caput hominis, aut quod id facinus haudquaquam muliebre esset, et injuriam corporis, et ultionem violatae per vim pudicitiae confessa viro est: aliaque (ut traditur) sanctitate et gravitate vitae hujus matronalis facinoris decus ad ultimum conservavit.

tra *custodiam* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. antt. Ejus loco quidem Aldus *extra stationes* ex cod. Mog. adscivit; sed priorem lectionem Curio revocavit usque ad Gruter. cujus postrema ed. iterum scripturam cod. Mog. praetulit. Et recte. Vox enim *custodia* modo praecessit, et membranis illis consentire videntur reliqui codd. nostri. Mox §. seq. *Nocte sequenti et duo necessarii* Voss. V. ad §. 6. *Nocte insequenti duo necessarii* Lov. 3. V. ad 2, 44, 3.

§. 8. *Linguam suam, stringerent ferrum*, etc. *imperavit*] Pal. pr. exhibet *ut stringerent ferrum*. GEBH. Similiter Lov. 3. 5. Gaertner. Voss. inter versus, et edd. ante Frob. qui anno 1535. *τὸ ut* omisit, quod saepe post verba *jubendi* per ellipsin subprimi solet. V. ad 10, 41, 8.

§. 9. *Qui ab Olympo domum refugerat*] Vet. ed. et Pal. pr. *effugerat*. GEBH. Eamdem lectionem ostentant Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. ante Frob. anni 1535. quae ex cod. Mog. *refugerat* recepit. Eamdem lectionem probant reliqui codd. Postea §. seq. *aut quid id facinus* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *aut quod facinus* Gaertn. Tum *esset injuriam*, omissa media vocula *et*, Lov. 3. Male. V. ad 2, 44, 3. Particula illa hausta erat a literis ultimis proximae vocis. V. ad 35, 41, 7.

§. 11. *Aliaque, ut traditur, et sanctitate et gravitate vitae*] Illud *alia*, meo quidem judicio, corruptum est: quanquam aliquo pacto intelligitur, si cum *sanctitate* connectas: unde *et* conjunctionem quidam sustulerunt, sed non satis fit cordati lectoris animo, qua propter exemplaria vetusta diligentius inspicienda. GLAR. Videtur legendum e Palat. priore, *illaque sanctitate et gravitate vitae hujus matronalis facinoris decus ad ultimum conservavit*. Vulgo sine sensu *aliaque*. GEBH. *illaque sanctitate* etiam Lov. 3. Et solent hae voces confundi. V. ad 23, 7, 3. Hic tamen ea lectio non admodum placet. Neque etiam servari potest vulgatum, in quod tamen ceteri codd. consentiunt. Nihil propius video, quam *reliquaque, ut traditur, sanctitate*, quomodo legendum esse me monuit Cl. Burm. subjectis etiam locis Justin. 18, 5. *Pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas*. et Censor. de Die nat. 1. *Pro cetera corporis valetudine crinem Deo pascebam*. Particula *et*

Digitized by Google

1 XXV. Ad Ancyram in ſtativa Tectosagûm ora-
tores ad conſulem venerunt, petentes, ne ante ab
Ancyra caſtra moveret, quam conlocutus cum suis
regibus eſſet. nullas conditiones pacis iis non bello
2 fore potiores. Tempus in poſterum diem conſtituitur, locusque qui maxime medius inter caſtra Gal-
3 lorum et Ancyram eſt visus. Quo quum conſul ad tempus cum praesidio quingentorum equitum venis-

priori loco in nullis aliis, quam in Lov. 1. et edd. Mediol. anni 1505. et Ascens. 1513. ac 1516. inveni. Tum *hujus* deeſt in Lov. 5. et ed. Camp. Denique *irrationalis facinoris* Lov. 1. *rationabilis facinoris* Lov. 6.

§. 1. *Ad Ancyram in ſtativa Tectosagûm oratores ad conſulem venerunt*] Vet. ed. et Pal. alter, *Angiram*, seu *Anchiram in ſtativa Tectosagûm o. a. c. venerunt*. Prior vero *Ad Angiram ſtativa erant, et oratores Tectosagûm ad conſulem venerunt*. Statim Pall. uterque, *ne ante caſtra moveret*. Iterum Pal. prior, *nullas non conditiones pacis his bello fore potiores*. GEBH. Similes lectiones in codd. meis inveni. Praepositio *Ad* in initio cap. deerat in Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertner. edd. antt. quam Aldus fide Mog. cod. adscivit. Eadem et in Lov. 3. supereſt. Praepositionem *in* omittunt Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Mead. 1. Sed intercepta eſt a vocis praecedentis litera finali. V. ad 10, 13, 3. *Ad Angiram ſtativa erant, et oratores Tectosagûm* Lov. 3. Mox voces *ab Ancyra* desunt in omnibus scriptis [et Bamb.] et edd. antt. Eas Aldus fide Mſti Mog. admisit. Tum *nullas non conditiones pacis his bello fore potiores* Lov. 3. Hiſtoriam perfidiae Tectosagûm retulit Polyb. in Exc. Legat. num. 34. unde Livius sua hausit. [*Ancyram ad ſtativa*. mox *oratores Tectosagum* Bamb.]

§. 2. *Tempus in poſterum diem conſtituitur, locusque qui maxime medius inter caſtra*] *conſtituit* Voſſ. Lovel. 1. 6. et Gaertn. ſollemni scribarum errore, de quo vide ad 10, 10, 1. Tum *medius maxime* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Hinc *intra caſtra* Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. V. ad 5, 27, 2. [*tempus* omiſſum. Bamb. *locus, qua equi medius maxime*. mox *Anchyrae* idem.]

§. 5. *Conſul, se quoque Attalum miſſurum, dixit*] Paullo aliter Polyb. in Exc. Legat. num. 34. Ὁ δὲ Γναῖος κατανεύσας ἦξειν, αὐτὸς μὲν ἔμεινεν ἐπὶ τῆς ἰδίας στρατοπεδείας· Ἄτταλον δὲ καὶ τῶν Χιλιάρχων τινὰς ἐξαπέστειλεν μετὰ τριακοσίων ἱππέων. Livium autem Polybii sententiam non expreſſiſſe exiſtimat Ursin. ad d. l. Polyb. quod ea fortaſſe non deceret Romanum consulem.

Actae sunt pacis conditiones] In vet. lib. aliis *ictae*, aliis *jactae*. Ego *dictae*, quia subjungit: *Finis rei quia absentibus ducibus imponi non poterat*. Et sic paulo poſt [cap. 37, 5.] *Eo et ab Antiocho legati et ab ipsis Gallis, ut pacis leges dicerentur*. SIG. *jactae* libri omnes noſtri. GEBH. Sigonius

Digitized by Google

set, nec ullo Gallorum ibi viso, regressus in castra esset, oratores iidem redeunt, excusantes, religione 4
objecta venire reges non posse. principes gentis, per quos aeque res transigi posset, venturos. Con- 5
sul se quoque Attalum missurum dixit. Ad hoc conloquium utrimque ventum est. trecentos equites Attalus praesidii causa quum adduxisset, jactae sunt pacis conditiones. Finis rei quia absentibus duci- 6

notat, in veteribus libris aliis fuisse *ictae*, aliis *jactae:* sed se malle *dictae*. Plane et Barber. Petav. Naud. Voss. *jactae*. Id quod aut mutandum omnino non est, aut mutandum non aliter, quam in *jactatae*, ex consuetudine Livii. 2, [13, 3.] *Jactatum in conditionibus pacis nequicquam de Tarquiniis in regnum restituendis*. Lib. 37, [35, 2.] *Smyrnam enim, et Lampsacum, et Alexandriam Troadem, et Lysimachiam in Europa jactatas in disceptationibus esse*. 39, [48, 2.] *Lacedaemonii deinde introducti sunt. multae et parvae disceptationes jactabantur*. Quae mire confirmant lectionem vulgatam 27, 9, 13. *Quum alternis haec consules diu jactassent, nihil moti legati*. In libris est *dimastassent:* ex quo longe melius utique, qui illud, quam qui fabricarunt, quod laudat Sigonius, *demonstrassent*. Confirmant et nostram emendationem lib. 30, 31, 10. *Ita infecta pace, ex colloquio ad suos quum se recepissent, frustra verba jactata renunciant*. Plinius lib. 9. Ep. 13. *Longum est omnia, quae hinc inde jactata sint, recensere*. Tacitus 2. Hist. [10.] *Id senatusconsultum varie jactatum, et, prout potens vel inops reus inciderat, infirmum aut validum retinebatur*. J. FR. GRON. *actae*, quod Sigonio displicuit, Aldus ex cod. Mog. accepit: antea edebatur *jactae*, quod etiam servant omnes scripti nostri, et Hearnii L. 1. ac N. Id autem probandum, vel inde formandum *jactatae* existimat Gronov. Alibi ita lapsos esse scribas, vidimus ad 10, 37, 10. Livium autem aliosque *jactare* hoc sensu frequenter adhibuisse, exempla a Gronovio laudata probant. Adde 3, 10, 3. *Jactata per aliquot dies tum in senatu res, tum ad populum est*. 10, 37, 10. *Jactata res ad populum est, vocatusque eo consul*. 38, 28, 8. *Jactata sermonibus res apud Romanos*. 42, 13, 1. *Non ego haec incertis jactata sermonibus adfero ad vos*. V. etiam ad 30, 31, 10. Probare tamen nequeo consilium Clerici, qui, ne monito quidem lectore, quod tamen se facturum promiserat, conjecturam Gronovii in contextum Livii recepit. Res enim periculi plena et pessimi exempli est: praesertim quum *jactae*, quod tot numero codd. et edd. antt. tuentur, defendi possit, si viros doctos audire velimus. Vide Cel. Burm. ad Vell. Paterc. 2, 65. Posset et cod. Mog. lectio vera videri, et *conditiones pacis actae sunt* eodem modo pro actum est de conditionibus pacis dici, quo *agitur fama, libertas, honos* et similia, de quibus vidimus ad 27, 34, 7. Verum quum eodem loco dictum sit, alio sensu usurpari *agitur fama*, alio *agitur de fama*, et significatio, quae priori locutioni tribuitur, huic lo-

Digitized by Google

bus inponi non poterat, convenit, uti consul reges-
7 que eo loco postero die congrederentur. Fruſtratio Gallorum eo spectabat, primum ut tererent tempus, donec res suas, quibus periclitari nolebant, cum conjugibus ac liberis trans Halyn flumen trajicerent: deinde quod ipsi consuli, parum cauto adversus
8 conloquii fraudem, insidiabantur. Mille ad eam

co convenire nequeat, verius videtur, librarium Mſti Mog. lapsum, et, omissa in capite vocis litera *i*, male *rd actae* et *jactae* confudiſſe; quod et alibi factum esse, dictum ad 25, 4, 7. [omiſſum *pacis* Bamb.]

§. 6. *Convenit, uti consul regesque eo loco postero die congrederentur*] *conventum eſt, ut consul* Gaertner. Tum *congregarentur* Voſſ. et Gaertn. Male. Supra 25, 8, 8. *Congressi cum Hannibale rursus fide sanxerunt.* 42, 39, 3. *Videndi congredientes nobilem regem et populi principis terrarum omnium legatos.* et mox eodem cap. *Nequaquam ex dignitate pari congredi regem cum legatis.*

§. 7. *Res suas, cum quibus periclitari nolebant, cum conjugibus ac liberis trans Halyn*] Pall. uterque *res suas, quibus periclitari nolebant.* GEBH. Voſſianus ignorat praepositionem. Forte non male. Nam sic *periclitatur capite* Martialis [6, 26.] Quintilianus Declam. 280. *Periclitor enim nuptiis, periclitor matrimonio.* Et declam. 326. *Pecunia potius periclitemur.* Noſter lib. 40, [15.] *Quum quid aliud, quam ingenii fama periclitaretur?* J. FR. GRON. Doujatius praepositionem retinendam judicat. Licet enim concedat, recte dici *periclitari capite*, aliud tamen esse *periclitari rebus*, aliud *periclitari cum rebus*; illud significare periculum rerum amittendarum, hoc vero rerum secum periturarum. Id viciſſim verum agnosco; quin et, Livium *periclitari* cum praepositione eadem conſtruxiſſe, probo ex 42, 21. *Ne quis cum tota gente simul in rebus dubiis periclitari anderet.* Insuper Livium etiam *cum quibus* pro *quibuscum* dixiſſe: v. ad 38, 9, 2. Nihilominus tamen Gronovio adsentior. *cum quibus* enim in solo tantum inveni Lov. 5. contra praepositionem illam ignorant decem reliqui, quos consului, codd. cum Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, qui etiam lectionem illam probat. Eodem modo etiam loquitur Plinius 20. H. Nat. 15. *Ferunt, eos, qui id quotidie edunt, paralysi non periclitari, nec lienis doloribus.* Quinctil. 7. Inſtit. Or. 2. *Si unum aliquid adfirmaris, probandum eſt, aut causa periclitandum.* V. etiam Cel. Burm. ad Quinctil. Declam. 280. Insuper doctior eſt lectio *quibus periclitari*, quam ut eam indocti librarii subſtituiſſent, si Livius *cum quibus* reliquiſſet. Nam et alibi hoc genus loquendi mutare ac tollere conati sunt. Certe apud Sueton. in Tib. 21. optimus cod. Salmas. praefert *Summa imperii sui populus Romanus periclitetur*, quod omnino verum puto. Vulgo pro eo editur *de summa.* Praeterea *cum conjugibus et liberis* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 2. [Bamb.] *cum conjugibus et liberis suis* Gaertn.

Digitized by Google

rem ex omni numero audaciae expertae delegerunt equites. Et succeſſiſſet fraudi, ni pro jure gentium, cujus violandi conſilium initum erat, ſtetiſſet fortuna. Pabulatores lignatoresque Romani in eam partem, in qua conloquium futurum erat, ducti sunt; 9 tutius id futurum tribunis ratis, quia conſulis praesidium et ipsum pro ſtatione habituri erant, hoſti

Deinde *Halim*, *Halym*, vel *Alym* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Et ita nunc editur apud Cic. 2. de Divin. 56. Graece tamen Ἅλυν effertur. *Halyn* etiam more Graecorum se in antiquiſſima Ciceronis ed. eodem loco inveniſſe, teſtatur Voſſius 4. Gramm. 19. Nec aliter editur apud Melam 1, 19. V. etiam supra h. lib. 16, 13. et infra 27, 6.

Deinde quod ipsi consuli, parum cauto adversus conloquii fraudem, insidiabantur] Pal. pr. *adversus colloquium fraude insidiabantur*. GEBH. *Tò quod* non eſt Livii; qui persaepe cauſſam sine causali particula explicat. V. ad 1, 40. simile mendum similiter correctum. J. FR. GRON. Probandam putarem hanc conjecturam, si libri scripti eſſent, qui non haberent *quod*. Sermonis Latini ratio quidem non impedit, quo minus retineatur. Liv. 34, 39, 2. *Crescente certamine nequaquam erat proelium par: missilibus enim Lacedaemonii pugnabant*. etc. *et quod alii vani, alii leves admodum ictus erant*. DUK. Adsentior Clariſſ. Dukero, et *quod* servandum exiſtimo, quia eamdem particulam etiam omnes noſtri tuentur. Deinde *parum cauto adversus colloquium fraude insidiabantur* Lov. 3. Perperam. [*consilii* pro *conloquii* Bamb.]

§. 8. *Mille ad eam rem ex omni numero audaciae expertae delegerunt equites*] Ad primam harum vocum Hearnius lacunam in Oxoniensi N. eſſe teſtatur; at qualem vel quantam indicare omiſit. Si indicare voluit, primam vocem solam in eo desiderari, id forte accidiſſe censendum eſt, quod per notam ꝯ scripta, eaque librario incognita fuerit. Ejusdem erroris exempla v. ad 39, 42, 3. Tum *elegerunt* cod. Mog. Non sequor. V. ad 34, 29, 10. ubi, saepiſſime has voces confundi, dictum eſt. Et solent librarii innumeris vocibus literam *d* modo in initio vocum detrahere, modo addere. Ita dederunt *deluvie* pro *eluvie*. vide ad 1, 4, 5. *descendere* pro *escendere*. v. ad 2, 28, 6. *deducere* pro *educere*. v. ad 3, 62, 5. *eorum* pro *Deorum*. v. ad 8, 30, 9. *eam* pro *Deam*. v. ad 29, 11, 6. *irae* pro *diraе*. v. ad 40, 5, 1. et alia paſſim. Praeterea *milites* pro *equites*, et §. 12. *militibus* pro *equitibus* Gaertn. Et ita paſſim librarios erraſſe vidimus ad 38, 13, 3.

Et succeſſiſſet fraus, ni pro jure] MS. *et succeſſisset fraudi, ni* etc. MOD. Quamvis omnes codd. noſtri, Hearnii L. 1. omnesque edd. vulgatum servent, Gronovium tamen anno 1665. cod. Mog. lectionem recte recepiſſe puto. V. ad 24, 19, 6. [*fraus* Bamb.] Mox *quojus violandi* antique, pro *cujus*, praefert cod. Mog. qui similiter *quoiquam*, pro *cuiquam* habet cap.

Digitized by Google

10 obpositum. suam tamen alteram ſtationem propius
11 caſtra sexcentorum equitum posuerunt. Consul, adfirmante Attalo, venturos reges, et transigi rem posse, profectus e caſtris, quum eodem, quo antea, praesidio equitum quinque millia fere proceſſiſſet, nec multum a conſtituto loco abeſſet, repente concitatis equis cum inpetu hoſtili videt Gallos venien-
12 tes. conſtituit agmen, et expedire tela animosque equitibus juſſis primo conſtanter initium pugnae accepit, nec ceſſit. dein, quum praegravaret multitudo, cedere sensim, nihil confusis turmarum ordi-
13 nibus, coepit. poſtremo, quum jam plus in mora periculi, quam in ordinibus conservandis praesidii

50,9. Dein §. seq. *quod consulis praesidium et ipsum* Lov. 3. V. ad 38, 36, 4. *qui consulis praesidium et ipsum* Voſſ. et Gaertn. V. ad 36, 33, 5. *quia consulis praesidium et ipsi* Lov. 6. [§. 9. *ducti sunt* omiſſ. mox etiam *Attalo* Bamb.]

§. 11. *Quinque millia fere processisset, nec multum a conſtituto loco abesset*] *quinque millia ferme* Lov. 6. et Harl. V. ad 37, 38, 5. *To fere* abeſt a Lov. 5. Dein *processit, sed nec multum* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. et Mead. 1. *processit, sed nec multum cum* Gaertn. *proceſſit, cum nec multum* Lov. 6. *processit, sed quum nec multum* Lov. 2. 5. Harl. Mead. 1. et edd. ante Frob. qui primus anno 1535. recte edidit, quod nunc obtinet. Tandem *conſtituto loco aberat*, omiſſa etiam praepositione *a*, Lov. 3. [*quod antea* Bamb.]

§. 12. *Equitibus jussis, primo conſtanter initium pugnae accepit*] Vereor ne scripserit Livius: *conſtituit agmen: et expedire tela animosque eques jussus, primo conſtanter initium pugnae accepit, nec ceſſit.* J. FR. GRON. Vide, num vulgatum servari, et locus ita intelligi poſſit, *initium pugnae primo conſtanter accepit equitibus jussis* etc. pro cum equitibus. Ceterum *expedire tela animosque equitibus jussit* perperam Lov. 3. Praeterea Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii conjecit *excepit*. Noſtri vulgatum conſtanter tuentur, et mox hoc cap. *Integri profligatam pugnam acceperunt*. Mox *deinde*, pro *dein*, Lov. 2. 3. 5. 6. et edd. ante Frob. anni 1535. [*et expedire* omiſſ. *et* Bamb. mox *cepit* idem.]

§. 13. *Statio pabulatorum, sexcenti equites, obcurrissent*] *ſtationi pabulatorum sexcenti* Voſſ. Voces *sexcenti equites* desunt in Hearnii L. 1. earum poſterior in Lov. 1. *CC equites* legunt Lovel. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed v. ad h. lib. cap. 37, 6. Paullo ante *servandis*, pro *conservandis*, Lov. 3. et Gaertn. Sed. v. ad 35, 41, 7. [*conservandis* omiſſ. mox etiam *Galli* Bamb.]

Digitized by Google

esset, omnes passim in fugam effusi sunt. tum vero instare dissipatis Galli, et caedere: magnaque pars obpressa foret, ni statio pabulatorum, sexcenti equites, obcurrissent. Ii, procul clamore pavido suorum exaudito, quum tela equosque expedissent, integri profligatam pugnam acceperunt. Itaque versa extemplo fortuna est, versus in victores a victis terror. et primo inpetu fusi Galli sunt, et ex agris concurrebant pabulatores, et undique obvius hostis Gallis erat: ut ne fugam quidem facilem aut tutam haberent, quia recentibus equis Romani fessos sequebantur. Pauci ergo effugerunt. captus est nemo: major multo pars per fidem violati conloquii poenas

§. 14. *Clamore pavido suorum exaudito*] *pavido clamore suorum* Lov. 1. *clamore suorum*, media voce omissa, Lov. 3. *clamore suorum pavido* Gaertn. *clamore pavido audito suorum* Lov. 6. *audito* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. [Bamb.] et edd. ante Aldum; quod ex interpretis expositione natum videtur. Certe *exaudire* pro audire Livio frequens est. V. ad 3, 56, 8.

§. 15. *Fusi Galli sunt, et ex agris concurrebant*] *Galli fusi sunt* Harl. Tum *et* non adparet in Lovel. 2. Hinc *occurrebant* Lov. 6. et Gaertn. V. ad 36, 24, 4. Mox *erat* deest in Lov. 6.

Ut ne fugam quidem facilem] *ut ne quidem fugam* Voss. Lov. 1. 5. Gaertn. et edd. antt. Sed recte ordinem mutavit, et *ut ne fugam quidem* dedit Frob. anno 1535. Similiter peccatur in quibusdam codd. 6, 36, 6. 9, 4, 3. 38, 58, 10. et alibi. Sed v. ad 4, 3, 10. Mox perperam *recentibus equis Romanis* Voss. Lov. 4. Harl. et Mead. 1. V. ad 6, 3, 8.

§. 16. *Major multo pars per fidem violati conloquii poenas morte luerunt*] *major multa pars* Voss. *major pars* Lov. 3. Verum de τῷ *multo* comparativis addi solito v. ad 1, 48, 3. Praeterea *perfidis violati colloquii poenas* Lov. 5. et ed. Camp. *perfidiam violati colloquii poenas* Lov. 4. et Mead. 2. *perfidiae violati colloquii poenas* Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. *perfide violati colloquii poenas* Voss. et Lov. 3. quomodo Ant. Perizon. in margine Livii legendum conjecit, et filius Jac. Perizon. firmavit adscripto loco Gellii 20, 1. *Pactum perfide ruperat.* Diu ante eos similiter emendabat H. Grotius de Jur. B. et Pac. 3, 24, 2. adversus quem vulgatam scripturam, quae apud me supereſt in Lov. 1. et Mead. 1. recte vindicavit Davis. ad Caes. 1. B. Gall. 46. Locutionem *violare per fidem* inlustrarunt Gruter. ad Livii 1, 9, 13. et Cortius ad Sall. Fragm. 1. Histor.

Digitized by Google

morte luerunt. Romani, ardentibus ira animis, postero die omnibus copiis ad hostem perveniunt.

1 XXVI. Biduum natura montis per se ipsum exploranda, ne quid ignoti esset, absumsit consul. tertio die, quum auspicio operam dedisset, deinde inmolasset, in quatuor partes divisas copias educit:
2 duas ut medio monte duceret, duas ab lateribus ut
3 adversus cornua Gallorum erigeret. Hostium quod roboris erat, Tectosagi et Trocmi mediam tenebant aciem, millia hominum quinquaginta. equitatum (quia equorum nullus inter inaequales rupes usus

pag. 950. Viris doctis, receptam lectionem adversus Grotium defendentibus, adsentitur etiam Clariss. Dukerus, qui non dissimile esse monuit, quum quis *fide*, et *propter fidem* alicujus *decipi* dicitur apud Liv. 5, 29, 10. *Consulesque increpabant, quod fide publica decipi tribunos eos taciti tulissent.* et apud Terent. Phorm. 3, 1, 5. *Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali.* Horum enim utrumque dici posse *perfide.* [*eloquii.* mox omiss. *ira* Bamb.]

Romani ardentibus animis etc. *ad hostem perveniunt*] Legendum *ardentibus ira animis.* GELEN. Quamvis omnes nostri, et Hearnii L. 1. *τὸ ira* a Gelenio additum ignorent, ejus tamen lectionem veram esse existimo. Similiter 2, 56, 13. *Ardens ira tribunus.* 9, 10, 6. *In civitate ira odioque ardente.* Similiter *accensus ira* 39, 13, 3. et ipsa *ira* dicitur *accendi* 38, 38. Tum *pervenerunt* Lov. 5. Gaertn. et edd. vett. Pro quo Frob. anno 1535. adscivit *perveniunt*, consentientibus reliquis Mstis meis.

§. 1. *Biduum naturam montis per se ipsum explorando*, etc. *absumsit*] Legendum *Biduum natura montis exploranda absumpsit*, non *naturam explorando.* GELEN. Pal. pr. *explorando.* Vet. ed. *Biduum ad naturam montis per se ipsum explorandum* etc. Ad quam lectionem alludit quoque Pal. alter. GEBH. *naturam montis per se ipsum exploranda* Lov. 1. *naturam montis per se ipsum explorando* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. *naturam montis per se ipsum explorandam* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *ad naturam montis per se ipsum explorandam* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. antt. usque ad Aldum, qui lectionem ad caput hujus adnotationis adscriptam, at Frob. anno 1535. emendationem Gelenii receperunt. Locutionem *natura montis exploranda* inlustramus supra ad c. 1, 53, 3. [*assumsit* Bamb.]

§. 3. *Tectosagi et Trocmi*] Vet. lib. *Tectosagae.* SIG. V. ad cap. 16, 11. Mox *inter aequales rupes* Voss. et Lov. 1. 3. ac 5. *nullus erat inter aequales rupes usus* Lov. 2. Harl. et Mead. ambo. [Bamb.] *nullus erat inter inaequales rupes usus* Lov. 4. Voces *quinquaginta. equitatum* etc. *decem millia homi-*

Digitized by Google

erat) ad pedes deductum, decem millia hominum, ab dextro locaverunt cornu. Ariarathis Cappadoces 4
et Morzi auxiliares in laevo quatuor ferme millium numerum explebant. Consul, sicut in Olympo monte, prima in acie locata levi armatura, telorum omnis generis ut aeque magna vis ad manum esset, curavit. Ubi adpropinquarunt, omnia eadem utrim- 5
que, quae fuerant in priore proelio, erant praeter animos, et victoribus ab re secunda auctos, et hostibus fractos: quia, etsi non ipsi victi erant, suae 6
gentis hominum cladem pro sua ducebant. itaque a

sum desunt in Hearnii L. 1. Repetitio *τῶν millia hominum* hujus neglegentiae causa fuit. V. ad 9, 11, 11. [pro *Trocmi*, *Trogi* Bamb.]

§. 4. *Ariarathis Cappadoces et Morzi auxiliares*] Pusillum quidem hoc, tamen consideratione non indignum visum, sitne *Morzi* reguli nomen potius, quam populi. Mihi reguli videtur, ut Ariarathis. GLAR. *Morzis* videtur esse legendum. Fuit autem *Morzes* rex Paphlagoniae, et Ariarathes Cappadociae. Quamobrem *auxiliares Morzis* Paphlagones intelligit. Sic 37, [39, 9.] *auxiliares Eumenis* Pergamenos intellexit, id est, auxilia, quae secum ad bellum Romanum aut Eumenes adduxit aut Morzes. Hoc dico, quia utroque in loco haeret Glar., hoc autem etiam turpius, quod, Morzi an populi sint, ambigit, cum tamen Strabo lib. 12, [562.] Paphlagonum fuisse regem, et ejus regiam fuisse Gangra, cui Dejotarus successerit, tradat his verbis: *ὕστατος δὲ τῆς Παφλαγονίας ἦρξε Δηϊόταρος Κάστορος υἱὸς ὁ προσαγορευθεὶς Φιλάδελφος τὸ Μορζέους βασίλειον ἔχων τὰ Γάγγρα.* †. „Glareanus ait, reguli „nomen esse, non populi.“ †. SIG. *Morti* Voss. et Lov. 1. *Morci* Lov. 2. *Mori* Lov. 3. *Morri* Lov. 5. *mercenarii* Harl. An *Morzii*, vel *Morziae* legendum? Polyb. Exc. legat. num. 59. *Πρὸς δὲ τούτοις τῶν χρημάτων καὶ τῆς χώρης, ἧς ἀπήνεγκε παρὰ Μορζίου καὶ Ἀριαράθου ἀποδοῦναι τοῖς προειρημένοις βασιλεύσιν ἐννακόσια τάλαντα.* Glareani haesitationem, utrum populi an reguli nomen fuerit, excusat similis virorum doctorum in loco Strab. a Casaub. in notis ad Strab. memorata. Mox *prima acie* Lov. 5. et edd. principes. Aldus mediam praepositionem adjecit, probantibus reliquis Mstis. [*Ariarthis* Bamb.]

§. 5. *Ubi adpropinquarunt, omnia eadem utrimque*] Male *τὸ ubi* deest in Voss. et Lovel. 1. ac 6. Tum *utrique* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *aucti sunt hostibus*, omissa voce *fractos*, Mead. ambo. Eadem vox etiam deest in Lov. 1. 2. 3. 4. 5. edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. *aucti sunt, et hostibus fracti* Harl.

Digitized by Google

paribus initiis coepta res eumdem exitum habuit. 7 Velut nubes levium telorum conjecta obruit aciem Gallorum. nec aut procurrere quisquam ab ordinibus suis, ne nudarent undique corpus ad ictus, audebant: et ſtantes, quo densiores erant, hoc plura, velut deſtinatum petentibus, vulnera accipiebant. 8 Consul, jam per se turbatis si legionum signa oſtendiſſet, versuros extemplo in fugam omnes ratus, receptis inter ordines velitibus et alia turba auxiliorum, aciem promovit.

XXVII.

Quod si placet, mutanda erit diſtinctio hoc modo: *praeter animos. et victoribus ab re secunda aucti sunt, et hoſtibus fracti.* Magis tamen placet vulgatum. [*appro.* Bamb. *fractos* omiſſ. idem.]

§. 7. *Procurrere quisquam ab ordinibus suis, ne nudarent undique corpus ad ictus, audebant*] *nudaret* [Bamb.] et *audebat* Voſſ. et Lov. 6. Et ita ediderunt Moguntini; incertum tamen, an praeeunte cod. suo. Certe in excerptis ejus nullam ad haec verba lectionum diversitatem notarunt. Haud male igitur Gronov. *nudarent* et *audebant*, quem v. ad 36, 16, 6. *quisque* cum verbo plurali conſtrui, vidimus ad 2, 22, 7. *ne nudarentur undique copiis aditus* Lovel. 2. *ne nudarent undique copiis aditus* Harl. τὰ *ad ictus* desunt in Lov. 6.

Velut deſtinatum petentibus] *Deſtinatum* hic videtur eſſe scopus, et *deſtinare* scopum designare, quem petas. Liv. [38, 29, 7.] *Non capita solum hoſtium vulnerabant, sed quem locum deſtinassent oris.* Eſt et *deſtinare*, quod petis, attingere et prendere. Caesar. lib. 7. B. Gall. [22.] *Nam laqueis falces avertebant, quas cum deſtinaverant, tormenta retrorsus reducebant.* Eſt et *mittere* ut tormento aliquo aut arcu. Veget. lib. 4, 18. *Ad majores balliſtas, malleolos vel falaricas cum incendio deſtinant.* TURN. 14. Advers. 11. Puto excidiſſe praepositionem: *et ſtantes quo densiores erant, hoc plura, velut ab deſtinatum petentibus* (Romanis) *vulnera accipiebant.* Nam *deſtinatum* scopus, ut recte explicuit Turnebus. Vir doctus tamen explicat vulgatum: ut deſtinatum erat petentibus, ut deſtinaverant petentes. Habeat, cui placet, mihi hoc frigidius et otiosum videtur. J. FR. GRON. Schelius eſt, quem refellit Gronovius, ita locum explicantem ad Polyb. cap. 14. Voce *deſtinatum* eodem sensu usus eſt Curtius 7, 5, 41. *Adeo certo ictu deſtinata feriebat, ut aves quoque exciperet.* Aurel. Vict. in Epit. de Caesar. cap. 47. *Summaeque voluptatis divinaeque artis credere ferire deſtinata.* ubi vide Doctiſſ. Arentz. et Freinsh. in Ind. Curt. v. *Deſtinare.* Inauspicata vel feſtinatione, vel neglegentia notas Gronovii consuluit Doujatius, monens eum putare, excidiſſe

Digitized by Google

XXVII. Galli, et memoria Toliſtobojorum cla- 1
de territi, et inhaerentia corporibus gerentes tela, feſſique et ſtando et vulneribus, ne primum quidem inpetum et clamorem Romanorum tulerunt. Fuga 2
ad caſtra inclinavit. sed pauci intra munimenta sese recepere: pars major, dextra laevaque praelati, qua quemque inpetus tulit, fugerunt. victores, usque 3
ad caſtra secuti, ceciderunt terga: deinde in caſtris cupiditate praedae haeserunt, nec sequebatur quisquam. In cornibus Galli diutius ſteterunt, quia 4
serius ad eos perventum eſt. ceterum ne primum

praepositionem *ad*, ut ſit *velut ad deſtinatum petentibus*. eo autem magis perspicuam fieri Livii sententiam. Mox §. seq. *Tum consul* Lov. 6. Deinde *alia turba auxiliarium* Gaertn.

§. 1. *Feſſique et ſtando et vulneribus*] Particulam *et* ultimo loco perperam omiserunt Voſſ. Lov. 3. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] quam alii in hac locutionis forma plerumque priori loco neglegere solent. V. ad 2, 44, 3. [*Toleſtobogiorum* Bamb.]

§. 2. *Pars major, dextra laevaque palati, qua quemque inpetus tulit, fugerunt*] Legendum *dextra laevaque praelati*, non *palati*. GELEN. *palati* Gelenius. Andreas Romae *palati fuerant*: alii poſt illum *palati fugerunt*. Admitto *praelati*: nam et in scriptis vidi: sed *fugerunt* videtur eſſe inane supplementum. Quid enim integrius illo: *Fuga ad caſtra inclinavit; sed pauci se intra munimenta recepere: pars major dextra laevaque praelati, qua quemque inpetus tulit*. id eſt, praeterierunt caſtra. J. FR. GRON. *palati* Lov. 3. 5, Mead. 2. et Hearnii L. 1. Sed reliqui omnes *praelati*, ni- si quod unus Lov. 2. proxime verum *plati*, id eſt *perlati*, praeferat. *palatus* et *praelatus* etiam alibi commutantur. V. ad 7, 24, 8. et 5, 26, 7. De verbo *praeferri* v. Gebh. ad 2, 14, 7. et quae notantur ad 29, 32, 8. Deinde *fuerunt* Lov. 1. 3. 4. Mead. ambo, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *fugerunt* recte reliqui scripti cum ed. Campani, unde id poſteriores editores acceperunt. Solent haec verba saepius a librariis confundi. V. ad 27, 32, 6. Nescio, quid Gronov. inpulerit, ut *fugerunt* pro inani supplemento deleret, quum vel id, vel aliud ejus loco, in omnibus supersit scriptis et excusis. Quod enim sine eo sensus conſtare poſſit, legitimam expungendi cauſſam adferre nequit. *qua quemque inpetus*, omiſſo τῷ *tulit*, Mead. 1. Male. Liv. 40, 4, 14. *Viae ad mortem duae sunt; qua quemque animus fert, effugite superbiam regiam.* Ovid. 12. Her. 209. *Quo feret ira, sequar.* De verbo *ferre* et *auferre*, quod proprie de tempeſtate et fluctibus dicitur, et metaphorice hoc sensu usurpari solet, vide Bentl. ad Ter. Phor. 4, 4, 8. Deinde paul-

Digitized by Google

quidem conjectum telorum tulerunt. Consul, qui ingressos in castra ab direptione abstrahere non poterat, eos, qui in cornibus fuerant, protinus ad sequendos hostes misit. per aliquantum spatium secuti, non plus tamen octo millia hominum in fuga (nam pugna nulla fuit) ceciderunt: reliqui flumen Halyn trajecerunt. Romanorum magna pars ea nocte in hostium castris mansit; ceteros in sua castra consul reduxit. Postero die captivos praedamque recensuit: quae tanta fuit, quantam avidissima rapiendi gens, quum cis montem Taurum omnia armis per multos tenuisset annos, coacervare potuit.

lo ante *sese retepere* omnes codd. et edd. ante Aldum, qui *se* dedit. Sed priscam lectionem reduxi.

§. 4. *Galli diutius steterunt*] *diu steterunt* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Mox *telorum conjectum* Lov. 1. 3. et Voss. Dein §. seq. *non poterat abstrahere* Voss. et Gaertn. Vox *hostes* deest in Lov. 6. [§. 5. *quia* Bamb.]

§. 6. *Flumen Halyn trajecerunt*] *Halim* vel *Halym* quidam codd. reliqui *Halyn* servant. V. ad cap. 25, 7. Tum *transierunt* Lov. 5. et edd. principes. Aldus auspiciis cod. Mog. *trajecerunt* dedit; quod est in reliquis omnibus scriptis nostris. V. ad 4, 31, 8. Paullo ante *tò hominum* deerat in Harl.

§. 7. *Quantum avidissima rapiendi gens, quum* etc. *omnia armis per multos tenuisset annos*] *quanta avidissima* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antt. [Bamb.] Miror Froben. demum anno 1531. tam manifestum vitium deprehendere potuisse. De causa erroris v. ad 6, 3, 8. Hinc *capiendi* Harl. V. ad 6, 23, 5. Dein *armis tenuisset*, vocibus *per multos* et *annos* omissis, Lov. 4. et Mead. 2. *per multos annos tenuisset* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. [Bamb.] Videri posset, una voce *permultos* legendum esse, quia Livius saepissime durationem temporis casu accusativo sine praepositione exprimit. V. ad 10, 21, 6. Interdum tamen etiam effertur cum praepositione *per*. Supra 9, 45, 10. *Suo nomine per multos annos inbelles egissent.* Ubi etiam Gruteri ultima et quaedam aliae edd. *permultos*, quod recentiores iterum mutarunt. 24, 47, 15. *Romae foedum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit.* 35, 40, 7. *Per totidem dies feriae fuerunt.* 40, 45, 6. *Ludi per dies decem magno adparatu facti.* Paullo ante *Romanorum pars magna* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum proximum pronomen *ea* non adparet in Lov. 6.

§. 8. *Ex dissipata passim fuga in unum locum congregati, magna pars saucii aut inermes*] *ex dissi-*

Digitized by Google

Galli, ex dissipata passim fuga in unum locum con- 8
gregati, magna pars saucii aut inermes, nudati om-
nibus rebus, oratores de pace ad consulem mise-
runt. Eos Manlius Ephesum venire jussit. ipse,
(jam enim medium autumni erat) locis gelidis pro- 9
pinquitate Tauri montis excedere properans, victo-
rem exercitum in hiberna maritimae orae reduxit.

XXVIII. Dum haec in Asia geruntur, in ceteris 1
provinciis tranquillae res fuerunt. Censores Romae
T. Quinctius Flamininus et M. Claudius Marcellus
senatum perlegerunt. princeps in senatu tertium le- 2
ctus P. Scipio Africanus. quatuor soli praeteriti

sata fuga passim congregati, reliquis omissis, Lovel. 5. et edd. vett. Primus Aldus, praeeunte cod. Mog. substituit, quod nunc vulgo exstat. Neque aliter reliqui codd. nisi quod *fuga passim* etiam supersit in Voss. Lov. 3. 6. et Gaertner. Dein *magna pars saucia ut inermes* scripti et excusi ante Froben. qui anno 1531. *saucii et inermes*, sed rectius quadriennio post *saucii aut inermes* emendavit. Olim enim unica serie *sauclautinermes* scriptum fuit; quod, male in *saucia ut* divisum, in *saucl aut* dividendum erat. *saucl* nempe scribebatur pro *saucii*. Hinc *Lavinl* pro *Lavinii* datum est. v. ad 1, 3, 3. *Ascanl* ad 1, 3, 6. *Dl.* ad 2, 12, 5. *Servill* ad 2, 29, 7. et c. 51, 6. Similiter *Claudl*, *Tempanl*, *Postuml*, *Manll*, *Fabl*, *Valerl*, *Pompill* passim obcurrunt; etiam *praesidl* pro *praesidii*. V. ad 24, 37, 2. et 37, 12, 2. Adde Pierium et Celeberr. Burm. ad Virgil. Ecl. 1, 69. et quos laudavit; ut et Emmen. ibid. vers. 33. Similiter etiam scribebatur in principio vel in medio vocis. Ita *Falerls* 5, 14, 7. *alls* 28, 14, 17. *Formls* 35, 21, 4. *Idem* 40, 32, 14. *reliquls* 40, 57, 8. Alia v. ad 32, 6, 6. et 36, 20, 3. [*congregata* Bamb.]

§. 9. *Jam enim medium autumni erat*] *Tò enim* non agnoscit Harl. Tum *montis Tauri* Lov. 5. et edd. vett. Hinc *cedere* Mead. 2. et Lov. 4. Tandem *orae maritimae* Gaertn.

§. 1. *Senatum perlegerunt. Princeps in senatu tertium lectus*] MS. *senatum elegerunt*. Ego legerim *senatum legerunt*. MOD. Neque *elegerunt*, quod cod. Mog. neque *perlegerunt*, quod codd. nostri, omnesque edd. praeferunt, satis placet: sed potius cum Modio *legerunt* probandum videtur, quod in hac re proprium ac sollemne verbum esse, omnes norunt. V. ad 2, 1, 9. et 40, 51, 1. Deinde *in senatum* Lov. 5. Harl. Mead. 1. Gaertn. ed. Camp. et plures aliae. Male. Nam *in senatum legi* dicuntur, qui nondum senatores in hunc ordinem a censoribus adsciscuntur. Supra 2, 1. *Conscriptos videlicet in novum senatum adpellabant lectos*. At

Digitized by Google

sunt, nemo curuli usus honore. et in equitatu recen-
3 sendo mitis admodum censura fuit. Subſtructionem

princeps in senatu legitur, qui, jam antea senator exiſtens, primo loco a censoribus recensetur. Epit. Liv. 43. *M. Aemilius Lepidus a censoribus princeps in senatu lectus.* Ipse Liv. 27, 11. *Lectus a Sempronio princeps in senatu Q. Fabius Maximus consul.* Vox *tertium* deeſt in Hearnii L. 1. At supra eſt 34, 44, 4. *Principem senatus P. Scipionem consulem, quem et priores censores legerant, legerunt.* Infra 43, 15, 6. *Senatum deinde censores legerunt. M. Aemilius Lepidus princeps ab tertiis jam censoribus luctus.*

§. 2. *Quatuor soli praeteriti sunt, nemo curuli usus honore*) Haec verba vertit sic Plutarchus in Quinctio [pag. 379.] ἐξέβαλον δὲ τῆς βουλῆς τῶν οὐκ ἄγαν ἐπιφανῶν τέσσαρας. SIG. *Praeteritum* aliquem non semel apud Ciceronem observamus dici, pro repulsam paſſum in petitione magiſtratus: uti in orat. pro Plancio [cap. 21.] *Quos omnes scimus aedilitate praeteritos, consules esse factos.* et rursus [cap. 3.] *Populus solet nonnumquam dignos praeterire.* et in Tuscul. [5, 19.] *Quum bonus suffragiis praeteritur, et a vano populo repulsam fert.* Si itaque Livii verba illa, *senatum censores perlegerunt*, hoc eſt, *elegerunt senatores*, interpretemur, sensus erit, *quatuor tantum praeteritos*, id eſt, repulsam paſſos. *Perlego* enim illud aliquando significat, quod lego, scilicet eligo tanquam bonum et praeſtantem. Sic Horat. in Carm. Secul. *virgines lectas* dixit, et Virgil. 9. Aen. 272. *lectissima matrum corpora.* Cic. 1. in Verr. [6.] *lectissimos viros.* et [cap. 26.] *lectissimum adolescentem.* Et *lectissimam foeminam* ad Att. et Rh. de Invent. [1, 31.] *uxorem lectissimam*, et *foeminam lectiorem.* Alia quoque poteſt afferri interpretatio, quam nobis Feſtus praebet per haec verba. *Praeteriri senatores quondam in opprobrio non erat, quod ut reges sibi legebant, sublegebantque, quos in consilio publico haberent, ita post exactos eos, consules quoque et tribuni militum consulari potestate conjunctissimae quosque patritiorum sibi et deinde plebejorum legebant, donec potestas tribunicia intervenit, qua sancitum est, ut censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in senatum legerent; quo factum est, ut, qui praeteriti essent, et loco moti, haberentur ignominiosi.* Itaque ex Feſto interpretari poſſumus senatu motos. Cui expositioni etiam major lux afferenda. Statuamus itaque, censores seu dictatorem, ad quos spectabat munus legendi senatum, consueviſſe schedulam seu syngraphaam habere, in qua senatorum omnium descripta nomina recitarentur: si quando in legendo alicujus mentio fieret, qui antea in senatu non fuiſſet, in senatorem novum eum electum intelligebatur; si vero ex iis, qui in praecedenti schedula senatoria descripti fuerant, silentio praeterirentur, eos senatu motos dignoscebatur; ideoque *praeteriti* dicebantur: quod ex ipsomet Livio elicere licet, ita 23, [22, 3.] scribente: *Neque enim post L. Aemilium et C. Flaminium censores senatus lectus fuerat, quum tantum senatorum adversae pugnae, ad hoc sui quemque casus per quinquennium absumpsisset.* Et paullo poſt [c. 23, 5.] de Fabio Buteone, dictatore ad senatum legendum dicto a C. Terentio consule, de se ipso verba faciente, subdit: *Nam neque senatu motu-*

Digitized by Google

super Aequimaelium in Capitolio, et viam silice sternendam a porta Capena ad Martis locaverunt.

rum quenquam ex iis, quos C. Flaminius et L. Aemilius censores in senatum legissent: transcribi tantum recitarique eos jussurum; ne penes unum hominem judicium arbitriumque de fama ac moribus senatoris fuerit: et ita in demortuorum locum sublecturum, ut ordo ordini, non homo homini praelatus videretur. Recitato vetere senatu inde primum in demortuorum locum legit, qui post L. Aemilium et C. Flaminium censores curulem magistratum cepissent, necdum in senatum lecti essent, ut quisque eorum primus creatus erat: tum legit, qui aediles, tribuni plebis, quaestoresve fuerant, tum ex iis, qui magistratus non cepissent, qui spolia ex Romano hoste fixa domi haberent, aut civicam coronam accepissent. Ita centum septuaginta septem cum ingenti approbatione omnium in senatum lectis extemplo se magistratu abdicavit. Itaque si de priori senatus descriptione nihil immutatum esset, et nova schedula cum praecedenti conveniret; nullum senatorem novum factum, nec aliquem senatu motum, qui viveret, manifestum erat: si qui vero adempti aut additi in legendo deprehenderentur, alius senatus dicebatur. Ita Liv. 27, [11, 12.] de senatus lectione M. Cornelio Cethego et P. Sempronio Tuditano censoribus ait: *Inde alius lectus senatus, octo praeteritis, inter quos L. Caecilius Metellus erat, infamis auctor deserendae Italiae post Cannensem cladem.* Qui itaque senatorum veterum nota aliqua notabatur, quique in recitando senatu, quod quinto quoque anno fieri solebat, praeteritus esset, hic senatu motus dicebatur, et e senatorum albo dispunctus et obliteratus, quod comprobare possumus ex pluribus in Liviana historia exemplis; ut ex praedicta Cethegi et Tuditani censura, in qua octo in senatus lectione praeteriti; Salinatoris ac Neronis, in qua septem; Flaminini et Marcelli, in qua quatuor; et M. Catonis, in qua septem praeteritos legimus: quod et aliquando privato odio factum, nulla saltem praecedente legitima causa, colligimus ex Livio 40, [51, 1.] *Retinuit quosdam Lepidus a collega praeteritos.* unde nonnumquam acres inimicitiae coortae, tradente eodem in Epit. lib. 59. C. Atinium Labeonem tribunum plebis Q. Metellum, censorem, a quo in senatu legendo praeteritus erat, de saxo dejici jussisse. MARC. DONAT. Ex loco Plutarchi, quem Sigonius laudavit, Donatus videre poterat, non priorem, quam dederat, sed solam posteriorem interpretationem veram esse, et, quum censor dicitur in legendo senatu aliquos *praeteriisse*, indicari, eos ex senatu ejectos esse. [*solis* Bamb. *in equitatu* omiss. id.]

§. 3. *Substructionem super Aequimaelium in Capitolio*] Ad quid illa *substructio*, et quo pacto facta *super Aequimelium*, vix a quoquam intelligi puto: cum alioqui quid sit *substructio* ex Vitruvii lib. 1. satis sit clarum. De *Aequimelio* item ex l. 4, [16.] Livii. Suspicor itaque, ut, quod sentio, ingenue fatear, hunc locum mutilum. GLAR. Glareanus in Annot. vix hunc locum intelligi posse tradit; quum tamen, ut mea fert sententia, ex ejusdem Livii verbis facile explicari possit. Superius lib. 4, [cap. 13. et seqq.] scripsit, Melium frumentarium divitem equestris ordinis,

Digitized by Google

4 Campani, ubi censerentur, senatum consuluerunt. decretum, uti Romae censerentur. Aquae ingentes eo anno fuerunt. Tiberis duodecies campum Mar-
5 tium planaque urbis inundavit. Ab Cn. Manlio consule bello in Asia cum Gallis perfecto, alter consul

in annonae caritate frumentum plebi elargitum, regnum affectasse, ob idque a dictatore Quinctio Cincinnato, Q. Minutio deferente, in jus vocatum, reluctantem ab Ahala Servilio obtruncatum, ejusque bona publicata, atque ejusdem domum dirutam, ut monumento area esset oppressae nefariae spei, quam *Aequimelium* vocatam scribit, idque anno ab V. C. CCCXVII. contigisse testatur, M. Geganio Macerino et L. Sergio consulibus. In eodem vero statu aream Aequimelii permansisse ex praesenti loco colligimus, usque ad annum DCLXI. M. Fulvio Nobiliore et C. Manlio Vulsone consulibus, sicque per annos CCXLIV. quo tempore censores T. Quinctius Flamininus et M. Claudius Marcellus, deformitatem eam in Capitolio aversantes, eo in loco denuo aedificandum decreverunt: nil enim aliud ea verba, *substructionem super Aequimelium locasse*, significant, quam aedificium a fundamentis exstruendum in area, *Aequimelio* dicta, locavisse. Sic Cic. orat. pro Mil. [20.] dixit: *Quo in fundo propter insanas illius substructiones facile mille homines versarentur.* Et iterum [31.] *Areae, quas ille caesis lucis substructionum insanis molibus oppresserat.* Colum 2, 2. *Quibusdam substructionibus partes agri sunt occupandae.* Et lib. 1, [5.] *Quum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta, non solum superficiem suam sustinebunt facile, sed et pro fultura et substructione fungentur adversus ea, quae mox, si forte villam prolatare libuerit, ad superiorem partem applicabuntur.* Caesar lib. 2. B. Civ. [25.] *Altera theatro, quod est ante oppidum, substructionibus ejus operis maximis, aditu ad castra difficili et angusto.* De substructione plura apud Vitruv. lib. 1. videre poterit curiosus lector. MARC. DONAT. Nescio, quo auctore scribat Donatus, Aequimaelium *in Capitolio* fuisse, quod non longe ab eo abfuisse ostendunt, qui de urbe Roma scripserunt. Nardin. 5. Rom. vet. 5. verba Livii hoc sensu videtur accipere, substructionem super Aequimaelio, quod *sub Capitolio* erat. Ita praepositio *in* locum vicinum denotabit; qua significatione Latinos quoque ea uti, ut Graecos τῷ ἐν, docet Perizon. ad Aelian. 2. Var. Hist. 25. Non contemnenda tamen est conjectura Rycquii. DUK. Codd. quibus utor, nihil mutant, nisi quod *in Capitolium* unus legat Lov. 2. Rycquius vero de Capitol. cap. 25. legendum censet *super Aequimaelium et in Capitolio.* Rationem emendationis non addidit; quae tamen nulla alia esse potest, quam quod Aequimaelium in Capitolio non fuisse existimarit. Sane Sex. Rufus de Region. urb. Aequimaelium memorat in regione urbis IV. secundum divisionem Augusti, quum Capitolium fuerit in regione VIII. Verum Nardin. 3. Rom. Vet. cap. ult. putat, laciniam hanc male inepteque Livio adsutam esse. Ipse deinde docet lib. 5. cap. 5. Aequimaelium in vico Jugario fuisse, ejusque vici partem constituisse, ex Livii

Digitized by Google

M. Fulvius, perdomitis Aetolis, quum trajeciſſet in Cephalleniam, circa civitates insulae misit percunctatum, utrum se dedere Romanis, an belli fortunam experiri, mallent? Metus ad omnes valuit, ne 6 deditionem recusarent. obsides inde imperatos pro

24, 47, 15. *Solo aequata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem, cum Aequimaelio Jugarioque vico.* Vicum autem Jugarium sub Capitolio fuiſſe, patet ex Liv. 35, 21, 6. *Saxum ingens* etc. *in vicum Jugarium ex Capitolio procidit, et multos obpressit.* [*substrictio* Bamb.]

Viam silice ſternendam a porta Capena ad Martis aedem locaverunt] Legendum *a porta Capena ad Martis*, non *ad Martis aedem*. GELEN. Pal. pr. *viam ſternendam a porta Capena et usque ad Martis aedem locaverunt*. Vet. ed. omittit quoque τὸ *silice*. Alter vero Pal. *viam siliternendam a porta Capena ad Martis aedem locaverunt*. GEBH. *viam ſternendam* Lov. 3. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *viam siliternendam* Mead. 1. *viam silicternendam* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *viam silice ſtrinendam* Voſſ. Supra 10, 47, 4. *Via a Martis silice ad Bovillas perſtrata eſt.* et 41, 27, 5. *Censores vias ſternendas silice in urbe locaverunt.* Dein *usque ad Martis aedem* Lov. 3. *ad Murtis aedem* Lov. 2. 5. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Sed vocem *aedem* rectius ignorant reliqui scripti, cum cod. Mog. quam ellipsi omiſſam paſſim supplere, et invitis scriptoribus obtrudere librarii conati sunt. V. ad 10, 23, 12. Caeterum aedes haec Martis erat extra portam. Supra 7, 23, 3. *Quum omnes extra portam Capenam ad Martis aedem convenire armatos juniores jussisset.* Et quidem a porta Capena ad Martis semitam olim ſtraverant aediles curules. Liv. 10, 23, 12. *Semitam saxo quadrato a Capena porta ad Martis ſtraverunt.* Pro semita nunc viam silice ſtraverunt censores, qui eo usque olim a Bovillis viam ſtraverant. V. lib. 10, 47, 4.

§. 4. *Aquae ingentes eo anno fuerunt*] MS. *pluviae ingentes eo anno fuerunt*. MOD. Vulgatum tamen, quod in omnibus codd. conſtanter supereſt, defendi poteſt ex Livii 24, 9, 6. *Aquae magnae bis eo anno fuerunt: Tiberisque agros inundavit cum magna ſtrage tectorum, pecorumque, et hominum pernicie.*

§. 5. *In Cephaleniam*] Duplicandam eſſe in hac voce literam *l*, docet Euſtathius in Dionys. [vers. 431.] his verbis: τοὺς δὲ Κεφαλλῆνας καὶ τὴν Κεφαλληνίαν ἐν δυσὶ λλ ἡ παλαιὰ χρῆσις ἅπασα ἔχει. SIG. Euſtath. ad Hom. Odyſſ. A. vers. 105. pag. 26. ed. Basil. Ἀφ' οὗ [nempe Κεφάλου ἀνδρὸς φυγάδος ἐξ Ἀθηνῶν] Χρησιμεύσαντός τι ἐν τῷ τότε πολέμῳ, Κεφαλληνία ἐν δυσὶ λ ἡ χώρα ἐκλήθη πρὸς διασολήν. ἵνα τὸ ἐθνικὸν ὁ Κεφαλλὴν ἔχοι διαφορὰν πρὸς τὴν ἐν σώματι κεφαλήν. V. Cel. Duker. ad Flori 2, 9, 4. et quae notavi supra ad 37, 13, 11. Mox *dedere se Romanis* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. [*Cephallaniam* Bamb. mox *percontatum* idem.]

§. 6. *Ne deditionem recusarent*] *excusarent* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. antt. Ejus loco deinde Moguntini ex cod. suo recte sub-

Digitized by Google

viribus inopis populi, vicenos Neſiotae, Cranii, Pa-
7 lenses et Samaei dederunt. Insperata pax Cephal-
leniae adfulserat; quum repente una civitas, incer-
8 tum quam ob cauſſam, Samaei desciverunt. Quia

ſtituerunt *recusarent;* quod itidem supereſt in Lov. 2. Gaertn. et in Lov. 3. pro varia lectione. Mox *pro viribus inopes populi* Lovel. 2. 3. 4. Harl. et Mead. 1. [Bamb.]

Vicenos autem Cranonii, et Phalenses, et Samei dederunt] Quidam *Granonii* et *Samii* emendarunt. Scholiaſtes vero in Thucydidis lib. 2. [cap. 30.] Σάμιος ὁ ἀπὸ Σάμου, Σαμαῖος ὁ ἀπὸ Σάμης. Ipse autem Thucyd. Κεῖται δὲ (inquit) ἡ Κεφαλληνία κατὰ Ἀκαρνανίαν καὶ Λευκάδα, τετράπολις οὖσα Παλλῆς, Κράνιοι, Σαμαῖοι, Πρόνναιοι. id eſt, *Sita autem eſt Cephallenia ad Acarnaniam et Leucadem, cui quatuor sunt civitates, Pallenses, Cranii, Samaei, Pronnaei.* Quare perperam hic Livii codicem emendarunt, legendumque, *vicenos autem Cranii, et Pallenses, et Samaei dederunt.* Nisi forsitan quis putet, haec ne Livio quidem admodum nota fuiſſe; quod mihi tamen non fit verisimile. Pro *Pronnaeis* quidam ante *Cranios* posuerunt *Neſiotae*, atque ita legunt: *vicenos Neſiotae, Crananonii, Pallenses, et Samaei dederunt.* GLAR. Cum in omnibus ante libris legeretur, *vicenos autem Crananonii*, emendatum eſt *vicenos Neſiotae, Crananonii*, ut quatuor, qui fuiſſe dicuntur, Cephalleniae populi redderentur. Quorum tres omnium consensu fuerunt *Cranii, Pallenses, Samaei.* Quartum Thucyd. lib. 2. [cap. 30.] *Προννάιους* vocat, Strabo lib. 10, [455.] Πρόνησον nominat, pro quibus *Neſiotae* reſtituti sunt. *Cranii* certe a *Cranio*, ut aït Stephanus, non *Crannonii* a *Crannone*, legendum eſt. Κράνιον πόλις ἐν Κεφαλληνίᾳ, τῇ νήσῳ· Τετράπολις δὲ ἡ νῆσος ἀπὸ τῶν Κεφάλου παίδων, Προνήσου, Σάμου, Πηλέως, Κρανίου. τὸ ἐθνικὸν Κραναεῖς. SIG. Habet Pal. pr. *vicenos autem Granoni, et Palenses, et Tamei dederunt.* [eadem omiſſ. *dederunt* Bamb.] GEBH. *vicenos autem* omnes noſtri, et edd. vett. pro eo Frob. anno 1535. (Doujatius id male Sigonio tribuit) dedit *vicenos Neſiotae*, forte ex emendatione Gelenii; quae tamen cui fundamento innitatur, nescio, quum ex cod. Mog. nihil notetur. Doujatius, secutus Strabonem l. laud. qui unam Cephalleniae urbem *Pronesum* vocat, legendum censet *vicenos Pronesotae.* Si quid tamen mutandum foret, et Frobenii lectio non ex cod. sed ex ingenio orta eſſe conſtaret, legerem *vicenos Pronaei;* non modo quod Thucyd. ut Sigon. monuit, incolas vocet Προναίους, vel, ut alii legunt, Πρωναίους, verum etiam quod Polyb. quem Livius in nominibus propriis sequi solet, urbem Πρόνους adpellarit, lib. 5, 3. Προσέσχε τῆς Κεφαλληνίας κατὰ Πρόνους· ὁρῶν δὲ τότε πολισμάτιον τοὺς Πρόνους δυσπολιόρκητον ὄν, etc. Eodem ferunt veſtigia lectionum, quae apud alios obcurrunt, ut apud Auctor. Etym. M. voce *Κεφαλληνία*, ubi incolae vocantur Πρόνοοι, et Tzetz. ad Lycophr. Caſſandr. 791. ubi ex Thucyd. memorantur Πρώνιοι. quo utroque loco forte similiter Πρόναιοι vel Πρώναιοι legendum. Hinc patet, non audiendum Th. de Pinedo, qui ad

Digitized by Google

opportuno loco urbs posita esset, timuisse se ajebant, ne demigrare cogerentur ab Romanis. ceterum ipsine sibi eum finxerint metum, et timore vano quietem exuerint, an jactata sermonibus res apud

Steph. in γ. *Κράνιον* in Thucyd. legendum putabat *Πρόνησοι*, (saltem *Προνήσιοι* dedisset) quia a Proneso, uno filiorum Cephali secundum Stephan. nomen habent. Certe veterum edd. lectio in Stephano, quam Berkelius exhibet, potius exigit, ut apud eum pro *Προνήσου* legamus *Πρόνου*. Deinde *Sarmoi* Gaertn. *Gammoni* Voss. *Gramoni* Lov. 1. *Granoni* Lov. 2. 3. 6. *Grannoni* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *Granonii* Lov. 5. et edd. principes. *Cranonii* Paris. 1519. pro quo Sigonius *Cranii*. Tum *et Brabenses* Lov. 1. *et Palenses* Lovel. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *et Phalenses* Lov. 5. et edd. antt. *Palenses*, sine copula, Frob. anni 1535. *Pallenses* Basil. anni 1554. Legendum videtur *Palaesenses*, vel *et Palaesenses*; verum tum in praecedenti etiam mallem *et Cranii*. Certe *Παλαιεῖς* vocantur Polyb. 5, 3. *Καθωρμίσθη πρὸς τὴν τῶν Παλαιέων πόλιν*. Cephali filius, unde haec urbs ejusque incolae dicti sunt, unico λ vocatur *Πηλεύς* apud Steph. d. l. quod nomen etiam reddendum Eustath. ad Hom. II. B. pag. 232. ed. Bas. *Κέφαλος, οὗ οἱ Κεφαλλῆνες παρώνυμοι, πρόγονος ἦν Ὀδυσσέως. Κεφάλου γὰρ Πηλεύς, οὗ Ἀρκέσιος, οὗ Λαέρτης, οὗ Ὀδυσσεύς*. Perperam editur *Κηλεύς*. Pro eo Dorienses dixerunt *Παλεύς*. Incolarum nomen simplici λ scribunt etiam Tzetz. ad Lycophr. 791. et Auctor. Etym. M. v. *Κεφαλληνία*; qui locus prodigiose corruptus ex vestigiis Stephani Byz. ita scribendus videtur: *Ἐκ Αὐσίππης ἔσχεν Πρόνον, καὶ Σάμον, καὶ Κράνιον, καὶ Παλέα, ἀφ' ὧν οἱ ἐν τῇ Κεφαλληνίᾳ Πρόναιοι, Σαμαῖοι, Κράνιοι, Παλεῖς*. Quamvis autem incolae apud eos *Παλεῖς*, et apud Thucyd. *Παλλῆς*, non *Παλαεῖς*, vocentur, hic tamen Polybii scripturam Livium, ut alibi, secutum reor. Tandem *Thamasi* Lov. 1. 3. et Voss. *Tamesi* Lov. 6. *Samii* ed. Mog. et quaedam aliae. Eustath. ad Dionys. Perieg. 533. *Ταύτης* (nempe *τῆς Σάμου Ἰωνικῆς*) *ὁ πολίτης Σάμιος· ὁ μέν τοι τῆς ἐν Κεφαλληνίᾳ Σάμου πολίτης Σαμαῖος, διότι ἐκείνη καὶ Σάμη λέγεται*.

§. 7. *Insperata pax Cephalleniae adfulserat*] Corrupte *Insperata parte Cephalleniae affulserunt* Voss. *Insperata par Cephalleniae affulserant* Lov. 1. *Insuper omni parte Cephalleniae affluxerant* Lov. 6. Mox *desiverunt* Voss. et Lov. 1. *desciviſſet* Harl. [*Samei* Bamb.]

§. 8. *Sibi eum finxerint metum, et timore vano quietum excitaverunt malum*] Legendum *timore vano quietem exuerunt*, non *quietum excitaverunt malum*. GELEN. Editio Mog. *quietum excitaverunt malum*. Agnosco probitatem veterum eorum librorum, quos quidam dilaudant. MOD. Libri nostri omnes, *et timore vano* (inserit hic *et* Pall. prior.) *quietum excitaverunt malum*. [*quietum excitaverint malum an jactatos* Bamberg.] GEBH. *si confinxerint metum* Lov. 5. 6. et edd. vett. pro quo Moguntini ex cod. suo adscivere *sibi eum finxerint*, adcinentibus omnibus nostris, solo Voss. excepto, qui dedit *eum finxerunt*. Tum *timore vano quietum* (*et quietum* Lov. 3.) *excitaverunt*

Digitized by Google

9 Romanos perlata ad eos sit, nihil comperti est: nisi quod, datis jam obsidibus, repente portas clauserunt; et ne suorum quidem precibus (miserat enim sub muros consul ad tentandam misericordiam parentum populariumque) desistere ab incepto vo-
10 luerunt. Obpugnari deinde, postquam nihil pacati respondebatur, coepta urbs est. adparatum omnem tormentorum machinarumque transvectum ab Am-
11 braciae obpugnatione habebat: et opera, quae facienda erant, inpigre milites perfecerunt. duobus igitur locis admoti arietes quatiebant muros.

1 XXIX. Nec ab Samaeis quidquam, quo aut opera, aut hostis arceri posset, praetermissum est. dua-

malum Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 1. et Gaertn. *timore vano excitaverint malum* Mead. 2. Quod Gelenius ex cod. ut videtur, probavit, eruditius est, quam ut librarium auctorem haberet. *Exuere quietem*, ut *exuere servitutem* 34, 7, 11. *Numquam, salvis suis, exuitur servitus muliebris.*

Perlata ad eos sit, nihil comperti est] *praelata* sive *prelata* Voss. errore librarii. Alia exempla v. ad 2, 59, 7. 3, 46, 6. 4, 54, 3. 5, 29, 3. 6, 29, 3. 7, 24, 8. 8, 5, 3. 9, 38, 10. Tum *nihil compertum est* Lov. 1. et Harl. Sed mox hoc cap. *nihil pacati*. V. ad 36, 7, 6. Mox §. seq. *ad tentandum misericordiam* Lov. 5. et edd. vett. *ad tentandam* Moguntini ex cod. suo dederunt, quod in reliquis nostris supereſt. [*plata* Bamb.id. *parentium*. mox *incoepto* omisso *voluerunt*. id. *travectum* id.]

§. 11. *Duobus igitur locis admoti arietes quatiebant muros*] Pal. pr. *quatitabant muros*. GEBH. Similiter Lov. 3. et Hearnii L. 1. Alibi id verbum me legere non memini. Antea §. praec. *tormentorum machinarumque* Harl. *tormentorum machinasque* Voss. et Lov. 6.

§. 1. *Aut opera, aut hostis arceri posset*] *ad opera aut hostes* Lovel. 5. et ed. Camp. Tum *arceri possit* Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [Bamb.] Mox *duabus maxime tamen* Harl. et Mead. 1. *duabus maxime tum* Lovel. 2. V. ad 22, 17, 5. *duabus inde maxime rebus resistebant* Gaertn. V. ad 5, 13, 8.

§. 2. *Juxta vallum pro diruto novum obstruentes murum*] Scribe *juxta validum*, hoc est, aeque validum. GELEN. Libri omnes *juxta vallum*. GEBH. *validum* etiam Voss. Lov. 4. et Mead. ambo. reliqui cum margine Mead. 1. *vallum*. Tum *dirupto* Lov. 1. 2. 6. et Voss. V. ad 9, 45, 17. [*unam, interiorem*. mox *his* pro *iis* Bamb.]

§. 3. *Una ad coercendos inventa haud magna memoratu res est*] Pal.

Digitized by Google

bus tamen maxime resistebant rebus: una, interio- 2
rem semper juxta validum pro diruto novum ob-
struentes murum; altera, eruptionibus subitis, nunc
in opera hostium, nunc in stationes. et plerumque
iis proeliis superiores erant. Una ad coërcendos 3
inventa haud magna memoratu res est. Centum fun-
ditores ab Aegio et Patris et Dymis adciti. A pue- 4
ris ii, more quodam gentis, saxis globosis, quibus
ferme arenae inmixtis strata litora sunt, funda ma-
re apertum incessentes, exercebantur. itaque longius 5
certiusque et validiore ictu, quam Baliaris funditor,
eo telo usi sunt. et est non simplicis habenae, ut
Baliarica aliarumque gentium funda: sed triplex scu- 6

pr. *Una atterendo inventa haud memorata res est.* Pal. alter, et vet. ed. *Una ad terrendos inventa haud memorata res est.* GEBH. Lectionem, quae nunc exstat, Aldus recte ex cod. Mog. adoptavit. Antea edebatur *Una ad terrendos inventa haud memorata res est*; quod servant etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. neque aliter reliqui dissentiunt, nisi quod *Una atterendo inventa* praeferat Lov. 3. *Una ad ternendos inventa* Mead. 1. qui *Via* pro *Una* margini adscriptum habet. *ternendos* etiam Mead. 2. in margine. [*magna* omiss. Bamb.]

§. 4. *Funda mare apertum incessentes, exercebantur*] *funda in aërem apertum incessantes* Voss. et Lov. 6. quorum posterior etiam *to exercebantur* ignorat. *incessantes* etiam Lov. 1. et 3. quorum prior omisit *to funda*. *funda in mare apertum* legunt Lov. 5. et edd. principes usque ad Aldum, qui praepositionem induxit. [*hi* pro *ii* mox *more quondam* Bamb.]

§. 5. *Itaque longius certiusque et validiore ictu, quam Baliaris*] Praefert Livius funditores ab Aegio, Patris, et Dymis accitos Balearibus, quos tamen excellentissimos funditores fuisse ipsemet testatur 28, [37.] et Plinius 3. cap. ult. Baleares funda bellicosos dixit, quod pariter confirmat Caesar 2. B. Gall. [7.] et Virg. 1. Georg. [309.] scribit.

Stuppea torquentem Balearis verbera fundae.

MARC. DONAT. Pall. uterque, et vet. ed. *itaque longius certiore et validiore ictu.* GEBH. *ita longius* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. Vide ad 21, 53, 7. Tum *certiore ictu* Lovel. 3. *certiore et validiore ictu* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Moguntinos; qui lectionem, nunc vulgo exstantem, ex cod. suo adsciverunt. Praeterea *Baliaris* et mox *Baliarica* Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn. V. ad 21, 21, 12. [*longiore certiore* Bamb.]

§. 6. *Sed triplex scutale, crebris*

Digitized by Google

tale, crebris suturis duratum, ne fluxa habena volutetur in jactu glans; sed, librata quum sederit,
7 velut nervo missa excutiatur. coronas modici circuli magno ex intervallo loci adsueti trajicere, non capita solum hostium vulnerabant, sed quem locum

suturis duratum] Quidam *triplicis scytales* legunt, et ad *duratum* referunt *telum*, quod praecessit. Tolerabilius esset, si *triplex scytale* legeretur, sed *durata* oportebat sequi. Alii putant *scutale* in neutro prolatum genere. Ego puto, Livium describere lancem, cui imponitur lapis, ad quam lora dependent. GLAR. Hunc locum citat Priscian. lib. 6, [726.] ex lib. T. Livii ab urbe cond. 38. iisdem verbis. ut de hac lectione, de qua alii laborarunt, laborandum esse non videatur. SIG. *Scutale* hic existimo corium esse, cujus loris habena consutis facta erat, sic appellatum, quod ex eo genere corii scuta conficerentur. Nam, ut apud Polybium est, exterior scuti facies corio vitulino obducta erat. TURNEB. 14. Advers. 11. Glareanus in Annot. inquit ad hunc locum: Tolerabilius esset, si *triplex scytale* legeretur. Sed, quid sibi vellet id scribens, ignoro. *Scytale* animal venenatum esse, tradidit Colum. 6, 17. et Plinius 32, 8. et Gellius 17, 9. brevem epistolam et Laconicam dixit; utrumque enim σκυτάλη significat apud Graecos; quod si *scytale* est a voce σκυτάλον, quod est scutica, seu virga, quid haec quaeso, commune habeant cum funda, non video. qua de re *scutale* legendum non ambigo, et per *scutale* intelligendum esse partem, fundae mediam, cui globus trajiciendus imponitur, ita appellatam, quod scuti formam prae se ferat, quod in nostratibus fundis videre est, et oculata fide percipere. Sicuti itaque res funditores funda utebantur ex simplice habena constante, sic memorati a Livio fundas habebant, quarum scutale, hoc est media pars, ex triplici loro coriaceo, seu ex triplici tela funiculoque, constabat ad scuti formam, id est orbicularem et in longum protensam, crebrisque suturis duratam, ne fluxa habena volutaretur, et cum ea in jactu glans, sed librata quum sederit, in scutali inquam, velut nervo missa excutiatur. Legendum itaque *scutale*, quod pariter docet Coel. Rhodig. lib. 14, 7. Hunc locum quoque advocat Priscian. in calce lib. 6. Turneb. Advers. 14, 7. minus clare, ne dicam apte, haec Livii verba interpretatus est. MARC. DONAT. Lipsius quoque 4. Poliorc. 3. *scutale* idem putat esse, quod habenam fundae, id est, lorum sive funem; ob eam causam, quod alioqui verba Livii *non simplicis habenae* idoneum sensum non habeant. Hoc verum esse credo. Nam quum Livius primum dicat, fundas has *non simplicis habenae* esse, verbis his, quae statim addit, *sed triplex scutale* declarare videtur, quod dixerat, eas *non simplicis habenae* esse, id est, non unum modo funem, ut alias, sed tres, sive singulos separatos, ac distinctos, sive inter se consertos ac triplicatos habere. Hoc significare voluisse Livium, etiam ex eo quodammodo colligitur, quod funda tali *velut nervo missam sagittam* excuti dicit: nam vix intelligi potest comparatio *scutalis triplicis* fundae cum *ner-*

Digitized by Google

destinassent oris. Eae fundae Samaeos cohibuerunt, 8
ne tam crebro, neve tam audacter erumperent: adeo ut precarentur ex muris Achaeos, ut parumper abscederent; et se, cum Romanis stationibus pugnantes, quiete spectarent. Quatuor menses obsi- 9

re arcus, si aliud est *habena*, aliud *scutale fundae*. Salmas. ad Spartiani Pescenn. Nigr. 10. *scutale* vult esse sinum fundae, in quo lapides collocabantur: sed haec interpretatio non explicat, quid sit *habena non simplex* fundae, nec quomodo medium, sive sinus imus fundae, nervo comparetur, cui parem firmitatem et *εὐτονίαν*, certe majorem, quam habena *simplex*, habet *triplex* et *crebris suturis durata* habena. DUKER. [*scutale cebris* Bamb.]

Velut nervo missa excutiantur] Pal. pr. *emissa*. GEBH. Similiter Lov. 3. Sed nihil mutandum. V. ad 6, 8, 3. et 10, 29, 8. Paullo ante *in ictu*, pro *in jactu*, Lov. 1. V. ad 26, 40, 10. *in actu* Lov. 3. V. ad 25, 4, 7.

§. 7. *Coronas modici circuli magno ex intervallo loci adsueti trajicere*] Nisi expressus sit jacientis et gestus, et ad scopum certitudo, ego, quid sibi ea verba velint, haud assequor. GLAR. Quae essent coronae modici circuli, funda magno intervallo trajici solitae, se nescire fatetur Glareanus, subdens, nisi exprimere voluerit Livius jacientis gestum, quo nihil insulsius excogitari potest. Ego non dubito, Livium describere genus glandis seu globi jaculive a jam dictis funditoribus trajici solitum. vocat autem *coronas*, quod coronae instar orbiculares essent, a similitudine scilicet coronae, et superficie superna et inferna plana. Addit vero *modici circuli*, quia non ingentes, quales coronae, sed modicae magnitudinis essent. Sic circulus circa lunam ἅλως Graecis, Latinis *corona* appellatur ab astrologis et philosophis. MARC. DONAT. Prior Glareani expositio, exprimi jacientis gestum, omnino subsistere nequit; at optime altera exprimi jacientis ad scopum certitudinem. Per *coronam* enim *modici circuli* intelligo modicum foramen rotundum, per quod quum magno ex intervallo loci saxa globosa vel glandem funda trajicere a pueris soliti sint, hinc nunc in bello, ubi opus erat, non tantum capita hostium vulnerabant, sed etiam locum oris, quem petere destinarant. Vox *modici* perperam deest in Lovel. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Perperam etiam *mox loris*, pro *oris*, Harl.

§. 8. *Ne tam crebro, neve tam audacter erumperent*] *nec tam* Lov. 2. Mead. 1. et Harl. [Bamb.] quomodo etiam peccabatur supra 2, 33, 1. *ne tam* Lov. 3. quod defendi posset ex illis, quae notantur ad 34, 3, 9. Sed unum cod. reliquis dissentientibus, sequi periculosius est. *nec tam* Lov. 1. et 6. V. ad 34, 35, 9. Tum *audacter* Lov. 2. V. ad 22, 25, 10. Mox *quiete* deest in Lov. 3. [*ut* omitt. Bamb.]

§. 9. *Quatuor menses obsidionem Samaei sustinuerunt*] Pal. pr. *obsidionem Samaea sustinuit*. Pal. alter *Same sustinuit*. GEBH. Scripti *Same sustinuit*. Egit praecipites in mutationem, quod sequitur, *quum ex paucis quotidie*

Digitized by Google

dionem Same sustinuit. quum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent, aut vulnerarentur, et, qui superarent, fessi et corporibus, et animis essent; Romani nocte per arcem, quam Cyatidem vocant, (nam urbs, in mare devexa, in occidentem vergit) muro superato, in forum pervenerunt. Samaei, post-

aliqui eorum caderent. Hoc putarunt requirere *Samaei*, non *Same*. Liberamus illos hac cura. Lib. 21, [11, 3.] *Annibal, quia fessum militem proeliis operibusque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit.* Cur non fecerunt *fessos militesʔ* Lib. 24, [27, 5.] *Ad Murgantiam tum classem navium centum Romanus habebat, quonam evaderent motus ex caedibus tyrannorum orti Syracusis, quove eos ageret nova atque insolita libertas, operiens.* Quasi dixisset *apud Syracusanos.* Lib. 44, [30, 7.] *Ipse ad Bassaniam urbem quinque millia ab Lisso ducit. Socii erant Romanorum.* Corn. Nepos Timoth. [1.] *Idem classi praefectus, circumvehens Peloponnesum, Laconicam populatus, classem eorum fugavit.* V. ad 8, 11, 12. J. FR. GRON. *quatuor dies* perperam Lovel. 1. Tum *obsidionem ferme sustinuit* Mead. 1. sed *fame sustinuit* in margine, quod etiam praeferunt Lov. 2. et Gaertn. *Samaea sustinuit* Lovel. 3. et 6. *Same sustinuit* reliqui nostri, et Hearnii L. 1. ac N. quod optime Gronov. probavit. *Same* hic ponitur pro incolis urbis Sames, pro Samaeis, et hinc Livius, quae de hac urbe praedicantur, ea flexione eaque forma extulit, quasi non *Same*, sed *Samaei*, praecessisset. Similes locutiones Livio sunt frequentissimae. Lib. 8, 11, 3. *Latinis quoque ab LAVINIO auxilium, dum TERUNT tempus, victis demum ferri coeptum.* et postea *Latium Capuaque agro multati.* v. utroque loco. 28, 19, 2. *Castulo, quum prosperis rebus socii fuissent, defecerant ad Poenos.* c. 22, 2. *Astapa urbs erat Karthaginiensium semper partis: neque id tam dignum ira erat, quam quod praecipuum in Romanos gerebant odium.* 32, 15, 8. *Inde Atracem est profectus, decem ferme millia ab Larissa abest, ex Perrhaebia oriundi sunt.* c. 18, 9. *Elatia clausit portas; nec, nisi vi cogerentur, recepturi moenibus videbantur aut ducem, aut exercitum Romanum.* 33, 47, 6. *Pervicerunt, ut legati Karthaginem mitterentur, qui apud senatum eorum arguerent Hannibalem.* 37, 4, 8. *Satius visum est, Lamiam obpugnari. Nam et a Philippo prope ad excidium adductos esse, et tunc eo ipso, quod nihil tale timerent, obprimi incautos posse.* c. 8, 4. *In Gallograeciam miserat. Bellicosiores ea tempestate erant, Gallicos adhuc, nondum exoleta stirpe gentis, servantes animos.* c. 16, 1. *Rhodum prius jussus adire, et omnia cum iis communicare consilia.* c. 54, 19. *Certare ausi sumus cum parentibus quaeque civitas.* 39, 27, 2. *Si libéras esse Aenum et Maroneam velint Romani, nihil sui pudoris esse ultra dicere, quam ut admoneant, re non verbo eos liberos relinquant.* 43, 7, 10. *Qui exclusissent eos, Emathiam, Amphipolim, Maroneam, Aenum incolumes esse.* ubi scripturam hanc contra Sigonium, *quae exclusissent* conjicientem, et contextui inserentem, defendi. Etiam auctor Epit. Liv.

Digitized by Google

quam captam urbis partem ab hostibus senserunt, cum conjugibus ac liberis in majorem refugerunt arcem. inde postero die dediti, direpta urbe, sub corona omnes venierunt.

XXX. Consul, compositis rebus Cephalleniae, praesidio Samae inposito, in Peloponnesum, jam

23. *Castilinum ita fame vexatum est, ut mures essent, et nucibus vixerint.* V. Gronov. ad 9, 41, 3. 21, 39, 4. 39, 48, 5. Cel. Burm. ad Gratii Cyneg. 509. et Sallust. ad Catil. 8. Similiter Graecos loqui solitos fuisse, exemplis Thucydidis et Luciani docuit vir Cl. in Observ. Miscell. tom. 3. pag. 246. ubi idem genus loquendi etiam Aeliano ex conjectura restituitur.

Qui superarent, fessi et corporibus, et animis essent] *qui supererant* Mead. 2. Harl. Hearnii Oxonn. et cod. Mog. cujus fide id Aldus recepit, et reliqui editores servarunt, usque ad Gruter. cujus ultima *superarent*, at Hearnius *supererant* revocarunt; quorum hic monuit, *superarent* esse in Gruteri et Gronoviorum edd. contra in Mstis aliisque codd. quum tamen idem illud *superarent* invenerim in reliquis Mstis meis, et edd. antiquissimis. *Superare* autem poni pro supersesse, vidimus ad 22, 49, 5. Hic autem usus ejus verbi quum doctior sit, quam ut sponte librariis in mentem veniret, verisimilius videtur, scribam Mog. cod. *superarent* literis transpositis in *supererant*, quam reliquos contra mutasse. Ita et supra variant 8, 10, 1. *Superare* et *supersesse* saepe commutantur, aliam tamen ob causam. V. ad 6, 4, 2. Praeterea *et animis et corporibus* Lovcl. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. In praecedentibus τὸ *eorum* redundare, Crevierius notavit. Sed vocem constanter codices agnoscunt. [*super*$^{erant}_{abant}$. Syllabae *abant* punctulis notatae sunt. mox *partem urbis*. Bamb.]

§. 10. *Quam Cyatidem vocant*] MS. *arcem, quam Cynaatidem v.* MOD. *Cytidem* Lov. 2. *Thyatidem* Voss. et Lov. 1. *Tiacidem* Lov. 3. *Thiatidem* Lov. 6. *Tyadidem* Gaertner. *Cyathiden* Lov. 5. et edd. principes.

§. 11. *Inde postero die dediti*, etc. *sub corona omnes venierunt*] Prima vox deest in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque, quae tamen copulae vice fungitur. V. ad 7, 20, 7. Tum *omnes sub corona* Lov. 2. 3. et Harl. Paullo ante *captam partem urbis* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum, qui ordinem dictionum mutavit. *captam urbem* Lov. 6.

§. 1. *Praesidio Samae inposito*] Τὸ *Samae* non comparet in omnibus nostris libris. GEBH. Eamdem vocem ignorant omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. *Same* ex cod. Mog. recepit Aldus, qro quo ed. Colon. dedit *Samo*, Froben. anno 1531. *Samae*; quod posterius recte recentiores servarunt. Ne quis enim *Same* more Graecorum formatum credatur, v. Voss. 4. Gramm. 2. praeterquam quod Livius etiam rarius terminatione Graeca utatur.

Jam diu arcessentibus Aegiensi-

Digitized by Google

diu arcessentibus Aegiensibus maxime ac Lacedae-
2 moniis, trajecit. Aegium, a principio Achaïci con-
cilii, semper conventus gentis indicti sunt; seu di-
gnitati urbis id, seu loci opportunitati datum est.
3 hunc morem Philopoemen eo primum anno labefa-
ctare conatus, legem parabat ferre, ut in omnibus
civitatibus, quae Achaïci concilii essent, in vicem
4 conventus agerentur. et sub adventum consulis, Da-
miurgis civitatium, qui summus est magistratus, Ae-
gium evocantibus, Philopoemen (praetor tum erat)
Ar-

bus] Pall. uterque praefert *aegrescentibus*. GEBH. Similiter Lovel. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *eg'sentibus* Lovel. 1. *egresentibus* Lov. 2. Vox illa deest in Lov. 6.

§. 2. *Aegium, a principio Achaïci concilii, semper conventus gentis indicti sunt*] V. ad 43, 17, 5. Paullo post pronomen *id* exsulat a Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque. Mox §. seq. *in eo primum anno* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui recte praepositionem, a reliquis codd. nostris omissam, ejecit. Insuper *conventus ageretur* Lov. 3. et Gaertn. [*oportunitate* Bamb.]

§. 4. *Damiurgis civitatum, qui summus est magistratus, Aegium evocantibus*] Doriensibus, inquit Hesych. [v. *Δημιουργὸς*,] qui publica negotia resque civitatis administrant, *Demiurgi* vocantur, qui similes sunt iis, qui ab Atheniensibus *Demarchi* vocantur, id est, tribuni. Peloponnesii autem Dorici sunt generis, quo factum est, ut *Damiurgi* Dorice Livius diceret. *ἐπιδημιούργους* appellat Thucyd. lib. 1, [56.] *τοὺς τε ἐπιδημιούργους ἐκπέμπειν*. ubi annotant, *ἐπὶ* redundare, et *Demiurgos* esse *Phylarchos*. Sed verius puto, quod et Livius et Hesychius scripsere. *opifices* autem ab interprete explicari, equidem plerumque miratus sum. TURN. 14. Advers. 11. *Demiurgis* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1535. dialecto Dorica *Damiurgis* substituit. Et ita fere omnes codd. praeferunt supra 32, 22, 2. Quamvis autem hoc loco plerique librarii in illa voce aberrarint, inter eos tamen, si unum jam memoratum excipias, convenit, primam syllabam per vocalem *a* scribendam esse. V. etiam ad 31, 32, 1. Nihilominus *τοὺς Δημιούργους τῶν Ἀχαίων* memorat Polyb. Exc. Legat. num. 47. Insuper *civitatium* edd. Rom. anni 1472. et Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. Mox *tum erat praetor* Lov. 1. 3. 6. *tunc erat praetor* Voss. et Gaertn. [*Damiorgis*. mox *Philopoemenes* Bamb.]

§. 5. *Quo quum adpareret omnes fere conventuros*] *quod quum adpareret fere, conventuros* Voss. *quod quum adpareret fore conventuros* Lov. 1. *quo quum adpareret fore conventuros* Lov. 6. *fere omnes con-*

Digitized by Google

Argos conventum edixit. quo quum adpareret om- 5
nes fere conventuros, consul quoque, quamquam Aegiensium favebat cauſſae, Argos venit: ubi quum disceptatio fuiſſet, et rem inclinatam cerneret, incepto deſtitit. Lacedaemonii deinde eum in sua 6
certamina averterunt. Sollicitam eam civitatem exsules maxime habebant: quorum magna pars in maritimis Laconicae orae caſtellis, quae omnis ademta erat, habitabant. id aegre patientes Lacedaemonii, 7
ut aliqua liberum ad mare haberent aditum, si quando Romam alioye quo mitterent legatos, simulque

venturos Gaertn. Mox *τὸ quoque* non adparet in Lov. 3. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Insuper *favebat, tum Argos venit* Voſſ. *favebat caussae, tamen Argos venit* Gaertn. [*et remi* pro *et rem* Bamb.]

§. 6. *In sua certamina averterunt*] Pal. pr. *in sua certamina verterunt*. GEBH. Similiter Lov. 3. Sed prima litera *τοῦ averterunt* intercepta eſt ab ultima praecedentis vocis. V. ad 2, 44, 6. De locutione *avertere in se* v. ad 6, 23, 8.

Magna pars in maritimis Laconicae orae caſtellis, quae omnes adepti erant, habitabant] Lege *quae omnis adempta erat*, videlicet Lacedaemoniis. GELEN. *per magna pars* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1535. dedit *magna*, quod in ceteris Mſtis supereſt. Tum *Laconiae orae* Lov. 2. 5. et Harl. Sed vide ad cap. seq. §. 2. Tandem *quae omnes adempti erant* Harl. *qui omnis adempti erant* Lov. 2. in contextu. *quae omnes adepti erant* Lov. 2. in margine, Lov. 3. 5. Mead. 2. et principes excusi. *quae omnis adepti erant* Voſſ. Lov. 1. 6. et Gaertn. *quae omnis adempta erant* Mead. 1. An forte legendum *quae omnia ademta erant?* [*caſtellisque* Bamb.]

§. 7. *Ut aliquem liberum ad mare haberent aditum*] Pall. uterque *ut aliqua liberum ad mare haberent aditum*. GEBH. Membranae consensu *ut aliqua liberum*. Veriſſime: intellige *via*. Plautus Milite: *Antevenito aliqua aliquos*. J. FR. GRON. *aliquem* servant Voſſ. Lov. 1. 5. 6. et Harl. *aliqua* Lovel. 2. 3. 4. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. Supra 10, 5, 10. *Si aut superare aliqua et evadere poſſent*. 26, 27, 12. *Si qui evasiſſent aliqua, velut feras beſtias per agros vagari*. V. Nic. Heins. et Cel. Burm. ad Nason. 3. Triſt. 4, 75. Similiter *ne qua* 43, 18, 1. *Ne qua in regnum vacuum inrumperent Romani*. Etiam *recta, alia, eadem*, per defectum vocis *via*, Livio usitata sunt. V. ad 3, 46, 5. Poteſt etiam *aliqua* accipi pro aliqua parte. V. N. Heins. ad Silii 13, 224. Plene infra eſt 44, 35, 8. *Ut nudare aliqua parte transitus Enipei cogeretur*.

Simulque ut emporium et rece-

Digitized by Google

ut emporium et receptaculum peregrinis mercibus ad necessarios usus esset, nocte adorti vicum maritimum,
8 nomine Lan, improviso occupavere. Vicani, quique ibi exsules habitabant, primo inopinata re territi sunt: deinde, sub lucem congregati, levi certa-
9 mine expulerunt Lacedaemonios. terror tamen omnem maritimam oram pervasit: legatosque communiter, et castella omnia vicique, et exsules, quibus ibi domicilia erant, ad Achaeos miserunt.

1 XXXI. Philopoemen praetor, jam inde ab initio exsulum causae et amicus, et auctor semper Achaeis

ptaculum] Scribo *simul id emporium et receptaculum*, non *simulque ut*. J. FR. GRON. Huic mutationi nullam justam causam esse video, praesertim quum Gronov. nullius cod. concentum memoret. Si repetitio τοῦ *ut* offendit, vocula illa hic omitti posset, quum etiam desit in Lov. 2. Mox *ad necessarios usus essent* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. [*simul ut emporium* Bamb.]

Vicum maritimum, nomine Lamin] Hujusmodi vicum nemo, quod equidem sciam, nominat in Laconia. Suspicor legendum *nomine Laan*, sive contracte *Lán*, tribus a Gytheo stadiis distans oppido, ut author est Pausanias lib. 3, [24.] Meminit et Strabo lib. 8, [364.] Item alii, ut Ptolemaeus [3, 16.] GLAR. *nomine Lamyn* Voss. *nomine Lamym* Lovel. 1. *nomine Lanin* Lov. 6. *nomine Lamia* Gaertn. *nomine Lamin* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. vett. *nomine Lan* ante Glareanum jam recte edidit Frob. anno 1535. quia nempe cap. seq. §. 2. Gelenius ita emendandum docuit. De hoc vico videndum esse Meurs. 4. Misc. Lacon. 7. monuit Hearnius. Ceterum hic vicus non tribus stadiis a Gythio distabat, ut Glareanus dicit, sed, quae verba sunt Pausaniae ab eo laudati, Σαλάσσης μὲν δέκα σάδια, Γυθίου δὲ τεσσαράκοντα. [§. 8. *vicanii* sed a manu sec. *vicani* Bamb.]

§. 9. *Castella omnia vicique*] *castella omnia utique* Lov. 1. 6. et Voss. Paullo ante *terror inde omnem* Harl. V. ad 5, 18, 8. *terror tũ omnem* Lov. 6. V. ad 22, 17, 5. Etiam §. praec. *sub luce* Mead. 1. V. ad 2, 55, 1.

§. 1. *Jam inde ab initio exsulum causae amicus, et auctor*] Vet. ed. et Pal. alter *exsulum causae et amicus et auctor*. Sed contra Pal. pr. *jam inde ab initio exsulum causae esse et amicus et auctor semper Achaeis minuendo opes et auctoritatem Lacedaemoniorum consilium quaerentibus dedit*. GEBH. *et amicus et auctor* omnes codd. nostri, et edd. antt. usque ad Frob. qui copulam *et* priori loco expunxit; quam Gronovius restituit. V. ad 2, 44, 3. Deinde *quaerentibus*, quod jam receperunt edd. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et reli-

Digitized by Google

minuendi opes et auctoritatem Lacedaemoniorum, concilium querentibus dedit. decretumque, eo refe- 2
rente, factum est, *Quum in fidem Achaeorum tutelamque T. Quinctius et Romani Laconicae orae castella et vicos tradidissent, et, quum abstinere his ex foedere Lacedaemonii deberent, Las vicus obpugnatus esset, caedesque ibi facta; qui ejus rei auctores adfinesque essent, nisi dederentur Achaeis, violatum videri foedus.* Ad ex- 3
poscendos eos legati extemplo Lacedaemonem missi sunt. Id imperium adeo superbum et indignum Lacedaemoniis visum est, ut, si antiqua civitatis for-

quae omnes, idem Gronovius recte mutavit in *querentibus*. Alterum Hearnius servare maluit. [*Philopoemenes* ut etiam sup. cap. Bamb.]

§. 2. *Laconicae orae castella et vicos tradidissent*] *Laconiae orae* Voss. Lov. 5. 6. Harl. et edd. vett. pro quo Moguntini recte ex cod. suo *Laconicae* emendarunt, concinentibus reliquis scriptis. Supra cap. praec. *In maritimis Laconicae orae castellis habitabant.* cap. 34. *Terra Laconica excederent.* Tum *castella tradidissent* Gaertn. *castella ejus tradidissent* Lov. 3. *castella cui contradixissent* Lov. 1. *castella contradissent.* Forte voluit *castella contradidissent.* Sola castella cap. praec. loc. laud. memorantur. *Contradere* autem profertur ex Lucret. 1, 402.

Argumenta fidem dictis contradere nostris.

Ita Gifan. legendum contendit. Sed adsentior Lambino, *conradere* vel *corradere* defendenti, quod *contradere dictis fidem* vix Latinum videatur. Hic etiam vulgatum servo. Paullo ante *referente eo* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Froben. qui anno 1535. ordinem vocum invertit. *Tò est* exsulat a Voss. et Gaertn. [*ut in fidem* Bamb.] *Et, quum abstinere his ex foedere Lacedaemonii deberent*] *ut cum abstinere* Lov. 1. 3. 4. 5. et edd. ante Moguntinos, qui ex cod. suo *et quum* dederunt, consentientibus reliquis nostris, excepto Voss. in quo erat *ne quum*. Deinde *ex foedere Lacedaemonum* Lov. 5. et ed. Camp. *ex foedere Lacedaemoniae* Voss. et Gaertn.

Lamis vicus obpugnatus] Lege *Las vicus*, non *Lamis*; a quo vastato Castores *Lapersae* Graecis denominati sunt. GELEN. *Late vicus* Voss. Lov. 1. 3. et Harl. *Lace vicus* Lov. 4. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. *Lanum vicus* Lov. 2. *Lamin vicus* Lov. 6. *Lamis vicus* Lov. 5. et edd. ante Frob. qui anno 1535. *Las vicus*, praeeunte Geleni, substituit. V. ad cap. praec. §. 7. Insuper voces *caedesque ibi* etc. *adfinesque essent* in Harl. omittuntur neglegentia librarii ob vocum *esset*, *essent* repetitionem. V. ad 9, 11, 11. Tandem *ni dederentur* Lov. 2. *ni dederentur* Lov. 1. V. ad 9, 5, 3.

§. 3. *Ad exposcendos eos legati*]

Digitized by Google

tuna esset, haud dubie arma extemplo capturi fue-
4 rint. maxime autem consternavit eos metus, si semel primis imperiis obediendo jugum accepissent, ne, id quod jam diu moliretur, Philopoemen exsulibus La-
5 cedaemonem traderet. Furentes igitur ira, triginta hominibus ex factione, cum qua consiliorum aliqua societas Philopoemeni atque exsulibus erat, interfectis, decreverunt, renunciandam societatem Achaeis, legatosque extemplo Cephalleniam mittendos, qui consuli M. Fulvio, quique Romanis Lacedaemonem
6 dederent; orarentque eum, ut veniret in Peloponnesum ad urbem Lacedaemonem in fidem ditionemque populi Romani accipiendam.

1 XXXII. Id ubi legati ad Achaeos retulerunt, omnium civitatium, quae ejus concilii erant, consen-

Pall. uterque *Ad exposcendos eos et legati*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Omnia haec verba deerant in Lov. 1.

Ut, si antiqua civitatis fortuna esset] In Pal. pr. *si aliqua civitatis fortuna esset*. GEBH. Consentit Lov. 3. *si antiquae civitatis fortuna* Lov. 5. et edd. principes. *si antiqua civitas fortuna esset* Harl. et Gaertn. *esse antiqua fortuna* videri posset eodem modo dici, quo *esse eodem statu*, *esse ingenti gloria*; de quibus v. Gronov. ad 2, 22, 6. et 3, 68, 3. unius tamen vel alterius cod. fide vulgatum hic non muto.

§. 4. *Ne, id quod jam diu moliretur Philopoemenes*] MS. *quod tam diu moliretur Philopoemen*. MOD. Ita saepe variant scribae. V. ad 21, 11, 12. Voces *jam diu* deerant in Lov. 1. a manu 1.

§. 1. *Id ubi legati ad Achaeos retulerunt*] Pal. pr. *Id ut ad Achaeos legati retulerunt*. GEBH. Non aliter Lov. 3. V. ad 24, 15, 1. *Id ubi ad Achaeos legati* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Mox *omnium civitatium* ed. Mediol. anni 1480.

§. 2. *Sed etiam navibus e mari fines eorum vastati*] Ita Gronov. anno 1665. edidit; quem praeter Doujatium recentiores, quos vidi, secuti sunt. Et tamen ita nullus meorum codd. nisi forte Lov. 4. unde nihil notatur. Priores legunt *a mari*, quomodo non tantum Hearnii L. 1. sed et reliqui nostri, nisi quod praepositio desit in Lov. 3. et *ar mari* legat Mead. 2. cujus librarius *ab mari* dare voluisse videtur. Priorem lectionem revocavi, et *a mari* expono a parte maris. V. ad 31, 24, 8.

§. 3. *Hic tumultus consulem in Peloponnesum adduxit*] Uterque Pall. *consulem Peloponnesum ad-*

Digitized by Google

su bellum Lacedaemoniis indictum est. ne extemplo gereretur, hiems inpediit. Incursionibus tamen parvis, latrocinii magis quam belli modo, non terra tantum, sed etiam navibus a mari fines eorum vastati. Hic tumultus consulem in Peloponnesum adduxit; jussuque ejus Elin concilio indicto, Lacedaemonii ad disceptandum adciti. Magna ibi non disceptatio modo, sed etiam altercatio fuit. cui consul, quum alia, satis ambitiose partem utramque fovendo, incerta respondisset, una denunciatione, ut bello abstinerent, donec Romam legatos ad senatum misissent, finem inposuit. Utrimque legatio missa Romam est. exsules quoque Lacedaemoniorum suam causam legationemque Achaeis injunxerunt. Diophanes et Lycortas, Megalopolitani ambo, princi-

2 3 4 5 6

duxit. GEBH. Eadem apud me lectio exstat in Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. et aliis: sed praepositio intercepta est a vocis praecedentis litera ultima. V. ad 10, 13, 3. Mox *Elim* Harl. [Bamb.] et Gaertn. *Helim* vel *Helym* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. 2.

Ad disceptandum acciti] MS. *ad disceptandum exciti.* MOD. Supra 4, 9. *Plebs ad expugnandam secum Ardeam Volscos excivere.* Silius 5, 191. *seu ductor ad arma Exciret Tyrius.* Potest et alterum servari. Alibi autem similiter variant libri. Exemplum habuimus 3, 4, 5.

§. 4. *Non disceptatio modo, sed etiam altercatio fuit*] Pall. uterque *sed altercatio fuit*, omisso τῷ *etiam.* GEBH. Voculam *etiam* non admittunt quoque Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, [Bamb.] et Gaertn. Locutiones *non solum, non modo, sed*, pro sed etiam, inlustravi ad 2, 6, 1. et 7, 37, 1. quibus plura alia addi possent, nisi taedio forent. V. igitur Cel. Burm. ad Gratii Cyn. 48. Oudend. ad Front. 1, 3, 10. et Cort. ad Sallust. Catil. 18. Hinc *altricatio* Gaertn. V. ad 4, 6, 1. Mox *ad senatum legatos* Lov. 1. 2. 3. 4. [Bamb., qui *misissent* omittit] et Mead. ambo. Insuper §. seq. τὸ *Utrimque* deerat in Lov. 6.

§. 6. *Diophanes et Lycortas, Megalopolitani*] *Diaphenes*, vel *Dyaphenes* Voss. Lov. 1. 4. Harl. [Bamberg.] et Mead. ambo. *Diaphanas* Gaertn. *Diuphanes* Lov. 2. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et priscae edd. quod recte Sigonius in *Diophanes* mutavit. V. ad 36, 31, 6. Tum *Megapolitani* Voss. Lov. 2. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *Megalopolitani* Lov. 6. V. ad 32, 5, 5. Mox *convenientem a-*

Digitized by Google

pes legationis Achaeorum fuerunt. qui, dissidentes in republica, tum quoque minime inter se cenvenien-
7 tes orationes habuerunt. Diophanes senatui disceptationem omnium rerum permittebat: eos optime controversias inter Achaeos ac Lacedaemonios finiturus esse.
8 Lycortas ex praeceptis Philopoemenis postulabat, ut Achaeis ex foedere ac legibus suis, quae decressent, agere liceret: libertatemque sibi inlibatam, cujus ipsi auctores essent, praestarent.
9 Magnae auctoritatis apud Romanos tum gens Achaeorum erat: novari tamen nihil de Lacedaemoniis placebat. ceterum responsum ita perplexum fuit, ut et Achaei sibi de Lacedaemone permissum acciperent;
10 et Lacedaemonii non omnia concessa iis interpretarentur. hac potestate inmodice Achaei ac superbe usi sunt.

1 XXXIII. Philopoemeni continuatur magistratus; qui veris initio, exercitu indicto, castra in finibus

rationem Voss. et Gaertn. *minime inter se convenientes orationem habuerunt* Lov. 6. Insuper §. seq. *finituros*, omisso τῷ *esse*, Lov. 3.

§. 8. *Ut Achaeis ex foedere ac legibus suis, quae decrevissent, agere liceret*] Scribe cum Petav. et Andr. *quae decressent*. J. FR. GRONOV. *et foedere ac legibus* Voss. sollemni scribarum lapsu. V. ad 26, 45, 1. Tum *decrevissent*, quod in paucis tantum exstat codd. recepit demum ultima Gruteri ed. Reliquae priores cum Mstis Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Mead. utroque *decressent*. V. ad 2, 27, 8. Deinde §. seq. *ut Achaei*, omissa media vocula, Lov. 3. et 6. V. ad 2, 44, 3.

§. 10. *Non omnia concessa iis interpretarentur*] *arbitrarentur* Mead. 2. Mox *hanc potestatem inmodice ac superbe usi sunt* Lov. 3. Sed, Livium alibi more antiquo *usi* cum casu quarto construxisse, non constat. V. ad 2, 34, 11.

§. 2. *Civitatem in pace futuram, si id feciſſent, pollicens*] *si id fecisset*, nempe civitas, Lov. 1. 4. 5. [Bamb.] et Mead. ambo. Sed nihil muto. *feciſſent* enim referri potest ad *Lacedaemonios*. quin insuper, licet *civitatem* respiceret, tamen *feciſſent* servarem propter ea, quae notantur ad c. 29, 11, vel quia civitas considerari potest, ut conlectivum, quod verbum plurale admittit. Supra 34,

Digitized by Google

Lacedaemoniorum posuit. legatos deinde misit ad 2
deposcendos auctores defectionis, et civitatem in
pace futuram, si id feciſſent, pollicens, et illos ni-
hil indicta cauſſa paſſuros. Silentium prae metu ce- 3
terorum fuit. quos nominatim depoposcerat, ipsi
se ituros profeſſi sunt; fide accepta ab legatis, vim
abfuturam, donec cauſſam dixiſſent. ierunt alii etiam 4
inluſtres viri, et advocati privatis, et quia pertine-
re cauſſam eorum ad rempublicam censebant. Num- 5
quam alias exsules Lacedaemoniorum Achaei secum
adduxerant in fines, quia nihil aeque alienaturum
animos civitatis videbatur. tunc exercitus totius pro-
pe antesignani exsules erant. Ii venientibus Lace- 6
daemoniis ad portam caſtrorum agmine facto ob-
currerunt. et primo laceſſere jurgiis: deinde, alter-
catione orta, quum accenderentur irae, ferociſſimi
exsulum inpetum in Lacedaemonios fecerunt. Quum 7
illi Deos et fidem legatorum teſtarentur, et legati

41, 1. *Laeta civitas celeberrimum feſtorum dierum in adventum Romani exercitus ducisque indixerunt.* V. ad 4, 32, 2. Dein *pollicentis* Lov. 4. [Bamb.] et Mead. ambo. *pollicentes* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn. quod penderet ex praecedenti *legatos*. Sed hic etiam vulgatum praefero: altero enim admiſſo etiam mox legendum foret *depoposcerant*, ut in uno eſt Lov. 6. Mox *et alios nihil* Lov. 1. et 6. de quo scribarum errore v. ad 23, 7, 3.

§. 3. *Quos nominatim depoposcerat*] *deposcerat* Lov. 3. 4. Harl. et Mead. 2. V. ad 36, 7, 20. *depoposcerant* Lov. 6. V. ad §. praec. Mox *a legatis* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. uterque, [Bamb.] et Gaertn. Tum *misericordiam futuram* Lov. 2. et Harl. *vim afuturam* Lov. 5. Dein §. seq. *ierunt etiam alii* Voſſ. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo [Bamb.], et Gaertn. *ierunt et alii* Lov. 6. *sunt etiam alii* Lov. 1. [§. 4. pro *rempublicam* habet *p. r.* (sic) Bamberg., ut etiam cap. praec. §. 6.]

§. 5. *Secum adduxerant in fines, quia nihil aeque alienaturum animos civitatis*] *in finis* Lov. 5. et edd. principes. *in finibus* Lov. 1. et Gaertn. De hoc errore v. ad 22, 8, 7. Voces illae duae deerant in Lov. 2. et Harl. *τὸ animos* etiam in Mead. 1. lacuna tamen relicta. Mox etiam vocem *exsules* non agnoscit Harl.

§. 6. *Agmine facto occurrerunt*] *cucurrerunt* Voſſ. errore ex lite-

Digitized by Google

et praetor submoveret turbas, et protegeret Lacedaemonios, vinculaque jam quosdam injicientes arceret, crescebat tumultu concitato turba. Et Achaei ad spectaculum primo concurrebant. deinde vociferantibus exsulibus, quae passi forent, et orantibus opem, adfirmantibusque simul, *Numquam talem occasionem habituros, si eam praetermisissent: foedus, quod in Capitolio, quod Olympiae, quod in arce Athenis sa-*

rarum adfinibus ductibus orto, unde et *occidit* et *cecidit* saepissime confunduntur. V. ad 36, 36, 6. Mox *accenderetur ira* Gaertn. [*accend. ira* Bamb.] Sed v. ad 8, 30, 1. Tum *fortissimi exsulum* Gaertn. V. ad 28, 42, 4.

§. 7. *Et legati et praetor submoveret turbas, et protegeret Lacedaemonios*] MS. *summovere turbam, et protegere Lacedaemonios.* MOD. Pall. uterque *summovere turbas, et protegere Lacedaemonios.* GEBH. Videtur legendum *summoverent, protegerent, arcerent.* J. FR. GRON. *summovere turbas*, (*turbatus* Voss. et Lov. 1.) *et protegere* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. quos tamen simul cum Mog. aliisque codd. erraſſe puto. Si quid mutandum, cum Gronovio mallem *submoverent, protegerent, arcerent*; quod in Lov. 2. inveni.

Crescebat tumultus concitata turba] MS. *crescebat turba concitato tumultu.* MOD. Pal. pr. *crescebat tumultu conturbato turba.* alter *crescebat tumultu concitato turba.* GEBH. Moguntinus *crescebat turba tumultu concitato.* Sane et Pet. Naud. Voss. *crescebat tumultu concitato turba.* Barberin. *crescebat tumultu concito turba.* Exiſtimo scribendum esse, *crescebat tumultu concita turb.* Sequitur enim ſtatim, *Et Achaei ad spectaculum primo concurrerunt.* Sic lib. 1, [59, 3.] *Elatum domo Lucretiae corpus in forum deferunt, concientque miraculo, ut fit, rei novae atque indignitate homines.* L. 25, [39.] *Concursu ex castris ad primum clamorem et tumultum facto.* L. 42, [64.] *Primae stationes oppressae tumultu ac terrore suo caeteros exciverunt.* Ennius Dulorese: *Extemplo Aegisthi fidem nuncupantes conciebant populum.* Idem verbum restituendum puto Ciceroni Divin. in Q. Caecil. cap. 13. *Quantam auditorum multitudinem C. Verris infamia concitura.* Ubi et editiones *concitatura.* Quamvis alibi *concitare populum* et similia apud eundem obvia non nesciam. J. FR. GRON. *tumultus concitata turba*, ut vulgo ante Gronov. edebatur, in uno tantum Lov. 5. per omnia primis edd. simili, inveni. Quare recte Gronovius eam lectionem sprevit. *tumultu conturbato turba* Lov. 3. *tumultu concitato turba* Lov. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. ac N. *tumultu concitata turba* Lov. 1. et 2. Hinc facile formari potest *concita*, neglecta ultimae syllabae duplicatione: eam enim librarios in similibus pro arbitrio vel omisisse, vel addidisse, vidimus ad 10, 37, 2. Locutionem autem Livio haud indignam esse, *tumultu concita turba*, constat etiam ex illis, quae notavi ad 2, 26, 5. Nihilominus consilium Gronovii probare nequeo, qui

Digitized by Google

cratum fuisset, irritum per illos esse: priusquam alio de integro foedere obligarentur, noxios puniendos esse; accensa his vocibus multitudo ad vocem unius, qui, ut ferirent, inclamavit, saxa conjecit: atque ita septemdecim, quibus vincula per tumultum injecta erant, interfecti sunt: sexaginta tres postero die comprehensi, a quibus praetor vim arcuerat, non quia salvos vellet, sed quia perire causa indicta

10

11

lectionem illam, nullius Msti fide nisam, in contextum recepit, praesertim quum non tantum lectiones, quas codd. obferunt, optimum sensum praebeant, sed Livius etiam iisdem usus sit. Talis est *tumultu concito:* certe *concire bellum, seditionem* et similia inlustramus infra ad 41, 8, 4. talis etiam est *tumultu concitata;* ad quam formam supra est 2, 44. *Undique ex Etruria auxilia convenerant, non tam Vejentium gratiâ concitata.* talis denique est *tumultu concitato;* pariter enim dixit *concitare bellum,* de quo v. ad 5, 5, 11. Hanc igitur postremam lectionem, pro qua stant longe plures codd. et inter eos etiam integerrimus Mog. in ordine tantum vocum dissentiens, admittere malui.

§. 8. *Ad spectaculum primo concurrerunt*] MS. *concurrebant.* MOD. Pall. uterque *ad spectaculum primo concurrebant.* GEBH. Similiter Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. quod eorum fide probavi. *occurrerunt* est in Harl. quod etiam probari posset, si plures consentirent. V. ad 36, 24, 4.

§. 9. *Quod in Capitolio, quod Olympiae, quod in arce Athenis sacratum*] De hac re superioribus libris nihil a Livio dici memini. DUK. Neque ego antea narratum memini. De Aetolis simile quid narratur 26, 24. *ratum* Voss. et Gaertn. sed ex errore scribarum, qui unde natus sit, ex aliis codd. intelligitur: nam *Athenis a ratum* praefert Lov. 6. *Athenisa ratum* Lov. 1. Paullo post *obligentur* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. priscae. Postea, quum Moguntini monuissent, se in cod. suo inveniisse *foedere integro obligarentur*, Aldus *obligarentur* probavit, ac recepit. [*et irritum* Bamb.]

§. 10. *Septemdecim, quibus vincula per tumultum injecta erant, interfecti sunt: sexaginta tres postero die comprehensi*] Convenit numerus interfectorum cum iis, quae scripti Polybius, cujus in hac re narranda Livius secutus est auctoritatem: Χρόνῳ δὲ, inquit Polybius de Philopoemene apud Plutarch. [pag. 365.] ἐγκαλέσας τι τοῖς Λακεδαιμονίοις στρατηγῶν ὁ Φιλοποίμην, τοὺς μὲν φυγάδας κατήγαγεν εἰς τὴν πόλιν, ὀγδοήκοντα δὲ Σπαρτιάτας ἀπέκτεινεν, ὡς Πολύβιος φησίν. URSIN. Perperam igitur *XVIIII*, pro *XVII*, Voss. et Lovel. 1. *XVIII* Hearnii L. 1, et *LXIIII*, pro *LXIII*, Voss. et Lov. 1. Praeterea *injecerant* Lov. 2. et Harl. Sed v. ad 23, 29, 16.

§. 11. *Quum aversis auribus pauca locuti essent*] *adversis auribus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead.

Digitized by Google

nolebat, objecti multitudini iratae, quum aversis auribus pauca locuti essent, damnati omnes, et traditi sunt ad supplicium.

1 XXXIV. Hoc metu injecto, Lacedaemoniis imperatum primum, ut muros diruerent: deinde, ut omnes externi auxiliares, qui mercede apud tyran-
2 nos militassent, terra Laconica excederent: tum, uti, quae servitia tyranni liberassent, (ea magna multitudo erat) ante diem certam abirent; qui ibi mansissent, eos prehendendi, vendendi, abducendi A-
3 chaeis jus esset. Lycurgi leges moresque abrogarent. Achaeorum adsuescerent legibus institutisque.

ambo, [Bamb.] et Gaertn. Nihil tamen muto. Supra 24, 26, 10. *Aversis auribus animisque.* ubi alia exempla notavit Gronov. Tibull. 3, 3, 28.

Audiat aversa non meus aure Deus.

ubi v. Broukhous. Similiter *Dii aversi* supra 7, 3. et apud Ovid. 7. Her. 4. *averso movimus ista Deo.* ubi vide Nic. Heinsium. Forte tamen eo loco *adverso* servandum. Nullum enim cod. conjecturae suae faventem vir Inlustr. laudavit, et *adversis Diis* obcurrit etiam apud Flor. 3, 11. *Adversis et Diis et hominibus cupiditas consulis multata est.* et apud Justin. 18, 7. *Adversis tanto scelere numinibus, gravi proelio victi sunt.* ubi tamen alii ex edd. vett. *aversis* legunt, alii ex Mstis *tanto sceleri.* Solent *aversus* et *adversus* a scribis confundi. V. ad 2, 31, 6.

Damnati omnes, et traditi] Pal. pr. *damnati omnes traditique.* GEBHARD. Pariter Lov. 3. *sed traditi* Lov. 1. V. ad 40, 58, 1.

§. 1. *Ut muros diruerent*] Pal. pr. *ut in muro dirimerent.* Alter *uti muros dirimerent.* GEBH. *ut in muros dirimerent* Lov. 3. *ut in muros dirueret* Lov. 1. *uti muros dirueret* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo [et Bamb.].

Apud tyrannos militassent, terra Laconica excederent] *apud tyrannum* Harl. et Mead. 1. Male. Multi enim Lacedaemone, postquam legitimi reges defecerant, tyranni fuerunt. 34, 26, 12. *Lacedaemoniorum exsules permulti tyrannorum injuria pulsi.* Mox hoc c. *Quae servitia tyranni liberassent.* Et iterum, *Ager Belbinates, quem injuria tyranni Lacedaemoniorum possederant.* Plut. in Philopoem. pag. 365. *Ὅσοι δὲ ἦσαν ὑπὸ τῶν τυράννων ἀποδεδειγμένοι πολῖται τῆς Σπάρτης, μετῴκισεν ἅπαντας.* De his tyrannis vide Meurs. in Regn. Lacon. 20. Praeterea *terra Laconica* Lov. 3. et Harl. Male. V. ad cap. 31, 2.

§. 2. *Qui ibi mansissent, eos prehendendi, vendendi, abducendi*] Pal. pr. *eos praedandi.* Legendum *prendendi*, ut restat in posteriore Pal. GEBH. *Τὸ ibi* exsulat a Lov. 6.

Digitized by Google

ita unius eos corporis fore, et de omnibus rebus facilius consensuros. Nihil obedientius fecerunt, 4 quam ut muros diruerent: nec aegrius passi sunt, quam exsules reduci. Decretum Tegeae in concilio 5 communi Achaeorum de restituendis iis factum est. et, mentione inlata, externos auxiliares dimissos, et 6 Lacedaemoniis adscriptos (ita enim vocabant, qui a tyrannis liberati erant) urbe excessisse, in agros dilapsos; priusquam dimitteretur exercitus, ire praetorem cum expeditis, et comprehendere id genus hominum, et vendere jure praedae placuit. Multi com- 7 prehensi venierunt. porticus ex ea pecunia Megalo-

Tum *praedandi* exhibent Lov. 1. et 3. *perdendi* Lov. 2. [et Bamb.] *deprehendendi* Lov. 6. *prendendi* Voss. et Lov. 4. V. ad 2, 29, 4. Dein *abducendi*, *vendendi* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. Paullo ante *ad diem certam* Lov. 3. inter versus. Praeterea §. seq. *ita eos unius corporis* Lov. 2. et Mead. 1. *Τὸ eos* exsulat ab Harl.

§. 6. *Lacedaemoniis adscriptos (ita enim vocabant)* Hi adscripti vocantur ὑπὸ τῶν τυράννων ἀποδεδειγμένοι πολῖται τῆς Σπάρτης apud Plut. Philopoem. pag. 365. *Lacedaemoniis adstrictos* perperam Voss. Praeterea *ita enim vocant* Lov. 2. Paullo ante τὸ *Achaeorum* deest in Lov. 3. Tum *de restituendis Achaeis factum est* Lov. 1. 6. et Voss. cujus posterioris margini adscriptum *exsulibus*, pro *Achaeis*. Nihil muta.

In agros dilapsos, priusquam dimitteretur exercitus: ire praetorem] Haec fortasse ita melius distingui possunt: *in agros dilapsos; priusquam dimitteretur exercitus, ire praetorem* etc. DUK. Hanc distinctionem recepi, quae non modo exstat in multis antiquioribus, et in Sigonii edd. sed nuper etiam a Cl. Crevierio revocata est. [*qui priusquam dimitt.* Bamb.]

Et comprehendere id genus hominum, et vendere] *et prehendere* Lov. 3. *et comprehendi* cod. Mog. quem hic non audiendum esse, sequentia et praecedentia probant. Forte antiquitus scriptum fuerat *comprehend'e*, idque incautum librarium in errorem induxit. Ceterum, hominum illorum tria millia fuisse, refert Plutarch. in Philopoem. pag. 365. vel ὅσον τρισχιλίους Pausan. in Arcad. 51.

§. 7. *Porta ex ea pecunia Megalopoli*] In exemplaribus, quorum ob vetustatem fidem sequimur, *porticus* legitur, non *porta*. GELEN. Vet. lib. *porta* habent. SIGON. Habent omnes libri *porta ex ea pecunia*. GEBH. *porta* etiam omnes nostri, et Hearnii L. 1. Sed recte Gelenius *porticus* ex suis. Ita enim Plutarch. in Philopoem. pag. 365. Εἶτ' οἷα ἐφυβρίζων ἀπὸ τῶν χρημάτων τούτων ἐν Μεγαλοπόλει στοὰν φκο-

Digitized by Google

poli permissu Achaeorum refecta est, quam Lacedae-
8 monii diruerant. Et ager Belbinates, quem injuria tyranni Lacedaemoniorum possederant, restitutus eidem civitati, ex decreto vetere Achaeorum, quod
9 factum erat, Philippo Amyntae filio regnante. Per haec velut enervata civitas Lacedaemoniorum diu

δόμησεν. Cur Lacedaemonii porticum Megalopoli diruerint, liquido dicere nequeo. Si tamen conjecturae, et quidem haud infirmae, indulgere liceat, dicam fuisse porticum *Μυρόπωλον* vocatam, quam Megalopolitani, fusis Lacedaemoniis, et caeso eorum duce Acrotato Cleomenis filio, ex eorum spoliis aedificarant, teste Paus. in Arcad. 30. Quum itaque postea, duce Cleomene Leonidae filio, Megalopolim Lacedaemonii oppressissent, teste iterum Pausan. ibid. c. 27. porticum hanc, nominis sui dedecus, destruxerunt; quam nunc Philopoemen Megalopolitanus ex eorum spoliis denuo civibus suis refecit. [*persensu* pro *permissu* Bamb.]

§. 8. *Et ager Belbinatis*] Hujus agri mentio, ni fallor, est apud Strabon. 8, [375.] et 9, [398.] opinor autem insulae ejus, quae Salamini proxima. quanquam quibusdam haud immerito dubium videri potest, quomodo tanto a Lacedaemone spatio agrum eum tyranni possidere potuerint. Deinde, quod Livius subnectit, *eidem civitati*, de Megalopoli intelligo. Belbinam insulam Plinius lib. 4. c. 12. ait esse contra Troezeniam. GLAR. *Belbinitis* scribendum, auctore Steph. qui ita scribit: *Βέλβινα πόλις Λακωνικὴ, τὸ ἐθνικὸν Βελβινίτης, ὡς Αἰγινίτης.* SIG. *Belbinatis* omnes nostri constanter [cum Bamb.], nisi quod *Belbibatis* sit in Lov. 1. *Belbibates* in Lov. 2. *Belbivatis* in Harl. Urbs Belbina, unde ager nomen habuit, ab aliis *Blemmina*, ab aliis *Belemina*, ab aliis *Blenina*, ab aliis aliter vocata est. Vide viros doctos ad Steph. Byz. 5. *Βέλβινα*. Meursium 4. Misc. Lacon. 4. et Cellar. Geogr. ant. 2, 13, 775. Quum tamen Polyb. 2, 54. *Βελμινάτιν Χώραν* memoret, id saltem inde constabit, terminationem, quam Sigonius reposuit, dubio non carere. Penultima igitur syllaba vocalem primam, quam Sigonius tertia mutarat, revocavi. Et sane etiam viri docti jam observarunt, errasse Steph. Byz. vel ejus librarium, scribentem *Βελβινίτης* eodem modo dici, quo *Αἰγινίτης*, quum ipse in voce *Αἴγινα* gentile *Αἰγινήτης* formari docuerit. Forte igitur apud Steph. legendum *τὸ ἐθνικὸν Βελβινήτης, ὡς Αἰγινήτης*: pro quo Dorice dicitur *Βελβινάτης*. Insuper licet Graece dictum fuisset *Βελβινίτης*, id Latine non reddendum foret *Belbinitis*, sed *Belbinites* vel *Belbinita*. Id vidit Cl. Jac. Gronov. qui non tantum in notis Sigonii *Belbinites* excudi curavit, quamvis priores *Belbinitis* praeferant, sed eamdem etiam lectionem in contextum admisit. Quum igitur Polyb. feminine dixit *Βελμινάτιν Χώραν*, Livius similiter masculine dicere debuit *ager Belbinates* vel *Belbinata*. Et prius quidem recepi, quum, ut dixi, in uno codicum *Belbibates* invenerim. Mox *tyranni Lacedaemonii*

Digitized by Google

Achaeis obnoxia fuit. nulla tamen res tanto erat damno, quam disciplina Lycurgi, cui per septingentos annos adsueverant, sublata.

XXXV. A concilio, ubi apud consulem inter Achaeos Lacedaemoniosque disceptatum est, M. Fulvius, quia jam in exitu annus erat, comitiorum caus-

Lov. 2. et Harl. Insuper *possiderunt* Gaertn.

§. 9. *Cui per octingentos annos adsueverant*] In Chronicis Eusebii invenies *septingentos annos*, aut *IOCXL*. Tu vide, quid legendum. GLAR. Admonuit Glareanus, videri legendum esse ex Chron. Euseb. *per septingentos annos*; quam lectionem reperi quoque in vet. lib. SIG. *per septingentos annos* erat in Pal. sec. omnibus literis. nam primus habebat tantum *per LXX annos*, omisso scilicet sicelico centenarii. primae edd. et seqq. ante Sigonium repraesentabant *octingentos*. falso. GRUT. *septingentos* Cic. dixit pro L. Flacco sub finem [c. 26.] rectius. V. supra. HENR. VALES. Thuan. *assuerant*. JAC. GRON. *per octingentos* servat solus Lov. 5. *per septingentos* Harl. et Mead. ambo. *per septuaginta* Lovel. 2. *per LXX*. Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. Monuit autem Hearnius, Boecler. ad Vell. 1, 6, notasse, in codd. nonnullis *D*, in aliis *DCCC* esse. Verum haud satis diligenter notas Boecleri consuluit; qui, loco Livii, ut olim edebatur, laudato, addit, tempus legum Lycurgi alios annorum *DCC*, alios *IↃ* numerare, respiciens illa, quae tradunt Cic. pro Flacco 26. et Plutarch. in Lycurg. pag. 58. Ceterum, quo tempore Lycurgus vixerit, et patriae leges tulerit, non convenit. V. Meurs. Miscell. Lac. 2. 5. Ex hoc autem veterum dissensu explicandum videtur, quod Cic. licet tanto recentior hoc tempore, quo Lacedaemonii a Philopoemene et Achaeis victi leges mutare coacti sunt, attamen eos ad sua tempora tantum *septingentos jam annos amplius* Lycurgi legibus vixisse dicat. Leges ereptas postea Romani restituerunt Lacedaemoniis. V. Plut. in Philopoem. pag. 365. Easdem itaque diu adhuc postea, etiam sub Nerone et Domitiano, observarunt. V. Meurs. l. laud. Priscae autem hoc loco scripturae defendendae inservire nequit locus infra 39, 37, 5. ibi enim non agitur de legibus Lycurgi, sed de Lacedaemoniis, qui *sine muris per octingentos prope annos liberi* fuisse dicuntur. Denique *adsueverat* Lov. 2. et 3. quomodo dedisse scribae videntur, quia praecessit *civitas*. Sed, vocem illam more conlectivorum verbum plurale admisisse, vidimus ad c. 33, 2. Si plures codd. Gronovii Thuanaeo, *assuerant* praeferenti, consentirent, id recipiendum existimarem, quia Livius hac forma saepissime eo usus est. V. ad 4, 45, 4.

§. 1. *A concilio, ubi apud consulem inter Achaeos Lacedaemoniosque disceptatum est*] Pall. *ad consulem*. Vet. edd. *a consule*. GEBH. A Moguntino est: sed suspectum: potuit enim *a consule*, quod prius erat, sive fuerit *ab consule*, displicere illis, qui *disceptare* tan-

Digitized by Google

sa profectus Romam, creavit consules M. Valerium Meſſallam et C. Livium Salinatorem, quum M. Aemilium Lepidum inimicum, eo quoque anno petentem, 2 dejeciſſet. Praetores inde creati Q. Marcius Philip-

tum eſſe putabant partium, ut vulgarius accipitur, non etiam judicis. Eadem res nocuit Caesari 6. de B. Gall. [37.] *Cur enim potius Aedui de suo jure et legibus ad Caesarem disceptatorem, quam Romani ad Aeduos, veniant.* Sic et alii et nos in MSS. invenimus. Vulgo *disceptaturi;* alii *disceptatum*, prorsus ab illa, quam dixi, cauſſa. Plautus Moſtell. [5, 2, 16.] *Nunc utriusque eccum disceptator adeſt; age, disputa.* Cicero in 3. de Legib. [3.] *Juris disceptator, qui privata judicet, judicarive jubeat, Praetor eſto.* Noſter 39, [25, 1.] *Ibi quum Romani legati disceptatorum loco, Theſſali Perrhaebique et Athamanes haud dubii accusatores, Philippus ad audienda crimina, tamquam reus, consediſſent.* 42, [42, 4.] *In senatu veſtro, ubi aliquos ego disceptatores non tam aequos, quam te, Q. Marci, habebam.* Valerius Max. 2, [10, 4.] *Carthaginienses et Maſiniſſa rex de pace disceptatorem velut consulem et imperatorem habuerant.* J. FR. GRON. Cic. de Partit. Orat. 3. *Aut auscultator eſt modo, qui audit, aut disceptator, id eſt, rei sententiaeque moderator; ita ut aut delectetur, aut ſtatuat aliquid. Statuit autem aut de praeteritis, ut judex; aut de futuris, ut senatus.* Livius 3, 40. *Sibi placere de eo senatu disceptante agi.* Adde 32, 21. 34, 62. et Manut. ad Cic. 4. Famil. 4. et 13, 26. DUK. *Disceptare, disceptator, disceptatio* a Livio et aliis de judice, cauſſam cognoscente, sumi, certum eſt. Supra 1, 50. *Disceptatorem ait se sumtum inter patrem et filium.* 5, 4. *Quam orationem, ipso exercitu disceptante, aequam arbitror videri poſſe.* 8, 23, 8. *Noſtra certamina, Romani, non verba legatorum, nec hominum quisquam disceptator decernet.* 35, 45, 3. *Phaeneas reconciliatore pacis et disceptatore utendum Antiocho censebat.* Hoc lib. c. 32, 7. *Senatui disceptationem omnium rerum permittebat.* 39, 24, 13. *Senatus, ne quid absente rege ſtatueret, legatos ad eas controversias disceptandas misit.* 40, 17, 1. *Inter populum Karthaginiensem et regem Maſiniſſam in re praesenti disceptatores Romani de agro fuerunt.* 41, 20, 1. *Sella eburnea posita jus dicebat, disceptabatque controversias minimarum rerum.* V. Torren. ad Val. Max. 2, 8, 2. Fatendum tamen, illud *ubi a consule* in antt. edd. quidem, sed in nullo cod. exſtare, nisi in unico Lov. 5. qui paſſim inpreſſis libris adhaeret. *ad consulem* praeferunt Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. [Bamb.] et Gaertn. quod per *apud consulem* exponi poteſt. Eo autem sensu Livium praepositionem *ad* saepe adhibuiſſe, vidimus ad 7, 7, 4. et 8, 23, 8. Ex reliquis, Harl. et Mead. utroque, nihil in excerptis notatur; nihil etiam ex Oxonn. suis Hearne monuit; ut omnes codici Mog. consensiſſe, et *apud consulem* legiſſe videantur. Sive autem *ad*, sive *apud* velimus, *disceptare* erit hic litigare; quo sensu etiam saepe Livius eo verbo utitur. Supra 35, 32, 14. *Verbis potius de iis, de quibus ambigerentur, disceptarent.* c. 33, 5. *Quanto eſſe satius, Romam mittere legatos, seu disceptare, seu rogare senatum mallent?* 39, 24, 14. *Civitatibus, quibus cum rege disceptatio erat.* cap. 28,

Digitized by Google

pus, M. Claudius Marcellus, C. Stertinius, C. Atinius, P. Claudius Pulcher, L. Manlius Acidinus. Comitiis perfectis, consulem M. Fulvium in provin- 3
ciam ad exercitum redire placuit; eique et collegae

1. *Non cum Maronitis mihi, aut cum Eumene disceptatio est.* V. Cort. ad Sall. Jug. 21. Quid tandem malit, eligat lector; ego ab integerrimo Mog. non temere discedo. Mox Fulvii praenomen *M.* deest in Lov. 3. [*creavit consulem* Bamb.]

M. Aemilium Lepidum inimicum, etc. *dejeciſſe tradunt*] In exemplaribus, quorum ob vetuſtatem fidem sequimur, legitur *quum M. Aemilium Lepidum inimicum*, etc. *dejeciſſet*. GELEN. Pal. pr. *M. Aemilium ferunt eo quoque anno consulatum petentem deceſſiſſe*. Alter vero *M. Aemilium Lepidum inimicum, eo quoque anno petentem, deceſſiſſe*. GEBH. Omnia haec verba desunt in Lov. 6. *M. Aemilium Lepidum inimicum*, etc. *deceſſiſſe* legunt Voſſ. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *M. Aemilium Lepidum ferunt eo quoque anno consulatum petentem decessisse* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *ferunt M. Aemilium Lepidum inimicum*, etc. *decessisse* Lov. 5. et ed. Camp. [*decessisset* Bamb.] Id, quod Gelenius rejecit, in reliquis erat edd. Contra *quum M. Aemilium Lepidum*, etc. *dejecisset*, quod ei subſtituit, propria ac sollemnis in hac re locutio eſt. 3, 35. *Dejectis honore per coitionem duobus Quinctiis.* 4, 44. *Ejus injuria queri suos honore dejectos.* 37, 47; 7. *Cn. Manlium, Lepido dejecto, collegam dixit.* 39, 41, 1. *Coïerantque candidati omnes ad dejiciendum honore eum.* 40, 46, 14. *Bis a M. Fulvio se certo consulatu dejectum.* [*quum* omittit Bamb.]

§. 2. *C. Catinius*] *C. Atinius* ex aliis Livii locis, ut supra in tribunatu plebis ejusdem. SIG. Praenomen et nomen deerant in Voſſ. *C. Catinius* legunt Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et priscae edd. *C. Catimus* Lov. 3. *C. Carmius* Lov. 6. Verisimile eſt, librarios duplicem lectionem *Catinius* et *C. Atinius* in exemplaribus suis reperiſſe, et utramque exprimere volentes dediſſe *C. Catinius*. Frequentiſſimus hic error eſt in Mſtis, praenomen nomini coaluiſſe. Id in ipso, quod hic obcurrit, *C. Atinius*, pro quo *Catinius* scriptum eſt, obcurrit supra 33, 22, 2. 39. 7, 6. c. 17, 6. et c. 21, 2. 6. V. etiam Harduin. ad Plin. 7. c. 44. *Coppius* dederunt, pro *C. Oppius*, 3, 54, 13. *Licilius*, pro *L. Icilius*, 3, 63, 8. *Malbinium*, pro *M. Albinium*, 6, 30, 2. *Pelius*, pro *P. Aelius*, 10, 9, 2. *Celius*, pro *C. Aelius*, 32, 7, 13. *Laelius*, pro *L. Aelius*. v. Vinet. aliosque ad Suet. Illuſtr. Gramm. 2. et 3. *Maburius*, pro *M. Aburius*, infra 39, 4, 3. *Matio*, pro *M. Atio*. V. Cel. Burm. ad Suet. Aug. 4. *Lagerinus*, pro *L. Agerinus*. V. eumdem ad Suet. Ner. 34. Plura alia observavit etiam ad Suet. Caes. c. 77. Adde Cortium ad Plinii 1. Ep. 22. Inde olim nata disceptatio eſt veterum, utrum *Agellius*, an vero *A. Gellius* scribendum foret: de quo v. Fabric. Bibl. Lat. lib. 3. cap. 1. et Petr. Servium Feriis Juvenil. cap. 2. Interdum etiam praenomen, unica litera scribi solitum, praecedenti voci adcreviſſe, videbimus ad 39, 3, 1. Paullo ante *Q. Mincius Philippus* Voſſ. *Q. Mi-*

Digitized by Google

4 Cn. Manlio imperium in annum prorogatum est. Eo anno in aedem Herculis signum Dei ipsius ex decemvirorum responso, et sejuges in Capitolio aurati a P. Cornelio positi, consulem dedisse inscriptum est. Et

nutius Philo Lov. 3. qui etiam deinde *C. Stratinus* legit. *C. Sterculius* Lov. 6. *C. Stertunius* Gaertner.

§. 3. *In provinciam ad exercitum redire*] Vet. lib. *et ad exercitum*, SIG. Similiter Voss. Lov. 1. 2. [Bamb.] et Harl. *in provincia et ad exercitum* Lov. 4. et Mead. ambo. Paullo ante *τὸ consulem* exsulat a Lov. 3. qui idem cum Lov. 4. et Mead. 2. voces *in annum* in sequentibus ignorant. Eumdem errorem supra etiam commissum notavimus ad 37, 50, 13. *in annum prorogatum imperium est* legit Lovel. 6.

§. 4. *Eo anno in aedem Herculis signum Dei ipsius*] Quum mox dicat *in Capitolio*, non intelligo, cur hic *in aedem* dicere voluerit. *in aede* certe usitatius est. 30, 39. *Quum signa tria ex multaticio argento facta in Capitolio posuissent.* 31, 50. *Signa aenea quinque ex multaticio argento in aerario posuerunt.* 35, 10. *Ex ea pecunia clypea inaurata in fastigio Jovis aedis posuerunt.* DUK. Codd. tamen nihil mutant, [*in aede* Bamb.] nisi quod *eodem anno* legant Lov. 6. et Gaertn. V. ad 10, 10, 10. et *signandi ipsius* Voss. et Lov. 1. ac 6. Praeterea mox *sejugos* Lov. 1. reliquis invitis. *octojuges* habemus 5, 2. Sed *multijugis equis* 28, 9. [*signum* omittit Bamb.]

Ab Cn. Cornelio positi. consulem dedisse inscriptum est] Nec consulis nomen expressit, nec annum. itaque hoc totum dubium. GLAR. Hoc totum dubium esse, ait Glareanus, quia nec consulis nomen expressum est, nec annus: cum tamen utrumque factum sit, si, quod omnino faciendum esse videtur, *a P. Cornelio* legeris; ut intelligamus, P. Cornelium Nasicam, qui biennio antea consul de Bojis triumphavit, hoc demum anno sejuges dedicasse: curasse tamen inscribendum, a P. Cornelio consule esse datos, id est, dum consul esset, non postquam consulatu abierat. Cognomen autem reticuit, quia ejus consulis recens memoria erat. Quod de aliis Corneliis consulibus multis ante annis non ita procederet. errandi etiam causa perspicua est, *a P. ab.* inde duplicata litera *c*, ut pronominis nota existeret. SIG. Nullus meorum codd. Sigonio favet, sed contra vel lectionem, quae ante eum extitit, aperte tuentur, quales sunt Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. et N. vel eorum vestigia eodem nos ducunt; nam *ab Cū Cornelio* legit Lovel. 1. [et Bamb.] *ab C. Cornelio* Lov. 3. *ab M. Cornelio* Lov. 6. Illud *consulem dedisse* ita exponendum docet Perizon. in Animadv. Hist. cap. 7. pag. 307. eum non illo tempore, quo donum dabat, sed aliquot annis ante, consulatum gessisse: talem vero non tantum *consularem*, sed etiam *consulem*, apud ipsum quoque Livium, vocari, exemplis docuit.

§. 5. *Clipea aerata*] Praefero *aurata* ex uno Hearniano, et li-

Digitized by Google

Et duodecim clipea aurata ab aedilibus curulibus, 5
P. Claudio Pulchro et Ser. Sulpicio Galba, sunt posita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compressam damnarunt. et aedilis plebis Q. Fulvius Flac- 6
cus duo signa aurata, uno reo damnato, (nam se-

bro Pierii apud Hearnium. *Stigas ueratas* ab aedilibus aliisve posita, nusquam in Livio legi puto; sed semper *aenea, aurata*, et *inaurata*. 27, 6. *Signa aenea ad Cereris dedere*. Sic 31, 50. 33, 27. *His fornicibus signa aurata imposuit*. 33, 27. 37, 3. et hic *sejuges aurati, signa aurata*. 35, 41. *Quadrigae inauratae in Capitolio positae* etc. *et duodecim clipea inaurata*. Et saepe alibi. DUK. Similiter scribendum conjecerunt Pighius in Ann. ad ann. IDLXIV. pag. 190. et Crevierius ad h. loc. quam lectionem recepi, partim ob rationem a Cl. Dukero redditam, partim quia praeter Hearnii L. 1. similiter praeferunt ex nostris Lov. 3. et Harl. ac Pier. [*aerata* Bamb.] Valerianus se quoque eamdem lectionem in emendatioribus exemplaribus reperisse testatur, non tantum 42. Hierogl. c. 48. quem locum Hearne observavit, sed etiam ad Virgil. 10. Aen. 271. Solent autem *auratus* et *aeratus* a librariis confundi. V. ad 39, 6, 7. et Pier. ad Virg. 2. Aen. 448.

P. Claudio et Ser. Sulpicio Galba] Insere ex membranis vocem necessariam *P. Claudio Pulchro et Ser. Sulpicio Galba*. MOD. Vocem *Pulchro*, quam nullus codd. meorum [nec Bamb.] agnoscit, ob cod. Mog. auctoritatem recepi, quae tamen abesse potuisset. Non alium enim, quam P. Claudium Pulchrum, quem modo praetorem creatum esse Livius narravit, intelligi posse, adtento lectori sponte patet ex more horum temporum, quibus aedilitate abeuntes vel eodem vel proximo anno plerumque praetores creabantur. Et quidem tanto magis cod. illum nunc audiendum censui, quod ejus etiam opera aliud hinc vitium exemtum sit. Olim enim hic edebatur *et P. Sulpicio Galba*; neque aliter est in scriptis nostris [et Bamberg.], pro quo *et Servio Sulpicio Galba* Moguntini in membranis suis invenerunt. Id Froben. anno 1535. adscivit. Non obcurrit autem circa hoc tempus P. Sulpicius Galba, qui aedilis esse potuit; sed indicatur Ser. Sulpicius Galba, qui anno proximo praeturam adeptus est infra c. 42.

§. 6. *Nam separatim accusaverant*] MS. *separatim accusaverunt*. MOD. Pall. *accusati erant*. GEBH. Livius plerisque locis ita de accusationibus aedilium loquitur, ut appareat, aediles, tam curules, quam plebis, accusationes communiter instituere solitos: nam fere dicere solet, *aedilis*, non *aedilem*, aliquem accusasse, et condemnasse. V. 25, 2. 27, 6. 30, 39. 33, 25. 42. 35, 10. et 41. Et sic hoc loco de aedilibus curulibus scribit. Sunt tamen etiam accusationis ab uno tantum intentatae apud eum exempla, sed pauca; nec plura fortassis, quam h. loco, l. 3, 31. et 10, 31. unde videri potest, illud hic, tamquam extraordinarium aliquid, adnotasse. Quum autem dicit, Q. Caecilium *neminem condemnasse*, non significat, neminem ab eo

Digitized by Google

paratim accusaverant) posuit. collega ejus A. Caecilius neminem condemnavit. Ludi Romani ter, plebeji quinquies toti instaurati. M. Valerius Messalla inde et C. Livius Salinator consulatum idibus Martiis quum iniissent, de republica, deque provinciis et exercitibus senatum consuluerunt. De Aetolia et Asia nihil mutatum est. Consulibus, alteri Pisae cum Liguribus, alteri Gallia provincia decreta est. comparare inter se, aut sortiri jussi, et novos exer-

accusatum; sed eos, qui accusati erant, absolutos fuisse: nam utrumque accusasse, argumento est, quod dicit separatim *accusaverant*, non Q. Fulvius separatim *accusaverat*. DUK. *accusati erant* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Moguntini deinde, notantes se in cod. suo *accusaverunt* inveniisse, attamen *accusaverant* vulgarunt. Similium errorum plura exempla v. ad 23, 29, 16. Mox *neminem damnavit* Lov. 3.

§. 7. *Quum iniissent, de republica, deque provinciis et exercitibus senatum consuluerunt*] Arbitror, *de republica referre* esse senatum consulere, quemadmodum respublica in annum administranda sit: qui in provincias mittendi, qui revocandi, qui exercitus conscribendi, qui dimittendi, quid domi militiaeque agendum. quae videtur relatio frequens fuisse anni principio, consulibus magistratum ineuntibus. Caesar [1. B. Civ. 1.] *Referunt consules de republica.* Livius [38, 42, 8.] *Itaque consulibus novis, quo die de provinciis et de republica retulerunt, senatus utrique provinciam Ligures decrevit.* TURNEB. 14. Adv. 11. V. Brisson. de Form. 1. pag. 167. *iniissent* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. omnesque edd. ante Elzevir. Heinsii; quam scripturam reduxi. Insuper *deque exercitibus et provinciis* Lov. 6.

§. 9. *Quina dena millia peditum imperarent, et mille ducentos equites*] Si priore loco distributiva sunt nomina in peditibus, erunt et in equitibus. Sed ego *XV millia peditum* libentius legam sine distributione. Item paulo post: *ut terna millia peditum, ducentos equites*: lego *ducenos equites*. GLAREAN. MS. eximit de numero τὸ *dena*. MOD. Recte Glareano displicuit, cardinalem et distributivum numerum hic jungi. V. ad 32, 28, 11. Probare tamen nequeo, quod *quina dena millia* in *quindecim millia* mutarit. Ita enim quisque tantum septem millia et quingentos pedites, sexcentos equites habebit ex sociis scriptos, duas vero legiones civium: quum tamen in exercitu Romano plerumque vel idem, vel major sociorum, quam civium, numerus militaret. Legendum itaque puto *et millenos et ducenos equites*. Alterum enim *et* addendum, clamant codd. tantum non omnes, et edd. ante Aldum. Male etiam cod. Mog. legit *quina millia*. In exercitu enim Romano, ut dicere incipiebam, numerus militum ex so-

Digitized by Google

citus, binas legiones, scribere, et ut sociis Latini nominis quina dena millia peditum imperarent, et mille et ducentos equites. Messallae Ligures, Salinatori obtigit Gallia. Praetores inde sortiti sunt. M. Claudio urbana, P. Claudio peregrina jurisdictio evenit. Q. Marcius Siciliam, C. Stertinius Sardiniam, L. Manlius Hispaniam citeriorem, C. Atinius ulteriorem est sortitus.

XXXVI. De exercitibus ita placuit. e Gallia le-

ciis conscriptorum vel aequabat, vel potius superabat numerum militum civium. Jam autem legio Romana constabat circa hoc tempus ex quinque millibus et quadringentis, vel potius ducentis peditibus; v. Cel. Duker. ad Livii 37, 39, 7. et trecentis equitibus. Duae igitur legiones, quas quisque consulum habuit, effecerunt decem millia et quadringentos pedites, sexcentos equites; quibus non recte quinque millia peditum et mille ducenti equites sociales jungerentur. Neque alibi observatum memini, tot equites tam paucis peditibus addi. Si igitur legamus *quina dena millia peditum imperarent, et millenos et ducenos equites*, pedites sociales tertia parte plures erunt, quam pedites cives; equites alterum tantum efficient. In hac re non semper idem observabatur. Interdum alterum tantum sociorum in exercitu Romano erat, sive duae partes sociorum, tertia civium. V. Liv. 3, 22, 4. interdum pedites pares erant, equites duplicabantur: interdum peditum multitudo tertia parte major, equitum dupla erat. V. Lips. de Milit. Rom. 2, 7. Interdum et alia portio observabatur. V. Dukerum infra ad 40, 36, 6. Totum igitur in arbitrio senatus fuisse videtur.

§. 10. *Q. Marcius Siciliam*] In scriptis, *M. Claudio urbana jurisdictio evenit, Q. Marcio Sicilia.* Unde suspicor hunc locum, ut similes, vexatum, et scripsisse Livium: *Praetoribus inde sortitis, Claudiis Marco urbana, Publio peregrina jurisdictio evenit: Q. Marcio Sicilia, C. Stertinio Sardinia, L. Manlio Hispania citerior, C. Atinio ulterior. De exercitibus.* J. FR. GRON. In uno tantum apud me Voss. *M. Claudio peregrina*, omissis tribus vocibus *urbana P. Claudio;* quae neglegentia librarii ob vocis *Claudio* repetitionem exciderunt. V. ad 9, 11, 11. Dein *Q. Marcio Sicilia* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et Hearnii Oxonn. Sed et hoc librariis tribuo. Quid censendum sit de emendatione Gronovii in prima parte horum verborum *Praetoribus inde sortitis*, pro *Praetores inde sortiti sunt*, v. ad 3, 22, 3. In posteriore parte Gronovio displicuisse videtur intercisa et variata Livii oratio primo per verbum *evenit*, tum *est sortitus*, quum jam *sortiti sunt* praecesserit. Sed v. ad 34, 55, 5. Mox *C. Thatinius* Voss. *C. Cathynius* Lov. 1. *C. Cathynius* Gaertn. *Gneus Captinius* Lov. 2. *C. Captimius* Lov. 3. *C. Catinius* reliqui [et Bamb.] cum priscis edd. ante Sigonium. V. ad §. 11.

Digitized by Google

giones, quae sub C. Laelio fuerant, ad M. Tuccium
2 propraetorem in Bruttios traduci: et, qui in Sicilia
esset, dimitti exercitum: et classem, quae ibi esset,
3 Romam reducere M. Sempronium propraetorem. His-
paniis legiones singulae, quae tum in iis provinciis
erant, decretae: et ut terna millia peditum, duce-
nos equites ambo praetores in supplementum sociis
4 imperarent, secumque transportarent. Priusquam in
1 provincias novi magistratus proficiscerentur, suppli-

§. 1. *Sub C. Laelio fuerant, ad M. Tuccium propraetorem*] *sub C. Bebio fuerunt* Voss. et Gaertn. *sub C. Bebio fuerant* Lov. 6. *sub C. Bellio fuerant* Lov. 1. Dein *ad M. Mucium* Harl. *ad M. Titium* Lov. 3. *ad M. Tutium* Lov. 1. 2. 5. 6. Mead. 1. et edd. ante Froben. qui anno 1535. *ad M. Tuccium* reposuit. V. ad 36, 45, 9. Tum *praetorem* Harl. Malc. V. ad 37, 50, 13.

§. 2. *Reduceret M. Sempronius, pro Hispaniis legiones singulae*] Antiquior lectio, *Romam reducere M. Sempronium propraetorem, Hispaniis legiones* etc. GELEN. Lege *Hispaniis*, quia subit *quae tum in iis provinciis erant*. SIG. *reduceret M. Sempronius, pro Hispanis legiones singulae* Voss. Lov. 1. 3. 5. Gaertn. et edd. principes: cujus loco *pro Hispaniis* dederunt Tarvis. utraque, et multae eas secutae. nec aliter est in Lov. 6. *reduceret M. Sempronius* [ita et Bamb.]. *pro Hispaniis singulae legiones* Lov. 4. Harl. et Mead. 2. a quibus in eo tantum differunt Lov. 2. et Mead. 1. quod *pro Hispanis* exhibeant. Verum recte, ut nunc editur, Gelenius emendavit, et Frob. anno 1535. in contextum recepit. Quum autem Basileae anno 1554. iterum *pro Hispanis* excusum fuisset, id denuo mutandum monuit Sigonius.

§. 3. *Terna millia peditum, ducenos equites ambo praetores in supplementum*] *tria millia* Lov. 1. *trina millia* Lov. 2. 3. et 6. Tum *ducentos equites* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. quod recepit Ascens. anno 1513. ac multi postea retinuerunt. Hinc Glarean. cap. praec. §. 9. *ducenos* emendat. Verum ita jam Froben. anno 1535. ante eum ediderat. Tum *ambo in supplementum praetores* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *to praetores* deerat in Lov. 3.

§. 4. *Supplicatio in triduum pro collegio decemvirorum imperata fuit*] Pall. *supplicatio primum pro collegio*. Vet. ed. *primo*. GEBH. *supplicatio primum pro collegio* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. [Bamb.] et Hearnii L. 1. *supplicatio prima pro collegio* Lovel. 5. et edd. priscae. Quum deinde Moguntini se *supplicatio triduum* in cod. suo invenisse professi essent, mox Aldus *supplicatio in triduum* vulgavit. Mihi, praepositio abesse posse videtur. V. ad 10, 21, 6. et 28, 11, 5. Recte autem Crevier. locutionem *pro collegio* exponit ex deliberatione et jussu collegii, addito loco Livii ex 4, 44, 12. Adde 4, 26, 9. *Tribuni secedunt, proque collegio pronunciant*. et quae utroque loco notantur.

Digitized by Google

catio in triduum pro collegio decemvirorum imperata fuit in omnibus compitis, quod luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebrae obortae fuerant, et novemdiale sacrificium indictum est, quod in Aventino lapidibus pluisset. Campani, quum eos ex 5 senatusconsulto, quod factum erat priore anno, censores Romae censeri coëgissent, (nam antea incertum fuerat, ubi censerentur) petierunt, ut sibi cives Romanas ducere uxores liceret; et, si qui prius du- 6

Quod luce inter horam tertiam firme et quartam tenebrae obortae fuerant] Jul. Obseq. de Prodig. 56. *Luce inter horam tertiam et quartam tenebrae ortae.* Ubi Inl. N. Heinsius *Lucae* scribendum conjecit, non aliam, ut videtur, ob causam, quam quia vocem *luce* supervacuam credebat. Verum recte Cl. Oudend. vulgatum tuetur, et etiam hic servandum docuit. *Luce* est interdiu. V. Gronov. ad 32, 29, 2. Cel. Dukerus, qui etiam Oudendorpii sententiam probabat, vulgatum adstruxit locis Liv. 8, 38. *Equos luce dimum ausus incursare in hostem.* 25, 35. *Luce, ut senserunt profecto hostes.* et Cic. 3. de Off. 24. *Ut luce palam in foro saltet.* Inde id etiam firmari potest, quod ut nunc *luce tenebrae*, ita contra *nocte lux* oborta aliquotiens memoretur. Supra 28, 11. *Et nocte Fregellis lucem obortam.* 29, 4. *Duos soles ortos, et nocte interluxisse.* 31, 29, 2. *Frusinone inter noctem lux orta.* Hae autem tenebrae luce obortae vulgo referuntur ad eclipsin solis, de qua vide, quae notat Dodwell. in Append. Praelect. Camden. pag. 757. Ceterum *quia luce* legunt Lov. 2. et Harl. Solent passim voculae *quod* et *quia* confundi, vel ob interpretum gloss as, vel ob ductuum, quibus earum notae *q°* et *q'* scribuntur, similitudinem. Exempla v. ad 2, 7, 4. c. 8, 5. 3, 50, 8. 4, 5, 3. c. 7, 2. c. 18, 3. 5, 17, 7. c. 31, 6. c. 32, 7. c. 55, 1. et innumeris aliis locis. Adde Cort. ad Sall. Jugurth. 26, 5. Mox etiam *pluvisset* Voss. Lov. 4. [Bamb.] et Mead. 2. V. ad 1, 31, 1.

§. 5. *Quum eos ex senatusconsulto, quod priore anno factum erat, censores Romae censeri*] Pal. pr. *senatusconsultu.* GEBH. Similiter Lov. 3. Sed v. ad 5, 13, 5. *quum eos secundum quod* Voss. sed illud *secundum* natum est ex non intellecta nota, qua vox *senatusconsulto* scripta fuerat. V. ad 22, 10, 1. utraque lectione juncta *secundum senatusconsultum, quod* Gaertner. Praeterea *Romae censores censeri* Lov. 5. et edd. vett. [*coëgissent censeri* Bamb.] Postea Mog. notarunt, se in membranis suis inveniisse *quod factum erat priore anno, censores Romae censeri.* ad illud exemplum trium posteriorum dictionum ordinem mutavit Aldus, consentientibus reliquis scriptis nostris. At in priori parte eumdem cod. quamvis invitis aliis omnibus scriptis [etiam Bamb.], primus similiter secutus sum.

§. 6. *Si qui prius duxissent*] Prima vocula exsulat ab Voss. et Gaertn. Jus autem connubii, ac

Digitized by Google

xissent, ut habere eas, et ante eam diem nati, uti
7 justi sibi liberi haeredesque essent. utraque res im-
petrata. De Formianis Fundanisque municipibus et
Arpinatibus C. Valerius Tappus tribunus plebis pro-
mulgavit, uti iis suffragii latio (nam ante sine suffra-
8 gio habuerant civitatem) esset. Huic rogationi qua-
tuor tribuni plebis, quia non ex auctoritate senatus
ferretur, quum intercederent, edocti, populi esse,
non senatus jus, suffragium, quibus velit, inparti-

potestatem cives Romanas ducendi, filiasque suas civibus Romanis elocandi, Campanos jam diu ante nactos fuisse, constat ex eo, quod de se refert Pacuvius Calavius, qui summum Capuae magistratum gerebat, apud Liv. 23, 2, 6. *Quippe qui liberos ex Ap. Claudii filia haberet, filiamque Romam nuptum Livio dedisset.* et 31, 31, 11. *Quum ipsos* (Campanos) *foedere primum, deinde connubio, atque inde cognationibus, postremo civitate nobis conjunxissemus.* Verum hoc privilegium per defectionem ad Hannibalem amiserunt. Certe de Campanis omnibus, Atellanis, Calatinis, Sabatinis censet senatus Romanus supra 26, 34, 7. *Ut nemo eorum civis Romanus, aut Latini nominis esset.* Id igitur nunc receperunt. V. etiam Sigon. 1. de Antiq. Jur. Civ. Rom. 9.

Et ante eam diem nati, ut justi sibi liberi] Pall. *et nati ante eamdem diem uti justi sibi liberi.* GEBHARD. Similiter Lov. 4. *et nati ante eam diem* Lov. 2. Harl. [Bamb.] et Mead. 1. Dein *ut* deest in Lov. 3. *justi* in Lov. 2. a manu 1. Gronovius edidit *uti justi sibi*, in priori ed. notarum monens, ita praeferre edd. Andreanas. Non aliter legunt omnes reliqui scripti nostri, ut eb editi ante Modium, qui sine codicum auctoritate *ut justi sibi* vulgari curavit. Mox *impetrata utraque res* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertner. *utraque res impetrata est* Lovel. 2.

§. 7. *C. Valerius Tappo*] *Tappus*, ut jam saepe dixi, ex Cap. lap. SIG. *Capo* Lov. 6. *Apo* Lov. 3. *Appo* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo [Bamb.], et Gaertn. *Tappo* Lov. 5. et Hearnii L. 1. V. ad 37, 46, 11.

Uti iis suffragii latio (*nam ante sine suffragio* etc.] Hoc de Formianis Fundanisque scripsit 8, 14, 10. de Arpinatibus 10, 1, 2. DUK. Et hic *uti* Gronovius in priori ed. notarum ex edd. Andreanis revocavit. Similiter scribunt Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. omnesque edd. ante ultimam Gruteri, quae *ut* substituit, reliquis Mstis [et Bamb.] concinentibus. Tum *nam antea* Lov. 1. 2. 3. Mead. ambo [Bamb.], et Gaertn. *habuerunt* Bamb.]

§. 8. *Suffragium, quibus velit, inpartiri*] Civitas sine suffragio dabatur ex auctoritate senatus, et plebiscito. 8, 14. cum suffragio a solo populo sine senatusconsulto dari poterat. Sigon. 2. de Ant. Jur. Ital. 6. et Gruch. 2. de Comit. Rom. 3. DUK. *inper-*

Digitized by Google

ri, deſtiterunt incepto. Rogatio perlata eſt, ut in 9
Aemilia tribu Formiani et Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent, atque in his tribubus tum primum ex Valerio plebiscito censi sunt. M. Claudius Mar- 10
cellus censor, sorte superato T. Quinctio, luſtrum condidit. censa sunt civium capita ducenta quinquaginta octo millia trecenta decem et octo. Luſtro perfecto, consules in provincias profecti sunt.

XXXVII. Hieme ea, qua haec Romae geſta sunt, 1

tire Lov. 1. 4. Harl. uterque Mead. et Gaertn. *inpertire* Voſſ. et Lov. 6. Composita verbi *partiri* vel literam *a* servare, vel ejus loco *e* adsciscere solent. V. ad 3, 10, 9. 4, 54, 9. 6, 37, 6. 21, 41, 13. 22, 7, 10. 29, 1, 14. aliisque pluribus locis. Adde Dausquej. Orthogr. part. sec. voc. *Impertiri*. et Corte ad Plinii 4. ep. 22, 3. Eadem etiam forma vel activorum vel deponentium antiquis in usu fuiſſe, grammatici observarunt.

§. 9. *Ut in Aemilia tribu Formiani et Fundani, in Cornelia Arpinates*] Edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et plures poſtea praepositionem *in* primo loco neglexerunt. Ascens. deinde anno 1513. *uti in Aemilia* dedit; Moguntini *ut in Aemilia*, consentientibus omnibus scriptis, edd. primis, et Mediol. anni 1505. Eamdem praepositionem *in* poſteriori loco omiserunt Voſſ. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed, Livium praepositiones repetere solitum fuisse, vidimus ad 6, 28, 6. Dein *Arpinates forent* Lov. 6.

Ex Valerii plebiscito] Vet. lib. *ex Valerio*, quod placet. Ut enim *lex Valeria*, sic *Valerium plebiscitum*. Ita apud Gellium [14, 8.] *Atinium plebiscitum*. SIG. Unus tantum Mead. 2. *ex Valerii plebiscito*. Reliqui omnes *ex Valerio plebiscito*. Neque aliter typis inpreſſi ante Aldum, qui *Valerii* dedit. Similiter *rogatio Petillia*, V. infra ad c. 55, 1.

§. 10. *Censa civium capita ducenta quinquaginta octo millia trecenta octo*] *censa sunt civium capita* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod recepi. Hinc *trecenta quinquaginta*, vel *CCCL*, legit Lov. 1. Voces *millia trecenta octo* desunt in Voſſ. et Lov. 1. ob repetitionem vocis *octo*. V. ad 9, 11, 11. *millia* in Gaertn. et Hearnii N. sed ejus loco Gaertn. *et* exhibet. Voces *trecenta octo* exsulant a Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. *trecenta decem et octo* eſt in cod. Mog. Pighius in Ann. ad ann. V. C. IↃLXIV. pag. 289. legendum existimat *CCLVIII.ↀ*. *CCCXXVIII*, quia hic numerus in Epit. h. lib. editur. Verum non video, cur potius Livius ex Epitome, quam Epitome ex Livio emendari debeat; immo etiam, cur non ambo numerum diversum ediderint; praeſertim quum saepe diſſentire soleant. V. quae ad Epit. notavi. Paullo ante vox *censor* deeſt in Harl.

§. 1. *Hieme ea, qua haec Romae geſta sunt*] Vocem *ea* omittunt Voſſ. et Gaertn. vocem *Romae* Lov. 2.

Digitized by Google

ad Cn. Manlium, consulem primum, deinde pro consule, hibernantem in Asia, legationes undique ex omnibus civitatibus gentibusque, quae cis Tau-
2 rum montem incolunt, conveniebant. et ut clarior nobiliorque victoria Romanis de rege Antiocho fuit, quam de Gallis; ita laetior sociis erat de Gallis,
3 quam de Antiocho. Tolerabilior regia servitus fuerat, quam feritas inmanium barbarorum, incertusque in dies terror, quo velut tempestas eos popu-

et Harl. *Hieme, qua ea Romae* legunt Lov. 3. et 6. Cum illis, quae Liv. hoc et seq. capp. refert, conferendus est Polyb. in Exc. Legat. num. 35. [lib. 22, 24. sq.]

Ad Cn. Manlium, consulem primum, dein proconsulem, hibernantem] Lege cum Barber. *dein proconsule hibernantem*. Pluries idem Livio restituimus. Lib. 8, 23. *Ut quum Publilius Philo consulatu abisset, proconsule rem gereret*. Ita Sigonius, et confirmant nostri. L. 10, 31, 5. *Samnitium legiones quum partim Ap. Claudius praetor, partim L. Volumnius proconsule sequeretur*. Sic membranae Thuaneae, Voss. Hel. Rott. L. 23, 30, 19. *M. Marcello proconsule imperium esse populus jussit*. Ita Put. Pet. melior, Menardi. Iidem lib. 26, 1, 6. *Prorogatum et M. Marcello, ut proconsule in Sicilia reliqua belli perficeret*. Quamquam in his videatur vox esse dividenda. Cicero lib. 3. in Verrem [91.] *Siciliae provinciae, quum esses proconsule, praefuisti*. Caesar lib. 1. de B. Civ. [5.] *Dent operam consules, praetores, tribuni plebis, quique pro consulibus sunt ad urbem, ne quid respublica detrimenti capiat*. Plinius lib. 10. ep. 57. *Propter quae videri volunt, eos, qui pro consulibus hanc provinciam obtinuerunt, abstinuisse inspectatione rationum suarum*. J. FR. GRON. Omnes nostri *proconsulem*. Si autem, quod Gronov. recepit, probandum, omnino duabus vocibus scribendum *pro consule*. V. ad 3, 4, 10. 10, 31, 5. 23, 30, 19. aliisque locis. *primum* deest in Gaertn. Tum *dein* scribit Lov. 4. V. ad 3, 3, 6. [*deinde in pro consule* Bamb.]

§. 2. *Et ut clarior nobiliorque*] *sed ut clarior* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antt. pro quo Frob. anno 1535. edidit *et ut*: quod est in reliquis scriptis, et Moguntini etiam se in cod. suo reperisse monuerunt. V. ad 21, 26, 6. Dein *victoria Romanis e rege*, pro *de rege*, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Ita 2, 50, 2. *Saepe ex opulentissima Etrusca civitate victoriam tulit*. 8, 33, 13. *Ex hostium ducibus victoriam et triumphum petere*. 27, 45, 8. *Precabantur, ut illis matura ex hostibus victoria esset*. 28, 19, 11. *Supplicium ex se, non victoriam peti*. Verum iidem libri, mox ter *de* servantes, etiam hic nihil mutandum evincunt. Praeterea *ita sociis laetior fuit de Gallis* Lov. 3. nec aliter Lov. 6. nisi quod servet *erat. ita laetior de Gallis sociis erat* Gaertn.

§. 3. *Tolerabilior regia servitus fuerat*] *servitus erat* perperam

Digitized by Google

lantes inferret. itaque, ut quibus libertas, Antiocho 4
pulso, pax, Gallis domitis, data esset, non gratulatum modo venerant, sed coronas etiam aureas, pro suis quaeque facultatibus, adtulerant. Et ab 5
Antiocho legati, et ab ipsis Gallis, ut pacis leges dicerentur, et ab Ariarathe rege Cappadocum venerunt, ad veniam petendam, luendamque pecunia noxam, quod auxiliis Antiochum juvisset. Huic sex- 6
centa talenta argenti sunt imperata. Gallis respon-

Mead. 2. Mox *το eos* omittunt Voss. et Gaertn. Doin §. seq. *pro suis facultatibus adtulerunt* Lov. 3. *pro suis quoque facultatibus adtulerant* Voss. et Gaertn.

§. 6. *Ei ducenta talenta argenti sunt imperata*] MS. *Huic sexcenta talenta.* MOD. *Ex* pro *Ei* legit Lov. 4. *Et* Mead. 2. Sed *Ei* intercidit in Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. in quibus vocula illa elisa est ab ultimis literis vocis praecedentis *juvisset*. Mog. codex praefert *Huic sexcenta*. [*His sexcenta* Bamb.] Ex eo *Huic*, quae vox partitionem hic notabit, magis sibi placere monuit Cl. Crevierius. Ego vero utrumque, et *Huic*, et *sexcenta* non tantum probandum, sed etiam in contextum recipiendum duxi. Ad id permoveor partim integerrimi cod. fide, partim consensu Polyb. in Exc. Legat. num. 35. *Τοῖς δὲ παρὰ Ἀριαράθου εἶπεν, ἑξακόσια τάλαντα δόντας τὴν εἰρήνην ἔχειν.* Videtur huic emendationi adversari Appian. B. Syriac. pag. 115. *Ἀριαράθου δὲ, τῶν Καππαδοκῶν βασιλέως, καὶ τοῦδε συμμάχους πέμψαντος Ἀντιόχῳ, δεδιότος τε καὶ δεομένου, καὶ διακόσια τάλαντα πέμψαντος ἐπὶ τῇ δεήσει, τὴν Χώραν οὐκ ἐπέδραμεν.* Verum, si Livio vel ab Appiano, vel a Polybio dissentiendum foret, praestaret, ut Polybio, quem in rebus hujus temporis sequi, et tantum non in Latinum vertere solet, consentiret, quam Appiano, qui saepissime alios, quam Livium, historicos secutus est. Superest tamen ratio eos aliquo modo in concordiam redigendi. Non enim Appianus narrat, Ariarathem ducentis talentis missis pacem obtinuisse; sed, iis solutis, Manlium regnum ejus cum exercitu non ingressum esse. Quid ergo, si dicamus, Manlium pacis causa sexcenta talenta Ariarathi imperasse, eumque illius pecuniae ducenta praesentia adnumerasse, ac promisisse, se reliqua, quum ex civibus redegisset, soluturum, atque ita Manlium destitisse? Certe, Ariarathem non omnem pecuniam simul solvisse, constat ex c. 39. ubi dimidia pars imperatae pecuniae ei remissa fuisse dicitur. Similiter Oroandensium legati, qui priore anno Romanorum amicitiam ducentis talentis emerant supra c. 18. reliquum ejus pecuniae hoc anno conferre coacti sunt infra hoc cap. Numerus autem forte notis fuit perscriptus: *Huic IↃC talenta.* Earum prior IↃ librariis minus nota saepius varie fuit corrupta. V. ad 3, 62, 8. 4, 32, 8. 8, 19, 16. 9, 55 5. 10, 29, 17. 23, 46, 4.

Digitized by Google

sum, quum Eumenes rex veniſſet, tum daturum iis leges. civitatium legationes cum benignis responsis, 7 laetiores etiam quam venerant, dimiſſae. Antiochi legati pecuniam in Pamphyliam, frumentumque ex pacto cum L. Scipione foedere juſſi advehere; eo se 8 cum exercitu venturum. Principio deinde veris, luſtrato exercitu, profectus, die octavo Apameam venit. ibi triduum ſtativis habitis, tertiis rursus ab Apamea caſtris in Pamphyliam, quo pecuniam fru-

et alibi. Saepe autem, quemadmodum hoc loco factum eſt, pro ea nota data eſt nota numeri centenarii *C.* V. ad 8, 11, 16. 10, 33, 6. 27, 28, 11. 38, 25, 13. et pluribus locis. Verbum *sunt* exsulat a Lov. 1. et 6.

Tum daturum iis leges] Libri omnes *legem*. GEBH. Nec aliter omnes noſtri, Hearnii L. 1. et edd. principes. [*his legem* Bamb.] Froben. demum anno 1535. subſtituit *leges*. Si ex cod. Mog. recte. Similiter enim συνθήκας numero plurali Polyb. l. dicto. *Τοῖς δὲ Γαλάταις ἀπεκρίθη, διότι προσδεξάμενος Εὐμένην τὸν βασιλέα, τότε ποιήσεται τὰς πρὸς αὐτοὺς συνθήκας.* Mox *civitatium legationes* Lov. 4. et ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. Hinc *laeticiores* Lov. 6. V. ad 5, 34, 4.

§. 7. *Ex pacto cum L. Scipione foedere*] Ultimam vocem neglexerunt scribae Voſſian. et Lovel. 1. Male. Ita *pax pacta* 31, 29, 16. *Pacem pactam et compoſitam turbare volunt.* Et eodem cap. paullo ante: *Fidemque hodie pacis pactae desideras.* Similiter *pacisci inducias* apud Cic. 1. de Off. 10. et *pactum foedus* apud Cic. pro Sextio c. 14. Mox *eo secum exercitum venturum* Lov. 1. Male. Dixit enim Polyb. l. laud. Συνετάξατο *μετὰ τῆς δυνάμεως ἥξειν ἐπὶ τοὺς τῆς Παμφυλίας ὅρους.*

§. 9. *Mille et quinquaginta talenta*] Scribe *duo millia et quingenta* ex Polyb. et Livio ipso 37, 45. RUBEN. Locus Polyb. exſtat in Exc. Legat. num. 35. Ex quo, ut et ex ipso Livio hunc locum emendandum eſſe, non modo Rubenio adſirmanti credo, sed insuper *quingenta*, pro *quinquaginta*, in contextum recepi. Ita enim praeferunt ex scriptis Voſſ. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et N. nec non edd. vett. Frobenius deinde anno 1535. quod totidem literis scriptum erat, notis reddidit, ac vulgavit *M. et D. talenta.* Similiter omnes usque ad ultimam Gruteri, quae notas illas neglegenter interpretata dedit *millia et quinquaginta talenta.* Eum errorem patientius, quam oportuerat, tulerunt viri docti, etiam poſtquam eos erroris Rubenius admonuerat. *quingenta* igitur, pro *quinquaginta*, nunc demum reſtitui. Quamvis vero et *duo millia* pro *mille*, sive ↀ ↀ pro ↀ, verum credam, invitis tamen scriptis id in contextum adoptare ausus non sum.

Inde ad Pergam ducit] *ad Pergamum*, et mox §. 11. *a Pergamo* omnes codd. noſtri, Hearnii L. 1.

Digitized by Google

mentumque regios convehere jusserat, pervenit. mille et quingenta talenta argenti accepta Apameam deportantur. frumentum exercitui dividitur. Inde ad Pergam ducit: quae una in iis locis regio tenebatur praesidio. Adpropinquanti praefectus praesidii obvius fuit, triginta dierum tempus petens, ut regem Antiochum de urbe tradenda consuleret, dato tempore, ad eam diem praesidio decessum est. A Perga, L. Manlio fratre cum quatuor millibus mi- 9 10 11

et edd. antt. pro quo recte Frob. anno 1531. *ad Pergam* et *a Perga* restituit. Quamvis *Perga* satis celebris Pamphyliae urbs fuerit, ubi Dianae Pergeae templum exstitit, eam tamen ignorarunt librarii, et hinc in notiorem urbem *Pergamum* mutarunt, quae ab his locis remotior fuit, quam ut convenire posset. Frobenii lectionem firmarunt postea inventa Polyb. fragmenta in Exc. Legat. num. 35. ubi etiam urbem Πέργην memorat. Ceterum *Deinde* legit Gaertn. V. ad 36, 24, 10.

§. 10. *Triginta dierum tempus petens*] Ita constanter scripti et editi. Polybius tamen triginta et novem dies memorat in Exc. Legat. num. 35. *Διόπερ ἡξίου λϛ' ἡμέρας*. Verum culpam in librarium Polybii confert Ursinus. Ipsum enim, quum prius scriptum fuisset *τριάκονϛ' ἡμέρας*, numerum notis significaturum dedisse, λϛ', perperam retenta ϛ' postrema prioris vocis litera.

Ad eam diem praesidio decessum est. A Perga] Omnes *ad eam diem decessit praesidio*. GEBH. *decessit praesidio. et a Pergamo* omnes nostri, Hearnii L. 1, (Bamb. praeterquam quod *Perga* legit) et edd. priscae. Moguntini deinde monuerant, in cod. suo esse *praesidio decessum*. Hinc Frob. anno 1535. edidit, quod nunc vulgo exstat, quum tamen quadriennio antea, pro *A Pergamo*, dedisset *A Perga*, ut §. praec. dixi.

§. 11. *Cum quatuor millibus militum Oronda* etc. *misso*] *Oranda* Pisidiae urbs, ut paullo ante [c. 18.] ex Plinio ostendimus. Hic autem genere neutro ac plurativo profert numero, ut in sequentibus [capp. 39. et 45.] rursus. In Plinio certum videri non potest, cujus sit generis, nam saepe ita pronuntur neutra, ut *Patara*. Quidam etiam *Oroanda* scribunt. GLAR. *Oenoanda* urbs est Pamphyliae, auctore Stephano. Strabo mendum habet lib. 13. extremo [pag. 631.] *προσγενομένων δὲ τριῶν πόλεων ὁμόρων Βουβώνων, Βαλβούρων, Οἰνάνδρου τε*. cum sit legendum *Οἰανδῶν τε*. Appianus lib. 4, [634.] *Οἰανδεῖς* nominat. Cum autem hic Pamphyliae alia, Lyciaeque oppida nominentur, profecto *Oenoanda* legendum, non *Oroanda*, quae inter Gallograecos esse supra [c. 18.] traditum est. SIG. Pall. et vet. ed. *Oroandam*. GEBHARD. Bis lapsus doctissimus vir Sigonius: primum, quum Stephanum Oenoanda dicit Pamphyliae tribuisse, cui vero est *πόλις Λυκίας, urbs Lyciae*: de-

Digitized by Google

litum Oroanda, ad reliquum pecuniae ex eo, quod pepigerant, exigendum, missio, ipse, quia Eumenem regem et decem legatos ab Roma Ephesum venisse audierat, jussis sequi Antiochi legatis, Apameam exercitum reduxit.

1 XXXVIII. Ibi ex decem legatorum sententia foedus in haec verba fere cum Antiocho conscriptum
2 est. *Amicitia regi Antiocho cum populo Romano his legibus et conditionibus esto. Ne quem exercitum, qui*

inde, quum *Oroanda* ponit in Gallograecia, ubi nulla hujus nominis est. Error tertius, quod mutari vult nomen, ubi nulla caussa mutationis, et repugnat Polybius, cujus Leg. Excerpt. 35. haec sunt verba: Ὁ δὲ Γναῖος, προσπεσόυσης ἀυτῷ τῆς τούτων παρουσίας, Λεύκιον μὲν τὸν ἀδελφὸν μετὰ τετρακισχιλίων ἐξαπέστειλε πρὸς τοὺς Ὀροανδεῖς πειθανάγκης ἔχοντας διάθεσιν, Χάριν τοῦ κομίσασθαι τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὁμολογηθέντων χρημάτων. Quis non videt, eamdam Polybii et Livii historiam esse, et hunc ex illo *Oroanda*, non *Oroanda*, exscripsisse? Quod ad pactionem pecuniae attinet, illa supra cap. 18. memoratur, ubi dicuntur *legati Oroandensium* ad consulem Manlium venisse. Miror, summum virum J. Fr. Gronovium c. 18. *Oroandensium* reliquisse, at hic et c. 39. a Sigonio persuasum, *Oenoanda*, quod falsum est, in contextum recepisse. *Oroanda* ergo hic et ibi Livio restituimus. Nec c. 18 alia urbs, Oroanda, Galatiae forsan, si aeque Diis placet ut Sigonio, intelligitur; sed idem nomen est, eadem historia, eadem pactio pecuniarum: licet in Gallograecos expeditio ibidem describatur. Legati enim aliunde advenerunt ex Pisidarum finibus, quibus quod transeundum per Galatiam fuerat, consuli de Gallograecorum apparatu nunciaverunt c. 19. Neque enim erat, ut *Oroandensium* nomen, cap. 18. servatum, statim c. 19. mutaretur in *Oenoandensium*, ut Gronoviana editione factum est, quamvis nihil ibi Sigonius praeceperat. CELLAR. 3. Geogr. ant. 4. pag. 114. Recte vulgatum defendit Cellarius, quod etiam hoc loco, c. 35, 1. et c. 45, 10. contextui reddidi. Idem volunt codd. vel certe illorum vestigia aperte nos eo ducunt. *Oroanda* habent Lov. 2. 3. et Mead. 1. *Oroandam* Lov. 4. Mead. 2. et Harl. *Oronda* Lov. 1. *Ororandam* Voss. *Orandam* Gaertner. *Horanda* Lov. 6. *Orando* Lov. 5. et ed. Camp. Mox *quod Eumenem* Lov. 2. V. ad cap. praec. §. 4.

§. 1. *In haec verba fere*] Τὸ *fere* abest ab omnibus libris nostris. GEBH. Abest etiam ab omnibus scriptis nostris [et Bamb. qui et verba *cum Antiocho* omittit.], et edd. antiquis. Eam Aldus deinde, praeeunte cod. Mog. recepit. Polyb. dixit in Exc. Leg. num. 35. Ἦν δὲ τοιάυτη τις ἡ τῶν κατὰ μέρος διάταξις. Mox *est scripta* Lov. 3.

§. 2. *Amicitia regi Antiocho cum populo Romano*] Omnes libri *Ami-*

Digitized by Google

cum populo Romano sociisve bellum gesturus erit, rex per fines regni sui, eorumve, qui sub ditione ejus erunt, transire sinito: neu commeatu, neu qua alia ope juvato. Idem Romani sociique Antiocho, et iis, qui sub imperio 3
ejus erunt, praestent. Belli gerendi jus Antiocho ne esto cum iis, qui insulas colunt, neve in Europam transeundi. Excedito urbibus, agris, vicis, castellis cis Tau- 4
rum montem usque ad Tanaïm amnem, et a valle Tauri usque ad juga, qua in Lycaoniam vergit. Ne qua 5

citia regi cum populo Romano, excluso nomine *Antiocho* proprio. GEBH. Hic etiam Aldus vocem *Antiocho*, quam non modo edd. priores, sed et omnes codd. nostri [cum Bamb.] ignorant, auspiciis cod. Mog. Livio reddidit. Polybius quidem nomen *Antiocho* exprimit, sed vocabulum *regi* omisit: Φιλίαν ὑπάρχειν Ἀντιόχῳ καὶ Ῥωμαίοις εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον, ποιοῦντι τὰ κατὰ τὰς συνθήκας. Librarii Latini hoc loco *Antiocho* omisisse videntur, quia proximo versu praecesserat.

Cum populo Romano sociisque] *sociisve*, et mox *eorumve* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Gronov. qui anno 1665. *sociisque* et *eorumque* vulgavit: qua autem auctoritate, non monuit: utrumque igitur errantibus operis typographorum videtur tribuendum. Polybius tamen utrique mutationi favere videtur. Prius enim ita exprimit. ἐπὶ Ῥωμαίους ΚΑΙ συμμάχους. posterius βασιλέα Ἀντίοχον ΚΑΙ τοὺς ὑποταττομένους. Mox τὸ *rex* deest in Lovel. 1. *sui* in Voss. et Gaertn.

Neu commeatu, neu qua alia ope] *nec commeatu* Hearnii L. 1. *ne commeatu* reliqui Mssi, et pleraeque edd. vett. *neu commeatu* Aldus restituit ex membranis Mog. Praeterea *ne qua alia ope* Voss. Lov. 5. Gaertn. et edd. priscae. *neu qua alia* Frob. anno 1535. dedit; cui consentiunt reliqui scripti nostri, et Hearnii L. 1. [*nec commeatu nec qua* Bamb.]

§. 3. *Et iis, qui sub imperio ejus erunt, praestent. Belli gerendi jus Antiocho*] Vet. lib. *praestant*. Lege *praestanto*. Ut et mox [§. 6.] *ante certam diem redeunto*. MURET. Omnia haec verba deerant in Hearnii L. 1. scribarum culpa ob repetitionem τοῦ *Antiocho*. V. ad 9, 11, 11.

Cum iis, qui insulas colunt] Omnes libri *cum illis, qui insulas colunt*. GEBH. *cum illis, qui* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Froben. qui anno 1355. vulgavit *cum iis*. Mox *transcendito*, pro *transeundi*, Lov. 3.

§. 4. *Usque ad Tanaïm amnem, et a valle Tauri*] *Tanaïs amnis* in his locis nemo, quod sciam, meminit. De *Tanaï* autem, Asiae ac Europae termino, intelligere, absurdum. Vide, sitne legendum *Lalassim amnem*, cujus Plinius mentionem fecit l. 5. c. 27. ubi de gente Isaurica. Nisi quis de Mela, antiquo fine Ciliciae, ut

Digitized by Google

arma efferto, ex iis oppidis, agris, castellisque, quibus excedat. Si qua extulit, quae quoque oportebit, recte restituito. Ne militem, neu quem alium ex regno Eume-
6 *nis recipito. Si qui earum urbium cives, quae regno abscedunt, cum rege Antiocho intraque fines ejus regni*
7 *sunt, Apameam omnes ante diem certam redeant. Qui*

eodem loco notat idem, intelligere malit, aut Cataracten Pamphyliae amnem. GLAR. Vot. ed. *Tanam.* Pall. *Tanaïm.* vulgo *Taniam.* GEBH. Quis hic sit *Tanaïs*, merito miratur Glareanus. Dubitat autem, *Lanassim*, an *Melam*, an *Cataractem* substituat. In scripto inveni *ad Accayn amnem.* Fortasse *Halyn.* Budaeus quoque jam olim conjecit *Halyn* lib. 4. de Asse [pag. 386.] et confirmat Strabo lib. 6, [287.] Συνενεωτέρισαν δὲ τοῖς Καρχηδονίοις οἱ Σ' Ἕλληνες, καὶ Μακεδόνες, καὶ τῆς Ἀσίας οἱ ἐντὸς Ἅλυος καὶ τοῦ Ταύρου· καὶ τούτους οὖν ἅμα συγκατακτᾶσθαι προῃρήσαν. ὧν Ἀντίοχός τε ἦν ὁ βασιλεὺς, καὶ Φίλιππος, καὶ Περσεὺς, etc. καὶ διετέλεσαν πολεμοῦντες μέχρι καταλύσεως ἁπάντων τῶν ἐντὸς Ἴστρου καὶ τῶν ἐντὸς Ἅλυος. J. FR. GRON. Illud *Taniam* in sola Gruteri prima ed. obvium fuit ex aberratione operarum. Priores vel *Tanaim*, vel *Tanain* praeferunt, nisi quod ed. Camp. cum Lov. 5 *Tanam* legant. *usque ad Accaym* Voss. *usque ad Canym* Lov. 1. *usque Achanim* Lov. 6. ex cujus vestigiis constat, recte *usque ad Halyn* Budaeum conjecisse; cujus emendationem ultima Gruteri ed. recepit: eamdem postea ab Heinsio in Elzeviriana rejectam recte Gronov. in notis probat. Polybii Excerpta Legat. hic nihil juvant: codex enim, unde vulgata sunt, quarumdam vocum defectu hoc loco laborat. Dein *et ea valle Tauri* Voss. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. [Bamb.] et edd. vett. pro quo *et a valle* dedit Ascens. anno 1516. consentientibus reliquis Mss.

§. 5. *Ne qua arma efferto*] Contra in formula foederis apud Polybium permittitur militibus, ut arma sua efferre possint. Verba sunt: Μὴ ἐξαγέτω μηδὲν, πλὴν τῶν ὅπλων, ὧν φέρουσιν οἱ στρατιῶται. Hinc Cel. Perizon. ad marginem Livii conjecit, *ne qua praeter arma.* Similiter haec verba Livii laudavit Boeclerus in Diss. de Foederis Romanorum cum Antiocho Formula, quae exstat tom. 1. Dissert. Academ. pag. 1092. simul tamen agnoscit, Polybium definite mentionem facere ὅπλων, ὧν φέρουσι οἱ στρατιῶται, sed Livium tantum simpliciter *armorum.* Secundum Polybium itaque, quae ad adparatum belli spectant, et *armorum* nomine venire possunt, relinquenda fuisse; quod ex Livio colligi nequit. Quid igitur, si legamus *Ne qua praeter militum arma?* si enim una vox excidit, potuerunt et duae excidere. Sed nihil definio. [*et ferto* pro *efferto* Bamb.]

Quae quoque oportebit, recte restituito] Cl. Jac. Perizon. in ora Livii scribendum conjecit *quo quaeque oportebit.* Vide tamen, num potius vulgatum defendi poterit, *quoque* accipiendo pro et quo; ut jubeantur restitui, quae oportebit, et quo loco oportebit.

Digitized by Google

ex regno Antiochi apud Romanos sociosque sunt, iis jus abeundi manendique esto. Servos, seu fugitivos, seu bello 8
captos, seu qui liber captus aut transfuga erit, reddito Romanis sociisque. Elephantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito et naves longas armamentaque earum: neve plures, quam decem naves actuarias, (nulla quarum plus

Ita apud Polyb. l. laud. *Εἰ δὲ τι τυγχάνουσιν ἀπενηνεγμένοι, καθιστάτωσαν πάλιν εἰς τὰς ἰδίας πόλεις.* Insuper Boecler. loco modo laud. verba haec Livii referens, omittit *τό recte*, incertum utrum casu, an sponte, quia nec apud Polybium exstat. Sed nihil muto. *recte* est sine dolo. V. ad 34, 35, 4. Mox *ne quem alium* Lov. 1. *neve quem alium* Voss. Lov. 5. Gaertn. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1535. dedit *neu quem*, quod in reliquis codd. supererat. Insuper *accipéres* Lov. 1. 2. 3. et 6.

§. 6. *Intraque fines ejus regni sunt, Apameam omnes ante diem certam redeant*] *fines regni ejus* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. *regni ejus fines* Lov. 6. Tum vocem *omnes* neglexit Gaertn. Hinc *ante diem tertiam* legit Lov. 6. Tandem *redeunt* Lov. 1. unde videri posset legendum *redeunto*. Ita et Muret. conjecit supra §. 3. [conciente Bamb.]

§. 7. *Apud Romanos sociosque sunt*] MS. *Apud Romanos sociosque nunc sunt*. MOD. De hoc loco agunt Herald. Emend. et Observ. v. 37. et Salmas. ad Jus Att. et Rom. c. 37. an postliminium fuerit iis, qui armis victi hostibus se dediderant, disputantes. DUK.

§. 8. *Seu qui liber captus aut transfuga erit*] *seu liber captus* Lov. 1. *seu quis liber captus* Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. principes. *seu quislibet captus* edd. Parm. Mediol. anni 1480. Tarv. utraque, et aliae usque ad Ascens. qui anno 1513. emendavit *seu quī liber captus*. Praeterea *tò erit* deest in Lov. 1. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. [pro *fugitivos* Bamb. *captivos*.]

Elephantos tradito omnes, neque alios parato] *Elephantes* Voss. et Lov. 6. Sed v. ad 31, 36, 4. Ceterum haec ita efferuntur apud Polyb. in libro Msto: *Καὶ τοὺς τοὺς ἐκπλεύσαντας, τοὺς ἐν Ἀπαμείᾳ πάντας, καὶ μηκέτι ἄλλους ἐλθεῖν.* quae verba aperte mendosa sunt, et ab Ursino ita emendantur, *Καὶ τοὺς ἐλεφάντας, τοὺς ἐν Ἀπαμείᾳ πάντας.* Nondum tamen locus persanatus videtur, in quo male me habent voces *ἐν Ἀπαμείᾳ*. Apamea enim hoc tempore erat in ditione Romanorum, utpote quo Manlius priore anno, adversus Gallograecos movens, aegros et inutilia impedimenta dimiserit supra c. 15. quo etiam hoc anno pecuniam ab Antiocho acceptam deportari jusserit cap. praec. quo denique ipsis his pacis legibus paullo superius hoc cap. redire debuerint, qui earum urbium cives, quae regno abscedunt, cum Antiocho intraque fines regni ejus erant. Si igitur Apamea in potestate Romanorum erat, quomodo Antiochus elephantos, qui Apameae erant, Romanis tradere potuis-

Digitized by Google

quam triginta remis agatur) habeto: neve monerem ex bel-

set. Cogitent igitur acutiores, qua ratione loco male adfecto subveniendum sit. Non tamen quaedam in exemplari Polybii desunt, ut Ursinus putavit, sed ex praecedentibus repetendum est ἀποδότω.

Neve plures, quam decem naves actuarias, (nulla quarum plus quam triginta remis agatur) habeto: neve minorem ex belli caussa, quod ipse inlaturus erat] Antiqua lectio habet *neve monerem.* ut enim *trierem*, ita *dierem* et *monerem* Graeci dicunt. GELEN. Qui *monerem*, pro *minorem*, hoc loco legunt, bene legunt. GLAR. Videtur postremum membrum Livianum non convenire cum Polybii verbis, quae voluit Livius imitari hoc loco. Sunt autem haec ex fragmento 35. Καὶ μηκέτι ἐλέτω πλὴν δέκα καταφράκτων. μηδὲ τριακοντόκωπον ἐλέτω ἐλαυνόμενον· μηδ' ἀυτὸ πολέμου ἕνεκεν, οὗ ἀυτὸς κατάρχῃ. Liber manuscriptus Livii habet: *neve minorem ea, belli causa* etc. quod minus placet, quam *monerem*, licet, ut dixi, non respondeat Graecis μηδ' ἀυτὸ πολέμου ἕνεκεν. Sed sive Polybium sequamur, sive Livium, uterque aptam lectionem nobis suppeditabit. URSIN. Suspicor abundare apud Livium *plusquam*, et pro *monerem ex* legendum esse, ut in veteribus libris, *minorem ea:* et, ut Latina versio cum Polybiana sententia conveniat, repono, pro *ea*, *eas*, deleta voce *minorem*. URSIN. ad Polyb. Exc. Legat. num. 35. In MSS. et primis editionibus desideratur τὸ *quarum*. E Moguntino additum est. Ex eodem fecit Gelenius *monerem ex belli causa*. Sane et alia quaedam singularia solus hic codex his libris contulit. Doctius fuit, quam ut ferrent librarii: eoque et scriptis et editis inculcarunt *minorem ea*. Ne Moguntini quidem, qui ante Gelenium varias lectiones ejus codicis prodiderunt, corrigendo abstinuerunt manum: notarunt enim *minorem ex belli*. Sed hoc fatuum et abhorrens. Quid enim? permiserunt utique jus belli Antiocho cum populis non exceptis. immo et cum sociis populi Romani, si aliter disceptare nolint. Vetabitur tum habere actuariolas decem scalmorum? Caeterum, Polybium dissentire a Livio, questus est olim Fulvius, tentabatque, *nulla quarum triginta remis agatur, habeto, neve eas belli caussa*, et *monere* et *minore* ablegatis, ad fragmenta Polybii: ad Livium ipsum *monerem* fatetur magis placere, quam *minorem*. Verba Polybii: ἀποδότω δὲ καὶ τὰς ναῦς τὰς μακρὰς, καὶ τὰ ἐκ τούτων ἄρμενα, καὶ τὰ σκεύη· καὶ μηκέτι ἐλέτω πλὴν δέκα καταφράκτων, μηδὲ τριακοντάκωπον ἐλέτω ἐλαυνόμενον, μηδ' ἀυτὸ πολέμου ἕνεκεν, οὗ ἀυτὸς κατάρχῃ. Appianus [B. Syriac. pag. 112.] in numero dispar (ni vitium est) in navibus longis Polybium sequitur: ναῦς δὲ καταφράκτους δυόδεκα ἔχειν μόνας, ἃις ἐς τοὺς ὑπηκόους πολέμου κατάρχειν· πολεμούμενον δὲ καὶ πλέουσι χρῆσθαι. Nam erratum memoriae Salmasii est, quum in Appiano κατελάτους, vel κατερέτους, scribendum autumat ex hoc Livii loco ad jus Atticum pag. 728. neque enim id illi excidisset, si Polybii recordatus fuisset. Vult ergo Polybius, licuisse regi decem habere constratas, quae longarum numero sunt: Livius tantum decem actua-

Digitized by Google

belli caussa, quod ipse inlaturus erit. Neve navigato citra Calycadnum, neve Sarpedonem, promontoria: ex- 9

rias ei concedit, longas adimit. Rursum Polybius negat ullam actuariam, quae triginta remis ageretur, permissam: Livius decem actuarias, quae haud plus quam triginta remis procederent. Et constat tamen, hic Polybio auctore usum Livium fuisse. Si fas, in hujus potius verbis peccatum crediderim, et fuisse olim: *Tradito et naves longas armamentaque earum: neve plures, quam decem naves, actuariam nullam, quae triginta remis agatur, habeto: neve monerem ex belli causa, quod ipse illaturus erit.* Habes Livium per omnia cum Polybio consentientem. Dixerat, tradito naves, non definito numero; neque omnes tamen addidit, ut maximam partem significaret, et quia mox finiturus erat numerum longarum, quas ei liceret retinere. *Τριαποντάκωπον ἐλαυνόμενον* vertit *actuariam, quae triginta remis agitur.* Hic supplendum ex Appiano, quod proxime statutum est, intelligi de illis maritimis viribus, quas ex instituto habiturus erat praesidium regni, et *ἐς τοὺς ὑπηκόους πολέμου κατέχειν*, (sic enim legendum) ita tamen, ut si ab illis infestaretur, quibuscum ei belli jus reliquerant Romani, posset *καὶ πλέουσι χρῆσθαι*. Hoc significat Polybii *μηδ' αὐτό*, sed ne hoc quidem numero in eo bello, *οὗ αὐτὸς κατῆρξε*. ergo hoc, si quis ipsum adoriatur. Neque enim sana loquendi ratio patitur, ut *τὸ αὐτὸ* referatur ad solum *ἐλαυνόμενον* absque *τῷ τριακοντάκωπον*, et haud probabile est, omnem omnino actuariam prohiberi. Congruit Livius: nam illam ipsam navem, quam prius ita circumscripsit, quae triginta remis agatur, deinde uno vocabulo vocat *monerem*, et habere vetat, si bellum ipse inferat: satis sic significans concessam, si lacessatur, non lacessat. J. FR. GRON. Aliter loca Polybii et Livii tentavit Schefferus 2. de Milit. Nav. 2. aliter rursus Meibom. de Fabric. Trirem. pag. 614. 617. 618. tom. 12. Thes. Antiq. Rom. ubi utrumque erasse contendit, et Livium ita emendat: *neque plures, quam decem naves tectas, et quinquaginta actuarias, quae triginta remis agantur, habeto: ne has quidem ex belli causa, quod ipse illaturus erit.* De hac emendatione ita vere pronunciat Constant. Oppelius, id est, Johann. Schefferus pag. 702. ibid. „Sic emendat locum Livii, „ut ex lectione ejus veteri reti„neat nihil, inferciat ubique „plurima. Quae scriptores bo„nos emendandi ratio si locum „aliquando inveniet, actum pla„ne erit de ipsis, et pro Livio, „Sallustio, ceteris, nescio quo„rum hominum commenta legen„tur." Nec immerito illius *παραδιορθώσεις* exagitat Jac. Gronovius in Dissert. Epist. ad Livii loc. quaed. Geogr. pag. 48. Mihi post virorum doctissimorum conjecturas nondum ita de omnibus liquet, ut Polybii et Livii verba plane intelligam. *Monerem* tamen, quamquam Scheffero et Meibomio repugnantibus, ex Mog. cod. retinendum puto; quum ob causam, quam J. Fr. Gronovius dicit, tum quod ita factum est e Graeco *μονήρης*, ut *penteris, hexeris, hepteris*, et *deceris* e vocibus Graecis. Locus Pichenae, quem id probasse indicat Jac. Gronovius, est ad Taciti 5. Hist. 23. DUK. *ne plures* Voss. Lov. 1. et Harl. *neu plures* Lov. 1. 3. 4. 6. [Bamb.] et Gaertn.

Digitized by Google

tra quam, si qua navis pecuniam, ſtipendium, aut lega-
10 *tos, aut obsides portabit. Milites mercede conducendi ex iis gentibus, quae sub ditione populi Romani sunt, Antiocho regi jus ne eſto: ne voluntarios quidem recipiendi.*
11 *Rhodiorum sociorumve quae aedes aedificiaque intra fines*

Dein *quam decem naves (nulla plus quam triginta remis agatur) habeto* edd. antt. cum Mſtis Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. [Bamb.] et Gaertn. Consentiunt etiam Voſſ. et Lov. 1. ac 6. [Bamb.] nisi quod primus legat *in XX remis*, reliqui duo *in XXX remis* [ita et Bamb.]; et Lov. 6. insuper *quam V naves*. Vocem *actuarias* etiam in Oxon. L. 1. deeſſe, Hearnius monuit; quam ex noſtris solus Mead. 1. agnoscit. Aldus deinde ex cod. Mog. vulgavit *quam decem naves actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur, habeto*. Hinc Scheff. in Diſſ. de Variet. nav. transpositis vocibus effecit *quarum nulla plus*. Tandem *neve minorem ea belli caussa* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Gaertn. Harl. Mead. uterque, et edd. antt. Aldus iterum ex cod. Mog. subſtituit *neve minorem ex belli caussa*; sed Gelenius innuit in Mog. legi *neve monerem ex belli caussa*; quod Frob. anno 1535. recepit. Et eam lectionem firmat Lov. 4. exhibens *neve monerem ea belli caussa*. Literas autem *A* et *X*, et hinc voces *ea* et *ex*, saepius commutari, videbimus ad 40, 59, 8. [*minore* Bamb.]

§. 9. *Neve navigato citra Calycandrum, neve Sarpedonium promontorium*] Legendum *Calycadnum* ex Plinio, Ptolemaeo, ac Strabone, quanquam in Ptolemaei plerisque codicibus *Calydnus* legitur. Fluvius eſt Ciliciae. *Sarpedonem* item legendum, non *Sarpedonium*, ex iisdem authoribus. GLAR. *Calcycadnum* legendum eſt ex Strabone, et Appiano in Syriac. [pag. 112.] cujus in hoc foedere narrando haec verba sunt. Ὅρῳ μὲν Ἀντιόχῳ τῆς ἀρχῆς εἶναι δύο ἄκρας, Καλύκαδνόντε καὶ Σαρπιδόνιον, καὶ τάσδε μὴ παραπλεῖν Ἀντίοχον ἐπὶ πολέμῳ. De Sarpedone idem Strabo [14, 670.] SIG. *Ne navigato* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. [Bamb.] et Gaertn. Deinde *citra Calichandrum* Voſſ. et Gaertn. *citra Chalchicandrum* Lov. 6. *citra Calycandrum* Lovel. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo [Bamb.], et multae ex edd. vett. *circa Calycandrum* Lov. 3. 5. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *circa Caliandrum* cod. Mog. Sed recte Glarean. et Sigonius *citra Calycadnum*. Voces *circa* et *citra* etiam alibi in Mſtis confundi, vidimus ad 21, 48, 6. *Calycadnum* legendum eſſe, evincit locus Polyb. in Exc. Legat. num. 35. quem in cod. Mſto ita exaratum invenit Ursin. Μὴ δὲ πλείτωσαν ἐπὶ τάδε τοῦ Καλυκάδμου ἀκρωτηρίου. Pro eo quidem Καλυκάδνου legendum monuit, sed male in contextu Καλυκάνδρου edidit. Poſteriores demum editores veram lectionem receperunt. Idem evincit Inl. Spanhem. de Praeſt. et usu numism. Diſſ. 9. pag. 786. ed. secundae, ex nummo Gordiani, in cujus aversa parte obcurrit nomen ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ. cujus ejusdem ectypon poſtea exhibuit in Orb. Rom. Diſſ. 2. cap. 16. pag. 433. Deinde *neque Scarpadonum promontoria* Gaertn. *neu Scarpedonium promonteria* Lov. 1.

Digitized by Google

regni Antiochi sunt, quo jure ante bellum fuerunt, eo Rhodiorum sociorumve sunto. Si quae pecuniae debentur, earum exactio esto. Si quid ablatum est, id con- 12
quirendi, cognoscendi, repetendique jus item esto. Si quas urbes, quas tradi oportet, ii tenent, quibus An-

et 6. *neu Sarpedonium promontoria* Lov. 3. *neve Sarpedonium promontoria* Voss. Lov. 5. et edd. vett. *neu Sarpedonium promontoria* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *neu Sarpedonem promontoria* Lov. 2. Promontorii hujus non meminit Polybius. Prisca lectio *Sarpedonium* [quam et Bamb. habet] firmari posset ex loco App. quem Sigon. laudavit, ubi corrupte Σαρπιδόνιον vocatur. Sed apud alios *Sarpedon* et Σαρπηδὼν adpellatur.

§. 10. *Antiocho regi jus ne esto*] *non esto* Voss. Harl. et Gaertn. Male. Supra hoc cap. *Belli gerendi jus Antiocho ne esto.* Vocula *ne* et *non* etiam alibi a librariis confunduntur. V. ad 3, 21, 6. ad 9, 17, 16. et Corte ad Plinii 2. Epist. 9.

§. 11. *Rhodiorum sociorumve quae aedes aedificiaque*] Cujacius in Postumis ad l. 3. D. de Servitut. L. 21. Pauli ad Edict. haec recte a Livio separari dicit: nam et *aedes aedificia*, sed non omnia *aedificia aedes* esse. De discrimine inter ea deinde egit Noodt. 1. Observ. 10. et 1. de Usufr. 10. et 12. Popma de Differ. verbor. falsa veris miscet. Polybius utraque una voce οἰκιῶν complexus est: Ὅσαι δὲ οἰκίαι Ῥοδίων ἢ τῶν συμμάχων ἦσαν. Quod Servius ad Virg. 2. Aen. 512. scribit, *omne aedificium aedes dicuntur*, ad consuetudinem vulgo loquendi referendum puto. DUK. Voces *Rhodiorum sociorumve* etc. *ante bellum fuerunt, eo* desunt in Hearnii L. 1. culpa librarii ob duarum primarum vocum repetitionem. Sed v. ad 9, 11, 11. Solae voces duae primae desunt in Lov. 5. et edd. antiquis; quas Aldus ex cod. Mog. addidit, consentientibus omnibus nostris. Mox *finito*, pro *sunto*, perperam Voss. et Lov. 1. ac 6. Polyb. loc. laud. ταύτας εἶναι Ῥοδίων, ὡς καὶ πρὸ τοῦ τὸν πόλεμον ἐξήνεγκαν.

§. 12. *Conquirendi, cognoscendi, repetendique jus item esto*] Polybius brevius, ἀναζητητὲν ἀποδοτέω. *conquiruntur* quae latent, et occultantur: *noscuntur* et *cognoscuntur*, quae in propatulo sunt, quaeque domini sua esse probant. V. Cujac. 23. Obs. 19. Livius 25, 22, 3. *Ut desertores de exercitu volonum conquirerent.* 39, 16. *Ut vaticinos libros conquirerent.* Vellej. 2, 41. *Ministris Sullae conquirentibus cum ad necem.* Adde Gronov. ad Livii 25, 7, 5. et 12, 3. Livius 10, 20. *Accitique edicto domini ad res suas noscendas recipiendasque.* 26, 30. *Ut si nequeant omnia, saltem quae comparent, cognoscique possint, restitui dominis jubeant.* DUK. *item jus esto* Lov. 1. 2. 4. Voss. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *idem jus esto* Lov. 3. V. ad Epit. Liv. 69. Vocem *item* omittunt Lov. 5. et edd. princ. Postea Mediol. anno 1505. datum est *jus idem esto*, quod Ascens. anno 1513. recepit. Aldus dein *jus item esto* dedit. Mox *et ex iis praesidia deducito*, addita prima vocula, Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. quod recepi

Digitized by Google

tiochus dedit, et ex iis praesidia deducito; utique recte
13 *tradantur, curato. Argenti probi duodecim millia At-*

fide Polybii, qui similiter addito καὶ dixit: *Εἰ δέ τινας τῶν πόλεων, ἃς ἀποδοῦναι δεῖ Ἀντίοχον, ἑτέροις δέδωκεν Ἀντίοχος, ἐξαγέτω ΚΑΙ ἐκ τούτων τὰς φρουρὰς καὶ τοὺς ἄνδρας.* In reliquis codd. *τὸ ει* interceptum erat a praecedentis vocis literis ultimis. V. ad 9, 41, 10. Vel etiam a vocula sequenti. V. ad 30, 6, 7.

§. 13. *Argenti probi duodecim millia Attica talenta dato* etc. *Talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat*] Priore lib. [c. 45.] ubi Antiocho pacis conditiones a Scipione dicuntur, XV. millia talentûm Euboïcorum nominantur. Erant autem tria millia persoluta: quae igitur restant, sunt XII. millia talentûm. Sedenim hic nunc Attica, atque ea octogenarum librarum, postulantur, ubi antea Euboïca. Euboïca autem sunt quinquagenarum septenarum librarum cum singulis trientibus fere, ut Budaeus supputat. Ingens igitur hic esset accessio. Itaque vel Euboïcum talentum majus fuit, aut Livius duobus his locis diversos secutus videtur authores. Nam, lapsu hoc factum, non videtur verisimile. Sed neque placet, quod quidam excusant, decem legatos auxisse summam. Budaeus, haec verba Livii inversa esse, recte scripsit: nemo enim Latine dixerit *mille talenta*. Quare ipse legendum putat, *Argenti probi Attica talenta XII. millia*, vel *Atticûm talentûm*. GLAR. Ad hujus loci intelligentiam Antonius Augustinus talia quaedam notavit. Quaeritur, inquit, a Budaeo et aliis, quo pacto talentum Atticum, quod constat sex drachmarum Atticarum millibus, sive totidem denariorum millibus, ut Varroni et Polybio placet, pondo octoginta sit, cum vix sexaginta pondo attingat. Augent difficultatem ejusdem Livii verba l. 34, [50.] *Multitudinis eorum argumentum est, quod Polybius scribit. centum talentis tam rem Achaeis stetisse, quum quingentos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent. Mille enim ducentos ea ratione Achaja habuit.* Etenim eadem ratio in his verbis est, quae in suprascriptis, ut sex millia denariorum talentum efficiant: eandem rem scribit Plutarchus in Apophthegm. [pag. 197.] et drachmis pro denariis utitur, ut verisimile est Polybium usum fuisse. Sic enim Fannii carmina sunt, quae docent, majorem fuisse libram Graecis, quam Romanis, et Atticas minas aliis, his verbis [vers. 29.]

Haec magno in Latio libra est, gentique togatae:
Attica nam minor est, ter quinque hanc denique drachmis
Et ter vicenis tradunt explerier unam.
Accipe praeterea, patrio quam nomine Graji
Mnam vocitant, nostrique minam dixere priores:
Centum hae sunt drachmae. quod si decerpseris illis
Quatuor, efficies hanc nostram denique libram,
Attica quae fiet, si quartam dempseris hinc, mna.
Cecropium supererit post haec decuisse talentum,
Sexaginta minas, seu vis sex millia drachmas.
Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis.
Nam nihil his obelove minus, majusve talento.

Digitized by Google

tica talenta dato intra duodecim annos pensionibus aequis, (talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus

In his versibus dici videtur, libram Romanis fuisse XCVI drachmarum, Graecorum minam centum drachmarum, Atticam LXXV drachmarum; in talento sexaginta minas fuisse, sive sex millia drachmarum. Eodem pertinet, quod Plautus significat in Mostell. duobus talentis magnis CXX minas contineri. Et apud Senenam XXIV HS millibus talentum Atticum aestimari. Ex altera parte majores fuisse denarios, quam drachmas Atticas, tum aliis exemplis, tum ex his Livii verbis constat lib. 34, [52.] cum de triumpho T. Quinctii scribit. *Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum, tetradrachmum vocant, trium fere denariorum in singulis argenti est pondus.* Nec dubium est, septem denariis unciam constitisse, quae Graecis omnibus octo drachmis penderetur. Sunt, qui dubitent, Liviine verba mendosa sint, cum Attica talenta LXXX pondo aestimant, atque arbitrantur, aut pro Atticis talentis Euboïca esse substituenda, aut pro LXXX tantum pondo LX scribi oportere. Nos Graeca Polybii, ut putamus, verba referemus a Constantino relata, quibus constabit, quid sit, quod mutari debeat. *Ἀργυρίου διδότω Ἀντίοχος Ἀττικοῦ Ῥωμαίοις ἀρίσου τάλαντα μύρια δισχίλια ἐν ἔτεσιν ιβ', διδούς καθ' ἕκαστον ἔτος χίλια. μὴ ἔλαττον δ' ἑλκέτω τὸ τάλαντον λιτρῶν Ῥωμαϊκῶν π', καὶ τοῦ σίτου φ' καὶ μ'..... τνδ', ἐν ἔτεσι τοῖς πρώτοις ε, κατὰ τὸ ἔτος τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις. Ἀποδότω καὶ τοῦ σίτου, καθὼς ἐτίμησεν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος, τάλαντα ρκξ' καὶ δραχμὰς χιλίας σ' ὀκτώ, ἃ συνεχώρησεν Εὐμένης λαβεῖν γάζαν ἐναρεσουμένην ἑαυτῷ.* etc. In his verbis sunt quaedam mendosa post illas notas φ' καὶ μ', quae ex Livianis verbis corrigi possunt. Sunt etiam alia, quae Livius omisit. Tamen illa ipsa, de quibus dubitamus, integra sunt: et, ni fallor, ita accipienda sunt, ut omnis pecunia proba sit, atque Attica, et numerus talentorum idem sit, qui Graecis et Latinis verbis expressus est; sed pondus ejus pecuniae Atticae non id sit, quod Athenis talentum expenditur: sed, quod Romae LXXX libras efficiat. Non recte igitur hoc *talentum Atticum* appellabitur, sed *talentum Atticae pecuniae Romanum.* Atticum erat sexaginta minarum, in singulis centum drachmae continebantur; in hoc erunt LXXX minae, sive librae, in singulis XCVI erunt drachmae. Simul efficient, ni fallor, 7680 drachmae. Si vero singulae librae centum drachmarum sint, efficient octo drachmarum millia, sed, ut diximus, Atticarum. Confirmemus haec aliis Livii verbis. l. 37, [45.] de eodem foedere cum Antiocho rege haec sunt Africani verba. *Pro impensis deinde in bellum factis XV millia talentûm Euboïcorum dabitis, quingenta praesentia, duo millia et quingenta, cum senatus populusque Romanus pacem comprobaverint. mille deinde talentûm per duodecim annos. Eumeni quoque reddi quadringenta talenta, et quod frumenti reliquum ex eo, quod patri redditum est, placet.* Graeca verba ex eodem scriptore, quem Polybium esse credimus, haec sunt [in Exc. Legat. num. 24.] *Πρὸς δὲ τούτοις Εὐβοϊκὰ τάλαντα ἐπιδοῦναι μύρια καὶ πεντάκις χίλια Ῥωμαίοις ἀντὶ τῆς εἰς τὸν πόλεμον δαπάνης. Τούτων δὲ*

Digitized by Google

pendat) et tritici quingenta quadraginta millia modiûm.
14 *Eumeni regi talenta trecenta quinquaginta intra quin-*

φ' μὲν παραχρῆμα· δισχίλια δὲ καὶ φ' πάλιν, ἐπειδὰν ὁ δῆμος κυρώσῃ τὰς διαλύσεις. Τὰ δὲ λοιπὰ τελεῖν ἐν ἔτεσι ιβ', διδόντα καθ' ἕκαστον ἔτος χίλια τάλαντα. Ἀποδοῦναι δὲ καὶ Εὐμένει ὑ τάλαντα προσοφελόμενα, καὶ τὸν ἐλλείποντα σῖτον κατὰ τὰς πρὸς τὸν πατέρα συνθήκας. Remanet scrupulus ex his, quae ad Sex. Pompejum olim notavimus. neque enim Euboïca talenta Atticis sunt quarta parte majora, sed potius Aegyptia, quae apud Plinium Varro aït LXXX pondo fuisse. At Euboïcas LXX minas efficere Atticas LXXII, post Aelianum conscripsimus. Vidi tamen alicubi scriptum, *ἐπίτριτον* esse proportionem inter Antiochena et Attica talenta. Haec fortasse sunt Romani in hoc foedere secuti; qui disertis verbis affirmant, quo pondere sibi talenta solvi velint. Est enim alius Livii locus libro 38, [9.] *Deinde ut quingenta Euboïca darent talenta, ex quibus ducenta praesentia, trecenta per annos sex pensionibus aequis.* Et postea [c. 11.] *Pro argento si aurum dare mallent, darent, convenit, dum pro argenteis decem aureus unus valeret.* Haec aptius a Graeco scriptore conjuncta sunt et plenius [in Exc. Legat. num. 28.] Δότωσαν δ' Αἰτωλοὶ ἀργυρίου μὴ χείρονος Ἀττικοῦ, παραχρῆμα μὲν τάλαντα Εὐβοϊκὰ σ' τῷ κρατηγῷ τῷ ἐν τῇ Ἑλλάδι· ἀντὶ τρίτου μέρους τοῦ ἀργυρίου, χρυσίον ἐὰν βούλωνται, διδόντες τῶν δέκα μνῶν ἀργυρίου, χρυσίου μνᾶν, διδόντες ἀφ' ἧς ἂν ἡμέρας τὰ ὅρκια τμηθῇ ἐν ἔτεσι τοῖς πρώτοις ἓξ κατὰ τὸ ἔτος ἕκαστον τάλαντα ν'. Ex his verbis apparet, in Antiocheno foedere non de Atticis talentis agi, sed de pecunia proba Attica. Hic apertius ἀργυρίου μὴ χείρονος Ἀττικοῦ τάλαντα Εὐκοϊκά, etc. Livius hoc loco omisit *Atticae pecuniae* mentionem, illic obscure est locutus, dum *Attica talenta* scribit: nec non quod de minis hoc loco dictum est Graece, id Livius de nummis aureis et argenteis expressit, quod eadem esse rátio videretur. URSIN. Immo *Atticûm talentûm*. J. FR. GRON. Budaeus 3. de Asse pag. 304. legendum censet *duodecim millia Euboïcorum talentûm*, quia Livius 37, 45. Scipionem *Euboïca talenta* pactum esse refert; nisi Atticum magnum et Euboïcum talentum idem fuisse, atque utrumque pro eodem Livium usurpasse intelligendum sit. Verum jam tempore Prisciani *Attica talenta* hic memorata, aut certe nullam *Euboïcorum talentorum* mentionem hic factam fuisse, ostendit locus ejus in lib. de Ponderib. pag. 1349. *Livius in tricesimo octavo ab urbe condita ostendit, magnum talentum Atticum octoginta habere libras et paullo plus: quum supra dictorum computatio manifestet, octoginta tres libras et quatuor uncias habere talentum, quod est sex millia denariorum. Livius: Talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat. Id est, sic decrevit senatus, ut non plus quam ternae libraе et quaternae unicae singulis desint talentis.* Idem Budaeus 2. de Asse pag. 257. ordinem verborum perversum esse credit: non enim Latine *duodecim millia talenta*, sed *talentûm* dici: Livium igitur scripsisse putat *Argenti probi Attica talenta duodecim millia*, vel *Atticûm talentûm*. Priorem lectionem recepit Vascos. Basil. anno 1554. et Sigonius. Eamdem firmant Lov. 1. 2. 3. 4. 6.

Digitized by Google

quennium dato: et pro frumento, quod aestimatione fiat, talenta centum viginti septem. Obsides Romanis viginti 15

Harl. Mead. ambo, et Gaertn. qui *Argenti probi talenta Attica duodecim millia* legunt. V. Perizon. ad Sanctii 4. Minerv. 8. Posteriorem emendationem Budaei notis ad h. loc. adoptavit Gronov. Idem tamen Gronov. alia ratione subvenire conatur 3. de Pecun. vet. 3. pag. 138. Partim enim emendans, partim verba transponens, legit: *Argenti probi Attici duodecim millia talentâm dato.* Docet autem, recepta hac lectione, Livium eadem traditurum, ac Polybium, qui scripsit: Ἀργυρίου δὲ δότω Ἀντίοχος Ἀττικοῦ Ῥωμαίοις ἀρίσου τάλαντα μύρια δισχίλια. Eidem Livio ita jam conventurum secum, cum alio loco Polybii, et cum Appiano, qui omnes Liv. 37, 45. Polyb. Exc. Legat. num. 45. et App. in Syriac. pag. 112. Antiocho non Attica, sed Euboïca talenta imperata fuisse tradiderunt: quibus, quemadmodum etiam sibi, contradixisset, si hic *Attica talenta* memorasset. Postea Gronov. ejusdem operis cap. 4. ostendit, loco Livii depravato deceptum Priscianum a vero aberrasse. Admissa emendatione Gronovii, non opus erit, ut Livium verba Polybii perperam accepisse dicamus cum Usserio in Annal. pag. 299. (* et Panctio de Ciston. p. 113.) Verum ibidem Gronov. per talentum octoginta librarum intelligit Aegyptium talentum: cum Syris enim agi, et horum talentorum usum in Syria tam vicina Aegypto frequentem fuisse. At quomodo hoc iterum convenit locis modo laudatis, quibus Euboïca talenta Antiocho imperata dicuntur? An igitur dicendum, convenisse quidem inter Antiochum et Scipionem, ut solverentur talenta Euboïca; sed Romanos, forte ignorantes, quanti ponderis illa forent, ideo definiviisse, ne talenta promissa minus pondo octoginta Romanis ponderibus penderent. Ceterum voces *Attica talenta* desunt in Hearnii N. τὸ *pondo* in Lovel. 6. et Hearnii L. 1. [pro *pondo octoginta* scribit IIxxx. Bamb.]

Tritici quingenta quadraginta millia modiûm] Vox *quingenta* non adparet in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. vett. *tritici quingenta quadraginta modiûm*, omissa voce *millia*, legit cod. Mog. Sed utrumque est mendosum. In cod. Mog. omissa nota numeri millenarii, vel ∞, quoniam librarius eam non intelligebat. v. ad 39, 42, 3. vel *M*, quam intercepit proximae vocis litera initialis. Neque vocem *quingenta* omittendam esse, ostendit Polyb. ibid. Καὶ τοῦ σίτου φ' καὶ μ', licet neque ille locus sanus sit. Praeterquam enim quod nomen mensurae (Livius *modium* vocat) omittatur, literae φ' καὶ μ' tantum notant *DXL*; ut autem quingenta quadraginta millia notent, scribendum, ut notum est, φ καὶ μ. ex litera tamen φ, quae apud Polyb. supereſt, vocem *quingenta* apud Livium omitti non posse constat. (* *talentum ne* v. Memoir. de l'Acad. des Inscript. T. 12. p. 5. 30.)

§. 14. *Eumeni regi talenta trecenta quinquaginta*] Polyb. Εὐμένει τάλαντα τνΦ', ἐν ἔτεσι τοῖς πρώτοις ἑ τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ, Casaubono interprete, *Eumeni talenta CCCLIX intra proximos quinque annos pensionibus aequis.* Livius praeterit Polybiana illa τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ, et non

Digitized by Google

dato, et triennio mutato; ne minores octonûm denûm
16 *annorum, neu majores quinûm quadragenûm. Si qui so-*
ciorùm populi Romani ultro bellum inferent Antiocho,
vim vi arcendi jus esto; dum ne quam urbem aut belli
17 *jure teneat, aut in amicitiam accipiat. Controversias*
inter se jure ac judicio disceptanto, aut, si utrisque pla-
18 *cebit, bello.* De Hannibale Poeno, et Aetolo Tho-

τνS', sed tantum τν' expressit. Utrum excurrentium novem talentorum rationem non habendam putaverit, an in Polybio corrupti sint numeri, difficile dictu est. Suspicionem aliquam vitii injicere potest, quod Fulv. Ursinus in exemplari Graeco ea, quae ante τνS' sunt, defuisse testatur. Si verba τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ vertenda sunt *pensionibus aequis*, non intelligi potest, quomodo CCCLIX in quinque pensiones aequas dividi possint. Sed Casaubonus de suo addidit *pensionibus aequis*, et τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ cum sequentibus καὶ τοῖς Ῥωμαίοις conjuncta vertit *eodem, quo et Romanis, tempore*. DUK.

Et pro frumento, quod aestimatione fiat] Haec ita connectuntur copula *et*, quasi Romani Eumeni pro frumento pacti fuerint haec CXXVII talenta. Idem dicit Polybius, si distinctionem edit. Gronov. sequimur, Ἐυμένει τάλαντα etc. τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις. Ἀποδότω καὶ τοῦ σίτου. nam in Fulviana est τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἀποδότω καὶ τοῦ σίτου. Sed ea ad Eumenem pertinere ostendunt, quae sequuntur apud Polybium, quamquam mutila. add. Legat. 24. Frumentum ab Antiocho ipso aestimatum dicit Polybius *talentis CXXVII. et drachmis CIↃCCVIII.* Livius, drachmis neglectis, numero rotundo usus est. DUK. *fiet* Lov. 2. et Harl. *fit* Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. *sit* Lov. 3. [Bamb.] *quod extimatum qui* Lov. 6. omisso τῷ *fiet*. Locum mendosum existimat Crevier. Quid si legamus *quod aestimatum fuit?*

§. 16. *Si qui sociorum populi Romani ultro bellum inferent Antiocho*] *si quis* etc. *inferret* Lov. 3. *si qui* etc. *inferrent* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. et Gaertn. Polybius dixit ἐκφέρωσι.

§. 17. *Controversias inter se jure ac judicio disceptent, aut, si utrisque placebit, bello*] Membranae consensu *disceptanda aut*. Lege *ac judicio disceptanto, aut*. J. FR. GRON. *disceptent* servant Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertner. [Bamb.] et Hearnii L. 1. *disceptanda* Lov. 4. Mead. 2. Hearnii N. *disceptando* Lov. 2. et Harl. *disceptanto*, ut Gronov. conjecit, fuisse videtur in Mead. 1. unde nihil in excerptis ejus notatur. Tum *precepto*, pro *bello*, Mead. 1. in margine.

§. 18. *Et Lysimacho Acarnane, et Chalcidensibus Eubulida et Philone*] *Mnasymmacho* legendum, et *Eubulo*, ut superiore libro [c. 45.] a Scipione petuntur. De his tamen duobus Chalcidensibus dubito. Nam l. 35, [37.] ubi Chalcis ab Aetolis tentatur, *Euthymidas* princeps ac exsul, et *Heredorus*

Digitized by Google

ante, et Mnasimacho Acarnane, et Chalcidensibus Eubulida et Philone, dedendis, in hoc quoque foedere adscriptum est. et ut, si quid postea addi, demi, mutarive placuisset, ut id salvo foedere fieret.

XXXIX. Consul juravit in hoc foedus. ab rege qui exigerent jusjurandum, profecti Q. Minucius Thermus et L. Manlius, qui tum forte ab Oroandis

mercator, similiter exsul, nominantur, non *Eubulus*, non *Philon*. Verum id judicet lector. GLAR. Vet. lib. *Eubulida*. Egregie. Sic enim lib. priore, [c. 45.] *Thoantem quoque Aetolum dedetis, et cum eo Mnasimachum Acarnana, et Chalcidenses Philonem et Eubulidam*. Quo in nomine laboravit Glareanus. SIG. *Mylimasimacho*, vel *Milimasimacho* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Gaertn. *Milanasimacho* Mead. 2. *Massiancho* Lov. 6. *Lisimacho*, vel *Lysimacho* Lov. 2. 5. Mead. 1. et Harl. *Mnasimacho* edidit ante Glareanum Frob. anno 1531. sed *Mnasilocho* legendum conjeci ad 37, 45, 17. [*Minuna Symmacho Acharnane* Bamb.] Dein *Eubulo* Lov. 2. et 6. *Eubilida* Voss. Lov. 1. et Gaertn. *Eubulina* Harl. et Mead. 1. *Eubulinâ* Mead. 2. *Eubulinam* Lov. 4. Reliqui *Eubulida* [*Eupulida* Bamberg.] Hine *Phipomene* Voss. *Philopomene* Lov. 3. *Philopemene* Lovel 2. et Harl. *Philophone* Lov. 1. [et Bamb.] *Philomene* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *Philopone* Lovel. 6. et Gaertn. *Philoponen*, vel *Phyloponen* Lov. 4. et Mead. uterque. Sed v. supra ad locum modo indicatum. Mox *cum scriptum est* Mead 1. *conscriptum est* Lov. 2. 4. Mead. 2. et Harl.

Et si quid postea addi mutarive placuisset, ut id salvo foedere fieret] Plenius vetus lectio: *et ut, si quid postea addi, demi, mutarive placuisset, ut id salvo foedere fieret. Tò demi* jam defuit Andreae: prius *ut* in primo expunctum vidco Frobenio, priores omnes habent. V. ad 28, 9, 9. Polybius [Exc. Legat. num. 35.] Ἐὰν δὲ τι δέλωσι πρὸς τοὺς ὁμωμοκότας ἀμφότεροι κοινῷ δόγματι προστεθῆναι ἢ ἀφαιρεθῆναι ἀπ' αὐτῶν, ἐξέσω. J. FR. GRON. Omnia haec verba deerant in Lov. 5. et ed. Camp. *ut si quid* legunt Voss. Lov. 3. et Gaertn. *et ut, si quid* reliqui. *Tò ut* ante Frobenium jam omiserunt Aldus ejusque traduces. Sed v. ad 22, 11, 4. Insuper *addi*, *immutari* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. omissa voce media *demi*, quae facillime excidere potuit, intercepta partim a fine praecedentis, partim ab initio sequentis dictionis; multo autem facilius, si Livius, ut membranae nostrae praeferunt, *immutari* scripserit; nisi potius primam illam syllabam ex ultima parte vocis elisae restare, et verbo *mutari* coaluisse dicendum sit.

§. 1. *Consul juravit in hoc foedus*] *Consulem* dicit pro *proconsule*. V. c. 37. Hic video quaerere viros doctos, cur consul, quod Livius et Appian. in Syriac. pag. 113. (adde Polyb. Legat. 35.) tradunt, potius in hoc foedus juraverit, quam fetiales? quum

Digitized by Google

2 rediit. et Q. Fabio Labeoni, qui classi praeerat, scripsit, ut Patara extemplo proficisceretur; quaeque ibi naves regiae essent, concideret cremaretque. 3 Profectus ab Epheso, quinquaginta tectas naves aut concidit, aut incendit. Telmissum eadem expeditione, territis subito adventu classis oppidanis, rece-4 pit. Ex Lycia protinus, jussis ab Epheso sequi, qui ibi relicti erant, per insulas in Graeciam trajecit. Athenis paucos moratus dies, dum Piraeeum ab Epheso naves venirent, totam inde classem in Ita-5 liam reduxit. Cn. Manlius quum inter cetera, quae

tamen Livius 9, 5. scribat, *injussu populi foedus fieri non posse, nec sine fetialibus cerimoniaque alia solenni.* Quidam respondent, quod quis per alium facit, id eum per se facere censeri; vel, Manlium ipsum quoque fortassis fetialem fuisse. Alii praeter fetiales etiam imperatorem ipsum *suo jussu et imperando potestate* foedera confirmasse. Verum Manlius cum x legatis tum foedus cum Antiocho non fecit: nam id jam ante, postquam populus Romanus pacem cum Antiocho jusserat, Romae in Capitolio cum Antipatro legato regis ictum fuisse, auctor est Livius 37, 55. ad quod feriendum ibi haud dubie adhibiti fuerunt fetiales. Et ob eam causam x legatos ad Manlium missos, quos omnes pro fetialibus habent, nihil amplius de foedere disceptandum existimasse, quum ex scriptis legibus (foederis scil. cujus Romae facti et in aes incisi Manlio exemplar missum fuisse tradit Appianus) transigendum esset, dicit Polyb. Legat. 35. Hinc patet, neque necesse esse, hic multum de fetialibus quaeri, neque jussui et imperandi potestati consulis locum fuisse, cujus potestas solutior esse potuit in causis civitatum cum x legatis cognoscendis, quibus eos, postquam Manlius in foedus juraverat, operam dedisse, Polybius et Livius scribunt. Quod ergo Manlius in hoc foedus juravit, id eum jussu senatus vel populi Romani fecisse, et ita inter Romanos et Antiochi legatos, quum foedus Romae fieret, convenisse arbitror, ut Manlius nomine populi Romani, Antiochus suo in id juraret. DUK. [*in hoc foedus juravit*, mox *exigeret* Bamberg.]

Qui tum forte ab Oenoandis rediit] *ab Oranda* Lov. 3. *ab Orandis* Lov. 6. [Bamb.] et Harl. *ab Ororandis* Vōff. et Lov. 1. *Ororandiis* Gaertn. *ab Oroandis* Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et pleraeque ante Gronov. editt. quod, adsentiente Polyb. in Exc. Legat. num. 35. restitui. V. ad c. 37, 11. Tum *redierat* Lov. 1.

§. 2. *Q. Fabio Labeoni, qui classi praeerat*] Vox *Fabio* deest in Lov. 5. omnibusque editis antiquioribus: eam Aldus ex cod. Mog. primus adjecit, cui concinunt reliqui nostri. [*praeerant* Bamb.]

Digitized by Google

accipienda ab Antiocho erant, elephantos quoque accepisset, donoque Eumeni omnes dedisset; deinde causas civitatium, multis inter novas res turbatis, cognovit. Et Ariarathes rex, parte dimidia pecu- 6
niae imperatae, Eumenis beneficio, cui desponderat per eos dies filiam, remissa, in amicitiam est acceptus. Civitatium autem cognitis causis, decem le- 7
gati aliam aliarum fecerunt conditionem. Quae stipendiariae regi Antiocho fuerant, et cum populo Romano senserant, iis immunitatem dederunt: quae 8
partium Antiochi fuerant, aut stipendiariae Attali

Ad hunc Q. Fabium Labeonem Ursin. ad Polyb. Exc. Legat. num. 35. et ad Famil. Rom. in gente Fabia refert denarium argeteum, ab altera parte *Q. FABI.* ab altera *LABEO. ROMA* inscriptum, in quo ad indicandam hanc classis praefecturam prorae signum inpressum est. Est nempe denarius ille, in quo monetariorum errore *Q. FARI* legi, supra monui ad 7, 22, 2. Mox *Patras* Harl. *Pathera* Lov. 1. *Pathara* Lov. 5. *Patharam* Lov. 3. *Pataram* Voss. Tum *concideret*, *cremaret*, omissa copula, Gaertn.

§. 3. *Telmessum eadem expeditione* etc. *recepit*] *Thelonensum* Lov. 6. *Temelsum* Gaertn. *Thelmessum* Mead. 1. *Telmensum* Lovel. 2. et Harl. *Telmesum* Lov. 3. Sed, quum Lyciae urbem intelligi contextus suadeat, *Telmissum* scribendum est, ut supra monui ad 37, 56, 4. Dein *recipit* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. uterque, [Bamb.] et Gaertn.

§. 4. *Venirent, totam inde classem in Italiam reduxit*] *venerunt* Lov. 2. et Harl. Tum *totam eandem classem* Lov. 1. *totam classem inde* Lov. 3. qui etiam praefert *traduxit*. Paullo ante *ibi qui relicti* Voss. Lov. 3. 6. *ibi relicti qui erant* Gaertn.

§. 5. *Deinde causas civitatum, multis inter novas res turbatis*] *demum caussas* Lov. 1. V. ad 40, 22, 1. *caussas deinde* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Hinc *civitatium* Lov. 4. et edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. ac Parm. quomodo eaedem edd. etiam mox §. 7. praeferunt. V. ad 33, 20, 11. Tum vox *novas* exsulat a Voss. et Lov. 1. ac 6. Insuper *conturbatis* Lov. 2. Paullo ante *elephantes* Lov. 1. 2. et 6. Sed v. ad 31, 36, 4. [*et causas deinde* Bamb.]

§. 6. *Eumenis beneficio, cui desponderat per eos dies filiam, dimissa*] Antiquior lectio *remissa*, non *dimissa*. GELEN. *beneficio Eumenis, cui desponderat filiam, per eos dies dimissa* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. Nec aliter Lov. 1. nisi quod legat *demissa*. sed *dimissa* etiam Voss. Lov. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. Male. De verbo *remittere* v. viros doctos ad Justin. 1, 9, 12. [*beneficio Eumenis — demissam* Bamb.]

§. 7. *Aliam aliarum fecerunt*

Digitized by Google

regis, eas omnes vectigal pendere Eumeni jusserunt. nominatim praeterea Colophoniis, qui in Notio habitant, et Cymaeis, et Mylasenis inmunitatem con-
9 cesserunt. Clazomeniis, super inmunitatem, et Dry-

conditionem] *aliarum aliam* Voss. et Gaertn. *τὸ aliarum* perperam deest in Lov. 1. ac 6. Cum his et sequentibus confer Polyb. in Exc. Legat. num. 36. Mox *senserunt* Gaertn. [*his* pro *iis* Bamb.]

§. 8. *Colophoniis, qui in Notio habitabant*] *qui Motho* Lov. 3. *qui in Notho* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. vett. *qui in Noto* Lov. 2. et Gaertn. Sed v. ad 37, 26, 5. [*Colophonis, qui in Notpho* Bamberg.]

Et Cymaeis, et Milesiis] Ascensii commentum Moguntiaci primum receptum. Romana, Med. Tar. Ven. Beccar. *Milosenis*, ut et MSS. Voss. et Buslid. Badius in margine pro alia lectione notavit ad signum *Milesiis*, ut et ex eo Saveterius. Inde acceperunt Moguntiae, et retinuerunt omnes. Legendum *Mylassenis*, vel *Mylasenis*. Nam Polybius [Exc. Legat. num. 36.] *Κολοφωνίους δὲ τοὺς τὸ Νότιον οἰκοῦντας, καὶ Κυμαίους, καὶ Μυλασσεῖς ἀφορολογήτους ἀφῆκαν.* A Mylasis Asiae, Carum quondam regia, patria Hybreae oratoris, quem Mylasenum appellat Valer. Max. 9, 14. J. FR. GRON. *Cymaeis* rescripsi, pro *Cymaeis*. Graecis enim vocantur *Κυμαῖοι*. Et ita Gronovius in capite notae scripsit, errorem tamen contextus non emendavit. V. Nic. Heinsium ad Valer. Flacc. 1. Argon. 5. *Cymaeis* scribendum esse, viderunt etiam Hearnius et Crevierius. Dein *Milesiis* in nullo meorum inveni, nisi forte in Lov. 3. et Harl. unde nihil notatur. Prima editionum veterum eam lectionem exhibuit Mediol. anni 1505. inde Ascens. anno 1513. in margine ostentavit, Moguntini in contextum receperunt. *Milcphenis* est in Lov. 1. *Millesenis* in Lov. 2. et Gaertn. *Milesenis* in Voss. Lov. 4. 5. 6. Mead. utroque, [Bamb.] et Hearnii N. Hinc non *Mylassenis*, sed, altero sibilo deleto, *Mylasenis* scribendum. Id etiam evincunt plures nummi, quos eruerunt Holsten. ad Stephan. de Urb. v. *Μύλασα*, Harduin. in numm. Popul. et Urb. et Spanhem. d. Praest. et us. numism. diss. 9. pag. 905. ed. secundae, (in ultima enim huc pertinentia omittuntur) addens, ita legendum etiam apud Strab. Ptolem. Arrian. 1. de Exped. Alex. M. 22. et Polyb. in Exc. Peiresc. pag. 89. Quibus adde locum Polyb. a Gronovio hic laudatum. Certe in Exc. Peiresc. non tantum perperam scriptum exstat *Μυλασσεῖς*, sed et mox recte *τὴν Μυλασέων πόλιν*. Ursinus etiam ad Polyb. Ecl. Legat. num. 93. notae praescripsit *Μυλασεῖς*, atque inde apud Liv. 45, 25. alterum sibilum ex voce *Mylassenses* ejiciendum docuit, licet tamen ipse Ursin. in Polybii contextu ibidem semel *Μυλασσεῖς*, semel operarum errore *Μυλασεῖς* ediderit. *Μύλασα* et *Μυλασεῖς* scribit etiam Pausan. in Arcad. 10. Apud Ptolem. vero lib. 5. cap. 2. pag. 137. ed. Bertii pro *Μύλασσα* recte cod. Coisl. exhibet *Μύλασα*, teste Montfauc. in Bibl. Coislin. pag. 683. Quin et apud Strab. quum lib. 14, 658. bis *Μύλασσα* scriptum foret, postea pag. 659. et 660. saepius *Μύλασα* et *Μυλασεῖς* editur. V.

Digitized by Google

musam insulam dono dederunt: et Milesiis, quem sacrum adpellant, agrum restituerunt: et Iliensibus Rhoetëum et Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria. ea-

etiam viros doctos ad Aelian. 1. Var. Hist. 25. Ceterum perperam Ursin. ad Polyb. Exc. Legat. num. 36. in Polyb. ex corrupto hoc Livii loco *Μιλησίους* pro *Μυλασσεῖς* legendum conjicit; quum potius, ut Gronov. monet, Livius ex Polyb. emendandus sit. De *Milesiis* et illis, quae obtinuerunt, in seqq. demum agunt Livius et Polyb. Non opus etiam, ut *Mylasensibus* hic cum Hearnio legamus ex Livii 45, 25, 13. Licet enim gentile Graecis tantum formetur *Μυλασεύς*, aeque tamen Latini *Mylasenus*, quam *Mylasensis* formarunt, ut ex loco Valer. Max. a Gronovio laudati patet. Similiter ab *Ἀλάβανδα* Graeci formarunt *Ἀλαβανδεύς*, Latini autem non modo *Alabandensis* infra 43, 6. sed etiam *Alabandenus* 45, 25. ubi v. quae notantur. Mecum per omnia sentiebat Cl. Dukerus, qui insuper videndum monet Cic. 13. ad fam. 56. et nullum fundamentum habere sententiam Kuhnii ad Aelian. loc. laud. qui utramque scripturam *Mylasenis* et *Mylassenis* suos auctores habere existimabat. Qui enim σ geminarunt, vel ipsos errasse, vel scribas, qui libros eorum descripserunt. Fidem autem nummorum veterum, quos viri docti viderunt, in his rebus certiorem esse, quam omnium librorum.

§. 9. *Donissam insulam dono dederunt*] Antiquior lectio *Drymusam*, non *Donissam*. GELEN. Vet. cod. habet *Dromisam*. Sed *Drymussam* scribendum ex Polybii fragmento 36. in quo est. *Κλαζομένοις δὲ καὶ δωρεὰν προσέθηκαν τὴν Δρυμοῦσσαν καλουμένην νῆσον* etc. In Mſto tamen Polybii exemplari erat *Δρομοῦσσα*, propiore scriptura ad librum manuscriptum Livianum. Sed Stephanus item edit *Δρυμοῦσσα*. URSIN. *Dromisam* Harl. et Mead. ambo. *Dromissam* Voſſ. Lov. sex, Hearnii L. 1. et edd. principes. *Δρίμυσσαν* hodie editur apud Thucyd. 8, 31. Sed v. quae ibi viri docti notarunt. Similia, atque hoc loco, Ursin. etiam notavit ad Polyb. pag. 293. [*Dromysam* Bamb. idem *Clazomenis*.]

§. 10. *Et Iliensibus Rhoeteum et Gergithum addiderunt*] Qui pro *Gergitho Gargarum* legendum existimarunt, errant. Strabonis Graecus codex, quem Aldus exhibuit, *Gergethium* per η in medio idéntidem habet, cum Herodotus per ι scribat. Interpres Strabonis videtur melius habuisse exemplar, quam sit Aldinum, per *i* enim scribit, ut Herodotus. Facit etiam nonnihil ad hunc errorem vulgi abusus, qui ι et η eodem pronunciant sono. GLAREAN. *Rhoetum* Voſſ. et Gaertn. *Rhoethum* Lov. 1. *Rohetum* Lov. 6. *Rhoetium* Harl. *Rhoetium* Lov. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, et edd. vett. [*Rhoetiam et Gergitam* Bamb.] V. supra ad 37, 9, 7. Similiter *Ροίτειον* dixisse Thucyd. lib. 4. cap. 52. et 8, 101. viri docti observarunt. V. etiam Harduin. ad Plinii 8, 29. Alii contra nomen hoc Graece scribendum existimant *Ρόιτειον*. V. Wasse ad priorem locum Thucyd. id igitur Latine *Rhoetium* et *Rhoeteum* efferri posset. Certe 37, 37, 1. ubi iterum

Digitized by Google

11 dem et Dardanum liberandi causſa fuit. Chios quo-
que, et Smyrnaeos, et Erythraeos, pro singulari
fide, quam eo bello praestiterunt, et agro donarunt,
12 et in omni praecipuo honore habuerunt. Phocaeen-

Rhoetei mentio fit, licet Mſti vario modo corruptas lectiones praeferant, omnes tamen penultima syllaba literam *e* servant. Dein *Gregitum* Lov. 2. *Gagitum* Lov. 3. *Gigerthium* Lov. 6. *Gergitum* Lov. 4. 5. et Gaertn. Ad marginem autem edd. Venetarum monemur videre, an *Gargarum* legendum sit, et consulendos esſe Plin. ac Strab. quae conjectura recte Glareano displicuit. Certe Straboni 13, 616. memoratur in Aeolide prope fontes Caïci κώμη Γέργηθα, ἐις ἣν μετῴκισεν Ἄτταλος τοὺς ἐν τῇ Τροάδι, τὸ Χωρίον ἐξελών. A Plinio etiam 5, 30. recensetur *Gergithos* Aeolidis oppidum, quod suo tempore interiit, et forte illud eſt, in quod Gergithi Troadis incolas traductos esſe Strabo refert. Γέργιθας oppidum memorat Herodot. 5, 122. et 7, 43. Ceterum haec periodus, qua liberalitas decem legatorum erga Ilienses et Dardanios describitur, apud Polybium non obcurrit; quam aliunde Livius accepit, ut beneficia Romanorum erga ultimos originis suae auctores jactaret.

Non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria] Vox *ulla* deeſt in Lov. 1. 3. 6. et Voſſ. Sed reliqui omnes eam tuentur. Dein *originum memoriam* Voſſ. et Lov. 1. ac 6. quasi praepositio *ob* ἐκ κοινοῦ repetenda foret. Male. Habet enim haec variatio *non tam ob merita, quam memoria* nescio quid decoris, quod placet, et genium Livii redolet, qui innumeris locis simili aliisque modis orationem variare solitus eſt. Ita 2, 56, 7. *Quem Volero nihil, praeterquam de lege, loqueretur.* 5, 1, 7. *Pro seditionis eum principe, non vani sermonis auctorem, habebat.* c. 19, 2. *Fatalis dux ad excidium illius urbis servandaeque patriae.* 7, 30, 1. *Amicitiam in perpetuum, auxilium praesens a vobis petitum.* ubi quaedam vide. c. 32, 12. *Non factionibus modo, nec per coitiones, sed hac dextra, mihi tres consulatus peperi.* c. 21. *Qui nihil, praeterquam de libertate, cogitent.* 9, 5, 2. *Non foedere pax Caudina, sed per sponsionem, facta eſt.* 25, 40, 6. *Socios, ad retinendos in fide animos eorum, ferendoque cuique auxilium, adiit.* 29, 19, 4. *Plus prope per seditionem militum, quam bello, amissum.* 34, 52, 11. *His duceni quinquageni aeris in pedites divisi, duplex centurioni, triplex equiti.* 35, 10, 5. *Major gloria in Scipione; Quinctii recentior.* c. 34, 11. *Media urbe ac per forum manu Eurylochum tenens.* 36, 3, 9. *Nihil referre, ipsi coram, an ad praesidium nunciaretur.* c. 24, 6. *Partim per semiruta, partim scalis integros muros transcendunt.* 38, 20, 4. *Animadvertit, meridiana regione terrenos colles esse, ad septentrionem arduas rupes.* c. 40, 8. *Eum scisse, non alia, quam per Thraciam, redituros Romanos.* 39, 8, 8. *Multa dolo, pleraque per vim audebantur.* 45, 34, 5. *Ut in equitem quadringeni denarii, peditibus duceni dividerentur.* Similia et apud alios observantur. Sall. Jug. 23. *Aut per vim aut dolis tentare.* Ovid. 5. Her. 15. *Super stramen foenoque jacentibus.* 8. Her. 110. *Fugio, sicut ab hoſte, virum.* Colum. 12, 11. *Ubi chorus canentium*

Digitized by Google

sibus et ager, quem ante bellum habuerant, redditus; et, ut legibus antiquis uterentur, permissum. Rhodiis adfirmata, quae data priore decreto erant; 13
Lycia et Caria datae usque ad Maeandrum amnem,

non ad certos modos, neque numeris praeeuntis magistri consensit. Tacit. 1. Ann. 7. *Per uxorium ambitum et senili adoptione inrepsisse.* Suet. Caes. 16. *Ut compertis paratos, qui vi ac per arma prohiberent.* V. Cel. Burm. ad Suet. Vesp. 19. et Virg. 1. Aen. 41. ac Cort. ad Sall. Catil. 33, 1. et Jug. 7, 1. ac 22, 2. Huc refer similes variandi rationes passim obvias. Ita 25, 40, 2. *Inde primum initium mirandi Graecarum artium opera, licentiaeque huic factum est.* 9, 6, 11. *Multo sibi moestiores et abjectioris animi visos.* 24, 8, 20. *Lacus Trasimenus et Cannae tristia ad recordationem exempla, sed ad praecavendum simile utili documento sunt.* 31, 17, 5. *Matronas omnes in templo Dianae, pueros ingenuos in gymnasium includi juberent.* c. 26, 6. *Subeundo muros et commisanda obpugnatione.* de quo etiam v. ad 24, 39, 1. Ita 5, 11, 14. *Plenum vulnerum et pavore incidentem portis exercitum viderint.* 32, 21, 32. *Nostrorum ipsi vulnerum obliviscamur, caedes in media Peloponneso factas.* Ejusdem generis plura passim observari possunt. In verbis quoque varias variandi rationes Livium captasse, videbimus ad 39, 14, 9.

§. 11. *Bello praestiterunt, et agro donarunt, et in omni praecipuo honore habuerunt*] *praestiterant* edidit Clericus: quod utrum deliberato consilio fecerit, an operae aberrarint, nescio, quia nihil ipse monuit. *praestiterunt* servant non tantum omnes edd. priores, sed etiam codd. quibus usus sum. Clerico nihilominus adhaeret Crevierius. Dein *et in omni honore habuerunt, et agro donarunt* Lov. 1. 6. et Gaertn. At verba *et agro donarunt* desunt in Voss. quae tamen perperam a scriba omissa esse, inde constat, quod eadem exstent apud Polyb. in Exc. Legat. num. 36. *Χίους δὲ καὶ Σμυρναίους, ἔτι δ' Ἐρυθραίους ἔν τε τοῖς ἄλλοις προῆγον, καὶ χώραν προσένειμαν, ἧς ἔκαστοι κατὰ τὸ παρὸν ἐπεθύμουν, καὶ σφίσι καθήκειν ὑπελάμβανον· ἐντρεπόμενοι τὴν ἔννοιαν καὶ σπουδήν, ἣν παρέχοιντο κατὰ τὸν πόλεμον αὐτοῖς.*

§. 12. *Phocensibus et ager*] Antiquior lectio *Phocaensibus*, non *Phocensibus*. Leviculum hoc videtur. Interest tamen non parum. *Phocensium* gens in Graecia est: *Phocaensium* civitas ultra mare in Ionia. GEL. *Phocaensibus* legendum, ut sit a Phocaea Aeolidis urbe adjectivum *Φωκαέυς*. Nihil enim hic de *Phocide* Graeciae regione. GLAR. Virorum doctorum emendationem probat Polyb. l. laud. *Ἀπέδωκαν δὲ καὶ Φωκαιεῦσι τὸ πάτριον πολίτευμα καὶ τὴν χώραν, ἣν καὶ πρότερον εἶχον.* Similiter codd. errarunt 37, 32, 11. V. ad 5, 34, 8. Mox *ante bellum habuerunt* Voss. Lov. 6. et Gaertn. Deinde *permissum est* Lov. 3.

§. 13. *Lycia et Caria datae usque ad Maeandrum amnem, praeter Telmissum*] Pall. *data ejusque ad Maeandrum.* Forte legendum *datae eis usque ad Maeandrum.* Vet. ed. *data et usque.* GEBH. *data usque ad Maeandrum* Lov. 6. et Harl. *data ejusque ad Maeandrum* Lov. 4. et Mead. ambo. Quod

Digitized by Google

14 praeter Telmissum. Regi Eumeni Chersonesum in
Europa et Lysimachiam, castella, vicos, agros, qui-
15 bus finibus tenuerat Antiochus, adjecerunt: in Asia
Phrygiam utramque, (alteram ad Hellespontum,
majorem alteram vocant) et Mysiam, quam Prusias
rex

quum et Gebhardo in Pall. obvium fuisset, inde legendum conjecit *datae eis usque ad Maeandrum*, consentiente ex meis Lov. 3. At nihil mutandum puto. Olim una serie scriptum fuerat *Dataeusque*; quod inperite librarii in voces diviserunt, unaque litera addita dedere *data ejusque*, quia *Lycia et Caria* numero unitatis *data* requirere putabant. Ex eodem fonte promanavit et altera lectio *data et usque ad Maeandrum*, quae et in Lov. 5. exstat, et in antt. edd. usque ad Moguntinos. Hi autem, quum *datae* in cod. suo inveniſſent, vulgarunt *datae et usque ad Maeandrum*. Froben. tandem anno 1535. emendavit *datae usque ad Maeandrum*; quod supereſt in Voſſ. Lov. 1. 2. et Gaertn. Polyb. loc. laud. Ῥοδίοις ἐχρημάτισαν, διδόντες Λυκίαν καὶ Καρίαν τὰ μέχρι Μαιάνδρου ποταμοῦ. Ex quo etiam loco *to eis* non neceſſarium esse patet. Insuper *praeter Messum* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. priscae. *praeter Missum* Lov. 3. 6. et Harl. *praeter Thelmessum* emendavit ed. Mediol. anni 1505. quod Ascens. anno 1513. recepit [concinente Bamb.]. *praeter Telmissum* Moguntini, quod rectum eſt. V. ad 37, 56, 4. Primam syllabam vocis *Telmissum* interceperat ultima dictionis praecedentis. Paullo ante *priore anno*, pro *priore decreto*, Lov. 3.

§. 14*b* *Castella, vicos, agros ejus, quibus finibus*] Τὸ *ejus* delendum hic esse, et res clamat, et monent oportune membranae: et nihil sane aliud, quam turbando huic alioqui elegantissimo loco eſt. MOD. *castella, vicos, agrum, quibus* Lov. 1. 2. 3. Harl. [Bamb.] et Mead. uterque. *et castella, vicos, agrum, quibus* Lov. 5. et edd. vett. Moguntini itaque monuerunt se *agros* in cod. suo inveniſſe, quod Aldus recepit. Prob. deinde anno 1535. τὸ *et* expunxit; sed *ejus*, quod Modio displicuit, viciſſim addidit. Polyb. ita exprimit loc. laud. Τότε τῆς μὲν Εὐρώπης αὐτῷ προσέθηκαν Χερρόνησον, καὶ Λυσιμαχίαν, καὶ τὰ προσορρῦντα τούτοις ἐρύματα, καὶ Χώραν, ἧς Ἀντίοχος ἐπῆρχε.

§. 15. *Quam Prusias rex ademerat, ei restituerunt*] *Prusia rex* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. [*Prysia* Bamb.] Utrumque in usu fuit, *Prusias* et *Prusia*; quod posterius exstat supra 29, 12, 14. *Ab rege foederi adscripti Prusia Bithyniae rex, Achaei, Boeoti.* (* 45, 44, 4.) Ea de re v. Quinctil. 1. Inſt. Orat. 5. p. 67. et quae ibi notavit Cel. Burm. Deinde vox *ei* deeſt in Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. antt. *ademerat ei, restituerunt* edidit Frob. anno 1535. Pro *ei* inveni *et* in Lov. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. utroque. Ceterum diſſentit hic Livius a Polyb. qui ita inquit loc. laud. [Εὐμένει προσέθηκαν] Μυσούς, οὓς πρότερον αὐτὸς παρεσκευά-

Digitized by Google

rex ademerat, ei restituerunt: et Lycaoniam et Mi- 16
lyada, et Lydiam, et nominatim urbes Tralles, atque Ephesum, et Telmissum. De Pamphylia disce- 17
ptatum inter Eumenem et Antiochi legatos quum esset; quia pars ejus citra, pars ultra Taurum est, integra res ad senatum rejicitur.

σατο. Ursinus itaque, ne Livius a Polybio dissentiat, in notis ad d. l. Polybii hic legendum conjicit *Prusiam*. Verum ita nullus sensus erit, nisi forte operae aberrarint, et *Prusiâ* vel *Prusiae* voluerit. Ea tamen emendatione recepta, quid faciendum erit de *ei restituerunt*? An Romani Eumeni restituerunt Mysiam, quam Eumenes Prusiae ademerat? Ipsa potius Polybii verba vitiata videntur. Et res confecta foret, si pro *αὐτὸς* legere liceret *Προυσίας*, vel *ὁ Προυσίας*. Sed id nimis temerarium videtur. Ab aliis itaque auxilium exspecto.

§. 16. *Lucaniam et Myliadam*] Ita, utraque dictione corrupta, exemplaria vulgo habent. Ego *Licaoniam et Misiam* reposui. Proximus id liber demonstrat. SABELL. *Milyada* lege, non *Mityadam*. GELEN. Antonius Sabellicus hoc loco pro *Mytiadem* putat reponendum *Mysiam*, cum Livius priore versu *Mysiam* post duas Phrygias numerarit. Ego *Milyada* restituendum censeo, cujus in Pamphylia multi meminerunt authores. Praeterea *Telmissum* hic Lyciae urbem designari, non *Termessum* Pamphyliae, quod Strabo lib. 13, [665.] de Eumene fatetur, ubi de Lyciae urbibus. GLAR. Monstra lectionum, quae in his et sequentibus nominibus dederunt librarii, recensere nihil attinet, quum recepta lectio sit genuina. Itidem inter ea, quae Eumeni data sunt, Polyb. l. laud. memorat *Λυκαονίαν, Μιλυάδα, Λυδίαν, Τράλλεις, Ἔφεσον, Τελμισσόν*. De ultima urbe dubium injicit Crevier. quasi 37, 56. excipiatur, tamquam neque Rhodiis danda, neque Eumeni. Sed v. quae ad 37, 56, 5. notantur. [*ut Lycooniam*, mox *Miliada* Bamb.]

§. 17. *Inter Eumenem et Antiochi legatos*] Ed. Mog. *inter Eumenis et Antiochi legatos*. Sed frustra est. Ipsum enim Eumenem in re praesenti fuisse, arguit, quod praecessit, [c. 37.] *ipse*, (Cn. Manlius consul puta) *quia Eumenem regem et decem legatos ab Roma Ephesum venisse audierat, jussis sequi Antiochi legatis, Apameam exercitum reduxit*. MODIUS. *inter Eumenis et Antiochi legatos* Lov. 5. et omnes edd. ante Aldum, qui recte ex cod. Mog. *inter Eumenem* recepit. Probat eam lectionem Polyb. Eumenem ipsum praesentem fuisse innuens, loc. laud. *Εὐμένους μὲν εἶναι φάσκοντος* etc.

Quum esset, quia pars ejus citra, pars ultra Taurum est; integra res ad senatum] Vix definire queas, qui hujus divisionis termini fuerint, ita superius Tanaïm fluvium nominavit, eum cis Taurum ditionem definire vellet. Hic ipsam Pamphyliam in duas dividit partes, idque per Taurum montem. Caeterum si idem mons Chelidonio promontorio differminatur, ut Pli-

Digitized by Google

14 praeter Telmissum. Regi Eumeni Che
Europa et Lysimachiam, castella, vicos
15 bus finibus tenuerat Antiochus, adjece
Phrygiam utramque, (alteram ad [illegible]
majorem alteram vocant) et Mysiam,

quum et Gebhardo in Pall. obvium fuisset, inde legendum conjecit *datae eis usque ad Maeandrum*, consentiente ex meis Lov. 3. At nihil mutandum puto. Olim una serie scriptum fuerat *Dataeusque*; quod inperite librarii in voces diviserunt, unaque litera addita dedere *data ejusque*, quia *Lycia et Caria* numero unitatis *data* requirere putabant. Ex eodem fonte promanavit et altera lectio *data et usque ad Maeandrum*, quae et in Lov. 5. exstat, et in antt. edd. usque ad Moguntinos. Hi autem, quum *datae* in cod. suo invenissent, vulgarunt *datae et usque ad Maeandrum*. Froben. tandem anno 1535. emendavit *datae usque ad Maeandrum*; quod superest in Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. Polyb. loc. laud. Ῥοδίοις ἐχρημάτισαν, διδόντες Λυκίαν καὶ Καρίαν τὰ μέχρι Μαιάνδρου ποταμοῦ. Ex quo etiam loco *τὸ eis* non necessarium esse patet. Insuper *praeter Messum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. priscae. *praeter Missum* Lov. 3. 6. et Harl. *praeter Thelmessum* emendavit ed. Mediol. anni 1505. quod Ascens. anno 1513. recepit [concinente Bamb.]. *praeter Telmissum* Moguntini, quod rectum est. V. 37, 56, 4. Primam syllabam eis *Telmissum* interceperat [illegible]
ma dictionis pr[illegible]
lo ante *prior*[illegible]
decreto[illegible]

lendum hic
et monent o[illegible]
et nihil sa[illegible]
bando hui[illegible]
loco est. [illegible]
agrum, *q*[illegible]
[Bamb.] [illegible]
stella, *vic*[illegible]
5. et edd.[illegible]
monuer[illegible]
invenis[illegible]
Frob. [illegible]
expunx[illegible]
displic[illegible]
lyb. i[illegible]
τε τῇ[illegible]
ἔθηκ[illegible]
μαχ[illegible]
τοῦ[illegible]
ῆς Ἀ[illegible]

§. [illegible]
rat[illegible]
Lo[illegible]
bo[illegible]
U[illegible]
e[illegible]
s[illegible]

habuit;
mentis
ngrede-
, ad am- 5
ie Cypse-
m fere sil- 6
propter cu-
divisus ex-
magno inter-
ta interposuit:

, 6. *Superatis monti-*
ambunios vocant. c. 58,
mulum, quem Callici-
t. c. 67, 4. *Regionem,*
quam vocant, cepisse. 44,
Romanus munimenta ad
quas vocant, a Macedonis
oronaicum mare perducit.
8. *Ad Spelaeum, quod vo-*
biduum moratus. Et ita for-
no cod. praeeunte, emen-
um est c. seq. *Praeter Apol-*
s, Zerynthium quem vocant,
plum. Tum *Gypseiam* Harl.
pseia, vel *Gipseia* Voss. Lov.
2. et Mead. 1. *Gipsea* Lov. 3.
t Hearnii L. 1. *Gipsia* Gaertn.
Gypsera Lov. 6. *Gypseias* Lov. 4.
et Mead. 2. *Gypseas* Lov. 5. *ad*
Gypseas primae edd. Mox *a Gy-*
pseis, vel *a Gipseis* omnes codd.
Cypsela ante Glareanum jam re-
ceperat Frob. anno 1535. Alii
scribunt *Cypsella*. Ita fere ex-
hibent codd. supra 31, 16, 5. V.
Harduin. ad Plinii 4. Hist. Nat.
11. ubi laudando locum Thucy-
didis l. 5, 33. Cypsela in Arca-
dia cum Cypselis Thraciae con-
fudit: quum tamen, Stephano,
quem ipse laudat, diligenter in-
specto, errorem hunc vitare po-
tuisset. De variis hujus nominis
urbibus vide Cl. Wasse in Ad-
dend. ad Thucyd. pag. 671. Mox

Digitized by Google

1 XL. His foederibus decretisque datis, Manlius, cum decem legatis omnique exercitu ad Hellespontum profectus, evocatis eo regulis Gallorum, leges, qui-
2 bus pacem cum Eumene servarent, dixit; denunciavitque, ut morem vagandi cum armis finirent, agro-
3 rumque suorum terminis se continerent. Contractis deinde ex omni ora navibus, et Eumenis etiam classe per Athenaeum fratrem regis ab Elaea adducta,
4 copias omnes in Europam trajecit. inde, per Chersonesum modicis itineribus grave praeda omnis ge-

nius inquit l. 5, 27. aut potius Tauri initium montes dicuntur, qui supra Chelidonias insulas sunt in Pamphyliae ac Lyciae confinibus, ut Strabo asseverat lib. 14, [666.] non video, quomodo Ptolemaei pictura, vel ipsi authores jam citati cum Livii hac descriptione conveniant. Mihi sane in codice Livii multa suspecta. Sed judicent doctiores. GLAR. *integra ad senatum rejicitur* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *ad senatum integra rejicitur* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Verum *το res* vel ultima praecedentis, vel prima sequentis vocis syllaba intercepisse videtur. Ceterum observat Ursinus ad Polyb. Exc. Legat. num. 36. Livium hic non reddidisse sensum Polybii, qui narrat, Eumenem contendisse, Pamphyliam citra, at legatos Antiochi, eam ultra Taurum esse: retulit itaque causam, cur alter regionem illam Asiae citra, alteri Asiae ultra Taurum adnumerandam existimarint. Nonnihil subcurri potest, mutata ita distinctione: *quum esset; quia pars ejus citra, pars ultra Taurum est, integra res ad senatum rejicitur.* Ita retulit Polyb. quo argumento hinc Eumenes, inde legati Antiochi Pamphyliam sibi vindicare conati sunt; Livius vero, quid Manlium et decem legatos permovit, ne de ea re sententiam tulerint, sed quaestionem ad senatum rejecerint. [*par lustrata Taurum* Bamb.]

§. 1. *Pacem cum Eumene servarent*] *servaretur* Mead. 1. unde suspicio nasci posset, legendum *pax cum Eumene servaretur*. Sed, nihil mutandum esse, reliquorum vulgatum defendentium consensus ostendit. Unius cod. librarius compendium *servarēt*, id est *servarent*, et *servarē*, id est *servaretur*, perperam commutavit: quo nihil in scriptis est frequentius. Praeter exempla, quae laudantur ad 2, 26, 4. v. ad 4, 23, 5. c. 41, 7. 10. 5, 5, 10. c. 9, 6. c. 19, 11. c. 28, 9. c. 47, 4. et innumeris locis. Paullo ante *cum decem legatis, cumque exercitu* Harl.

§. 2. *Denunciavitque, ut morem vagandi cum armis finirent, agrorumque*] Copulam *que* utroque loco omittunt Lov. 2. Harl. et Mead. 1. priori tantum Lov. 3. 4. [Bamberg.] et Mead. 1.

§. 3. *Contractis deinde ex omni ora navibus*] *ab omni ora* Voss.

Digitized by Google

neris agmen trahens, Lysimachiae stativa habuit; ut quam maxime recentibus et integris jumentis Thraciam, per quam iter vulgo horrebant, ingrederetur. Quo profectus est ab Lysimachia die, ad amnem, Melana quem vocant, inde postero die Cypsela pervenit. a Cypselis via decem millium fere silvestris, angusta, confragosa excipiebat. propter cujus difficultatem itineris in duas partes divisus exercitus. et praecedere una jussa, altera magno intervallo cogere agmen, media inpedimenta interposuit:

et Gaertn. **Mox** *per Attalum*, pro *per Athenaeum*, Lov. 3. Tum *ab Elatia abducta* idem Lov. 3. Male. *adducta* nempe ad Hellespontum, quo Manlius cum omni exercitu profectus erat. V. ad 36, 40, 3. Deinde vox *omnes* deest in Lov. 6.

§. 4. *Thraciam, per quam iter vulgo horrebant, ingrederetur*] *Traciam* Gaertn. *Threciam* Mead. 1. quomodo etiam quidam codices *Threcum* mox §. 7. V. ad 37, 33, 3. Tum *ingrederentur* Lovel. 5. et 6.

§. 5. *Ad amnem, Melana quem vocant, inde postero die ad Cypselas pervenit*] Hic genere foeminino *Cypselas* quidam legunt, quum l. 31, [16.] *Cypsela* genere neutro dixerit. Strabo lib. 7, [321.] *Cypselon* vocat singulari numero. Est autem locus inter Hebrum ac Melana, Thraciae flumina. GLAR. *Melanam* perperam Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. [*Melena* Bamb.] Deinde *quem vocant, pervenit. Ipse postero die* Harl. *quem vocant accolae. postero die* Hearnii L. 1. *quem vocant accolae. inde postero die* Lov. 3. Male. 33, 17, 4. *Leucade ad Heraeum, quod vocant, naves adpli-cuit.* 42, 53, 6. *Superatis montibus, quos Cambunios vocant.* c. 58, 5. *Circa tumulum, quem Callicinum vocant.* c. 67, 4. *Regionem, Marenen quam vocant, cepisse.* 44, 11, 11. *Romanus munimenta ad Clitas, quas vocant, a Macedonico ad Toronaïcum mare perducit.* 45, 33, 8. *Ad Spelaeum, quod vocant, biduum moratus.* Et ita forte, uno cod. praeeunte, emendandum est c. seq. *Praeter Apollinis, Zerynthium quem vocant, templum.* Tum *Gypseiam* Harl. *Gypseia*, vel *Gipseia* Voss. Lov. 1. 2. et Mead. 1. *Gipsea* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Gipsia* Gaertn. *Gypsera* Lov. 6. *Gypseias* Lov. 4. et Mead. 2. *Gypseas* Lov. 5. *ad Gypseas* primae edd. Mox *a Gypseis*, vel *a Gipseis* omnes codd. *Cypsela* ante Glareanum jam receperat Frob. anno 1535. Alii scribunt *Cypsella*. Ita fere exhibent codd. supra 31, 16, 5. V. Harduin. ad Plinii 4. Hist. Nat. 11. ubi laudando locum Thucydidis l. 5, 33. Cypsela in Arcadia cum Cypselis Thraciae confudit: quum tamen, Stephano, quem ipse laudat, diligenter inspecto, errorem hunc vitare potuisset. De variis hujus nominis urbibus vide Cl. Wasse in Addend. ad Thucyd. pag. 671. Mox

Digitized by Google

plaustra cum pecunia publica erant, pretiosaque
7 alia praeda. Itaque, quum per saltum iret, Thra-
cum decem haud amplius millia ex quatuor populis,
Astii, et Caeni, et Maduateni, et Coreli, ad ipsas
8 angustias viam circumsederunt. Opinio erat, non
sine Philippi regis Macedonum fraude id factum.

§. seq. *το erant* deest in Lov. 3. ut ita *inpedimenta media*, *plaustra cum pecunia publica* per adpositionem, figuram Livio admodum frequentem, dicatur. Verum reliqui eam vocem servant. [*Egypseia*, litera prima obliterata, mox *Gypseis* Bamb.]

§. 7. *Itaque, quum per saltum iret, Thracum decem haud amplius millia*] Pall. uterque *Threcum decem aut amplius millia*. GEBH. *Ita cum per saltum* Voss. Lov. 4. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. Ea lectio probari potest. Tum autem *Ita* notabit, ea ratione divisi, agmine composito, ordinato. Saepius autem alibi hae voces commutantur. V. ad 21, 53, 7. Si quis tamen vulgatum praeferre malit, non adversabor. Tum vero *Itaque* referendum ad praecedentia, ubi via silvestris, angusta, confragosa excepisse dicitur; et *Itaque* notabit, quoniam igitur via adeo difficilis et ponendis insidiis opportuna fuit. In codicibus autem *Ita* praeferentibus ultima syllaba *que* intercepta erit a sequenti voce *quum*. V. alia ejus erroris exempla ad 2, 35, 7. 5, 8, 8. 6, 9, 4. 9, 13, 12. c. 34, 26. et pluribus aliis locis. Deinde *Thraecum* Lov. 2. [Bamb.] *Threcum* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. V. modo ad §. 4. Eadem varietas aliquoties adhuc infra hoc c. obvenit. Insuper *decem aut amplius millia* Voss. Lov. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertner. *aut amplius decem millia* Harl. Alibi saepe *aut* et *haud* perperam confunduntur a librariis. V. ad 28, 2, 11.

Astii, et Caeni, et Maduateni, et Coreli] *Astios* puto, a quibus apud Ptolemaeum [3, 11.] Ἀσικὴ praefectura; ut a *Caenis Καινική*. Plinius *Caenicos* vocat eos populos lib. 4. cap. 11. *Corelos* non sane reperio. Ptolemaeus Κοιλητικὴν vocat praeturam: item Plinius d. l. *Caeletas*. Ex his lector dispiciat, quid restituendum. De *Maduatenis* nihil invenio. GLAR. MS. sine ulla litura retinet *et Maduateni*, *et Corili*. Editio vero Mogunt. omissis aliis habet *Astii et Cornelii*. MOD. Libri omnes habent *Astii et Cornelii ad ipsas angustias*. GEBH. *Astri et Cornelii*, reliquis omissis, Voss. *Astu Cornelii* Harl. *Astii Cornelii* Mead. 1. *Astii et Cornelii* Lov. sex, Mead. 2. Hearnii L. 1. et Gaertn. *Astii et Corneli* edd. vett. *Asti, et Ceni, et Maduateni, et Coreli* cod. Mog. quod Aldus recepit, nisi quod *Astii, et Caeni* dederit. [*Caenei, et Maduateni, et Cokneli* Bamb.] Deinde *Caeletae*, pro *Coreli*, Vascos. ex sententia Glareani recepit. Ex his *Astii* et *Caeni* inlustrati sunt a Glareano ad h. loc. Pro *Maduateni*, qui a nemine memorantur, Ortel. in Thes. Geogr. legit *Maedobithyni*, de quibus videndus est Casaub. ad Strab. 7, 295. Verum Strabo eos, deserta Europa, in Asiam transiisse refert; quod ante haec tempora, nulla

Digitized by Google

eum sciſſe, non alia, quam per Thraciam, reditu-
ros Romanos, et quantam pecuniam secum porta-
rent. In primo agmine imperator erat, sollicitus 9
propter iniquitatem locorum. Thraces nihil se mo-
verunt, donec armati transirent. poſtquam primos 10
superaſſe anguſtias viderunt, poſtremos nondum ad-

sobole in priſtinis sedibus, quas Mysi occuparunt, relicta, fecisse, verisimile eſt: unde etiam hic memorari nequeunt. Doujatius conjecit *Madyteni*, a Madyto vel Madytis, Chersonesi Thraciae urbe. Si in emendandis scriptoribus adsensum semper moretur, qui vocem corruptae vel literarum ductibus, vel sono similem ſubſtituit, Doujatio hic palma negari non poſſet. Verum quaedam obſtant, ne conjecturam ejus probare poſſim. Primo enim Stephanus teſtatur, Graecos gentile a *Μαδυτὸς* formaſſe *Μαδύτιος*, a *Μάδυτα* autem *Μαδυτεύς*. Latini itaque *Madytius* et *Madytensis*. Non exciderunt, quae de vocibus *Mylasenus* et *Alabandenus* supra notavi ad c. 39, 8. Verum ibi exemplis docui, ea forma Latinos gentilia haec extuliſſe: quod Doujatio similiter faciendum erat. Secundo vetus nomen iſtius urbis fuit *Μαδυτὸς*, quo Herodot. 8, 33. et 9, 119. ac Xenoph. 1. Hiſt. Graec. in princ. usi sunt. Scylax etiam, si vera eſt Cl. Jac. Gronovii conjectura, in Peripl. pag. 67. Eorum exemplo *Madytus* vel *Madytos* vocatur Livio 31, 16. et 33, 38. Inde jam secundum Stephanum fit *Μαδύτιος* sive *Madytius*. Ejusdem urbis nomen recentiores Graeci extulerunt *Μάδυτα*, et hinc formarunt gentile *Μαδυτεύς*. Jam iterum Doujatio probandum erat, si non exemplis, sed analogia *Madytenus* tueri vellet, jam *Μάδυτα* tempore Livii Graecos, vel *Madyta* ipsum Livium usurpaſſe. Tertio de nullo Chersonesi Thracicae populo hic cogitari poteſt. Iis enim transitum non daturi videntur, qui Lysimachiam, in Iſthmo, sive, ut Mela 2, 2. inquit, in radice magnae peninsulae sedentem, praesidio obtinebant. Puto igitur gentis hodie incognitae nomen fuiſſe, quales plures in regione barbara fuiſſe verisimile eſt. *Caeletae* longius recedunt a voce *Coreli*, quae in cod. Mog. vel *Corneli*, aut *Cornelii*, quae in reliquis codd. supereſt. Vel hic idem dicendum, quod de Maduatenis modo dictum eſt; vel vide, utrum placere poſſint *Corpili*, aut *Corpilli*, qui a Plinio adcolae Hebri vocantur 4. Hiſt. Nat. 11. ubi vide notas et emend. Harduini. Adde viros doctos ad Steph. de Urbib. in voce *Κορπιλοί*. Donec certior aliunde lux adpareat, cod. Moguntini lectionem reduxi.

§. 8. *Non sine Philippi regis Macedonum fraude id factum. eum sciſſe, non alia*] *non sine Philippi scientia regis Macedonum id factum eſſe; sciſſe non aliter* Lov. 3. *Philippi Macedonum regis* Lov. 2. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. *id facturum* Lov. 1. Mox *per Thraeciam* Lov. 1. [et Bamb.] *per Threciam*, vel *per Thretiam* Lov. 4. et Mead. ambo. V. ad §. 7. [*quantum pecuniam* Bamb.]

§. 9. *Donec armati transirent*] Id eſt, quamdiu transeunt, interim

Digitized by Google

propinquantes, inpedimenta et sarcinas invadunt. caesisque custodibus, partim ea, quae in plaustris erant, diripere, partim sub oneribus jumenta abs-
11 trahere. Unde postquam clamor primum ad eos, qui, jam ingressi saltum, sequebantur, deinde etiam ad primum agmen est perlatus, utrimque in medium concurritur, et inordinatum simul pluribus lo-
12 cis proelium conseritur. Thracas praeda ipsa inpeditos oneribus, et plerosque (ut ad rapiendum manus vacuas haberent) inermes, ad caedem praebet; Romanos iniquitas locorum, barbaris per calles notos obcursantibus, et latentibus interdum per

dum transeunt. Haec est omnium codicum meorum lectio, etiam cod. Mog. ut et priscarum editionum; quarum postea aliae, ut Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, plures Venetae, et seqq. dederunt *transierunt*, pro quo Aldus ex fide Msti Mog. iterum *transirent* revocavit.

§. 10. *Quae in plaustris erant, diripere, partim sub oneribus jumenta abstrahere*] *To erant* abest a Voss. quod etiam non requirerem, si plures codd. consentirent. Dein *diripuere, partim* etc. *distraxere* Voss. et Gaertn. *diripere, partim* etc. *distrahere coeperunt* edd. vett. Sed v. ad 1, 50, 5. Froben. anno 1535. recte edidit, ut nunc vulgo legitur; cui consentiunt reliqui codd. quos adhibui. Insuper *sub oneribus jumenta extrahere* Lov. 3. *ab oneribus jumenta abstrahere* Lov. 5. et ed. Camp. Mox §. seq. *pluribus simul locis* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. [*supremos* pro *postremos* Bamb.]

§. 12. *Barbaris per calles notos incursantibus*) *per calles notas* Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Lov. 6. a m. pr. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 22, 14, 8. ubi Gebhard. testatur, se hoc loco etiam in utroque Pall. et vet. ed. eamdem lectionem reperisse. Dein *concursantibus* Gaertner. *obcursantibus* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gruter. cujus ultima demum *incursantibus* exhibuit. Priscam igitur lectionem revocavi. Supra 2, 45, 10. *His freti obcursant portis, ingerunt probra.* 21, 28. *Galli obcursant in ripam cum variis ululatibus cantuque moris sui.* 22, 15, 7. *Numidae, alii atque alii, obcursantes refugientesque, ad castra prope ipsum pertraxere.* Paullo ante *inpeditos oneribus completosque* Lov. 3.

§. 13. *Ut fors tulit, his aut illis incommode objecta, pugnantibus inpedimento sunt*] *ut sors tulit* Voss. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. pro quo Frob. 1535. recte *fors* substituit, *sorti* enim hic locus esse nequit. Innumeris locis haec vocabula miscuerunt

Digitized by Google

cavas valles, prodebat. ipsa etiam onera plaustra- 13
que, ut fors tulit, his aut illis incommode objecta, pugnantibus inpedimento sunt: alibi praedo, alibi praedae vindex cadit. Prout locus iniquus aequus- 14
ve his aut illis, prout animus pugnantium est, prout numerus, (alii enim pluribus, quam ipsi erant, alii paucioribus, obcurrerant) varia pugnae fortuna est. multi utrimque cadunt. Jam nox adpetebat, quum 15
proelio excedunt Thraces, non fuga vulnerum aut mortis, sed quia satis praedae habebant.

XLI. Romanorum primum agmen extra saltum 1
circa templum Bendidium castra loco aperto posuit:

librarii, ut vidimus ad 1, 4, 4. Adde, quae notantur ad 4, 43, 1. 5, 13, 12. 6, 8, 5. c. 22, 6. 7, 38, 8. 8, 5, 7. c. 37, 3. 10, 36, 9. 30, 30, 3. 32, 28, 2. aliisque locis. Tum *pugnantibus inpedimentum sunt* Lov. 5. et ed. Camp. *pugnantibus inpedimento fuerunt* Lov. 2. Paullo ante *ipsaque onera plaustraque* Lov. 1. et 3.

§. 14. *Alii enim pluribus, quam ipsi erant, alii paucioribus, obcurrerant*] Pall. *alii pluribus occurrerant*, recisis reliquis. Vet. ed. respuit *enim*. GEBH. *Τὸ enim*, quod deest in omnibus meis, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. primus Aldus, sed ex cod. Mog. fide, addidit. Praeterea *pluribus occurrerant*, mediis omissis, Lov. 4. *pluribus occurrebant* Mead. 2. *occurrebant* etiam Harl. et Gaertn. Paullo post *fortuna pugnae est* Lov. 2. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. Dein *utrimque multi cadunt* Lov. 5. *multi cadunt utrimque* Lov. 6.

§. 15. *Jam nox adpetebat*] Lov. 3. *adparebat*, sollemni scribarum lapsu. V. supra ad 37, 32, 14.

§. 1. *Circa templum Mendidium*] *Vendidium* habebant quidam codices, unde quidam *Bendidium* emendarunt, sed non placet. Nam *Mendidia* inter multa alia Thracum sacra Strabo numerat libro 10. GLAR. Vet. lib. *Mendidium*. At Strabo meminit *sacrorum Bendidiorum* apud Thracas lib. 10, [471.] Ἄθηναῖοι πολλὰ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, καὶ δὴ καὶ τὰ Θρᾴκια καὶ τὰ Φρύγια· τῶν μὲν γὰρ Βενδιδίων Πλάτων μέμνηται, τῶν δὲ Φρυγίων Δημοσθένης. Glareano tamen *Mendidium* placet. SIG. *Bendis*, ut scribit Hesychius, lingua Thracum Diana appellatur, unde et *Bendidia* ejus feriae Athenis vocabantur. nam ejus sacra e Thracia adscita Athenienses receperant, illisque feriis disseruit in Piraeeo de optimo reipublicae statu Socrates, ut a Platone refertur. TURNEB. lib. 14. Advers. 11. Pall. et vet. ed. *Mendidium*. GEBH. *Mendidium* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. antt. [*mdidium* Bamb.] *Vendidium* dedit ed. Mediol. anni 1505. quod Ascensius annis 1513. et 1516.

Digitized by Google

pars altera ad custodiam inpedimentorum medio in
2 saltu, duplici circumdata vallo, mansit. Postero die, prius explorato saltu, quam moverent, primis
3 se conjungunt. In eo proelio, quum et inpedimentorum pars et calonum, et milites aliquot, quum passim toto prope saltu pugnaretur, cecidissent, plurimum Q. Minucii Thermi morte damni est acceptum,
4 fortis ac strenui viri. Eo die ad Hebrum flumen

in margine ostentavit; pro quo recte Froben. anno 1531. *Bendidium* reposuit, eamdem lectionem Sigonio et Turnebo probantibus. Praeter illos videndus est Meursius in Graec. Feriata lib. 2. voce *Βενδίδεια*. ubi multis docet, Thracas Dianam *Βενδῖν*, sacra ejus *Βενδίδεια* vocasse; eadem autem sacra deinceps Athenienses recepisse, et in Piraeeo celebrasse. *Βενδὶς*, numen peregrinum, memoratur apud Lucian. in Jov. Tragoed. pag. 683. Ἡ Βενδὶς δὲ αὕτη, καὶ ὁ Ἄνουβις ἐκεινοσί, καὶ παρ' ἀυτὸν ὁ Ἄττις, καὶ ὁ Μίθρης, καὶ μὴν ὅλοι ὁ-λόχρυσοι. Sed *Βενδίδειον* in Icaromenipp. pag. 737. Ἐξ οὗ δὲ ἐν Δελφοῖς μὲν Ἀπάλλων τὸ μαντεῖον κατεσήσατο, ἐν Περγάμῳ δὲ τὸ ἰατρεῖον ὁ Ἀσκληπιός, καὶ τὸ Βενδίδειον ἐγένετο ἐν Θράκῃ, καὶ τὸ Ἀνουβείδιον ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἐν Ἐφέσῳ, ἐπὶ ταῦτα μὲν ἅπαντες θέουσι.

Duplici circumdata vallo] *circumdato* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. Infra 39, 37. *Muris, velut compedibus, circumdatis vinci per centum annos servissis*. V. ad 30, 19, 8.

§. 2. *Primis se conjungunt*] *se jungunt* Gaertn. *se conjungit* Lov. 5. et priscae edd. forte quia praecesserat *pars mansit*. At recte Froben. anno 1535. reposuit *se conjungunt*, quod non tantum praefert cod. Mog. sed et omnes nostri reliqui. Id etiam requirit praecedens *priusquam se moverent*. Usitatum fuisse, ut collectivo singulari in altero membro verbum singulare, in altero plurale aptaretur, vidimus ad 30, 42, 16. Paullo ante *quam emoverent*, sive *commoverent*, Gaertner. Male. *Movere* est castra movere. Et eo sensu capiendum hoc verbum in multis eorum locorum, quae laudantur ad 10, 4, 9.

§. 3. *Quum et inpedimentorum pars et calonum*] MS. *quum jam inpedimentorum pars*. MOD. c. 40. dicit *jumenta sub oneribus*. V. Oudendorp. ad Front. 2, 1, 11. DUK. *quum inpedimentorum et calonum pars* Lov. 1. et 3. *quum et inpedimentorum et calonum pars* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox etiam *milites*, omisso praecedenti *et*, Lov. 3. 4. et Mead. ambo. *Tà et milites* desunt in Harl. *et militum aliquot* legit Gaertn. a manu 1. [*impedimentorum ut calonum pars milites* Bamb. mox *aliquod* idem.]

Q. Minucii Thermi morte amissum est inceptum] Sincera lectio *plurimum Q. Minucii Thermi morte damni est acceptum*. GRLEN. Lectionem, quae ante Gelenium

Digitized by Google

perventum est. inde Aeniorum fines praeter Apollinis, Zerynthium quem vocant incolae, templum superant. Aliae anguſtiae circa Tempyra excipiunt, (hoc loco nomen est) nec minus confragosae, quam priores: sed, quia nihil silvestre circa est, ne latebras quidem ad insidiandum praebent. Huc ad eamdem spem praedae Thrausi (gens et ipsa Thracum) convenere; sed, quia nudae valles, procul ut con-

vulgo exstitit, servant Voss. Lov. 5. et Harl. Neque multum differunt reliqui. nam *amissum* tantum, pro *omissum*, legunt Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. Sed *plurimum Q. Minucii Thermi morte amissum est acceptum* legit Mead. 1. ut in excerptis ejus notatum inveni; qui tamen *inceptum* etiam praefert in margine. Sed Gelenio adsentior. [*plurimum* omittit Bamb. mox *damni amissum est acceptum* idem.

§. 4. *Praeter Apollinis, Geruntium quem vocant incolae, templum*] Non *Geruntium*, sed *Zerynthium* lege, attestantibus manuscriptis codicibus et Stephano. GELEN. Pall. *Zeruntium*. GEBH. *Geruntium*, praeter editiones ante Gelenium, legunt Lov. 3. 5. et 6. *Gerinitoum* Gaertn. *Gerentium* Hearnii L. 1. *rerăcium* Mead. 1. *Zeruncium* Lov. 4. Mead. 2. et Harl. *Zeruntium* Voss. et Lovel. 1. [et Bamb.] *Zeryntium* Lov. 2. Sed recte *Zerynthium* emendavit Gelenius. Hinc *Zerynthia litora* apud Ovid. 1. Trist. 10, 18.

Venimus ad portus, Imbria terra, tuos.
Inde levi vento Zerynthia litora nactis,
Threïciam tetigit fessa carina Samon.

ubi v. Cel. Burmann. et alios. Quum in editione Gron. anni 1665. operarum lapsu *Zerynthum* editum fuisset, eamdem lectionem plerique recentiores servarunt, praeter Doujatium et Crevierium, qui verum reduxerunt, atque insuper posterior pronomen *quem*, quod facile suppleri potest, et invito Livio, qui id libentius supprimit, huc inrepsit, ablegandum putat. Ego, si quid mutandum, potius delerem vocem *incolae*, quam nescit Lov. 2. Ita c. 40. *Ad amnem, Melana quem vocant, inde postero die Cypsela pervenit.* ubi vide.

§. 5. *Aliae anguſtiae circa Timpira*] Herodot. lib. 7, [108 et 109.] *Strymam* oppidum hoc tractu ponit. *Timpira* quid sit, non reperio. Quidam *Tempyra* legunt, quod mihi aeque ignotum. GLAR. *Tempora* Gaertn. *Tepyra* Lov. 1. *Tempyra*, quod Frob. anno 1535. reposuit, non tantum servant reliqui scripti, sed etiam edd. principes, ac nominatim, quas vidi, Camp. Rom. 1472. ac Parm. quibus proximae Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et plures dederunt *Tympira*. Idem nomen Nic. Heinsius ex Mstis reddidit Ovid. 1. Trist. 10, 21.

Saltus ab hac terra brevis est Tempyra petenti.

Alii etiam Itinerario Antonini pag. 322. ubi v. Cl. Wessel. Mox *nihil silvae circa est* Lov. 2. et Mead. 1.

§. 6. *Trausi, gens et ipsa Thra-*

Digitized by Google

spicerentur anguſtias obsidentes, efficiebant, minus terroris tumultusque fuit apud Romanos. quippe etsi iniquo loco, proelio tamen juſto, acie aperta, 7 conlatis signis dimicandum erat. Conferti subeuntes cum clamore, inpetu facto, primum expulere loco hoſtes; deinde avertere. fuga inde caedesque, suis ipsos inpedientibus anguſtiis, fieri coepta eſt. 8 Romani victores ad vicum Maronitarum (Saren adpellant) posuerunt caſtra. poſtero die patenti itinere Priaticus campus eos excepit; triduumque ibi, frumentum accipientes, manserunt, partim ex agris Maronitarum, conferentibus ipsis, partim ex navibus

cum] Idem Herodot. lib. 5. ab initio *Transos* vocat, apud alios authores rara illorum mentio. Quidam codices *Transi* per *n* legunt, sed perperam. Apud Herodot. per *T* prima, non Θ scribitur. GLAR. Θραύσους vocat Stephanus eosdem, quos Ἀγαθύρσους. SIG. *Thransii* Voſſ. et Lov. 3. *Thransi* Lov. 5. et Mead. 1. *Transfigi* Lov. 6. *Transiens et ipsa* Gaertn. *Transigens et ipsa* Lov. 2. 4. et Mead. 2. *Transgres et ipsa* Harl. Ortelius in Thesaur. Geogr. voc. *Thrasum* indicari putat gentem, habitantem in tractu, quem Θράσον vocat Procop. 4. de Aedif. Juſtin. Ceterum Stephan. non Θραύσους vocat, sed Τράυσους. Mox *ut procul conspicerentur* Harl. τὸ *ut* omittitur in Lov. 4. et Mead. utroque, Tum *signis collocatis* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Insuper §. seq. *Confertim abeuntes* Hearnii L. 1. Male. Liv. 29, 34. *Plures simul conferti porta effusi.* [*subeunt et* Bamb.]

§. 8. *Saren adpellant*] Editio vetus *Salentum appellant*. MOD. Pall. *Salent*. Vet. ed. *Salentum*. GEBH. *Salentum appellant* Lov. 3. 5. et Hearnii L. 1. *Salent appellant* Voſſ. Lovel. 1. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. *solent appellare* Lov. 2. et 6. *Saren appellant* primus Frob. edidit anno 1535. Proxime accedit Gaertner. *Salen appellant* exhibens. [v. *posuerunt caſtra* omittit Bamb.]

Priaticus campus eos excepit] *Priatici* qui sint, nusquam invenio, Caeterum Herodotus lib. 7, [108.] ubi Xerxis a Dorisco iter describit, hoc in loco *Brianticae regionis* meminit. Plinius etiam lib. 4. cap. 11. *Priantarum*. Variatum in *p* et *b* haud magno discrimine. At litera *n* omitti non debuit. GLAR. MS. *Triaticus campus eos excepit*. MOD. *Primaticus campus* Lov. 2. *Pariaticus* Mead. 1. Ortelius in Thes. Geogr. 5. *Briantica*, Glareano adsensus, campum hunc eſſe credit, quam Briantícam regionem Herodot. vocat. V. Salmas. ad Solin. pag. 112. Si vera foret Doujatii conjectura, ita dici a redimendis captivis, et per literam *p*, et sine *n*

Digitized by Google

suis, quae cum omnis generis commeatu sequebantur. Ab ſtativis diei via Apolloniam fuit. hinc per 9
Abderitarum agrum Neapolim perventum eſt. Hoc 10
omne per Graecorum colonias pacatum iter fuit. reliquum inde per medios Thracas, dies noctesque, etsi non infeſtum, ſuspectum tamen, donec in Macedoniam pervenerunt. Mitiores Thracas idem ex- 11
ercitus, quum a Scipione eadem via duceretur, habuerat, nullam ob aliam cauſſam, quam quod praedae minus, quod peteretur. Quamquam tum quo- 12
que Claudius auctor eſt, ad quindecim millia Thracum, praecedenti ad exploranda loca agmen Mutini

scribi deberet. At non ego credulus illi. Mox *partem ex agris etc.* (ita et Bamb.) *partem ex navibus* Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. V. ad 31, 36, 9.

§. 9. *Ab ſtativis diei via Apolloniam fuit*] Hanc urbem author noſter, ut ex descriptione liquet, inter Maroneiam ac Abderam ponit. At Plinius loco jam dicto inter Strymonem ac Oesymam memorat. Eſt autem longe alia ab ea, quae sequitur paulo poſt ad Ionium mare. GLAR. *diei via Apolloniam ingressus fuit* Voſſ. et Lovel. 1. ac 6. *diei via Apollonia fuit* Lov. 2. De locutione *via Apolloniam* v. ad 22, 16, 4. Ceterum Apollonia conlocatur inter fluvios Neſtum et Strymona apud Melam 2, 2. *Ultra Neſtos fluit, et inter eum et Strymona urbes sunt Philippi, Apollonia, Amphipolis.* Similiter Plinius 4, 11. *In ora a Strymone Apollonia, Oesyma, Neapolis, Paſtos. Intus Philippi colonia, Scotusa, Topiris, Neſti amnis oſtium.* Ex utriusque autem Melae et Plinii teſtimonio Abdera fuit ultra Neſtum. Quomodo igitur Livius iter Manlii, a Chersoneso Thracica in Macedoniam proficiscentis, describens Apolloniae ante Abderam, sive ante Abderitarum agrum meminiſſe potuit? [*Abderitarum* Bamb.]

§. 10. *Per medios Thracas, dies noctesque*] *per medios Thracas idem exercitus*, omnibus mediis omissis ob repetitam vocem *Thracas*, Voſſ. et Lov. 1. V. ad 9, 11, 11. Mox *tamen suspectum* Lov. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. ante Aldum.

Donec in Macedoniam pervenerunt] Ptolemaeus Macedoniam longius ad septentrionem extendit, quam alii authores; quod antea etiam alicubi monuimus. Itaque Neapolis, quae Ptolemaeo eſt in Macedonia, Livio et Plinio eſt in Thracia. GLAR. *in Macedoniam pervenere* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 12. *Praecedenti ad exploranda loca agmen Mutini Numidae obcurrisse*] *praecedenti ad e. l. agmini Mutinis* Lovel. 6. et Mead. 2. ut

Digitized by Google

Numidae obcurriſſe. quadringentos equites fuiſſe Nu-
13 midas, paucos elephantos. Mutinis filium per me-
dios hoſtes cum centum quinquaginta delectis equi-
tibus perrupiſſe. eumdem mox, quum jam Mutines,
in medio elephantis conlocatis, in cornua equitibus
dispositis, manum cum hoſte conseruiſſet, terrorem
14 ab tergo praebuiſſe. atque inde turbatos equeſtri
velut procella hoſtes ad peditum agmen non acces-
15 siſſe. Cn. Manlius per Macedoniam in Theſſaliam
exercitum traduxit. inde per Epirum Apolloniam
quum perveniſſet, nondum adeo hiberno contemto

agmini dicatur de copiis Mutinis. *praecedenti ad e. l. agmine Mutinis* Lov. 2. *praecedenti ad e. l. agmini Mutini* Voſſ. Lov. 1. et Gaertn. ut sensus erit, obcurriſſe Mutini, qui praecedebat agmini. Nihil muto. Virg. 9. Aen. 47. *Tardum praecesserat agmen Viginti lectis equitum comitatus.* Paullo ante *tunc quoque Claudius* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 2, 12, 15. Mox in seqq. *quatuor centum* quaedam ex antt. edd. V. ad 33, 4, 5. Tum *paucos et elephantos* Mead. 1. *paucos eis elephantos* Harl. [*praecedentia ad* Bamb.]

§. 13. *Per medios hoſtes cum centum quinquaginta delectis equitibus perrupisse*] *per medios hoſtium* Voſſ. Lov. sex, Harl. Mead. 1. [Bamb.] et Gaertn. *Medius omnium* infra eſt 42, 58. Verum *medius omnium* dicitur, qui inter omnes eſt medius. V. ad 28, 6, 2. Hic autem indicatur, Mutinis filium per mediam partem hoſtium perrupiſſe; quo sensu praeſtare videtur *per medios hoſtes*, ut Aldus ex cod. Mog. edidit; cui, ut videtur, consentit Mead. 2. Horum, et praesertim illius, auctoritatem spernere nolui. Ita paullo ante, *Reliquum inde per medios Thracas.* V. ad 34, 30, 8. Tum vox *quinquaginta* deeſt in Voſſ. Lov. 1. 3. 6. Hearnii N. [Bamb.] et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Hinc *delectis peditibus* legunt Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. At Livius modo narravit, Mutinem Numidam, praeter elephantos, tantum quadringentos equites secum habuiſſe. Illi igitur, quibuscum filius ejus per medios hoſtes perrupit, delecti non *peditum*, sed *equitum* fuere. Solent ita peccare librarii. V. ad 37, 40, 10. Praeterea *prorupisse* Lov. 3. V. ad 9, 43, 15.

Eumdem mox, quum jam Mutines, in medio elephantis conlocatis] *eumdem quum mox Mutines jam* Voſſ. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. ante Frob. anni 1535. Hinc *medio elephantis collatis*, omiſſa etiam praepositione *in*, Lovel. 5. V. ad 10, 32, 5. Eadem praepositio deeſt etiam in edd. antt. quam intercepit proximae vocis litera initialis. V. ad 37, 1, 2. Eam primi addiderunt Moguntini, qui quidem de cod. suo ni-

Digitized by Google

mari, ut trajicere auderet, Apolloniae hibernavit.

XLII. Exitu prope anni M. Valerius consul ex Liguribus ad magistratus subrogandos Romam venit, nulla memorabili in provincia re gesta, ut ea probabilis morae causa esset, quod solito serius ad comitia venisset. Comitia consulibus rogandis fuerunt ante diem duodecimum Kalendas Martias. creati M. Aemilius Lepidus, C. Flaminius. Postero die praetores facti Ap. Claudius Pulcher, Ser. Sulpicius Galba, Q. Terentius Culleo, L. Terentius Mas-

1

2

3

4

hil monent, nostri tamen reliqui Mssi adsentiuntur; nisi quod [cum Bamb.] praeferant *locatis*. V. ad 35, 40, 7. Mox *in cornu* omnes nostri cum priscis edd. pro quo Moguntini ex cod. suo emendarunt *in cornua*. Praeterea *errorem*, pro *terrorem*, librariorum lapsu, Voss. Lov. 3. Mead. 1. et Gaerta. V. ad 24, 30, 6.

§. 15. *Nondum adeo hiberno contento mari*] *nec inde ab hiberno* Voss. et Lov. 1. *nondum ab hiberno* ceteri codd. et edd. ante Moguntinos, qui *adeo* pro *ab*, fidem Mssi sui secuti, dederunt. [*ab eo* Bamb.]

§. 1. *Nulla memorabili in provincia re gesta*] Pall. *memorabili nulla in provincia gesta re*. GEBH. Pariter Lov. 4. *gesta re* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, [Bamb.] et edd. ante Aldum. Deinde *ut probabilis morae causa esset* Lov. 2. sed *to esset* deficit in Lov. 1.

§. 2. *Comitia consulibus rogandis fuerunt ante diem duodecimum Kalendas Martias*] *Comitia de consulibus rogandis* Voss. Lov. 1. 6. et Gaerta. Male. V. supra ad 2, 8, 3. *rogandi* erat in Lov. 5. An librarius voluit *cass.* sive *consulibus rogandi*? V. ad 10, 11, 3. Potius tamen nihil muto, et existimo ultimam literam vocis *rogandis* excidisse ob similitudinem primae in voce sequenti. V. ad 4, 33, 11. Dein *ad duodecimas Kalendas* Lov. 4. Harl. et Mead. 1. *ad duodecimum Kalendas* Mssi reliqui, cum priscis edd. ante Sigonium, qui recte *A. D.* sive *ante diem*, emendavit. V. quae ipse aliique notarunt ad 27, 23, 7. [*diem* omittit Bamb.]

§. 4. *Postero die praetores facti*] *Posteri die* Voss. quod eodem modo dictum videri posset, quo Ciceronem et alios *die quinti*, *die pristini*, *die crastini*, *die proximi*, et similia usurpasse, observat Gell. 10, 24. Verum, aliunde non constare, eadem Livium sectatum esse, monui ad 9, 23, 11. Videri etiam posset, librarium dare voluisse *Postridie*. Praestare tamen puto, cum ceteris scriptis nihil mutari.

L. Terentius Massaliota] Membranae *L. Terentius Massiliota*. MOD. Pall. *Massaliata*. Vet. ed. *Messala*. GEBH. Huic praetori praeno-

Digitized by Google

siliota, Q. Fulvius Flaccus, M. Furius Crassipes. Comitiis perfectis, quas provincias praetoribus esse placeret, retulit ad senatum consul. decreverunt duas Romae, juris dicundi causa; duas extra Italiam, Siciliam et Sardiniam, duas in Italia, Tarentum et Galliam. et extemplo, priusquam inirent magistratum, sortiri jussi. Ser. Sulpicius urbanam, Q. Terentius peregrinam est sortitus. L. Terentius Si-

men *Q.* tribunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. ante Moguntinos, qui ex cod. suo emendarunt *L. Terentius:* quod cur verius putem, mox dicam. Tum nomen *Terentius* deest in Harl. At de cognomine adhuc minus convenit. *Nasica* dicitur in Lov. 6. et Crevierii Victorin. *Messala*, vel *Messalla*, vel *Massalla* in Lov. 5. et edd. principibus. Verum neque hoc, neque illud inter Terentiae gentis cognomina reperitur. *Massalita* Voss. *Massilica* Lov. 1. *Massiliaca* Lov. 3. *Massiliata* Gaertn. *Massaliata* Lov. 4. Harl. et Mead. 2. *Masiliata* Lov. 2. et Hearnii L. 1. *Massaliota* Mead. 1. [et Bamb.] neque aliter Frob. anno 1535. edidit, quem recentiores secuti sunt. *Massiliota* Mogunt. cod. Ei vero fidem abrogare non audeo. Contra Cl. Crevierius *Massa* conjecit, et in contextum recepit, quia ita etiam edebatur supra 31, 50, 3. et 40, 35, 3. Verum neutro loco, neque etiam hic, ullus cod. ita praefert; et lectio, quam Crevier. probavit, demum a Grutero recepta est, quod ita scribendum judicaret Pighius in Annal. quem v. locis supra 31, 50, 3. laudatis, et ad ann. IↃLXXVI. pag. 346. Ceterum utroque loco praenomen Terentio Massiliotae tribuitur *Lucii*, et quidem priori loco, ubi aedilis plebejus memoratur, idem esse videtur, atque ille, qui hic praetor creatur, quamvis inter utrumque magistratum gestum majus effluxerit spatium, quam effluere soleat. Posteriori loco, ubi fuisse dicitur tribunus militum, prioris filium intelligebat Pighius in Ann. ad ann. IↃLXXVI. pag. 346. eum *Lucii filium* vocans, quum se praenomen patris prioris Terentii ignorare bis superius indicarit. Non quidem adversor: attamen per L. Terentium Massiliotam tribunum militum etiam illum intelligi posse contendo, qui hoc tempore praeturam obtinuit. Cum eo enim alius tribunus militum *T. Maenius* ibidem memoratur, qui videtur anno post Terentium praeturam obtinuisse lib. 39, 6. Ex his etiam colligitur, rectius huic praetori praenomen *Lucii*, quam *Quinti*, tribui.

M. Furius Crassipes] Voss. Lov. 4. 6. [Bamb.] et Mead. ambo legunt *Grassus*, sed *Crassus* Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1531. recte *Crassipes* reposuit. *Crassus* enim non fuit gentis Furiae cognomen, sed *Crassipes:* certe *Furius Crassipes* dictus est Ciceronis gener, cui filia ejus Tullia nupsit. V. Fabricii vitam Cic. ad ann. urb. IↃCXCVII. Memoratur autem hic *M. Furius*

Digitized by Google

ciliam, Q. Fulvius Sardiniam, Ap. Claudius Tarentum, M. Furius Galliam. Eo anno L. Minucius Myrtilus et L. Manlius, quod legatos Karthaginienses pulsaſſe dicebantur, juſſu M. Claudii praetoris urbis per fetiales traditi sunt legatis, et Karthaginem avecti. In Liguribus magni belli, et gliscentis in dies magis, fama erat. itaque consulibus novis, quo die de provinciis et de republica retulerunt, senatus 7 8

Crassipes triumvir coloniae deducendae supra 34, 53. et 35, 40. praetor iterum 41, 28. Sed duobus prioribus locis varie etiam librarii errarunt. [*Turius* Bamb.]

§. 5. *Comitiis perfectis, quas provincias praetoribus esse*] Pall. *persecutis*. GEBH. Similiter peccabatur in Lovel. 1. 4. 6. Harl. [Bamb.] et Mead. utroque. Dein *praetoriis* Voss. eodem errore, quo datum eſt *principiis* pro *principibus*. V. ad 21, 60, 7.

Decreverunt duas Romae, juris dicendi caussa] Pall. *hi decreverunt*. GEBH. *hi decreverunt* Lov. 4. et Mead. 2. *ii decreverunt* Lov. 5. et edd. ant. Pronomen prima omisit ed. Ven. anni 1498. hinc Moguntina, et poſt eas reliquae. Deeſt etiam in reliquis codd. Saepe librarios his aliisve pronominibus orationem Livii, minus apte, ut putabant, cohaerentem, connectere conatos fuisse, vidimus ad 34, 56, 1. Tum *juris dicundi* cod. Mog. quod Aldus recepit, et ed. Francof. Feyerab. anni 1578. iterum mutavit, consentientibus recentioribus. Lectionem igitur Moguntinam revocavi. Mox τὸ *Siciliam* deeſt in Lov. 2. Poſtea *atque Sardiniam* legunt Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *ac Sardiniam* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. Praeterea *in Italiam* Voſſ. Lov. 1. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. [Bamb.] et edd. vett. At recte Ascens. anno 1513. *in Italia* reſtituit. [*dicendi* Bamb.]

§. 6. *Sortiri jussi. Ser. Sulpicius*] *sortiri jussisse. R. Sulpicius* Voſſ. et Lov. 1. qui voluiſſe videntur *jussis. Ser. Sulpicius*, ut legunt Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod probari poſſet, si diſtinctio ita mutaretur *jussis, Ser. Sulpicius*. Legi etiam poſſet *jussi sunt. Ser. Sulpicius*. Nam verbum *sunt* saepe a librariis notatum eſt unica litera *s*, eaque voci praecedenti adcrevit. V. ad 45, 17, 6. Vulgatum tamen defendendum contendentibus non adversabor. *jussis P. Servius Sulpicius* Lovel. 3. Sed gentem Sulpiciam praeter praenomen *Servius* aliud quidem praenomen adhuc adsumsiſſe, verum scriptores utraque exprimentes eo casu *Servius* quasi pro gentili habuiſſe, et gentilitium *Sulpicius* omisiſſe, supra vidimus ad 9, 37, 2.

§. 7. *Jussu M. Claudii praetoris urbis*] Pighius ad Val. Max. 6, 6, 3. pro *Claudio* subſtituit *Culleonem*, praetorem hujus anni. Sed Valerium, qui hoc confert in annum, quo Lepidus et Flaminius consules fuerunt, quod anno priore factum erat, errasse, ibi oſtendit Perizonius. Pighius quoque deinde in Annal.

Digitized by Google

9 utrisque Ligures provinciam decrevit. Huic senatusconsulto Lepidus consul intercedebat, *Indignum esse* praedicans, *consules ambos in valles Ligurum includi.*
10 *M. Fulvium et Cn. Manlium biennium jam, alterum in Europa, alterum in Asia, velut pro Philippo atque Antiocho substitutos, regnare. Si exercitus in his terris esse placeat, consules iis potius, quam privatos, praeesse oportere. Vagari eos cum belli terrore per nationes,*
11 *quibus bellum indictum non sit, pacem pretio venditantes.*

Si

ad ann. V. C. IDLXV. errorem suum ipse correxit. DUK. *praetoris urbani* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et ed. Sigonii, quum in multis praecedentibus per epitomen *pr. urb.* at in antiquissimis recte *praetoris urbis* scriptum fuisset. V. ad 25, 1, 11. Paullo ante *to Myrtilus* deest in Lov. 6. et Gaertn. ejus loco *Sergius* praefert Lov. 3. *Mirallus* inter versus. *Mirulus* Lovel. 1. 2. Voss. Harl. et Mead. 1. *Mirtillus* Lov. 5. et edd. vett. *Myrtilus* substituit ed. Frob. anni 1535. quomodo ea vox saepe in marmoribus vetustis scripta obcurrit. In sequentibus *Carthaginem advecti* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. pro quo eadem Frob. ed. recte *avecti* reposuit. V. ad 9, 4, 1.

§. 8. *Utrique Ligures provinciam decrevit*] Ita omnes scripti nostri [Bamb.] nisi quod *utique* praeferat Gaertn. Verum *utrisque* cod. Mog. V. supra ad 36, 16, 6.

§. 9. *Consules ambos in valles Ligurum includi*] *consules ambo* Lov. 1. 2. et Harl. V. ad 35, 21, 5. Deinde *valle Ligurum includi* Harl. *in valle Ligurum includi* Lov. 2. 4. et Mead. ambo. Forte eam vulgatum mutandi causam librarii habuere, quod non *in valles*, sed *in vallibus includi* dicendum existimarent. Verum, et alterum in usu fuisse, videbimus ad c. 59, 10. Et sane in plures valles distincta erat Ligurum regio, et hinc recte *in valles*, quod reliqui codd. servant. Paullo ante *Hinc*, pro *Huic*, Lov. 1. et Mead. 1. V. ad 25, 40, 2.

§. 10. *Velut pro Philippo atque Antiocho substitutos, regnare*] *veluti* Lov. 3. *velut Philippo atque Antiocho substitutos* Lovel. 2. et Harl. Sed reliqui codd. constanter praepositionem servant. Nihil itaque muto. Cic. 3. in Verr. 69. *Nunc pro te Verrem substituisti alterum civitati.* Bein *pro Philippo et Antiocho* Voss. *pro Philippo Antiochoque* Lovel. 1. et 6. Mox *consulem iis*, vel *his*, *potius* Voss. Lov. 3. 6. Harl. et Gaertn. [*subfitituros* Bamb.]

§. 11. *Vagari eos cum belli terrore*] *Nugari eos* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 1. sed primus et ultimus *Vagari* pro varia lectione adscriptum praeferunt. *Nugare* Lov. 6. et Gaertn. Literarum *ua* et *nu* similitudo in scriptura Longobardica causa fuit, ut hae voces commutarentur. *Nunc vaga-*

Digitized by Google

Si eas provincias exercitibus obtinere opus esset; sicut M. 11
Acilio L. Scipio consul, L. Scipioni M. Fulvius et Cn. Manlius successissent consules; ita Fulvio Manlioque C. 12
Livium et M. Valerium consules debuisse succedere. nunc certe, perfecto Aetolico bello, recepta ab Antiocho Asia, devictis Gallis, aut consules ad exercitus consulares mitti, aut reportari legiones inde, reddique tandem reipublicae debere. Senatus, his auditis, in sententia per- 13
severavit, ut consulibus ambobus Ligures provincia esset: Manlium Fulviumque decedere de provinciis,

ri eos et terrore belli Lov. 3. Amat Livius in similibus adhibere praepositionem *cum*. V. ad 43, 23, 1. Mox *vindicantes* Lov. 1. *vendicantes* Voss. Lov. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. et edd. vett. usque ad Ascens. qui anno 1513. substituit *venditantes*, pro quo Mog. cod. *vaendentes*. Vulgatum non displicet. Flor. 1, 13. *Mille auri pondo recessum suum venditantes.* Petron. c. 13. *Tamquam mendici spolium etiam fastidiose venditabat.* Mox *exercitibus* deest in Lov. 5. et quibusdam veterum edd.

Sicut Man. Acilio, L. Scipioni consulibus M. Fulvius et Cn. Manlius successissent] Copula *et* haud dubie falsi calami opus est: quippe sicut mox ante dixit *Man. Acilio, L. Scipioni*, sic quis negabit nunc quoque dixisse *M. Fulvius, Cn. Manlius?* JAC. GRONOV. Quae modo praemittitur in capite hujus notae lectio, in uno tantum exstat Lov. 5. et edd. antt. nisi quod codex, et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. *sicut M. Tullio* praeferant; iis autem edd. proximae *M. Acilio*, vel *M. Atilio*, vel *M. Attilio* legunt. *M. Tullio* etiam est in Voss. Lov. 1. 3. 5. Mead. 2. et Victor. Crevierii *M. Attilio* in Lov. 2. 6. Mead. 1. et Gaertn. at recte *M.* Acilio Sigonius edidit; cui recentiores dicto audientes fuerunt [*M. Acilio L. Scipio coss.* Bamb. mox *C. Valerium* idem.]. In reliqua eorum verborum parte uno ore Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. legunt *L. Scipio consul, L. Scipioni M. Fulvius.* Et ita Frob. anno 1535. edidit; pro quo Vascosanus priscam, Sigonius Frobenianam, alii iterum priorem lectionem revocarunt. Verum proprie M. Fulvius et Cn. Manlius non M. Acilio et L. Scipioni, sed uni Scipioni, ut Scipio Acilio succesferunt. His igitur permotus lectionem, quam Frobenius proposuerat, totque testes veram esse adfirmant, reduxi. Ita conruit argumentum, quo Gronov. copulam *et* inducendam existimabat, quae in omnibus etiam libris exstat.

§. 12. '*Recepta ab Antiocho Asia*] *erepta* Lov. 1. et Harl. Verae lectioni fraudi fuisse videtur, quod librarii existimarint, Romanos eo tempore Asiam proprie non *recepisse*, sed *eripuisse* Antiocho. Verum *recipere* pro accipere, capere, saepissime a Livio usurpari, infra videbimus ad 39, 23,

Digitized by Google

et exercitus inde deducere, ac redire Romam, placuit.

1 XLIII. Inimicitiae inter M. Fulvium et M. Aemilium consulem erant: et super cetera Aemilius, serius biennio se consulem factum M. Fulvii opera, 2 ducebat. itaque ad invidiam ei faciendam legatos Ambracienses in senatum, subornatos criminibus, 3 introduxit. Qui *sibi, quum in pace essent, imperataque a prioribus consulibus feciſſent, et eadem praestare*

11. Mox *aut consules ad exercitus mitti* Lovel. 1. *aut consules mitti* Lov. 4. Deinde *reportare* Voſſ. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Frob. qui anno 1531. recte *reportari* emendavit. Insuper §. seq. *decedere de provincia, exercitum inde deducere, et redire* Lov. 3. [v. *de provinciis, et exercitus inde deducere* omittit Bamb.]

§. 1. *Inimicitiae inter M. Fulvium et M. Aemilium consulem*] Aemilii praenomen deeſt in Lov. 6. *P. Aemilium* legunt Lov. 4. 5. Mead. ambo, et edd. vett. *Paulum Aemilium* Lov. 2. et Harl. Sed recte Moguntini ex cod. suo dederunt *M. Aemilium*. Ita enim non tantum reliqui codd. sed similiter etiam vocatur c. praec. c. 35. lib. 37, 47. et infra saepius. Neque aliter faſti Capitol. Dein τὸ *consulem* male omittunt Voſſ. et Gaertn. *inter M. Fulvium consulem erant et M. Aemilium* legit Lov. 3.

Et supra cetera Aemilius] Vet. lib. *super*, id eſt ultra. SIG. Ita etiam omnes scripti noſtri, et edd. usque ad Frob. qui anno 1535. perperam *supra* dedit. *Super* hic eſt praeter, ultra. 2, 27. *Super haec timor incessit Sabini belli.* c. 31. *Super solitos honores locus in circo ipsi datus.* 4, 30. *Volscorum res, super acceptam in Algido cladem, in jurgia et seditiones versa.* 21, 31. *Quum super cetera trepidatione ipsi sua turbarentur.* 25, 20. *Super eam cladem Volonum quoque exercitus a signis discessit.* 28, 5. *Quos super Aetolicum bellum Machanidas etiam terrebat.* c. 46. *Exercitum super morbum etiam fames adfecit.* ubi v. Rhenan. 30, 8, 7. *Recenti super cetera victoria terribilem.* ubi v. Sigon. 38, 39, 9. *Clazomeniis, super inmunitatem, et Drymusam insulam dono dederunt.* 40, 56, 2. *Ne super inmunitatem etiam praemio sceleris frueretur.* V. Cel. Burm. ad Phaedri 3, 11, 2.

Serius biennio se consulem factum etc. *ajebat*] Pall. uterque *ducebat*. Vetus ed. *dicebat*. GEBH. *dicebat* Lov. 1. 3. 6. Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et edd. principes. *ajebat* Frob. anno 1535. omnesque recentiores usque ad Gronov. qui *ducebat* vulgari curavit. Cum eo faciunt ex meis Voſſ. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. unde verisimile eſt, idem in membranis suis Gronov. inveniſſe. Ea igitur cauſſa fuerit, quae Gronovium permoverit, ut ita ederet, quam se ignorare fatetur Crevierius; unde etiam *dicebat* revocavit. Mihi *ducebat* praeſta-

Digitized by Google

obedienter M. Fulvio parati essent, bellum inlatum quesi, *agros primum depopulatos, terrorem direptionis et* 4
caedis urbi injectum, ut eo metu claudere cogerentur portas. obsessos deinde et obpugnatos se, et omnia exempla 5
belli edita in se, caedibus, incendiis, ruinis, direptione urbis: conjuges, liberos in servitium abstractos: bona 6
ademta, et, quod se ante omnia moveat, templa tota urbe spoliata ornamentis. simulacra Deûm, Deos immo ipsos, convulsos ex sedibus suis, ablatos esse; parietes

re videtur. quod, pro existimare positum, potius librarios in *dicebat*, quam contra, mutasse censeo. De verbo *ducere* hoc sensu usurpato vide ad 9, 22, 3. Id autem innumeris locis cum τῷ *dicere* commutatur. V. ad 2, 32, 2. c. 33, 3. 3, 22, 3. c. 48, 4. 4, 39, 9. 6, 9, 12. c. 31, 4. 7, 18, 3. c. 32, 10. c. 36, 11. etc. Vide Celeberr. Burm. ad Nemes. Cyneg. 221. et ejusdem Ecl. 1, 63. etiam quae notantur ad Silii 12, 221. Similiter *addictus* et *adductus*. V. ad 3, 56, 8. *condicere* et *conducere*. V. ad 1, 32, 11. *edictus* et *eductus*. V. ad 39, 15, 11. *indicere* et *inducere*. V. ad 10, 38, 4. *prodicere* et *producere*. V. ad 3, 57, 6.

§. 3. *Imperataque a prioribus consulibus feciſſent*] Uterque Pall. *imperataque prioribus consulibus*. GEBH. Similiter Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. *in pace essent imperata, quae prioribus* etc. Lov. 5. [Bamb.] et priscae, quas vidi, edd. Aldus deinceps, illud *quae* ex *que a* coaluisse credens, id, quod nunc vulgo exstat, substituit, concinentibus reliquis scriptis. Praepositionem expunxit Crevierius, laudato loco Livii 35, 17, 6. *Antiocho si Smyrna et Lampsacus imperata faciant, indignum videri*. V. ad 6, 11, 4. Praepositionem addit Livius 33, 13. *Quae priore conloquio imperata a Romanis essent*. 40, 34, 9. *Nulla arma, nisi imperata a populo Romano, sumere*. 43, 5, 3. *Duces sibi ab consule Cassio primum imperatos*. Mox *et quum eadem obedienter praestare* Lov. 2. Harl. et Mead. pr. *obedienter praestare* etiam Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn.

§. 5. *Omnia exempla belli edita in se*] Pall. pro *edita* exhibent *habita*. Vet. amplius *omnia alia exempla belli habita*. GEBH. *omnia alia exempla* Lov. 5. et edd. ante Frob. qui anno 1535. τὸ *alia* expunxit. Ea autem vox exsulat etiam a reliquis nostris. Tum *habita in se* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. [Bamb.] omnesque excusi usque ad Ascens. qui id anno 1513. mutavit in *edita*. Eam vero locutionem inlustravit Gronov. supra ad 29, 27, 3. Paullo ante *oppressos, deinde obpugnandos se* Lovel. 3. *oppressos* etiam Voss. et Lov. 1. ac 6. V. ad Epit. Liv. 57. [*opsessos deinde* Bamb.] In sequentibus *minis*, pro *ruinis*, Lov. 3. quomodo hunc locum adducens laudavit Sigon. ad 29, 27, 4. Verum id librario erranti adscribo. Simili modo etiam alibi peccatur. V. ad 9, 18, 7. 21, 8, 5. et 39, 37, 3.

§. 6. *Quod se ante omnia moveat*]

Digitized by Google

postesque nudatos, quos adorent, ad quos precentur et
7 *supplicent, Ambraciensibus superesse.* Haec querentes, interrogando criminose ex composito, consul ad
8 plura, velut non sua sponte dicenda, eliciebat. Motis Patribus, alter consul C. Flaminius M. Fulvii causam excepit: qui, *veterem et obsoletam viam ingressos*
9 *Ambracienses,* dixit. *Sic M. Marcellum a Syracusanis,*

moverat Lov. 2. Harl. Mead. 1. et, teste Hearnio, ed. Rom. princeps. Mox *τὸ urbe* deest in Lov. 5. et edd. vett. quod Aldus ex cod. Mog. recepit. Ei vero concinunt omnes reliqui.

Simulacra Deûm, Deos demum ipsos, convulsos ex sedibus suis, ablatos esse] Libri omnes *Deos imo ipsos, convulsos ex sedibus suis.* GEBH. Nescio, quis hic male curiosus infuscavit. Scripti et editi omnes usque ad Curionem, ne hoc quidem excepto, *Deos immo ipsos.* Ab eadem prorsus imprudentia, quae Sigonium adegit vitiare illud lib. 35, 49. *Nam quod optimum esse dicunt non interponendi vos bello: nihil immo tam alienum rebus vestris est.* Sic et lib. 26, 30, 12. *Maneant immo, inquit Marcellus, ut coram his respondeam.* Quum sic jussisset ex scripto codice legi Rhenanus, nescio, quis posteriorum fecit in vulgatis *Immo maneant.* Quamquam nostris omnibus ea particula absit. Livius iterum lib. 39, [40.] de M. Porcio Catone: *Vivit immo vigetque eloquentia ejus.* J. FR. GRON. Verba ista *ablatos esse* sapiunt glossema: quo vitii genere contaminata locis prope innumeris Livii exemplaria observavimus. HERALDUS in Arnobii lib. 1. pag. 33. quod iterum repetit ad lib. 6. pag. 252. *Deos immo ipsos* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Paris. anni 1573. in qua primum *Deos demum ipsos* vidi: cujus loco recte Gronov. alterum vindicavit. Dein verba, quae Heraldus pro glossemate habebat, constanter supersunt in omnibus Mstis. Ampliss. etiam Cuperus in exemplari suo ad verba Heraldi notarat, aliquid tamen convelli posse, et non auferri. Ceterum *convulsos, et sedibus suis ablatos* praeferunt Voss. et Lov. 3. *sedibus suis* est templis suis. V. ad 1, 55, 4. et 5, 39, 12.

Parietes postesque nudatos. Quos adorent, ad quos precentur et supplicent, Ambraciensibus non superesse] Rectius aliquanto in Mstis codd. legitur *Ambraciensibus superesse*, quam *non superesse.* GELEN. Lectio *non superesse* probatur, quia sententiam Ciceronis reddit, quae est in Divinatione [in Caecil. 1.] *Sese jam ne Deos quidem in suis urbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset.* SIG. *Ambraciensibus non superesse* Sigonius, quae lectio comparet quoque in Vet. ed. At Pall. uterque elidit negativam *non*, sensu arguto: quandoquidem Dii Ambraciensibus ex sedibus convulsi et ablati sint, restare tantum ipsis nudatos postes ac parietes adorandos. GEBH. Scripti nostri cum Geleniano: *parietes postesque nudatos, quos*

Digitized by Google

sic Q. Fulvium a Campanis accusatos. quin eadem opera T. Quinctium a Philippo rege, M.ᵒ Acilium et L. Scipionem ab Antiocho, Cn. Manlium a Gallis, ipsum M. Fulvium ab Aetolis et Cephalleniae populis accusari paterentur. Ambraciam obpugnatam et captam, et signa inde ornamentaque ablata, et cetera faeta, quae captis urbibus soleant, negaturum aut me pro M. Fulvio, aut

adorent, ad quos precentur et supplicent, Ambraciensibus superesse. Quod satis commodum videtur: quum enim Deos sublatos dixissent, si rei divinae operam dare velint, nudos parietes ac postes, quibus pro Diis preces allegent, sibi, ajunt relictos. Non opus cum Sigonio immittere negationem. Licet et genus loquendi observes, *ad quos precentur*: propter locum Tibulli lib. 2. Eleg. 2.

Dicamus bona verba, venit natalis, ad aras.

Quae verba in Scaligeri, Douzae, Passeratii, omnibusque, quas vidi, editionibus ita distincta sunt, ut ipsa natalis ad aras venisse intelligatur. Quo sensu quid ineptius? Ita autem sensit poëta: Dicamus bona verba ad aras, venit enim natalis. Cic. lib. 2. Fam. 18. *Gratulatione, quam ad omnia Deorum templa fecimus.* Livius lib. 1, [20.] *Quibus hostiis, quibus diebus, ad quae templa sacra fierent.* Manlius lib. 1, [21.]

Ad duo templa precor, duplici circumdatus aestu,
Carminis et rerum.

J. FR. GRON. *postes parietesque* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertner. Dein lectio, quam Sigonius revocabat, non modo ante Gelenium et ed. Frob. anni 1535. in omnibus erat excusis, verum exstat etiam in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Contra Gelenio favent Lovel. 3. 4. Mead. 2. et Hearnii L. 1. ac N. Et quidem pro Sigonio facere videtur Livii imitatio Ciceroniana, quam observavit etiam Muretus 19. Var. lect. 4. At altera lectio longe doctior, nequo a rudibus librariis orta videtur; quam etiam recepi, ut jam antea fecit etiam Crevier. Praeterea *quos adirent*, pro *quos adorent*, Voss. De ea locutione *Deos adire* vide N. Heins. ad Albinov. ad Liviam vers. 290. et Broukhus. ad Tibull. 1, 5, 39. Servandum tamen puto vulgatum. *ad quos precemur*, ut fere supra 28, 11. *Supplicationem ad Vestae haberi placuit.*

§. 8. *Obsoletam viam ingressos Ambracienses*] Ultima vox exsulat ab omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. [Bamb.] et edd. vett. Moguntini eam ex cod. suo addiderunt; quae etiam necessaria videtur, ne ambiguum relinquatur, utri hanc viam ingressi sint, Ambraciensesne, qui Fulvium accusarunt; an Patres, quos eorum oratio moverat.

§. 9. *Ipsum Fulvium ab Aetolis*] *ipsum M. Fulvium* habet manu exaratus codex. MOD. Quod ex cod. Mog. Modius profert, Cl. Jac. Perizonius recte probavit. Ratio enim non est, cur praenomen, reliquorum imperatorum,

Digitized by Google

11 *ipsum M. Fulvium censetis, Patres conscripti? qui ob*
has res gestas triumphum a vobis postulaturus sit; Am-
braciam captam, signaque, quae ablata criminantur, et
cetera spolia ejus urbis ante currum laturus, et fixurus
12 *in postibus suis. Nihil est, quod se ab Aetolis separent.*
13 *eadem Ambraciensium et Aetolorum causa est. Itaque*
collega meus vel in alia causa inimicitias exerceat, vel,
si in hac utique mavult, retineat Ambracienses suos in
14 *adventum M. Fulvii. Ego nec de Ambraciensibus, nec*
de Aetolis decerni quidquam, absente M. Fulvio, patiar.

quos hic memorat, nominibus additum, in solo Fulvio omitteretur. Praenomen excidit in omnibus meis codd. ob ultimam literam praecedentis vocis *ipsum*. V. ad 39 5, 11. Olim edebatur *et ipsum Fulvium*, quod in uno supereſt Lov. 5. Moguntini non tantum τὸ *et* in cod. suo deeſſe, sed et Fulvio praenomen additum fuiſſe notarunt. In priori iis Frob. anno 1535. obsecutus eſt; in altero eos deseruit. Tum *ab Aetoliae Cephaloniae populis* Lovel. 3. τὸ *et* deerat etiam in Lov. 6. et Gaertn. Paullo ante *ab Syracusanis* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. et Gaertn. Poſtea §. seq. τὸ *et captam* non adparent in Lovel. 1.

§. 11. *Qui ob has res gestas triumphum a vobis postulaturus sit*] Libri omnes *cum ob has res gestas*. GEBH. Prima vocula abeſt a Voſſ. et Lov. 1. 3. ac 6. *cum ob has res* legunt Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertner. et edd. ante Frob. anni 1535. Mox in eadem etiam *et cetera spolia* primum inveni, quum priores typis exarati, omnesque scripti noſtri, et Hearnii L. 1. ignorent voculam *et*. [*postulet* Bamb.]

Et fixurus in postibus suis] Solebant poſtes Romani spoliis hoſtium ornare. Polybius: ἔν τε ταῖς οἰκίαις κατὰ τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους τιθέασι τὰ σκῦλα. Maro 2. Aeneïd. [504.]

Barbarico postes auro spoliisque superbi.

et 7, [183.]

Multaque praeterea sacris in postibus arma,
Captivi pendent currus, curvaeque secures,
Et crista capitum, et portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clipeique, ereptaque rostra carinis.

Sed ne ea quidem aedibus abalienatis licebat emtoribus refigere aut tollere, ut Plinius [35, 2.] literis mandat. TURNEB. 14. Advers. 11. V. Tomas. de Donar. cap. 6. Harduin. ad l. laud. Plinii, et quae notavi ad Silii 1, 618. Quod hic *figere in postibus*, sine praepositione *figere postibus* dixit Virg. 3. Aen. 287. *clipeum Postibus adversis figo*. Liv. 7, 3. *Clavus fixus fuit dextro lateri aedis Jovis. ad postes figere* Horat. 1. Epiſt. 1, 4. *armis Herculis ad postem fixis*.

§. 12. *Nihil est, quod se ab Ae-*

Digitized by Google

XLIV. Quum Aemilius callidam malitiam inimici, velut omnibus notam, insimularet, et tempus eum morando extracturum diceret, ne consule inimico Romam veniret; certamine consulum biduum absumtum est. nec praesente Flaminio decerni quidquam videbatur posse. Captata occasio est, quum aeger forte Flaminius abesset; et, referente Aemilio, senatusconsultum factum est, *Ut Ambraciensibus omnes suae res redderentur: ut libertate essent, ac legibus suis uterentur: portoria, quae vellent, terra marique* 1 2 3 4

tolis separent] Livius 24, 15, 8. *Pronunciat Gracchus, nihil esse, quod de libertate sperarent.* Genus loquendi ex Cic. et aliis inluſtrat Hadrian. Card. de Serm. Lat. pag. 157.

§. 13. *Vel, si in hac utique mavult*] Rursus auctius MS. *vel si in hac utique una vult.* MOD. Olim edebatur *vel in hac utique si mavult.* Consentit Lov. 5. Aldus contra ex auctoritate cod. Mog. voculam *si* loco motam eo trajecit, ubi nunc legitur. Id firmant reliqui noſtri; qui tamen uno ore *mavult* retinent. [*utique* omittit Bamb.]

§. 1. *Velut omnibus notam, insimularet*] *notam omnibus* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, [Bamb.] et Gaertn. Tum *insinuaret* Lov. 1.

Ne consule inimico Romam veniret] Vet. lib. *rediret.* SIG. Non solum Sigonii cod. sed etiam Pall. uterque, et vet. ed. *Romam rediret.* GEBHARD. *rediret* omnes codd. noſtri, iique, quibus usus eſt Gronovius, quum primum Livium ederet [et Bamb.]. Neque aliter etiam edd. principes, pro quo Aldus ex cod. Mog. subſtituit *veniret.* Id vero ad Gronov. usque obtinuit, qui priorem lectionem reduxit. Verum Moguntina mihi prae altera placuit. Si enim *rediret* a manu Livii profectum credamus, ratio reddi nequit, cur scriba cod. Mog. ejus loco *veniret* dederit. At si *veniret* genuinum putemus, ex ejus gloſſemate *rediret* ortum erit. Eam itaque lectionem recepi. Saepe autem *venire* ponitur pro redire. Supra c. 42. *Ad magiſtratus subrogandos Romam venit.* Epit. 108. *Ut Caesar ad petitionem consulatus veniret.* Ovid. 13. Her. 101.

Quum venies, remoque move veloque carinam.

Phaedrus 4, 21, 7.

Venire in patriam voluit cursu pelagio.

Hygin. fab. 257. *Sponderet, eum tertio die venturum.* ubi v. Munker. et N. Heins. ad Nason. 1. Her. 116.

§. 3. *Captata occasio eſt*] *Capta occasio eſt* Lov. 2. 3. et Voſſ. *Capere tempus, occasionem* et similes locutiones inluſtrantur supra ad 35, 19, 2. eas tamen non ubique scriptoribus obtrudendas esse, recte monuit Cel. Dukerus

Digitized by Google

caperent, dum eorum inmunes Romani ac socii Latini
5 *nominis essent. Signa aliaque ornamenta, quae quererentur ex aedibus sacris sublata esse, de iis, quum M. Fulvius Romam revertisset, placere ad collegium pontificum*
6 *referri, et, quod ii censuissent, fieri.* Neque his contentus consul fuit, sed postea per infrequentiam adjecit senatusconsultum, *Ambraciam non videri vi ca-*
7 *ptam esse.* Supplicatio inde, ex decemvirorum decreto, pro valetudine populi fuit per triduum, quia gravis pestilentia urbem atque agros vastabat. Lati-
8 nae inde fuerunt. Quibus religionibus liberati consules, et delectu perfecto, (novis enim uterque ma-

ad Flori 3, 5, 5. et ad Livii loc. laud. Quum itaque reliqui scripti vulgatum tueantur, *capta* errantibus librariis adscribo, qui ultimam syllabam geminare neglexerunt. V. ad 10, 37, 2. *captus* pro *captatus* librarii perperam etiam dederunt cap. seq. §. 2. Mox *fortasse* Lov. 2. Deinde *senatusconsultum factum*, omisso *res est*, Lov. 3.

§. 4. *Portoria, quae vellent, terra marique caperent*] Vitiose libri omnes *portari ea, quae vellent, terra marique caperent.* GEBH. Ex hoc loco Sigonius 1. de Ant. jur. Civ. Rom. 16. colligit, cives Romanos non solum portoriorum, quae in Italia caperentur, immunes fuisse, sed etiam eorum, quae extra Italiam a sociis exigerentur. Mihi de neutris ex his verbis Livii satis liquet. DUK. *portari ea, quae vellent* etiam Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. [Bamb.] et edd. vett. Pro eo Ascens. anno 1513. *portoria, quae vellent* dedit. Moguntini *portoria ea, quae vellent.* Sed Frob. anno 1535. Ascensii lectionem probavit. Paullo ante *suae res omnes redderentur* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. *suae res omnes restituerentur* Lov. 6. *omnes res suae redderentur* Gaertn. In sequentibus *socii nominis Latini* Lovel. 4. et Mead. ambo [et Bamb.].

§. 5. *Signa aliaque ornamenta, quae quererentur* etc. *sublata esse, de iis*, etc. *ad collegium pontificum referri*] Hoc dictum pro *Quae signa aliaque ornamenta quererentur.* Ita apud Caesar. 1. B. Civ. 41: *Pons qui fuerat tempestate interruptus, neque erat refectus, hunc noctu perfici jussit.* Ad quem locum eam locutionem ad ἀνακόλουθον refert Davis. Sed v. quae ibid. notavit Clarke. [*querentur* Bamb.]

§. 6. *Postea per infrequentiam adjecit senatusconsulto*] In edd. antt. partim exstat *adjecit senatusconsultum*, partim *adjecit SC.* usque ad Gruter. cujus postrema dedit *adjecit senatusconsulto.* Similiter etiam variasse videntur Msti. Partim enim ex iis nihil notatur, partim Lovel. 2. 4. 6.

Digitized by Google

luit uti militibus) in provinciam profecti sunt: veteresque omnes dimiserunt. Post consulum profectionem Cn. Manlius proconsul Romam venit, cui quum ab Ser. Sulpicio praetore senatus ad aedem Bellonae datus esset, et ipse, commemoratis rebus ab se gestis, postulasset, ut ob eas Diis inmortalibus honos haberetur, sibique triumphanti urbem invehi liceret; contradixerunt pars major decem legatorum, qui cum eo fuerant, et ante alios L. Furius Purpureo, et L. Aemilius Paullus.

XLV. *Legatos sese Cn. Manlio datos pacis cum Antiocho faciendae causſa, foederisque et legum, quae cum*

Harl. et Mead. 1. legunt *adjecit senatusconsultum*, quod unice verum est. Infra 39, 4, 8. *Quid ab eo quemquam posse aequi exspectare? qui per infrequentiam furtim senatusconsultum ad aerarium detulerit.* Mox *non videri Ambraciam vi captam esse* Voss. et Gaertn. *to esse* deest in Lov. 3. Insuper §. seq. *per triduum fuit* Lov. 2. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo.

§. 7. *Latinae inde fuerunt*] *Latinae indictae fuerunt* Lov. 6. *Latinae inde feriae fuerunt* Voss. Ita 21, 63, 5. *Auspiciis ementiendis Latinarumque feriarum mora retenturos se.* At simpliciter *Latinae* dixit Liv. 5, 17, 2. c. 19, 1. et 25, 12, 1. Quum igitur reliqui codd. vocem *feriae* omittant, eam in uno ex glossa interpretis additam verius videtur. Alias voces, quas Livius subintelligi malebat, a librariis adjectas fuisse, supra vidimus ad 37, 18, 1.

§. 8. *Novis enim uterque maluit uti militibus*] *uterque enim uti maluit novis militibus* Voss. et Gaertner. *uterque uti maluit novis militibus* Lov. 1. et 6. Mox *veteres omnes dimiserunt* Lov. 6. qui etiam §. seq. praefert *cui quum absenti supplicatione praeteris senatus* etc.

§. 10. *Et ipse commemoratis rebus*] Vocem *ipse* nescit Voss. Mox *honores haberentur* Lov. 3. Deinde *et sibi triumphanti* Lovel. 6. Hinc §. proximo *qui cum eo fuerunt* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6.

§. 1. *Pacis cum Antiocho faciendae causſa, foederisque et legum*, etc. *perficiendarum*] Non fuerunt isti legati de legibus aliis perficiendis, quam quibus foedus fieret. Itaque peregrinum sapit copulativa, ac potius scribetur ex membrana Thuan. *foederisque legum.* 24, 29. *Aut eximendum id de foedere esse, aut legem eam foederis non accipiendam.* 23, 10. *Quum negaret, lege foederis id cogi posse.* JAC. GRON. Copulam ignorant itidem Voss. Lov. 1. 6. [Bamb.] et Gaertn. Ita Virg. 11. Aen. 321. *foederis aequas Dicamus leges.* et 12. Aen. 190.

— — *paribus se legibus ambae*
Invictae gentes aeterna in foedera mittant.

Digitized by Google

2 *L. Scipione inchoatae fuissent, perficiendarum. Cn. Manlium summa ope tetendisse, ut eam pacem turbaret, et Antiochum, si sui potestatem fecisset, insidiis exciperet: sed illum, cognita fraude consulis, quum saepe conloquiis petitis captatus esset, non congressum modo, sed conspe-*
3 *ctum etiam ejus vitasse. Cupientem transire Taurum aegre omnium legatorum precibus, ne carminibus Sibyllae praedictam superantibus terminos fatales cladem experiri vellet, retentum. admovisse tamen exercitum, et pro-*
4 *pe ipsis jugis ad divortia aquarum castra posuisse. Quum*

Nec tamen alterum facile spernendum, praesertim reliquis Mstis copulativam defendentibus. Liv. 28, 34, 7. *Cum quo nec foedere, nec aequis legibus jungeretur amicitia.* Voces *cum Antiocho* desunt in Lov. 1. Tum *perficiendarum ajebant* Lovel. 6. Sed v. ad 23, 45, 6. Praeterea *cum Scipione*, neglecto praenomine, Mead. 2.

§. 2. *Summa ope tetendisse*] Duo priora vocabula exsulant ab Harl. sed sine dubio scribae neglegentia. Supersunt enim in reliquis, et saepissime apud Livium obcurrunt. V. ad 8, 16, 4. Adde Cort. ad Sall. Catil. 38, 2. Dein *contendisse* Gaertn. Male. V. ad 28, 18, 4.

Quum saepe conloquiis petitis captatus esset] *peti coeptus esset* Lov. 5. et ed. Camp. *petitis captus esset* Voss. Lov. 2. 3. 6. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd vett. pro quo Ascens. anno 1513. *captatus* recte reposuit. V. ad cap. praec. §. 3. Mox *conspectum ejus etiam vitasse* Lov. 2. 3. et 6. Sed *τὸ etiam* nescit Voss. V. ad cap. 32, 4.

§. 3. *Admovisse tamen exercitum*] Pall. uterque *admosse tamen exercitum.* GEBH. Scriptus *admosse.* Ut lib. praec. [cap. 53, 25.] *Ultra Tauri juga Antiochum emotis.* J. FR. GRON. Similiter Voss. Lov. 4. Mead. 2. [Bamb.] et Gaertner. Livium similes contractiones amasse, vidimus ad 6, 18, 10. Praeterea *inde*, pro *tamen*, Harl. Sed v. ad 5, 18, 8.

Prope ipsis jugis ad divortia aquarum castra posuisse] *Divortia aquarum* juga sunt, unde in diversa aquae et coelestes et perennes divertunt. Lucanus 2, [403.]

Fontibus hic vastis immensos concipit amnes,
Fluminaque in gemini spargit divortia ponti.

TURNEB. 14. Advers. 11. Adde Manut. ad Cic. 5. ad Att. 20. Cerd. ad Virgil. 9. Aen. 379. et Oudend. ad Lucan. 2, 404. DUK. Prima vox non adparet in Voss. quam librarii pro lubitu vel addere, vel detrahere soliti fuere, ut notavimus ad 6, 27, 11. Alia exempla v. 23, 15, 8. 32, 10, 11. et c. 21, 27. Joh. Clericus legendum conjicit *divergia*, quia vox propria est in finibus constituendis, ut exempla in glossis Agrimensoriis Nic. Rigaltii docent. Ansam ita conjiciendi arripuisse videtur ex notis Manutii ad Cic. 2. ad fam. 10. quem locum Ciceronis

Digitized by Google

nullam ibi cauſſam belli inveniret, quiescentibus regiis, circumegiſſe exercitum ad Gallograecos: cui nationi non 5
ex senatus auctoritate, non populi juſſu, bellum inlatum. quod quem umquam de sua sententia facere ausum? Antiochi, Philippi, Hannibalis et Poenorum recentissima bella eſſe. de omnibus his consultum senatum, populum 6
jussiſſe. saepe legatos ante missos, res repetitas, poſtremo, qui bellum indicerent, miſſos. Quid eorum, Cn. Manli, factum eſt, ut iſtud publicum populi Romani bellum, 7
et non tuum privatum latrocinium ducamus? At eo ipso 8

hic laudat, ubi, quum Manut. docuiſſet, *divortia aquarum* dici locum vel partem illam montium, unde aquae pluviae, duas in partes divisae, incipiunt defluere, aliisque exemplis Cic. Curtii, et hoc Livii inluſtraſſet, addit, Flaccum Siculum in libro de Limit. eodem sensu *divergia aquarum* dixiſſe. Sed ipsa exempla, quae Manutius laudat, virum Clariſſ. permovere debuissent, ut manum cohiberet, nec invito Livio genus loquendi usitatiſſimum aevo, quo vixit, eriperet, subſtituto alio, quod diu poſtea demum invaluit. Aliquid feciſſet, si vel Livium, vel alios ejusdem aetatis scriptores voce *divergia* usos eſſe probaſſet. Verum ne sic quidem a codicum lectione discedendum erat. Similiter Himerae fluvii Siciliae, qui, ex Nebrode monte ortus, partim in mare Africum, partim in Tyrrhenum effluit, *divortia* memorat Silius, perpetuus Livii imitator, 14, 353.

— — *qua mergitur Himera ponto*
Aeolio. nam dividuas se scindit in oras;
Nec minus occasus petit incita, quam petit ortus.
Nebrodes gemini nutrit divortia fontis.

Similiter *divortia itinerum* Liv. 44, 2. *In id tempus, quo prope divortium itinerum castra posituri erant, deliberatio ejus rei differtur.*

§. 4. *Quum nullam ibi cauſſam belli inveniret*] Pal. pr. *Cum ibi nullam esse belli caussam inveniret.* GEBH. *Quum ibi nullam caussam belli inveniret* Voſſ. et Gaertner. *Quum ibi nullam belli caussam inveniret* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *Quum nullam cauſſam belli ibi inveniret* Lov. 3. Mox *ad Gallos* Harl. Tum §. seq. *non ex populi jussu* Lovel. 5. et edd. vett. Praepositionem omisit Frob. anno 1535. Eadem autem exsulat etiam a reliquis scriptis, nisi quod *non in populi jussu* praeferat Lov. 3. [*facere* omittit Bamb.]

§. 6. *Consultum senatum, populumque jussisse*] Particula *que* vacat ex vet. lib. Sensus eſt: Bella superiora omnia auctoritate Patrum, juſſu populi eſſe suscepta, neque ea ante a populo juſſa eſſe, quam Patres auctores sint facti. SIG. Eadem particula abeſt a plerisque scriptis et edd. Soli enim eam exhibent Voſſ. et Gaertn. Prima autem ed. quae recepit, eſt Aldina. Mox voces *res repetitas, poſtremo, qui bel-*

Digitized by Google

contentus fuisti; recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes desumseras: an et per omnes amfractus
9 *viarum, quum ad bivia consisteres, ut, quo flexisset agmen Attalus Eumenis frater, eo consul mercenarius cum exercitu Romano sequereris, Pisidiae, Lycaoniaeque, et Phrygiae recessus omnes atque angulos peragrasti, stipem a tyrannis castellanisque deviis colligens?*
10 *Quid enim tibi cum Oroandis? quid cum aliis aeque innoxiis populis? Bellum autem ipsum, cujus nomine triumphum petis, quo modo gessisti? Loco aequo, tempore tuo pugnasti? Tu vero recte, ut Diis inmortalibus ho-*

tum indicarent, *missos* desunt in Harl. ignavia scribae ob repetitam vocem *missos*. V. ad 9, 11, 11. [*populum siusse* Bamb. *missos* post *ante* omittit idem.]

§. 7. *Et non tuum privatum latrocinium dicamus*] MS. *et non tuum privatum latrocinium ducamus*. Rectius meo judicio. nihil tamen hic, ut in aliis quoque, mutare volui, de iis lectorem admonuisse contentus. MOD. Legendum quum ex Modii cod. tum ex Pall. utroque *latrocinium ducamus*. GEBH. *ducamus* admittendum censui. Nam cod. Moguntino consentiunt Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad cap. 43, 1. [*dicamus* Bamb.]

§. 8. *Quos tibi hostes desumseras*] Pall. uterque *assumseras*. Vet. ed. *quos tibi assumseras*. GEBH. *quos tibi asumserat* Voss. *quos ubi hostes asumseras* Harl. *quos tibi assumseras* Lovel. 1. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *quos tibi hostes assumseras* Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. [Bamb.] et editi prioribus proximi. Aldus deinde *desumseras* ex cod. Mog. probavit; cui Mead. 1. concinere videtur. Supra 4, 55. *Duo singuli singulos sibi consules adservandos assidua opera desumunt*. 7, 20. *Florentemque populum Romanum ac felicissimum bello sibi desumerent hostem*. Paullo ante *An in eo ipso* Harl. *An eo ipso* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. 6. Gaertn. Mead. 1. in margine, et edd. vett. *Ad eo ipso* Mead. 2. *Ad eo ipso* Mead. 1. Nimirum verum est *At eo ipso*, quod Froben. anno 1535. recepit.

An et per omnes amfractus viarum, quum via consisteres] Scribo *quum ad bivia consisteres*. GEL. *quum via consisteres* omnes nostri, et Hearnii L. 1. perperam praeferunt. Dein *an per omnes* omnes iterum scripti nostri, [et Bamb.] et editi ante Sigonium, qui voculam *et* addidit. Mox §. seq. *stipendia a tyrannis* Lov. 3. *stipem ab tyrannis* Lovel. 1. 2. 4. 6. Voss. et Gaertn. [*avia* pro *ad bivia* Bamb.]

§. 10. *Quid enim tibi cum Oenoandis*] Ita Gronov. edidit. *cum Orandis* Voss. Lov. 1. 2. et Mead. 1. *cum Horandis* Lov. 6. *cum Ororandis* Gaertn. *cum Oroandis* reliqui scripti, et editi ante Gro-

Digitized by Google

nos habeatur, postulas: primum, quod pro temeritate im- 11
peratoris, nullo jure gentium bellum inferentis, poenas luere exercitum noluerunt: deinde, quod belluas, non hostes, nobis objecerunt.

XLVI. *Nolite nomen tantum existimare mixtum es-* 1
se Gallograecorum. multo ante et corpora et animi mixti ac vitiati sunt. An, si illi Galli essent, cum quibus 2
millies vario eventu in Italia pugnatum est, quantum in imperatore nostro fuit, nuncius illinc rediisset? Bis cum 3
iis pugnatum est, bis loco iniquo subiit, in valle inferiore pedibus pene hostium aciem subjecit. ut non tela ex su-

nov. quod iterum adoptavi. V. hoc lib. ad c. 37, 11.

Loco aequo, tempore tuo pugnasti] Pall. *pugnantis*. Vet. ed. *tempore tuo pugnans*. GEBH. *tempore tuto* Lov. 2. et 6. Interdum librarios haec vocabula commutasse, vidimus ad 9, 39, 11. Adde ad 22, 39, 21. Nihil muto. V. ad 2, 23, 5. Praeterea *pugnandi* Lov. 1. 6. et Voss. *pugnantis* Mead. ambo, Lov. 4. et Lov. 3. inter versus. *pugnans* Lov. 2. 3. 5. Harl. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Aldus ex Mog. cod. dedit *pugnasti*.

§. 11. *Nullo jure gentium bellum inferentis, poenas luere exercitum noluerunt*] Pall. uterque *nullo gentium jure bellum inferentis poenas luere exercitum non siverunt*. Vet. ed. *poenas luere exercitum non sciverunt*. GEBH. *nullo gentium jure* Lov. 2. 4. Harl. [Bamb.] et Mead. ambo. Dein *poenas luere exercitum non siverunt* Lov. 4. 5. et Mead. 2. Voces *poenas luere exercitum* desunt in Lovel. 1. at *tà non hostes* in Lov. 4.

§. 1. *Nolito nomen tantum existimare mixtum esse Gallograecorum*] Haec lectio ad auctorem Gruterum referenda est, qui ita in postrema ed. vulgavit, quasi dicendo *Nolito* L. Furius et L. Aemilius solum Cn. Manlium adloquerentur. Verum non tantum edd. priores, sed etiam plerique codd. nostri, et Hearnii L. 1. praeferunt *Nolite*, ut ita adloquantur senatum. Neque aliter legendum, ostendunt, quae sequuntur, *imperatore nostro, subiit, subjecit*, et similia. *Nolite* igitur recte a Crevier. revocatum puto.

Et corpore et animo mixti ac mutati sunt] Scribo *et corpora et animi misti ac vitiati sunt*. GEL. Vetus editio *et corpore et animo misti ac mutati sunt*. MOD. Pall. et vet. ed. *et corpore et animo misti ac mutati sunt*. GEBH. Similiter omnes nostri codd. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Frob. qui anno 1535. Gelenii emendationem recepit. Gelenium vero cod. Mog. lectionem probasse, excerpta ejus probant. Mox §. seq. *in imperatore vestro* Lovel. 1. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad 34, 2, 2.

§. 3. *Ut, si non tela ex superio-*

Digitized by Google

periore loco mitterent, sed corpora sua nuda injicerent,
4 *obruere nos potuerunt. Quid igitur incidit? Magna fortuna populi Romani est, magnum et terribile nomen. Recenti ruina Hannibalis, Philippi, Antiochi, prope adtoniti erant, tantae corporum moles. Fundis sagittisque*
5 *in fugam consternati sunt: gladius in acie cruentatus non est Gallico bello: velut avium examina, ad crepitum*
6 *primum missilium avolavere. At, Hercule, nos iidem,*

re loco mitterent, sed corpora sua nuda injicerent, obruere nos potuerint] Ita primus Frob. anno 1535. edidit. Antea vulgabatur, *ut non tela ex superiore loco mitterent, sed si corpora sua nuda injicerent, obruere nos potuerunt.* quod in uno vel altero codd. meorum supereſt. Legendum puto *subjecit. ut non tela ex superiore loco mitterent, sed corpora sua nuda injicerent, obruere nos potuerunt.* quod praefert cod. Mog. et multi meorum, nisi quod unus eorum *potuere*, alter *poterant*, legant. *ut* hic ponitur pro quamvis. V. ad 22, 25, 2. ubi olim ante Gronov. similiter peccabatur, et ad 23, 27, 12. Eodem modo *ut jam*, pro licet jam, inluſtrant Nic. Heins. ad Nason. 1. ex Pont. Ep. 7, 51. et Celeberr. Burm. ad Epigr. Ovidii, libris ejus Amor. praemiſſum. Poſſet et lectio, quae ante Frobenium vulgo obtinebat, probari, et credi, Livium, quod priori membro *ut* dixerat, poſteriori per *si* variandae orationis cauſſa extuliſſe. Alterum tamen ob integerrimi codicis auctoritatem recepi.

§. 4. *Prope adtonitae erant, tantae corporum moles*] Quam multa bene, tam hoc male receptum eſt ex Moguntino. Scripti et prius editi impendio elegantius: *prope attoniti erant; tantae corporum moles: fundis sagittisque in fugam conſternati sunt.* Intelligendum enim, quasi per epexegesin dictum eſſet: Galli, tantae corporum moles, attoniti, conſternati. Ut in illis *auxilia irati*, et *illa furia adsecutus eſt*. V. ad 29, 12. J. FR. GRON. An magnae moles corporum efficere potuerint, ne attoniti redderentur cladibus eorum, quorum vires suis longe superiores eſſe norant, aliis considerandum relinquo. Si verba ita diſtinguantur, *prope attoniti erant. Tantae corporum moles fundis sagittisque in fugam conſternati sunt*, sensus non ineptus erit, nihil minus exspectari potuiſſe, quam ut tantae corporum moles tam facile ab levi armatura in fugam conſternarentur. DUKER. Non tantum *attonitae* primi ediderunt Moguntini, sed etiam *conſternatae*, pro *conſternati*, ex cod. suo receperunt. *attonitae* etiam supereſt in Lovel. 2. 3. et Harl. *conſternatae* in Lov. 4. et Mead. 2. Quamvis Moguntina lectio non displicebat, non tamen receptam mutare suſtinui; quia pronius librariis fuiſſe videtur, ut *attoniti* et *conſternati* propter additum *tantae corporum moles* in *attonitae* et *conſternatae*, quam contra, mutarent. Ideo vero Furius et Aemilius fortunae populi Romani et magno ac terribili ejus nomini adscribunt, quod Galli ruina Hannibalis, Philippi, Antiochi prope adtoniti

Digitized by Google

(admonente fortuna, quid, si hostem habuissemus, casurum fuisset) quum redeuntes in latrunculos Thracas incidissemus, caesi, fugati, exuti inpedimentis sumus. Q. 7
Minucius Thermus, in quo haud paullo plus damni factum est, quam si Cn. Manlius, cujus temeritate ea clades inciderat, periisset, cum multis viris fortibus cecidit: exercitus, spolia regis Antiochi referens, trifariam dis- 8
sipatus, alibi primum, alibi postremum agmen, alibi in-

fuerint, quia ceteroqui inde tantopere perterriti esse non debuissent, quibus Syriae reges stipendium dare non abnuebant, quique, licet, cum Attalo congressi, proelio superati forent, non tamen inde adeo animis infracti sunt, ut imperio absisterent; ut supra Livius narravit cap. 16. Ceterum eodem modo, quo Dukerus, etiam Crevicrius verba haec distinguenda censuit. Paullo ante *τὸ est* non adparet in Lov. 6. et Harl. Dein *Philippi et Antiochi* perperam legit Gaertn. V. ad 35, 44, 5.

§. 5. *Velut avium examina, ad crepitum primum missilium avolavere*] Vet. lib. *velut apium examina*, ut 4, [33, 4.] *Fumone victi, velut examen apum, inermi cedetis hosti.* SIG. Reduxi lectionem, quae in edd. priscis et Pall. Substituerat nobis Sigonius *apium*, minus recte. Nam aves utique reliquae potius avolant crepitu excitato, quam apes. Nec pro eo facit locus lib. 4. Apum enim proprium fumo pelli, non etiam volucrum caeterorum. GRUT. *apum examina* soli praeferunt Lov. 6. Harl. et Crevierii Victor. Reliqui constanter *avium*: quod recte Gruterus contra Sigonium vindicavit. Proprie enim apes fumo fugantur. Loco Livii, quem ipse Sigonius laudavit, adde Quinct. Decl. 13, 13. *Hoc*, nempe quod apes floribus tuis insident, *veneno vindicas, quod, mehercle, inhumane etiam fumo prohibuisses?* Vide Nic. Heins. ad Ovid. Rem. Amor. 185. Quin contra, apes jam fugientes crepitu quidem terrentur, at simul etiam a fuga desistunt, ac considerent. V. Virgil. 4. Georg. 58. et seq. Varron. 3. de Re rust. 16. et Colum. 9, 12. Et quidem proprie *examina* dicuntur apium, eadem tamen vox etiam de aliis adhibetur. *concharum examina* dixit Plin. 9. Hist. Nat. 35. et *piscium examina* 31, 1. *Locustarum examina* Liv. 42, 10, 7. *Locustarum tantae nubes a mari vento repente in Apuliam inlatae sunt, ut examinibus suis agros late operirent.* Quin etiam, ut hic *avium examina*, ita *graculorum examina* Plin. 10. H. N. 29. *Inmensa aliquot finitimo Insubrium tractu examina graculorum.* Paullo ante *Claudius*, pro *gladius*, aliud agentes dederunt scribae Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 1. in ultimi tamen margine adscriptum fuerat *gladius*.

§. 6. *At, Hercule, nos iidem, (admonente fortuna)* Pall. *monente fortuna.* GEBH. Scripti *monente.* J. FR. GRON. *inde nos* Voss. et Lov. 1. ac 6. *idem nos* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et editi ante Aldum. Deinde *monente fortuna* Hearnii L. 1. N. et

Digitized by Google

pedimenta, inter vepres in latebris ferarum noctem unam
9 *delituit. Pro his triumphus petitur? Si nihil in Thracia cladis ignominiaeque foret acceptum, de quibus hostibus triumphum peteres? de iis, ut opinor, quos tibi hos-*
10 *tes senatus aut populus Romanus dedisset. Sic huic L. Scipioni, sic illi M.^ Acilio, de rege Antiocho, sic paullo ante T. Quinctio de rege Philippo, sic P. Africano de*
11 *Hannibale, et Poenis, et Syphace, triumphus datus. et minima illa, quum jam senatus censuisset bellum, quaesita tamen sunt, quibus nunciandum esset: ipsis utique regibus nunciaretur; an satis esset, ad praesidium aliquod*
12 *nunciari? Vultis ergo haec omnia pollui et confundi? tolli fecialia jura? nullos esse feciales? fiat (pace Deûm dixerim) jactura religionis: oblivio Deorum capiat pecto-*

ra

omnes noſtri, nisi quod *moventa fortuna* sit in Lov. 1. *monet fortuna* in Lov. 2.

§. 8. *Spolia regis Antiochi referens*] *ferens* Lov. 3. V. ad Epit. Liv. 4. Paullo ante §. praec. *τὸ est* non adparuit in Voſſ. Praeterea §. seq. *senatus populusque Romanus* legit Lov. 2.

§. 11. *Quum jam senatus censuisset bella*] Scribo *censuisset bellum.* et mox *nunciaretur* singulariter. GELEN. *censuisset bella* omnes noſtri: qui tamen mox et *nunciandum esset*, et *nunciaretur* servantes, nisi quod Lov. 5. *nunciarentur*, ut erat ante Gelenium, exhibeat, emendationi Gelenii non obscure favent. *bella* male etiam Hearnii L. 1.

An satis esset, ad praesidium aliquod nunciari] *nunciare* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed v. ad 36, 3, 7.

§. 12. *Vultis ergo haec omnia pollui*] Thuan. *Velitis ergo*, quod non videtur temere faſtidiendum. 5, 53, 7. *Velitisne illos Romanos, vos Vejentes esse? an malitis hanc solitudinem vestram, quam urbem hostium esse? non equidem video, quid magis nefas sit.* 24, 8, 1. *Studiis, quae in campum ad mandandos, quibus velitis, honores affertis.* 31, 29, 8. *Sicut vos Naupacti legibus vestris per magistratus a vobis creatos concilium habetis, socium hostemque libere, quem velitis, habituri.* JAC. GRON. Eadem lectio apud me exſtat in Lov. 3. apud Hearnium autem in L. 1. Mox *religionis juctura* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

Oblivio Deorum capiat pectora vestra] Vet. lib. *nostra.* SIG. Pariter Lov. 3. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1.

§. 13. *Non placet? non ad populum ferri*] *non placeat* Lov. 3.

Digitized by Google

ra vestra, Num senatum quoque de bello consuli non placet? non ad populum ferri, velint, jubeantne cum Gallis bellum geri? Modo certe consules Graeciam atque Asiam volebant. tamen perseverantibus vobis, Ligures provinciam decernere, dicto audientes fuerunt. Merito ergo a vobis, prospere bello gesto, triumphum petent, quibus auctoribus gesserunt.

XLVII. Talis oratio Furii et Aemilii fuit. Manlium in hunc maxime modum respondisse accepimus. *Tribuni plebis antea solebant triumphum postulantibus adversari, Patres conscripti. Quibus ego gratiam habeo, quod seu mihi, seu magnitudini rerum gestarum, hoc dederunt, ut non solum silentio comprobarent honorem meum, sed referre etiam, si opus esset, viderentur parati esse. Ex decem legatis, si Diis placet, quod con-*

Harl. et Mead. 1. Dein *non adferri*, vel *non afferri* omnes nostri: quae lectio inde nata videtur, quod vox *populum* per literam *p* notata sit a librariis; quam ob eausam facile excidere potuit. Quum tamen, quod ita restabat, *adferri* commodum sensum non redderet, primi editores ei substituerunt *non referri*; pro quo tandem Aldus ex cod. Mog. *non ad populum ferri* probavit.

§. 14. *Dicto audientes fuerunt*] *dicto obedientes* Voss. Lov. 1. 5. 6. et priscae edd. Sed Aldus iterum ex cod. Mog. *audientes* restituit. Locutio *dicto alicui audiens esse* inlustratur supra 29, 20, 11. Ex ejus autem expositione marginali altera lectio nata est. Eodem errore infecti erant quidam codd. supra 8, 32, 3. Mox §. seq. *Merito igitur* Gaertn. V. ad 21, 40, 6. Tum *prospero bello gesto* Voss. *prospere gesto bello* Lov. 2. et Harl. Tandem *gesserint* Lovel. 6.

§. 1. *In hunc maxime modum respondisse accepimus*] Unitatis numero Pall. uterque *accepi*. GEBH. Similiter Voss. Lovel. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Utroque modo, vel unitatis vel plurium numero, Livium efferre solitum fuisse, probant, quae notantur ad 3, 69, 8. et 4, 41, 7. Paullo ante *fuit* deerat in Voss.

§. 2. *Si opus esse videretur, parati essent*] Antiqua lectio *si opus esset, viderentur parati esse*. GEL. Pall. et vet. ed. ingerunt lectionem a Gelenio emotam. GEBH. Eamdem ingerunt omnes nostri, et Hearnii L. 1. At sequor Gelenium, qui per antiquam lectionem indicasse videtur, quam in cod. Mog. invenit. In praecedentibus *dederint* legit Mead. 1.

§. 3. *Quod concilium dispensan-*

Digitized by Google

filium dispensandae cohonestandaeque victoriae imperato-
4 *ribus majores dederunt nostri, adversarios habeo. L. Furius, L. Aemilius currum triumphalem me conscendere prohibent, coronam insignem capiti detrahunt; quos ego, si tribuni me triumphare prohiberent, testes citaturus fui*
5 *rerum a me gestarum. Nullius equidem invideo honori, Patres conscripti. Vos tribunos plebei nuper, viros fortes ac strenuos, inpedientes Q. Fabii Labeonis triumphum, auctoritate vestra deterruistis. triumphavit, quem non bellum injustum gessisse, sed hostem omnino non vidisse,*
6 *inimici jactabant. Ego, qui cum centum millibus ferocissimorum hostium signis conlatis toties pugnavi, qui plus*

dae cohonestandaeque victoriae] Ita Modius primus edidit. Omnes priores *consilium*; quod firmant Voss. Lov. sex, et Gaertn. Et recte. Decem enim legatos imperatoris *consilium*, non *concilium*, dictos esse, docuit Gronov. ad 44, 2, 5. Ita igitur edi jussi. Nec aliter edidit Crevier. Eamdem lectionem reponendam esse, etiam Dukerus vidit. Insuper *quos consilium* Lov. 3. in contextu, qui *quod* in margine adscriptum ostentavit. Et ita omnes. V. ad 32, 30, 6. Deinde *honestandae* Voss. Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Supra 26, 5. *Ingens corpus erat, et arma honestabant.* Sed *cohonestare* nostro restituit Gronov. ex fide codicis integerrimi, 25, 16, 17. *Hortaturque, ut, quod unum reliquum fecerit fortuna, id cohonestent virtute.*

§. 4. *L. Furius, L. Aemilius*] *et L. Aemilius*, addita copulativa, omnes codd. mei, Hearnii L. 1. et edd. vett. Eam primi expunxerunt Moguntini: utrum tamen cod. sui fide fecerint, non indicarunt. Mox *si tribuni triumphare me prohiberent* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. *si tribuni pleb. triumphare me prohiberent* Gaertn. et id voluit librarius Voss. qui tamen *plus*, pro *pleb.* scripsit, quo eodem errore lapsus est supra §. 1. *Tribuni plus antea*, pro *Tribuni plebis*, scribens.

§. 5. *Nullius equidem invideo sonori*] Adde *P. C.* GELEN. Voces *Patres conscripti*, quas Gelenius addendas monuit, desunt in omnibus meis, et Hearnii L. 1.

Inpedientes Q. Fabii Labeonis triumphum, auctoritate vestra deterruistis] De triumpho Fabii v. ad 37, 47. De intercessione tribunorum plebis nihil memorat ibid. cap. 60. Nec tamen obscure significat, se non minus, quam inimicos Fabii, credidisse, ab eo hostem omnino non visum. Sed tribuit, opinor, Manlio sermonem, quem personae et causae illius convenire putabat. DUK. *deterruistis auctoritate vestra* Gaertn. *decreveritis auctoritate vestra* Voss. Lov. 1. 3. et 6. *decreveritis* etiam

Digitized by Google

quadraginta millia hominum cepi aut occidi, qui bina castra eorum expugnavi, qui citra juga Tauri omnia pacatiora, quam terra Italia est, reliqui, non triumpho modo fraudor; sed causſam apud vos, Patres conscripti, accusantibus meis ipse legatis, dico. Duplex eorum, ut animadvertiſtis, Patres conscripti, accusatio fuit. nam, nec gerendum mihi fuiſſe bellum cum Gallis, et geſtum temere atque inprudenter, dixerunt. non erant Galli hoſtes, sed tu eos pacatos imperata facientes violaſti. Non sum poſtulaturus a vobis, Patres conscripti, ut, quae communiter de inmanitate gentis Gallorum, de infeſtiſſimo odio in nomen Romanum scitis, ea de illis quoque, qui

7 8 9

Harl. Mox *omni modo non vidiſſe* Lov. 6. Tum *jactitabant* Gaertn.

§. 6. *Cum centum millibus ferociſſimorum hoſtium*] *ferociſſimorum hominum* Harl. Sed v. ad 24, 40, 14. Mox *cepi aut cecidi* Lov. 1. a. et Harl. V. ad 36, 30, 6. Dein *quam terra Italiae eſt* Lov. 3. Sed v. ad 25, 7, 4.

§. 7. *Accusantibus meis ipse legatis, dico*] Vet. lib. *accusantibus me his legatis*, quod probo. neque enim legatos decem, ad conſtituendam provinciam miſſos a senatu, imperator suos legatos appellaverit. SIG. Pall. uterque, *accusantibus me his ipse legatis dico.* Vet. ed. *accusantibus hisce legatis dico.* GEBH. *accusantibus me meis legatis* Lov. 3. *accusantibus me his*, vel *iis*, vel *is*, *ipsis legatis* Voſſ. Lov. 1. 6. et Gaertn. *accusantibus me his legatis* Lov. 2. *accusantibus me his ipse legatis* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *accusantibus hisce legatis* Lov. 5. et ed. Camp. *acusantibus legatis* edd. reliquae ante Aldum, qui ex cod. Mog. adoptavit, quod nunc vulgo circumfertur.

§. 8. *Et geſtum temere atque inprudenter*] *sed geſtum temere* Lov. 6. V. ad 40, 58, 1. Videri poſſet prima litera τοῦ *sed*, vel *set*, adhaesiſſe ex ultima vocis praecedentis: verum ibi alio ordine *cum Gallis bellum* exhibet idem cod. Deinde *et imprudenter* Harl. *atque impudenter* Voſſ. et Lovel. sex, errore scribarum. V. ad 39, 28, 11.

§. 9. *Ea de illis quoque, qui Asiam incolunt, exiſtimetis Gallis. Remota universae* etc.] Vet. lib. *ea de illis quoque, qui Asiam incolunt, exiſtimetis. Gallos, remota universae gentis infamia atque invidia, per se ipsos aeſtimate.* SIG. Libri omnes, *de illis quoque, qui has terras incolunt, exiſtimetis Gallis. Remota universae gentis infamia.* GEBH. Non poteſt non suspecta eſſe vox *Gallos* locum accuratius consideranti. Non enim communiter quoscunque illius gentis populos, sed illos proprie, qui Asiam incolebant, aeſtimare jubet senatum, ut patet ex praecedentibus. Nisi igitur excludenda eſt plane, repone,

Digitized by Google

10 *Asiam incolunt, existimetis Gallis. Remota universae gentis infamia atque invidia, per se ipsos aestimate. Utinam rex Eumenes, utinam Asiae civitates omnes adessent, et illos potius querentes, quam me accusantem, audire-*
11 *tis! Mittite, agedum, legatos circa omnes Asiae urbes, et quaerite, utra graviori servitute, Antiocho ultra Tauri juga emoto, an Gallis subactis, liberati sint?*
12 *quoties agri eorum vastati sint, quoties praedae abactae,*

ut a Moguntinis editum: *ea de illis quoque, qui terras has incolunt, existimetis Gallis. Remota universae gentis infamia atque invidia per se ipsos aestimate.* JAC. PERIZ. Edd. principes exhibent *qui terras has incolunt*, neque aliter est in omnibus scriptis nostris, et Hearnii L. 1. nisi quod *has terras* praeferant Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Aldus deinde *qui Asiam incolunt* ex cod. Mog. adscivit, quod editores servarunt usque ad Gronov. Is autem in pr. ed. notarum, *Asiam* glossema esse contendens, *terras has* ex vett. edd. reposuit, praesertim quum scripti etiam *has terras* praeferrent. Nihilominus lectionem Moguntinam praestare puto, quia nihil praecessit, unde colligatur, quae regio per *terras has* intelligenda sit. Quod enim antea dixit *citra juga Tauri omnia pacatiora, quam terra Italia est, reliqui*, hinc remotius est, quam ut commode eo referri possit. Quin etiam Gronovius, emendationem hanc in repetitis curis omittens, tacite cod. Mog. praestantiam agnovisse, et alterius lectionis patrocinium deseruisse videtur, licet tamen eam in contextu retinuerit: ex quo nunc iterum ejeci. Insuper, licet Sigonio, interpunctionem mutanti, et *Gallos* emendanti, faveant Voss. Lov. 1. 6. Harl. et Gaertn. priorem tamen lectionem, quam Perizon. probavit, et reliqui codd. tuentur, revocavi. Mox *extimate* Lov. 1. 3. 4. 6. *existimate* Lov. 2. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Verum ea vox modo praecessit. Accedo igitur ceteris Mstis, qui vulgatum servant. V. ad 34, 2, 5.

§. 10. *Quam me accusantem, audiretis*] *quam me accusantes* Voss. Lov. 4. 6. et Harl. Ita *accusantes* intelligendum erit de Furio et Aemilio ex decem legatis, qui Manlium accusabant. Sed probo vulgatum *accusantem*, quod est in reliquis scriptis. Accipiendum autem de ipso Manlio, qui inmanitatem Gallorum Asiam incolentium accusabat. Paullo ante *utinam Asiae omnes civitates* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertner. et Mead. ambo. *utinam omnes Asiae civitates* Lov. 6.

§. 11. *Mittite, agedum, legatos circa Asiam ad omnes urbes, et quaerite*] Antiqua lectio est *circa omnes Asiae urbes.* GELEN. Omnes libri *circa Asiam ad omnes urbes.* GEBH. *agendum* Voss. Lov. 1. et Gaertn. V. ad 9, 33, 7. *agitedum* Lov. 3. inter versus, cujus lectionis auctori displicebat, *age* vel *agedum* jungi plurali numero. Ita tamen Silius loquitur 11, 169. *huc, age, adeste.* Pari modo usurpant Graeci ἄγε. Vide

Digitized by Google

referant: quum vix redimendi captivos copia esset, et mactatas humanas hostias inmolatosque liberos suos audirent. Stipendium, scitote, pependisse socios vestros 13
Gallis: et nunc, liberatos per vos regio imperio, fuisse pensuros, si a me foret cessatum.

XLVIII. *Quo longius Antiochus emotus esset, hoc* 1
impotentius in Asia Galli dominarentur: et, quidquid est terrarum citra Tauri juga, Gallorum imperio, non

Raphel. Observ. ad N. Test. ex Xenoph. pag. 332. Dein *circa Asiam ad omnes urbes* omnes nostri, et Hearnii L. 1. Tandem *exquirite*, pro *et quaerite*, Lov. 3. quod plerumque redditur, diligenter quaerite. Verum ea emphasi hic opus non est, et Manlius tantum simpliciter quaeri vult. Eam itaque lectionem potius errori scribae adtribuo, de quo v. ad cap. 49, 4.

Utrum a graviori servitute, Antiocho ultra Tauri juga moto, an Gallis subactis, liberati sint] Antiqua lectio est *utra graviori servitute*, et *emoto* potius, quam *moto*. GELEN. *utrum graviori servitute* Lov. 1 *utrum graviore servitute* Voss. et Lovel. 3. *utrum a graviore servitute* Lov. 6. et Gaertner. *utrum a graviori servitute* reliqui nostri. Verum eruditior est, quam Gelenius probavit, lectio, quam ut ab indocto librario profecta existimari queat. Similiter Cic. 2. de Finib. 10. *Summum enim bonum et malum vagiens puer utra voluptate dijudicabit, flante, an movente? Liberare* autem *servitute* aeque Livius dixit, quam *a servitute*. Certe *liberare obsidione* obcurrit 22, 15, 9. et 23, 37, 10. ubi quaedam vide, et ad 6, 20, 10. Et ita mox h. cap. *Liberatos per vos regio imperio*. Quin et forte pro *utra* olim ad marginem adscriptum fuit *utrum*; quam utramque lectionem conservaturus dedisse videtur *utrum*, *a*, *graviori*, ut indicaret, se et *utrum* et *utra* invenisse. V. ad 3, 44, 4. Deinceps *Antiocho* et *emoto* exsulant a Voss. prior vox etiam a Lov. 1. At *moto* habent reliqui mei, pro quo recte *emoto* Gelenium substituisse censeo; est enim verbum Livio familiare. V. ad 42, 50, 6. Insuper *Gallis sublatis* Gaertn. *subjectis* Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. 118. Denique *liberati sunt* Lov. 2. 6. et Gaertn.

§. 12. *Quum vix redimendi captivos copia esset, et mactatas humanas hostias inmolatosque*] Pal. pr. habuit *cum his vix redimendi captivos copia esset? Mactatas humanas hostias*. GEBH. Si hoc verum est, sine dubio retinuerunt ex religione antiquae patriae; de qua v. Caes. 6. B. G. 16. et de Britannis Tacit. 14. Ann. 30. DUK. *Tò et* deest in Lov. 3. 4. Harl. et Mead. utroque. quod intercidit ob similitudinem ultimarum literarum vocis praecedentis. V. ad 35, 41, 7. *sed mactatas* legunt Voss. Lov. 1. 2. 6. et Gaertner. Dein *inviolatosque* Voss. Paullo ante *vastati sunt* Voss Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. Tum *praedae eorum abactae* Gaertn. Hinc *referam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 1. *Hoc impotentius in Asia*

Digitized by Google

2 *veſtro, adjeciſſetis. At enim sunt quidem iſta vera. etiam Delphos, quondam commune humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli spoliaverunt: nec ideo populus Romanus his bellum indixit, aut intulit.* 3 *Equidem aliquid intereſſe rebar inter id tempus, quo nondum in jure ac ditione veſtra Graecia atque Asia erat, ad curandum animadvertendumque, quid in his terris fie-* 4 *ret; et hoc, quo finem imperii Romani Taurum montem ſtatuiſtis, quo libertatem inmunitatemve civitatibus da-*

Galli dominarentur] *hoc potentius* Voſſ. Lov. 2. Harl. et Mead. 1. quod vel ex gloſſemate natum, v. ad 30, 16, 5 vel ſtupori librariorum adscribendum eſt, qui nesciebant, *inpotens* non tantum de eo dici, qui nihil poteſt, sed etiam qui nimium poteſt, qui potentia abutitur. 3, 36, 2. *Inpotentibus inſtructi consiliis ad ldus Majas rem perduxere.* 7, 39, 5. *Inpotensque et crudele consulum ac Patrum in se regnum paſſurum.* 30, 16, 5. *Transferentium initium culpae in Hannibalem inpotentiaeque ejus fautores.* 33, 46, 3. *Horum in tam inpotenti regno (neque enim civiliter nimiis opibus utebantur) praetor factus Hannibal.* 34, 2, 2. *Domi victa libertas noſtra inpotentia muliebri.* Et mox, *Date frenos inpotenti naturae et indomito animali.* 42, 46, 9. *Se adversus inpotentem superbiam Thebanorum tueri possint.* Mox *circa Tauri juga* Lov. 2. Hearnii L. 1. et quaedam ex antiquis edd. De hoc errore scribarum v. ad 21, 48, 6.

§. 2. *At enim sunt haec ita: verum etiam Delphos*] Nihilo deterior videtur vetus lectio: nempe haec. *At enim sunt quidem iſta vera. etiam Delphos.* Eadem figura usus eſt 37, [54, 26.] *At enim quaedam civitates cum Antiocho senserunt. et aliae prius cum Philippo.* GELEN. Conspirant libri omnes *At enim sunt haec ita. verum etiam Delphos quondam.* GEBHARD. Sic quidem [*sunt quidem iſta vera. etiam Delphos*] Gelenius. Noſtri tamen scripti cum prius vulgatis *At enim sunt haec ita: verum etiam Delphos.* Et fere hoc probem. Eſt par brevitas; immo major apud Ciceronem de Amicit. [2.] ut habent libri emendatiores: *Sunt iſta, Laeli: nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior.* Ubi inseruerunt etiam τὸ *vera.* J. FR. GRON. Lectio, quae ante Gelenium vulgo exſtabat, supereſt in Voſſ. et reliquis meis, nisi quod Lov. 6. *At enim haec sunt humana: verum etiam* perperam praeferat. Non displicet brevitas haec, aliis exemplis inluſtrata a C. Langio ad Cic. de Amicit. loc. laud. Ne tamen auctoritas codicis integerrimi, ex quo Gelenius tot egregias lectiones eruit, totque loca Livii peſſime adfecta priſtinae sanitati reſtituit, temere spernetur, vide, num minima mutatione legendum sit *At enim sunt quidem iſta: verū etiam Delphos*, id eſt *verum*. Paullo poſt *Galli spoliaverant* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo. Tum *bellum dixit* Mead. 1. Verum syllaba initialis vocis *indixit* elisa eſt a litera ultima praecedentis. V. ad 5, 27, 6.

Digitized by Google

tis, quo aliis fines adjicitis, alias agro multatis, aliis vectigal inponitis: regna augetis, minuitis, donatis, adimitis: curae vestrae censetis esse, ut pacem terra marique habeant. An, nisi praesidia deduxisset Antiochus, quae 5 *quieta in suis arcibus erant, non putaretis liberatam Asiam? si Gallorum exercitus effusi vagarentur, rata dona vestra, quae dedistis, regi Eumeni, rata libertas civitatibus esset? Sed quid ego haec ita argumentor;* 6 *tamquam non acceperim, sed fecerim hostes Gallos? Te, L.*

§. 3. *Id tempus, quo nondum in jure ac ditione vestra*] *quod nondum* Lov. 1. 3. ac 6. Sed v. ad 36, 33, 3. Deinde *ac ditione nostra* Lov. 2. et 6. V. ad 34, 2, 2. Hinc *quod in his terris fieret* Voss. V. ad cap. 10, 1. *quid his terris fieret* Gaertn.

§. 4. *Libertatem inmunitatemve civitatibus datis, quo aliis fines adjicitis*] *libertatem, inmunitatem*, omissa particula *ve*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *aliis finem* Gaertn. In praecedentibus vox *Romani* non adparet in Lov. 6.

Alias agro multatis, vectigal inponitis] Lege addendo *aliis vectigal imponitis*, GELEN. Vocem, quam Gelenius addidit, omittunt omnes nostri. Si itaque codicem ducem secutus est, non adversor. Sin, vide, num placeat, quod praefert Lov. 2. *aliis, agro multatis, vectigal inponitis.* Ceterum *alios agro* Lovel. 2. et 6. Praeterea *ultro multatis* Mead. 2. quod capi posset pro insuper multatis. V. ad 40, 12, 4. Potius tamen errantis librarii esse videtur. Mox *minuitis, donatis, adimitis* perperam omittunt Voss. et Lov. 1.

Ut pacem terra marique habeant] Forte *terra mareque habeant*. J. FR. GRON. Ad *habeant* ex praecedentibus intelligo *civitates* et *alii*. Non opus igitur, ut cum Gronov. *terra mareque* legamus. Quin insuper poëtica potius, quam Liviana, locutio videtur, *terra mareque habent pacem.*

§. 5. *Quae quieta in suis partibus erant*] Lege *quieta in suis arcibus*. GELEN. Priscam lectionem servant omnes nostri. Sed Gelenio adsentior. Solent haec voces a scribis commutari. V. ad 36, 22, 7. Mox *liberatam Asiam fore*, addita ultima voce, Lov. 6. Insuper vox *effusi* deest in Voss. et Lovel. 1. ac 6. quam neglegentia librarii excidisse puto, quum reliqui omnes eamdem servent.

Dedistis, regi Eumeni] Et hic media vox desideratur in Lov. 2. et Harl. quae, licet abesse possit, non magis tamen inducenda est, quam saepissime supra et infra. ut 35, 50, 6. *Quum ad Chalcidis praesidium et Achaeos et Eumenem regem misisse audisset.* et postea, *Ab Eumene rege modicum auxilium missum.* 37, 17, 7. *Eumene etiam rege adsumto.* 38, 16, 14. *Attalus pater regis Eumenis.* cap. 60, 5. *Regem Eumenem devinxerit populi Romani beneficiis.* Similiter *Antiochus rex*, quum tamen om-

Digitized by Google

Scipio, adpello, cujus ego nihi, succedens in vicem imperii tui, virtutem felicitatemque pariter non fruſtra ab
7 *Diis inmortalibus precatus sum; te, P. Scipio, qui legati jus, collegae majeſtatem, et apud fratrem consulem, et apud exercitum habuiſti; sciatisne, in exercitu Antio-*
8 *chi Gallorum legiones fuiſſe? videritis in acie eos, in cornu utroque (id enim roboris eſſe videbatur) locatos? pugnaveritis, ut cum hoſtibus juſtis? ceciderit? spolia*
9 *eorum retuleritis? Atqui cum Antiocho, non cum Gallis, bellum et senatus decreverat, et populus juſſerat. sed ſimul, ut opinor, cum his decreverant juſſerant.que,*

nes scirent, Antiochum eſſe regem. V. ad 35, 41, 3. *Rex Maſiniſſa* 40, 17, 1. V. similia ad 1, 35, 5. et 2, 32, 2.

§. 6. *Cujus ego imperio succedens invicem imperii tui virtutem*] Emendatior lectio *cujus ego mihi, succedens in vicem imperii tui, virtutem* etc. GELEN. Lectionem a Gelenio damnatam solus tuetur Lov. 5. At *cujus ego, succedens invicem imperii tui, virtutem* legunt Lov. 2. et Harl. *cujus egomet, succedens in vicem imperii tui, virtutem* Lov. 3. *cujus ego, cum succederem in vicem imperii tui, virtutem* Lov. 6. *cujus mihi, succedenti in vicem imperii tui, virtutem* Gaertn. Reliqui omnes Gelenio concinunt.

§. 7. *Sciatisne, in exercitu Antiochi*] *satisne* Voſſ. Lov. 1. 6. et Mead. 1. *scitisne* Lovel. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. usque ad Frob. qui anno 1535. ex Mog. codice *sciatisne* recepit: quod etiam requirunt sequentia *videritis, pugnaveritis, ceciderit*, et *retuleritis*. Mox §. seq. *occideritis* Voſſ. et Lov. 6. V. ad 36, 36, 6.

§. 9. *Atqui cum Antiocho, non cum Gallis, bellum senatus decreverat, et populus juſſerat*] Lego addendo *bellum his senatus*. GEL. *To his*, ut superforaneum, rejiciunt optimae membranae. MODIUS. Pall. uterque, et vet. ed. *Atqui cum Gallis bellum et senatus decreverat*. GEBH. Pro voce *his* exhibet liber Thuan. voculam *et*, quam nullus Livio aſſuetus poteſt repudiare. 42, 36, 1. *Quum jam bellum regi eorum et senatus decreſſet, et populus juſſiſſet*. 41, 7, 8. *Quando id bellum senatus decrevisset, quando populus Romanus jussisset*. JAC. GRON. *Atqui cum Gallis bellum et senatus decreverat, et populus jusserat* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Margini tamen adscriptum *Antiocho*, pro *Gallis*, obferunt Voſſ. et Lov. 3. *Atqui cum Antiocho et senatus decreverat, et populus bellum jusserat* Lovel. 6. *Atqui cum Gallis bellum neque et senatus decreverat, neque et populus jusserat* Harl. *Atqui cum Gallis bellum neque senatus decreverat, neque populus jusserat* editiones modo memoratis proximae usque ad Aldum, qui ex cod. Mog. *At-*

Digitized by Google

qui intra ejus praesidia fuissent. ex quibus, praeter Antiochum, cum quo pacem pepigerat Scipio, et cum quo nominatim foedus ut fieret, mandaveratis, omnes hostes erant, qui pro Antiocho arma adversus nos tulerunt. In qua caussa quum Galli ante omnes fuissent, et reguli quidam, et tyranni; ego tamen et cum aliis, pro dignitate imperii vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi: et Gallorum animos, si possent mitigari a feritate insita, tentavi: et, postquam indomitos atque inplacabiles cernebam, tum demum vi atque armis coërcendos ratus sum. Nunc, quoniam suscepti belli purgatum est

qui cum Antiocho, non cum Gallis, bellum senatus decreverat, et populus jusserat dedit. Patet, quid loco fraudi fuerit. Repetitio voculae *cum* effecit, ut neglegentes scribae voces *Antiocho non cum* omiserint. V. ad 9, 11, 11. Verum quum ita Manlius et sibi et veritati adversaretur, variis modis partim librarius Harl. partim librarius Lov. 6. et manus altera in Voss. et Lov. 1. partim editiones primis proximae subcurrere conati sunt. Unus hic cod. Mog. veram Livii manum servavit, nisi quod cum Gronov. *et senatus decreverat* legendum sit; quum voculam *et* etiam reliqui omnes Mssti nostri, et Crevierii Victor. constanter agnoscant. Certe *his*, quod Gelenius addidit, ob insolitum Livio verborum ordinem, minus placet.

Sed simul, ut opinor, cum his decreverant] Ita erat in rogatione, *Vellent juberentne cum Antiocho rege, quique sectam ejus secuti essent, bellum iniri*, 36, 1, 5. DUK. *sed simul, opinor* Voss. Utrumque defendi potest. Certe ita *credo*, pro ut credo, saepius Livium dixisse, vidimus ad 45, 18, 7. Similiter *puto* apud Ovid. occurrit 3. Amor. 7, 2.

At, puto, non votis saepe petita meis.

2. Met. 566.

At, puto, non ultro, nec quidquam tale rogantem
Me petiit.

Uni tamen cod. credere periculosum est. *ut opinor* vindicamus Livio infra ad 39, 37, 8. Vocula *ut* hic facile excidere potuit ob ultimarum literarum praecedentis vocis similitudinem.

Qui intra ejus praesidia fuissent] Ita recte scribendum monuit J. Fr. Gronov. ad 35, 11, 10. et ita Lovel. 5. et edd. priscae. *intra praesidia ejus* Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Aldus dederat *inter ejus praesidia*, quod reliquae ad Gronov. editiones servarunt. *inter praesidia ejus* Lov. 3. Sed v. ad 5, 27, 2. Mox §. seq. *Scipio* deest in Lov. 5. et ed. Camp. Deinde *et quocum nominatim* legit Voss. Tum *arma adversus vos* Lov. 1. et 6. Praeterea §. 11. vox *pacem* omittitur in Lov. 1.

§. 12. *Et, postquam indomitos at-*

Digitized by Google

crimen, gesti reddenda est ratio. in quo confiderem equidem causſae meae, etiamsi non apud Romanum, sed apud Karthaginiensem senatum agerem; ubi in crucem tolli imperatores dicuntur, si prospero eventu, pravo consilio
14 *rem gesserunt. Sed ego in ea civitate, quae ideo omnibus rebus incipiendis gerendisque Deos adhibet, quia nullius calumniae subjicit ea, quae Dii comprobaverunt, et in sollemnibus verbis habet, quum supplicationem aut triumphum decernit?* Quod bene ac feliciter rempu-
15 blicam administrarit; *si nollem, si grave, ac superbum*

que inplacabiles] Vocula *et* exsulat a Lov. 3. Mox §. seq. *Nunc autem quoniam* Gaertn. Deinde *in qua confiderem* Mead. 1. Tum *etsi non apud Romanum* Lovel. 3. Tandem *pravo consilio gesserunt rem* Lov. 3. *rem pravo consilio gesserunt* Gaertn.

§. 14. *Sed si ego in ea civitate*] Lege *Sed ego*, non *Sed si ego*. GELEN. Alii legunt *Sed si ego*, quod vetusti codices non habent. Sequitur enim statim post, *si nollem, si grave ac superbum existimarem*, etc. Nisi quis repetitam conjunctionem *si* putet ob longum, quod interpositum erat, hyperbaton: quod mihi non probatur. GLAR. *Sed si ego* soli meorum codicum legunt Lov. 1. et 6. Reliqui cum edd. priscis vocula*m si* ignorant; quam Aldus addidit, necessariam judicans non ob longum, quod interpositum erat, hyperbaton, ut Glareanus existimat, sed ut referret ad verbum *postularem*. Quum tamen in plerisque codd. omittatur, et sine eo sensum constare Dukerus in sequentibus doceat; ego invito Livio nihil obtrudendum censeo.

Quae ideo omnibus rebus incipiendis gerendisque Deos adhibet] *Tὸ rebus* deest in ed. prisca. Pall. uterque exhibet *Quae ideo communibus incipiendis*. GEBH. *quae omnino communibus incipiendis* Lovel. 3. *quae ideo communibus incipiendis* Voss. Lov. 1. Mead. ambo, et Gaertn. *quae ideo omnibus incipiendis* Lovel. 4. 5. 6. Harl. et vett. edd. At Moguntini ex cod. suo dederunt *quae ideo omnibus rebus incipiendis*.

Quia nullius calumniae subjicit ea] MS *quia nullus calumniae subjicit ea*, quod aliam efficeret sententiam. MOD. *nullus* etiam Lov. 1. et 5. sed vulgatum praestare puto. Dein *comprobaverint* Lov. 2.

In sollemnibus verbis habet] Malim *urbis*. SIG. Ita legit Lov. 3. *Tὰ urbis* et *verbis* confundi a librariis, vidimus ad 6, 17, 8. At quaenam illa loquendi ratio foret *civitas id habet in sollemnibus urbis?* At *sollemnia verba*, ut *sollemnis compreçatio* 39, 15, 2. V. Brisson. de Form. 1. pag. 61. Ceterum hoc Sigonii Scholium ex illis est, quae post mortem ejus vulgata sunt Venet. anno 1592. Mox *bene et feliciter* Lov. 5. et edd. vett. *ac feliciter* Aldus, praeeunte cod. Mog. substituit.

§. 15. *Pro felicitate mea exerci-*

Digitized by Google

existimarem virtute gloriari; pro felicitate mea exercitusque mei, quod tantam nationem sine ulla militum jactura devicimus, postularem, ut Diis inmortalibus honos haberetur, et ipse triumphans in Capitolium adscenderem, 16
unde, votis rite nuncupatis, profectus sum. negaretis hoc mihi cum Diis inmortalibus?

XLIX. *Iniquo enim loco dimicavi. Dic igitur, quo* 1
aequiore potuerim dimicare? Quum montem hostes cepissent, loco munito se tenerent, nempe eundum ad hostes erat, si vincere vellem. Quid? si urbem eo loco haberent, 2

tusque mei, etc. *postularem*, *ut Diis*] Longitudo periodi nonnihil obscurat sententiam, quam hanc esse puto. *Sed si ego in ea civitate*, *quae* etc. *nollem*, *si grave ac superbum existimarem virtute gloriari*; sed, omissa jactatione virtutis, hoc tantum postularem, ut propter meam atque exercitus mei felicitatem Diis honos haberetur, et ipse triumpharem, an hoc non mihi solum, verum etiam Diis negaretis? Cur autem negare non debeant, causam hanc dicit, quod in supplicationibus ac triumphis decernendis rationem reipublicae bene ac feliciter administratae haberi, ex solennibus verbis constet, quibus supplicationes ac triumphi decernantur: nam ea haec est, *Quod bene ac feliciter rempublicam administravit* is, qui supplicationem aut triumphum postulat: se autem exercitumque suum eam optime ac felicissime gessisse. Post *gloriari* supplendum puto *sed*, quod saepe reticere Livium adnotavit Gronovius ad 3, 71. *mihi cum Diis*, pro mihi et Diis dictum accipio. Virgil. 1. Aen. 292. *Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt.* et 3, 588.

Interea fessos ventus cum sole reliquit.

Sigonii conjecturae *in solennibus urbis* non facile quis subscribet. V. Briss. 2. Formul. 208. DUK. Cl. Dukero, docenti ad haec verba intelligendam voculam *sed*, favet Lov. 2. qui, in ipsum contextum admissa synonyma particula, legit *at pro felicitate mea*; quae lectio, si plures codd. subscriberent, non displiceret. *postularemque* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Tum *uti Diis* Lov. 2. 4. et Mead. ambo.

§. 16. *In Capitolium ascenderem*] *escenderem* Lov. 3. Ita duo codd. legunt infra c. 51, 12. *Ab vestris in Capitolium escendit.* V. ad 2, 28, 6.

Negaretis hoc mihi cum Diis inmortalibus] Pall. uterque *negaretis hoc militiae cum Diis immortalibus.* GEBH. *negaretis hoc militiae vel aut cum Diis* Voss. et Lov. 1. *negaretis hoc militiae aut cum Diis* Lov. 2. et 5. *negaretis hoc militiae vel cum Diis* Gaertn. *negaretis haec militiae cum Diis* Harl. *negaretis hoc militiae cum Diis* Lov. 3. 4. 6. Mead. ambo, et edd. vett. Quod nunc vulgatur, profluxit ex cod. Mog. unde primus adscivit Aldus: quae lectio vera est.

§. 1. *Quo aequiore potuerim dimicare? Quum montem hostes cepis-*

Digitized by Google

et moenibus se tenerent? nempe obpugnandi erant? Quid? ad Thermopylas aequone loco M.' Acilius cum rege An-
3 *tiocho pugnavit? Quid? Philippum non eodem modo super Aoum amnem juga tenentem montium T. Quinctius dejecit? Equidem adhuc, qualem aut sibi fingant, aut*
4 *vobis videri velint hostem fuisse, non invenio. Si degenerem et emollitum amoenitate Asiae, quid periculi vel*

sent, loco munito se tenerent] *dimicare potuerim* Lov. 6. Dein *hostes montem capissent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *loco se munito tenerent* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *ad hostes eundum* Gaertn. Tum §. seq. *aequiore loco* Voss. et Gaertn.

§. 3. *Eo modo super Aoum amnem juga tenentem montium*] Lege *eodem modo super Aoum.* GEL. Ita omnes scripti et edd. praeter Frob. anni 1531. quae sola *eo modo* dedit. Tum *superato amne* Lov. 2. *superatum anne* Lov. 6. *superatum amne* Gaertn. *superatum agnem* Voss. in cujus margine altera manus pro ultima voce *amnem* primo, deinde *agmen* adscripsit. *superatum amnem* Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Amnis Aous minus librariis notus errandi causa fuit.

Aut vobis videri velint hostem fuisse] *vobis* haud dubie legendum, non *nobis*. Est autem syllogismus ἀντιστρέφων, tanquam si Manlii adversarii objecissent: Si hostis fuit terribilis, temere cum eo congressus es: sin fuit effeminatus, non meruisti triumphum. Ille contra objectionem hanc in eos convertit: Si hostis fuit terribilis, merui triumphum: sin effeminatus ac emollitus, non temere eos invasi. GLAR. *nobis* vulgarant primae edd. pro quo *vobis* ex cod. suo dederunt Moguntini. Neque aliter exhibent Mssti nostri. *To fuisse* deerat in Lov. 2.

§. 4. *Si timendum et feritate animorum, et robore corporum*] *timendum efferitate* Voss. Lov. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. sollemni librariorum errore. Ita dederunt *elargiendo*, pro *et largiendo*, supra 3, 1, 3. *effluere* pro *et fluere* 7, 33, 14. *exhortari* pro *et hortari* 28, 19, 6. *effractis* pro *et fractis* 36, 24, 10. *exquirite* pro *et quaerite* 38, 47, 11. *effugientium* pro *et fugientium* 40, 28, 4. Alia exempla v. apud Castal. ad Rutilii Iter. lib. 1, 495. Viros doctos ad Lactant. d. Mort. Persec. 9. Cel. Burm. ad Suet. Caes. 35. Corte ad Plinii 5. ep. 11, 1. et quae notantur ad Silii 3, 57. Contrario errore *et quidem* dederunt pro *equidem* 5, 54, 3. *et dicere* pro *edicere* 30, 5, 1. *et ornata* pro *exornata* 31, 26, 11. *et fusus* pro *effusus* 35, 22, 8. et alia passim.

Huicne tantae victoriae] Voss. *huiccine.* J. FR. GRON. Similiter Lov. 1. 3. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. Supra 1, 3, 2. *Haud nihil ambigam, hiccine fuerit Ascanius, an major quam hic.* 6, 17, 3. *Hoccine patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris non responderet vir consularis.* 7, 30, 16. *Hiscine ira impleri non potuit?*

§. 5. *Detrectare virtutes*] Nota

Digitized by Google

iniquo loco subeuntibus fuit? si timendum et feritate animorum, et robore corporum, huicne tantae victoriae triumphum negatis? Caeca invidia est, Patres conscripti, nec quidquam aliud scit, quam detrectare virtutes, conrumpere honores ac praemia earum. mihi, quaeso, ita ignoscatis, Patres conscripti, si longiorem orationem, non cupiditas gloriandi de me, sed necessaria criminum

5 6

id genus locutionis *detrectare virtutes*, pro laudi detrahere. GLAR. Ovid. 5. Met. 246.

Detrectas etiam laudes, fictamque Medusae
Arguis esse necem.

13. Met. 270. *Neque enim benefacta maligne Detrectare meum est.* 3. Trist. 10, 123.

Nec, qui detrectat praesentia, livor iniquo
Ullum de nostris dente momordit opus.

Flor. 4, 2, 9. *Cato detrectare Pompejum, actisque ejus obstrepere.* Ceterum *detractare* Voss. Lov. sex, et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 34, 15, 9.

Conrumpere honores ac praemia eorum] Lege *praemia earum*, non *eorum*. GELEN. *praemia bonorum* Lov. 6. *praemia eorum* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Sed recte Gelenius *earum* restituit, nempe virtutum, quarum praemia sunt honores. Particula *ac* hic est exegetica, quasi diceret honores, quae sunt praemia virtutum, vel honores, id est praemia virtutum. V. ad 2, 42, 6. 6, 16, 8. 7, 15, 7. 21, 55, 2. aliisque locis.

§. 6. *Non cupiditas gloriandi, sed necessaria criminum defensio fecit*] Lege addendo *cupiditas gloriandi de me*. GELEN. Voculae duae *de me* exsulant ab Pall. et Vet. ed. GEBH. Exsulant etiam ab omnibus meis, Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. quas, licet non necessarias, non tamen neglegendas esse, persuadet auctoritas integerrimi codicis, in quo se eas invenisse Moguntini testati sunt. Cic. de Senect. 23. *Ut de me ipso aliquid more senum glorier.* Tum *facit* Lov. 2. Ceterum *criminum defensio* est criminum objectorum depulsio. Infra 42, 48, 2. *Insidiarum Eumeni factarum crimen et maxima cura, et minime tamen probabiliter defensum.* Ter. Phorm. 1, 4, 47. *Meministin', olim ut fuerit vestra oratio In re incipiunda ad defendendam noxiam, Justam illam caussam, facilem, vincibilem, optimam?* Justin. 39, 2. *Solam defensionem sceleris superesse adfirmans, si bibat, quod filio obtulit.* Ita *defendere* saepe notat arcere, propulsare. V. N. Heinsium ad Nason. 5. Her. 16. et quae notavi ad Silii 7, 170. Eodem sensu *defendere inopiam*, pro depellere, dixit Colum. 2, 9. Vel *defensio criminis* dicitur, quum ostenditur, id, quod crimini datur, crimen habendum non esse. Quinctil. 7. Inst. Orat. 4. *Quum de poena judicium est, a parte ejus, qui caussam dicit, aut defensio est criminis, aut* etc. *Defensio longe potentissima est, qua ipsum factum, quod objicitur, dicimus honestum*

Digitized by Google

7 *defensio fecit. An etiam per Thraciam saltus patentes, qui angusti erant, et plana ex arduis, et culta ex silvestribus facere potui, et praestare, necubi notis sibi late-*
8 *bris delitescerent latrones Thraces, ne quid sarcinarum raperetur, ne quod jumentum ex tanto agmine abstraheretur, ne quis vulneraretur, ne ex vulnere vir fortis ac*
9 *strenuus Q. Minucius moreretur? In hoc casu, quo infeliciter incidit, ut talem civem amitteremus, haerent.*
10 *Quod saltu iniquo, loco alieno, quum adortus hostis nos esset, duae simul acies primi et novissimi agminis haerentem ad inpedimenta nostra exercitum barbarorum circum-*

esse. Paullo ante voces *Patres conscripti* non adparent in Lov. 3.

§. 7. *Et praestare, necubi notis sibi latebris delitescerent latrones Thraces*] Pall. *et praestare, ne qui ibi latebris delitescerent Thraces.* Vet. ed. *ne quilibet sub iis lateribus delitescerent latrones Thraces.* GEBH. Lectionem, quae nunc vulgo exstat, Aldus ex cod. Mog. recepit: editiones autem antiquiores, et cum iis Lov. 5. eodem modo praeferunt, ac Gebhard. ex vet. ed. sua laudavit. Interim tamen ed. Mediol. anni 1505. eamque secuti Ascensius anno 1513. aliique ante Aldum *latebris*, pro *lateribus*, recte reposuerunt, quam vocem reliqui Msti, uno illo excepto, servant, licet in aliis dissentiant. Nam *et praestare nequivi ne hiis latebris* legit Lov. 1. *et praestare nequivi, ne ibi latebris* Harl. *et praestare, ne qui in his latebris* Voss. Gaertn. et Hearnii L. 1. *et praestare, ne qui his latebris* Lov. 6. *et praestare, ne qui illis latebris* Lov. 2. *et praestare, ne ibi latebris* Lov. 4. et Mead. ambo. *et praestare potui, necubi in his latebris* Lov. 3. Alibi etiam Livius voce *necubi* usus est. 22, 2, 3. *Necubi consistere coactis necessaria ad usus deessent.* 25, 33, 9. *In id omni cura intentus, necubi hosti aequo se committeret loco.*

§. 8. *Ne quid sarcinarum raperetur*] *caperetur* Voss. De hoc lapsu scribarum v. ad 6, 23, 5. Mox *ne quod jumentorum* Lov. 2. Tum voces *ex tanto agmine* desunt in Lov. 3. qui idem codex cum Gaertner. legunt *extraheretur.* Deinde *neve ex vulnere* Lov. 6.

§. 9. *In hoc casu, quo infeliciter incidit, ut*] Vocula *quo* deest in Lov. 1. 4. 6. et Voss. sed *in hoc iniquo casu, quo infeliciter* legit Lov. 3. *in hoc quo casu infeliciter* Lovel. 2. Harl. et Mead. ambo. *in hoc quoque casu infeliciter* Lov. 5. et edd. ante Aldum, vulgati auctorem. *incidit* hic est accidit. V. ad 10, 18, 14.

§. 10. *Quum adortus hostis nos esset*] *quum adortus nos hostis esset* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo. Tum *ad inpedimenta nostra haerentem* Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§. 11. *Multa millia ipso die, plura multo post dies paucos ceciderunt*] *multa millia primo die* Lov. 3. Tum *plura multa* Lov. 4. et

Digitized by Google

venerunt; quod multa millia ipso die, plura multo post 11
dies paucos ceciderunt et ceperunt; hoc, si ipsi tacuerint,
vos scituros, quum testis orationis meae totus exercitus
sit, non credunt? Si gladium in Asia non strinxissem, 12
si hostem non vidissem; tamen proconsul triumphum in
Thracia duobus proeliis merueram. Sed jam ductum satis 13
est. quin pro eo, quod pluribus verbis vos, quam volui,
fatigavi, veniam a vobis petitam impetratamque velim,
Patres conscripti.

L. Plus crimina eo die, quam defensio, valuis- 1
sent, ni altercationem in serum perduxissent. dimit-

Mead. ambo. *multa millia, post dies paucos multo plura* Gaertn. Dein *occiderunt* Lov. 1. et 4. V. ad 36, 36, 6. Mox *tacuerunt* Lovel. 3. et Gaertn.

§. 12. *Si gladium in Asia non strinxissem*] *in Asiam* Harl. et Gaertn. Livius 7, 40. *Ergo vos prius in me strinxeritis ferrum, quam in vos ego.* Ovid. in Nuce vers. 174.

Aut stringi cultros in sua colla videt.

Sed recte reliqui stant pro recepta scriptura.

Tamen triumphum in Thracia duobus proeliis merueram] Lege addendo *tamen procos. triumphum in Thracia.* GELEN. *tamen per triumphum in Thracia* Lovel. 4. Mead. ambo. quae lectio firmare videtur emendationem Gelenii, quam Frob. anno 1535. et reliqui servarunt usque ad Gronov. qui vocem *proconsul* anno 1665. expunxit, nulla tamen, ut adsolet, facti ratione reddita. Incertum igitur est, casu acciderit, an dedita opera. Restituendum vero putavi.

§. 13. *Quin pro eo, quod pluribus verbis vos, quam volui, fatigavi*] MS. *pluribus verbis vos, quam vellem, f.* MOD. Omnes nostri *volui* servant.

§. 1. *Plus crimina eo die, quam defensio, valuissent*] Libri omnes *Plus crimen eo die, quam defensio, valuisset.* GEBH. Similiter omnes nostri, et vett. edd. Se etiam *crimen* in L. 1. reperisse, Hearnius testatur. Vulgatum Aldus ex Mog. cod. adoptavit. Et recte. Non enim unius, sed plurium criminum, Manlium ab inimicis accusatum fuisse, et legatorum, et ipsius orationes docent.

Ni altercationem in serum perduxissent] Hearnius hic ex tertia ed. Sigonii adnotat *produxissent*, et cap. 51. ex uno suorum librorum *orationibus in noctem productis*, pro *perductis*, quod ibi in aliis est. Haec saepe permutari, et *perducere* perperam pro *producere* scribi, ostendit Broukhus. ad Prop. 1, 3, 39. Nolo adfirmare, hic *produxissent*, et cap. 51. *productis* scribendum esse, quia vulgatam scripturam confirmat locus Livii 36, 23. *Inde coepta op-*

Digitized by Google

titur senatus in ea opinione, ut negaturus triumphum fuisse videretur. Postero die et cognati amicique Cn. Manlii summis opibus adnisi sunt, et auctoritas seniorum valuit, negantium, exemplum proditum memoriae esse, ut imperator, qui, perduellibus devictis, confecta provincia, exercitum reportasset, sine curru et laurea, privatus inhonoratusque, urbem iniret. hic pudor malignitatem vicit, triumphumque frequentes decreverunt. Obpressit de-

pugnatio ad mediam rursus noctem perducta est. Sed tamen credo, saepius inveniri *producere in noctem*, et *in serum*, quam *perducere*. *In noctem* apud Broukhusium Cic. de Senect. 14. et in Somn. Scip. 1. dicit. *in serum* Livius 33, 48. *Multoque vino in serum noctis convivium productum.* a quibus non multum abit hoc Suetonii Aug. 78. *Producebatque somnum ultra primam saepe lucem.* Pro eo etiam dicitur *extrahere* et *protrahere in serum*. Liv. 10, 28. *Extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen.* Sueton. Aug. 17. *In serum dimicatione protracta.* et Ner. 22. *Spectaculum multiplicatis missibus in serum protrahebatur.* In his recte adhiberi potuisset *producere*, non aeque bene *perducere*. DUK. *sed in altercationem in serum perduxisset* Voss. Illud *sed* natum est ex ultima syllaba vocis praecedentis. *in* vero literarum transpositione ex *ni*. V. ad 3, 70, 4. 4, 52, 5. 6, 21, 7. 7, 19, 1. c. 39, 14. 35, 10, 12. 36, 33, 8. et alibi. *ni altercationes* Lovel. 6. Tum *in secundum* Lov. 3. *sera* et *secunda* etiam commutabantur supra 23, 37, 8. Insuper *perduxisset* quoque Gaertn. At praestat numerus multitudinis: intelliguntur enim legati et Manlius. Ceterum mihi quoque magis placet *produxissent*, quam *perduxissent*, licet omnibus codd. invitis. Solent autem haec verba passim in Mstis commutari. Exempla occurrunt 4, 25, 1. 5, 15, 8. 7, 22, 1. 22, 22, 15. Adde Pierium ad Virg. Ecl. 1, 73. N. Heins. ad Vell. Paterc. 2, 128, 4. Viros doctos ad Suet. Claud. 4. et Arntzen. ad Aur. Vict. Vir. Inlustr. 1.

§. 3. *Perduellibus devictis, confecta provincia, exercitum reportasset*] Supra c. 42, 12. *Reportari legiones inde reddique tandem reipublicae debere.* Justinus 31, 3. *Quum Romanus exercitus in Italiam reportatus esset.* Tamen, qui provincia confecta de ea cum spe triumphi decedunt, fere dicuntur *deportare exercitum*. Liv. 26, 21. *Quaestus, quod provincia confecta deportare exercitum non licuisset.* Et 30, 40. 43. 39, 29. 40, 35. Cicero pro L. Manil. 21. *Bellum in Hispania maximum confecit, victorem exercitum deportavit.* Haec dubiam possunt facere vulgatam hujus loci scripturam. Supra cap. 42. *reportare legiones*, et in Justino *exercitum* nihil aliud est, quam reducere, sine respectu ad imperatores, qui confecta provincia ad spem triumphi

Digitized by Google

deinde mentionem memoriamque omnem contentionis hujus majus et cum majore et clariore viro certamen ortum. P. Scipioni Africano (ut Valerius Antias auctor est) duo Q. Petillii diem dixerunt. id, prout cujusque ingenium erat, interpretabantur. Alii non tribunos plebis; sed universam civitatem, quae id pati posset, incusabant. *Duas maximas orbis terrarum urbes ingratas uno prope tempore in principes inventas: Romam ingratiorem; si quidem victa Karthago victum Hannibalem in exsilium expulisset; Roma victrix*

adspirabant. DUK. V. ad 6, 33, 12. Ceterum *devictis perduellibus* Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. *devictis perduellionibus* Lov. 2. *perduellionibus devictis* Lov. 3. *perduellis devictis* Voss. et Lov. 1. V. supra ad 21, 60, 7.

Sine curru et laurea, privatus inhonoratusque, urbem iniret] Si privati urbem ingrediebantur, quibus triumphus negabatur; ergo non privati, qui triumphabant: quia ad populum ferebatur, ut iis, quo die triumphantes urbem inirent, imperium esset. Ex hoc et similibus Livii ac Ciceronis locis Gruchius in Refut. ad Posterior. Sigonii disput. cap. 4. recte, mea sententia, ostendit, *privatum* et *cum imperio esse* inter se contraria esse; quod, praeter Sigonium, etiam Muret. ad Cic. 1. Catil. 1. negat. DUK. Mox *hic pudor et malignitatem vicit, triumphumque* Lov. 1. 6. et Voss. quorum ultimus etiam vocem *frequentes* perperam omisit.

§. 4. *Majus et cum majore et clariore viro certamen ortum*] Libri omnes *majus et cum majore viro certamen ortum*. GEBH. Voces *et clariore*, quae etiam in omnibus scriptis nostris, et edd. antt. desunt, Aldus ex cod. Mog. addidit. Hearnius auctor est, quatuor voces *et clariore viro certamen* omitti in L. 1. et ed. Alerienſi. Quum tamen omnes, quos consului, libri duas posteriores servent, Hearnium hic aliquid humani passum esse, certe quod ad ed. memoratam adtinet, arbitror.

§. 5. *Duo Q. Petilii diem dixerunt*] Appianus item in Syriac. [113.] duos tribunos plebis tradit: καὶ δύο δήμαρχοι δωροδοκίας αὐτὸν ἐγράψαντο καὶ προδοσίας. Et Plutarchus in Catone [pag. 344.] Petillios: ὡς ἐπὶ Σκιπίωνα τοὺς περὶ Πετίλλιον. et in lib. Apophthegm. [196.] Πετιλλίου δὲ καὶ Κοΐντου πολλὰ πρὸς τὸν δῆμον αὐτοῦ κατηγορησάντων. Ex quibus locis intelligi potest, *Petillios* duobus *ll* esse scribendum, ut etiam est in Capitolinis lapid. alter enim eorum Q. Petillius Spurinus nono abhinc anno est praetor [40, 18.] et paulo post in consulatu moritur [41, 18.] SIG. Eamdem nominis hujus orthographiam probat Sigon. infra ad 40, 18, 2. 41, 14, 4. et 44, 27, 11. ubi etiam vide, quae notavi. Ejus sententiam firmant duo hujus gentis nummi, quos publici juris fece-

Digitized by Google

8 *victorem Africanum expellat.* Alii, *Neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non poſſit: nihil tam aequandae libertatis eſſe, quam poten-*
9 *tiſſimum quemque poſſe dicere cauſſam. Quid autem tuto cuiquam, nedum summam rempublicam, permitti, si ratio non sit reddenda? qui jus aequum pati non poſſit,*
10 *in eum vim haud injuſtam eſſe.* Haec agitata sermonibus, donec dies dicendae cauſſae venit. nec alius antea quisquam, nec ille ipse Scipio consul censor-

runt Ursin. aliique in Famil. Rom. Unde refelli poteſt Coler. qui ad Valer. Max. 1, 1, 12. *Petillius* scribendum contendit, partim quia nomen illud deducitur a *Petilus*, partim quia in Faſt. Capit. *Petillius* scribitur. At sciendum eſt, ita quidem edidisse Smetium in Inscr. ant. pag. 62. et Gruter. in corp. Inscr. pag. 243. Sed contra *Petillius* Pighium in Annal. Rom. tom. 2. pag. 14. et Sigon. in Faſt. Cons. pag. 20. a quorum parte ſtantes nummi efficiunt, ut illis consentire malim, licet Mſti fere omnes unico *l* scriptum nomen exhibeant, certe hoc loco. Mox §. seq. *civitatem incusabunt, quae id pati poſſet* Voſſ. Lovel. 1. 5. 6. Gaertn. et edd. ante Frob. annī 1535.

§. 8. *Neminem unum civem tantum eminere debere*] *neminem unum tantum meminisse quem debere* Voſſ. et Lov. 1. *neminem unum tantum meminiſſe civem debere* Lov. 3. et Gaertn. *neminem unum tantum meruiſſe civem debere* Lov. 6. *neminem unum tantum eminere civem debere* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Froben. qui anno 1535. vocabula in eum ordinem congeſſit, qui nunc obtinet. Mox *nihil enim tam aequandae libertatis eſſe* Harl. et Gaertn. *nihil tam aequandum libertati eſſe* Lov. 3.

§. 9. *Quid autem tuto cuiquam, nedum summam reipublicae, permitti*] Frobenius sic mihi primus. Vetuſtiores omnes: *summam rempublicam permitti.* 26, 10, 2. membranae optimae et unicae: *ibi de summa republica consultatum.* ubi diximus. 33, 45, 4. *Eam rem eſſe rati, quae maturata dilatave non tam magni momenti ad summam rempublicam populi Romani eſſet.* Atque ex hac consuetudine Livii teneo etiam reſtituendum lib. 36, 34, 8. *An, quum satis provideas, nihil id magnopere ad summam rempublicam pertinere censes?* Et lib. 39, 16, 3. *Jam majus eſt, quam ut capere id privata fortuna possit: ad summam rempublicam spectat.* ubi fecerunt *reipublicae.* Latine quidem, sed illud auctori noſtro placuit. Cicero Philipp. 3, [15.] *Sententiaeque de summa republica liberae dici possint.* Sic enim scriptos habere teſtis Hieron. Ferrarius. Et dubitare quisquam ausit, an hoc sit satis ex usu Romano? An non *summa res* idem, quod *summa rerum*, noſtro lib. 23, [49, 8.] *Eodem et duo duces et duo exercitus Carthaginiensium, ibi rem summam agi cernentes, convenerunt.* Lib. 34, [32, 15.] *Sed nolo pluribus?*

Digitized by Google

ve majore omnis generis hominum frequentia, quam reus illo die, in forum est deductus. Jussus dicere causam, sine ulla criminum mentione orationem adeo magnificam de rebus ab se gestis est exorsus, ut satis constaret, neminem umquam neque melius, neque verius laudatum esse. Dicebantur enim ab eodem animo ingenioque, a quo gesta erant: et aurium fastidium aberat, quia pro periculo, non in gloriam, referebantur.

summam rem complectar. Sic etiam *summae res* numero plurium. Ennius apud Gellium [12, 4.]

— — *magna cum lassus diei*
Parti fovisset, de summis rebus gerundis
Consilio indu foro lato sanctoque senatu.

Quod intelliges, lassus lato vel allato consilio de summa republica gerenda in foro et sancto senatu. Caesar lib. 5. de B. Gall. [28.] *Postremo quid esse levius, quam auctore hoste de summis rebus capere consilium?* Nihil est aliud, quam de summa re sua, vel summa rerum suarum Cornel. Nep. Eumen. [10.] *Imminebant enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemaeus, quibus jam valentes, cum quibus ei* [Antigono] *de summis rebus erat dimicandum.* Notavimus jam ex Caesare *summum bellum, summum periculum.* Lib. 5. de Gall. [17.] *Ex hac fuga protinus, quae undique convenerant, auxilia discesserunt, neque post id tempus unquam summis nobiscum copiis hostes contenderunt.* Quod est, omni exercitu, omnibus viribus adunatis, sic ut summa res semel ageretur. Denique et *ullam rempublicam* dixit Livius lib. 40, [44, 8.] *Q. Fulvius consul priusquam ullam rem publicam ageret.* Et sic lib. 42, [10, 15.] *In provinciam abiturus se denunciarunt, nec quidquam rei publicae acturos.* Libro eodem [cap. 26, 1.] *Nihil magnopere, quod memorari attineat, reipublicae eo anno consules gesserunt.* Qui minus igitur *summam?* Dent, age, manus libris veteribus et rationi, et Latinitatem hac locutione locupletiorem patiantur. J. FR. GRON. *summam reipublicae*, quod Frob. anno 1531. reposuit, probant Lov. 2. et Gaertn. Reliqui omnes cum Hearnii L. 1. N. et prioribus edd. *summam rempublicam.* Infra 42, 49. *Cujus imperio consilioque summam rempublicam tuendam permiserunt.* V. Gronov. ad Liv. 26, 10, 2. *Quid aliud aut tuto cuiquam* Lov. 1. *Quid autem aliud tuto cuiquam* Lov. 6. *Quid aut tuto cuique* Lov. 3. *quoiquam* more antiquo pro *cuiquam* cod. Mog. V. ad hujus lib. cap. 25, 8. Mox *in eum vim aut injustam causam esse* Voss. *in eum vim haud injustam causam esse* Lov. 1. et Gaertn. *in eum vim aut injustiam esse* Harl.

§. 10. *Donec dies dicendae causae venit*] *caussae dicendae* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *donec dicendi causa erat dies* Gaertn. In sequentibus *nec ille Scipio consul censorve* Lov. 3. *nec ille ipse Scipio consul atque censor* Gaertn. qui insuper *omnis generis humani frequentia* praefert.

Digitized by Google

1 LI. Tribuni plebis vetera luxuriae crimina Syracusanorum hibernorum, et Locris Pleminianum tumultum, quum ad fidem praesentium criminum retulissent; suspicionibus magis, quam argumentis, 2 pecuniae captae reum accusarunt. *Filium captum sine pretio redditum, omnibusque aliis rebus Scipionem, tamquam in ejus unius manu pax Romana bellumque esset,* 3 *ab Antiocho cultum. Dictatorem eum consuli, non legatum, in provincia fuisse: nec ad aliam rem eo profe-*

§. 12. *Dicebantur enim ab eodem animo ingenioque, a quo gesta erant*] Simile judicium de Julio Caesare tulit Quinctil. 10. Instit. 1. pag. 917. *Tanta in eo vis, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, adpareat.* Ubi non modo hunc locum Livii laudavit Cel. Burmann. sed insuper, durum videri monens *dici ab animo, ab ingenio*, emendandum conjecit: *Dicebantur enim ab eo eodem animo ingenioque, quo gesta erant.* Nam *eodem* absorpsisse praecedens *eo*.

§. 1. *Tribuni plebis vetera*] *Tò plebis* abest a Pall. GEBH. Abest etiam a Lov. 2. 4. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. *Tribuni vel vetera* Lov. 1. 6. et Voss. Sed *vel* natum videtur ex compendio *pl. Tribuni illis vetera* Lov. 3.

Locris Pleminianum tumultum] De quo lib. 29, [8.] SIG.

§. 3. *Nec ad aliam rem eo profectum, quam ut, id quod Hispaniae, Galliae, Siciliae, Africae*] Galliam inter ceteras nominari puto, quia P. Africanus 11. consul eam provinciam habuit. 34, 48. et 54. DUK. *nec ad aliam rem eum profectum* Voss. *non ad aliam rem eum profectum* Lovel. 3. qui etiam ignorat *tò Siciliae*.

Omnibus ad orientem versus regibus gentibusque adpareret] Ita in solis Gronoviorum editionibus; in aliis, et MSS. codd. *versis* esse, ex Hearnio intelligo. De hoc videbunt, quibus utrorumque copia est. Nic. Heinsius ad Vellej. 1, 15. suspectum habuit *versis*; deinde id rursus ad 2, 101. tuetur. Sed *versus* participium cum praepositionibus *ad* et *in* plerumque de situ locorum dicitur. ut in iis, quae Gronovius ad Livii 36, 15. et Heinsius ad Vellej. 2, 101. habent. Mela 1, 2. *Ipsa* Asia *ingenti ac perpetua fronte versa ad orientem.* 1, 15. Taurus *dextro latere ad septentrionem, sinistro ad meridiem versus.* 3, 1. *Ad occidentem versa litora.* et 3, 7. *Collis alterius partis angulus initiumque lateris ad meridiem versi.* Et Plinius in N. H. plurimis locis. *Ad* et *in orientem versus regibus gentibusque* recte dici, non necesse est post Rivium ad Sallust. Catil. 56. Langium ad Cic. de Amic. 25. et Manut. ad Cic. 8. ad Famil. 15. multis probari. Nec tamen ita pro *versus* pugnandum puto, ut rejiciatur *versis*. *Omnibus ad orientem versis regibus gentibusque* potest esse, quorum regna, quarum sedes ad orientem versae sunt. Plinius 2. H. N. 108. *Sarmatarum gentes ad orientem versas.* et 7, 11. *Juxta eos, qui sunt ad orientem versi.* DUK. *omnibus ad orientem versis regibus* omnes

Digitized by Google

ctum, quam ut, id quod Hispaniae, Galliae, Siciliae, Africae jampridem persuasum esset, hoc Graeciae Asiaeque et omnibus ad orientem versis regibus gentibusque adpareret; unum hominem caput columenque imperii Romani esse: sub umbra Scipionis civitatem dominam orbis terrarum latere: nutum ejus pro decretis Patrum, pro populi jussis esse. infamia intactum invidia, qua possunt, urguent. Orationibus in noctem perductis, prodicta dies est. ubi ea venit, tribuni in Rostris

scripti nostri, Hearnii Oxonn. Crevierii Victor. et edd. ante Gronov. qui primus dedit *ad orientem versus*; quam lectionem mutare non sustinuit Crevierius, eamque sibi longe elegantiorem videri testatus est. Vellem, ut vir Cl. aperuisset, in quo elegantia istius lectionis prae altera consisteret; deinde, ut docuisset, Livium ab ea elegantia non abhorruisse, ut τῷ *versus*, sive praepositioni, sive adverbio, jungeret praepositionem vel *in*, vel *ad*: cujus me apud eum nondum exemplum notare memini. Falluntur enim alii, qui ad id probandum laudant locum ex 1, 18. *Ab augure deductus in arcem, in lapide ad meridiem versus consedit.* Ibi enim *versus ad meridiem*, nempe ipse Numa, est ad eam coeli plagam conversus: qua locutione Livium saepissime usum esse, patet ex illis, quae notantur ad 9, 2, 15. et 36, 15, 7. Existimo itaque, *versus* hoc loco in editionem Gronovianam per errorem operarum inrepsisse, eumque perperam recentiores praeter Hearnium omnes fere servasse. Ad id autem credendum inducor partim auctoritate codd. Mstorum, partim quia Gronovius factae mutationis nullam, ut plerumque solet, rationem in notis reddidit.

§. 4. *Unum hominem caput columenque imperii Romani esse*] *culmenque* Lov. 2. et Mead. 1. *columnamque* Voss. Lov. 1. 3. 6. et quaedam veterum edd. Verum utraque lectio illa verae, quae vulgo exstat, et reliquorum codd. fide nititur, glossema est. Melius tamen sensum Livii ceperunt, qui *columen* exposuerunt per *columnam*, quam qui per *culmen*. Nam verum quidem est, *columen* poni pro culmen. V. etiam Cel. Burm. ad Ovid. 1. Met. 689. Si tamen eo sensu hic acciperetur, Livius jungendo *caput columenque* bis idem dixisset. *Columen* igitur eo sensu accipio, quo vocem eamdem exposuit Rhenan. ad Livii 1, 39, 2. Easdem voces junxit Colum. 3, 4. *Id enim quasi caput et columen est inpensarum.*

Nutus ejus pro decretis Patrum, pro populi jussis esse] MS. *nutum ejus pro decretis Patrum.* MOD. Utro modo, *nutus*, an *nutum* legatur, ad sensum nihil interest: quare cod. Mog. *nutum* obferenti obsecutus sum, licet omnes nostri stent pro altera scriptura. Dein *pro decretis Patrum populique jussis* Lov. 2. et Harl. Male. V. ad hujus lib. c. 18, 12. *pro populi jussu* Voss. et quaedam ex vett. edd.

§. 5. *Orationibus in noctem per-*

Digitized by Google

6 prima luce consederunt. Citatus reus magno agmine amicorum clientiumque per mediam concionem
7 ad Roſtra subiit: silentioque facto, *Hoc*, inquit, *die, tribuni plebis, vosque Quirites, cum Hannibale et Karthaginiensibus signis conlatis, in Africa bene ac fe-*
8 *liciter pugnavi. Itaque, quum hodie litibus et jurgiis supersederi aequum sit, ego hinc extemplo in Capitolium ad Jovem optimum maximum Junonemque et Minervam ceterosque Deos, qui Capitolio atque arci praesident, sa-*
9 *lutandos ibo: hisque gratias agam, quod mihi et hoc ipso die, et saepe alias, egregie reipublicae gerendae mentem*

ductis, prodicta dies est, ubi ea venit] *praeductis* Gaertn. *productis* Hearnii L. 1. V. Cl. Duker. ad c. 50, 1. Tum *producta est dies.. ea ubi venit* Lov. 3. *producta* etiam Voſſ. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. Mead. 2. et Mead. 1, in margine. Nec aliter typis editi ante Gronov. qui recte *prodicta* reſtituit, ut erat in Lovel. 1. et in contextu Mead. 1. V. ad cap. ſeq. §. 1. Mox *conscenderunt*, pro *consederunt*, Lov. 3. V. ad 31, 26, 2.

§. 6. *Agmine amicorum clientiumque*] *clientumque* Voſſ. Lov. 3. 6. Gaertn. et ed. Camp. V. ad 23, 3, 2. Mox *subit* Lov. 1. V. ad 36, 20, 3. *subivit* Lov. 3. Deinde §. ſeq. *silentio facto* idem codex. Tum voces *in Africa* deſunt in Lov. 2.

§. 8. *Litibus et jurgiis supersederi aequum sit*] *supersedere*, nempe me, Lov. 3. *supersideri* Voſſ. V. ad 9, 2, 3. Sed nihil muto. Mox *et Junonem, et Minervam, ceterosque Deos* Lov. 3. *Junonemque, et Minervam, et ceteros Deos* Gaertn. *Junonemque, ac Minervam, ceteros Deos* Mead. 2.

§. 9. *Quod mihi et hoc ipso die, et saepe alias, egregie reipublicae gerendae*] *quod mihi in hoc ipso die, et saepe alias* Lov. 1. et 6. *quod et hoc ipso die, et saepe alias* Lov. 2. *quod mihi et hoc ipso die, et saepe aliis* Lov. 3. Deinde *gerendae reipublicae* Voſſ. Lov. ſex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum, qui verba transpoſuit. In ſequentibus *mentem sanitatemque dedere* Lov. 3.

§. 10. *Veſtrum quoque quibus commodum est, ite mecum, Quirites*] *Quirites, ite mecum* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *Quirites, quibus commodum est, ite mecum* Lov. 5. et editi Aldo vetuſtiores.

§. 11. *Ita, si ab annis septemdecim ad senectutem semper vos aetatem meam honoribus veſtris anteistis*] Pall. *ab annis septem et decem*, GEBH. Similiter Voſſ. Lov. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. *ab annis decem et septem* Lov. 1. V. ad 34, 10, 4. *ab annis XVI* Hearnii L. 1. Tum *ad senectutem semper meam vos honoribus* Lov. 3, *ad senectutem semper meam aetatem vos honoribus* Voſſ. Lov. 6. et Gaertn. *ad senectutem semper aetatem vos honoribus* Lov. 1, *ad senectutem vos*

Digitized by Google

facultatemque dederunt. Vestrum quoque quibus commodum est, ite mecum, Quirites, et orate Deos, ut mei similes principes habeatis. ita, si ab annis septemdecim ad senectutem semper vos aetatem meam honoribus vestris anteistis, ego vestros honores rebus gerendis praecessi. Ab rostris in Capitolium ascendit. simul se universa concio avertit, et secuta Scipionem est: adeo, ut postremo scribae viatoresque tribunos relinquerent, nec cum iis, praeter servilem comitatum et praeconem, qui reum ex Rostris citabat, quisquam esset. Scipio non in Capitolio modo, sed per totam urbem

aetatem honoribus Harl. In sequentibus *honores* deest in Lov. 2. *praecessi* in Mead. 2. ut ita ex his verbis repetendum sit *anteivi*. Sed, potius librarios peccasse, ceterorum in defendendo vulgato consensus ostendit. Cl. Jac. Perizonius ad marginem Livii notavit, si Scipio annos honorum intelligit, legendum esse *ab annis XXVII.* nam anno ıɔxxvıı. aedilem curulem primum ante annos fuisse. Existimat igitur, Scipionem velle, ante proximos viginti septem annos, quo tempore primum aedilis fiebat, Quirites aetatem suam honoribus in se conlatis anteisse. Verum, quum subjungatur *ad senectutem*, melius esse puto, ut per verba *ab annis septemdecim* intelligamus, ab anno aetatis septimodecimo. Nam eo tempore turmae equestris praefectus patrem in acie periclitantem ex periculo eripuit. Polyb. 10, 3. *Τότε γάρ, ὡς ἔοικεν, ἑπτακαιδέκατον ἔτος ἔχων, καὶ πρῶτον ἐις ὕπαιθρον ἐξεληλυθὼς, συνήσαντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς διαφερόντων ἱππέων ὁυλαμὸν ἀσφαλείας χάριν, συνδεασάμενος ἐν τῷ κινδύνῳ τὸν πατέρα* etc. Biennio postea exstitit tribunus legionis secundae; quo tempore, qui ex clade Cannensi elapsi Canusium aufugerant, omnium consensu ad eum admodum adolescentem summam imperii detulerunt. V. Liv. 22, 53. Triennio deinde interposito creatus est aedilis. V. Liv. 25, 2. Ea vero ratione aedilitatem anno aetatis vigesimo secundo obtinuisse debet. Patet igitur nihil in numero mutandum. *ab annis septemdecim* autem pro ab anno septimodecimo, ut *ἀφ' ἥβης μέχρι πέντε καὶ τριάκοντα ἐτῶν* apud Aelian. 2. Var. 38.

§. 12. *Ab rostris in Capitolium ascendit*) *escendit* Lov. 4. et Mead. 2. V. ad 2, 28, 6. Mox *se universa concio advertit* Voss. sed errore librarii. V. ad 6, 23, 8. Praeterea *secuta est Scipionem* Voss. et Lov. 1. ac 3. Vox *Scipionem* deest in Gaertn.

Ut postremo scribae viatoresque tribunos relinquerent) *ut viatores tribunos relinquerent* Lovel. 5. et edd. principes. Lectionem, quae nunc vulgo exstat, Aldus ex cod. Mog. recepit. Et ita praeferunt reliqui codd.

Digitized by Google

omnia templa Deûm cum populo Romano circumiit.
14 Celebratior is prope dies favore hominum et aestimatione verae magnitudinis ejus fuit, quam quo triumphans de Syphace rege et Karthaginiensibus urbem est invectus.

1 LII. Hic speciosus ultimus dies P. Scipioni inluxit. post quem quum invidiam et certamina cum

§. 14. *Favore hominum et aestimatione verae magnitudinis ejus fuit*] Nonne *vera*? Sic alibi saepissime *vere aestimare*. JAC. PERIZ. V. ad 34, 27, 1. *existimatione* legit Harl. *extimatione* Lov. 2. 3. 4. 6. V. ad 34, 2, 5. *favore hostium* perperam Lov. 3. V. ad 24, 40, 14. *To fuit* non adparet in Lov. 1.

§. 1. *Certamina cum tribunis prospiceret, die longiore prodicta*] *prospiceret cum tribunis* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Tum *die longiore polta* Lovel. 3. *die longiore praedicta* Gaertn. *die longiore producta* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. 2. et edd. ante Gronov. qui recte dedit *prodicta*; quomodo Scalig. legendum monuit ad Festum in voce *Prodidisse*. V. ad cap. praec. §. 5. et ad 3, 57, 6. In praecedentibus Scipionis praenomen *P.* ignorat Lov. 6.

In Liternum concessit] Scribendum non *in Liternum concessit*, sed *in Literninum*, ut subintelligas *rus*. alioqui *Liternum* dixisset, absque praepositione. GELEN. Pall. et vet. ed. *in Liternum concessit*. GEBH. *in Literninum* Lovel. 5. 6. et ed. Camp. quam lectionem quum ex mente Gelen. Froben. anno 1535. recepisset, et multi editores servassent, postea Basilicenses anno 1555. operarum errore *in Literninum* vulgarunt, at mox Sigon. *in Liternum*. Sed merito Gelenii emendationem Gruterus reduxit. Recte autem intelligendum monetur rus Literninum, vel villam in agro Literninо. Infra hoc cap. *Ad eum privatum ex villa sua extrahendum ad caussam dicendam non audeamus*. Plinius 14. Hist. Nat. 4. *Magna fama et Vetuleno Aegialo perinde libertino fuit in Campaniae rure Literno, majorque etiam favore hominum, quoniam ipsum Africani colebat exsilium.*

§. 2. *Ac majori fortuna adsuetus*] Praeferunt libri omnes *ac majori fortunae assuetus*, non *fortuna*. GEBH. *fortuna* in una extitit Gruteri editione prima, et ita ex Mstis solus praefert Gaertn. Livium ita loqui solitum fuisse, supra vidimus ad 31, 35, 3. Hic tamen eum alia loquendi forma usum esse, reliqui codd. et omnes priores typis descripti, *fortunae* servantes, evincunt. Insuper *et majori* Lov. 1. 3. 6. ac Voss.

Quam ut reus esse sciret, et submittere se] Cod. Mog. *quam ut res esse inciperet*. Forte librarius dare voluit *quam ut reus esse inciperet*. Certe *res* et *reus* etiam alibi commutantur. V. ad 45, 37, 8. Videtur tamen hic patrocinium optimi Msti deserendum, et vulgata lectio defendenda esse. Similiter loquitur Liv. 9, 4, 3. *Quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri scirent.* ubi

Digitized by Google

tribunis prospiceret, die longiore prodicta, in Literninum concessit; certo consilio, ne ad causam dicendam adesset. Major animus et natura erat, ac 2
majori fortunae adsuetus, quam ut reus esse sciret, et submitteret se in humilitatem causam dicentium. Ubi dies venit, citarique absens est coeptus, L. 3
Scipio morbum causae esse, cur abesset, excusabat.

videnda sunt, quae notantur. Praeterea et *submitteret se* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. Hearnii L. 1. et edd. vett. Primus Frob. anno 1535. *submittere* vulgavit. Si ex cod. Mog. adsentior; sin, vulgatum mutandi legitimam causam non video, licet *submittere* firmetur fide Voss. Lov. 4. Mead. 2. et Gaertn.

§. 3. *L. Scipio morbum caussam esse, cur abesset, excusabat*] Scribendum *morbum causae esse*, non *caussam*. id casu ita scriptum videri poterat, nisi post aliquot versus repeteretur: *Cum L. Scipio excuset, morbum esse caussae fratri*, consentientibus vetustis codicibus. GELEN. Neque hanc reprehendo phrasin. Caesar lib. 3. de Civili [cap. 72.] *Non illi paucitatem nostrorum militum, non iniquitatem loci* etc. *caussae fuisse cogitabant*. Sed ajo, veterem lectionem male repudiatam Gelenio esse: *morbum caussam esse*. Ut et infra *Quum L. Scipio excuset, morbum esse caussam fratri*. Tuetur auctor lib. 24, [16, 13.] *Singulos jurejurando adigam, nisi queis morbus caussa erit, non aliter, quam stantes, cibum potionemque, quoad stipendia faciant, capturos esse*. Eodemque lib. [cap. 18, 7.] *Qui quadriennio non militassent, quibus neque vacatio justa militiae, neque morbus caussa fuisset*. Lib. 34, [56, 9.] *Ut caussas cognoscerent eorum, quibus aut emerita stipendia, aut morbus caussae essent*. Nam ne errent tirones, *caussae* hic plurativo numero dicuntur. Duodecim tabulae *si morbus aevitasve vitium escit*. Auctor ad Herennium lib. 2, [13.] *Ut major annis sexaginta, et cui morbus caussa est, cognitorem det*. Caelius ad Cic. Ep. 8. *Qui eorum stipendia emerita caussas, quibus de caussis missi fieri debeant, habeant*. Gellius 16, 4. J. FR. GRON. Gelenius tamen etiam ad libros veteres provocat, in quibus et hic et paullo post *causae* legi dicit. Et sic quoque in duobus Hearnianis est. Gronovianos numero vincere facile, *causae* a scribis profectum aegre possum credere. Ex iis, quae hic adferuntur, non necessario sequitur, Livium semper eodem modo loquutum esse. *Causam* recte dici, nemo negabit; sed quia libri sunt, qui *causae* habent, etiam ita argumentari licet, librarios, quum viderent, hoc aliis locis in accusativo efferri, sibi persuasisse, hic perperam scriptum esse *caussae*. Ob eamdem rationem Langius, Gruterus, Graevius, Jac. Gronovius, et alii ante eos, quod in Cic. de Amic. cap. 2. quidam libri habebant, *Quod autem his Nonis in nostro collegio non adfuisses, invalitudinem causae, non moestitiam, fuisse*, videntur praetulisse alteri scripturae *causam*, quam in omnibus suis codd. quos se pluri-

Digitized by Google

quam excusationem quum tribuni, qui diem dixerant, non acciperent, et ab eadem superbia non venire ad cauſſam dicendam arguerent, qua judicium et tribunos plebis et concionem reliquiſſet; et, quibus jus de se dicendae sententiae et libertatem ademiſſet, his comitatus, velut captos trahens, triumphum habuiſſe teſtatur, fuiſſe scribit Aldus. DUK. Utramque locutionem *morbum caussam esse*, et *morbum caussae esse* probam esse, quum in confesso sit, ei non inmorabimur. Eo posito, cum Cl. Dukero emendationem Gelenii priscae lectioni, quam Gronovius perperam reduxit, praeferendam judico. Pro ea enim stat major Mſtorum numerus. Certe hujus partis operis Liviani consului undecim codices manu exaratos. Ex illis autem *morbum caussae esse* legunt Voſſ. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Lov. 6. a manu 2. Similiter legunt etiam Hearnii L. 1. et N. Deinde pronius librariis fuit, doctiorem et minus obviam locutionem *morbum caussae esse* mutare in notiorem *morbum caussam esse*, quam contra. Ob has igitur cauſſas hic et mox §. 10. lectionem, quae Gelenio placuit, Livio reddidi. Mox §. seq. *ad caussam dicendum* Voſſ. Voces autem *et conciones* desunt in Gaertn.

§. 5. *His comitatus, velut captos trahens, triumphum de populo Romano egisset, secessionemque eo die in Capitolio a tribunis plebis fecisset*] Pal. alter *triumphum populi Romani egisset secessionem. Eo die quo in Capitolium a tribunis plebis fecissetis, habetis* etc. GEBH. *his comminatus* Lov. 1. et 6. *his comeatus velut captus* Harl. Tum *triumphum P. R.* (vel *populi Romani*) *egisset* omnes scripti, et editi ante Aldum, qui *de populo Romano* ex cod. Mog. emendavit. In posterioribus verbis mire variant codd. *secessionem Romae* (r legit Voſſ.) *eo die quo* (τὸ quo deeſt in Lov. 6.) *in Cap. a tr. pl. fecisset* exhibent Voſſ. et Lov. 1. ac 6. *concessionem Romae eodem die quo in Cap. a tr. pl. fecissetis* Lov. 2. in margine. *succesionem Romae eo die quo in Cap. a tribuno pl. fecissetis* Gaertn. *secessione ro[e] eo die quo in Cap. a tr. pl. fecisset* Lov. 3. *secessionem eo die quo in Cap. a tr. pl. fecissetis* Lov. 2. et 4. neque aliter Lov. 5. et edd. priscae, nisi quod *fecisset* praeferant. *secessionem eo die in Cap. a tr. pl. fecissetis* Harl. et Mead. 2. *secessionemque eo die in Cap. a tr. pl. fecissetis* Mead. 1. At lectio, quae nunc obtinet, primum adparuit in ed. Frob. anni 1531. In praecedentibus *sententiae de se dicendae* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vox *sententiae* deeſt in Lov. 2.

§. 7. *Ut, ad quem ante annis septemdecim, exercitum et classem habentem*] 40, 52. *Quae bello Ligustino ante annis octo vovisset.* Plura exempla non habeo, quibus hoc satis, ut mihi videtur, insolens confirmem. Hoc loco scripturam variare, ex Hearnii adnotatis intelligo. DUK. Neque aliud mihi hujus locutionis exemplum subcurrit. Eo etiam opus non est, quum aliter Livium reliquiſſe mihi persuasum sit. *ad quem antea exercitum* praeferunt

Digitized by Google

phum de populo Romano egiſſet, ſeceſſionemque eo die in Capitolium a tribunis plebis feciſſet: *Habetis* 6 *ergo temeritatis illius mercedem. quo duce et auctore nos reliquiſtis, ab eo ipsi relicti eſtis. et tantum animorum in* 7 *dies nobis decrescit, ut, ad quem ante annos septemdecim, exercitum et claſſem habentem, tribunos plebis*

omnes codd. noſtri, Hearnii L. 1. Crevierii Victorin. et edd. principes. Moguntini deinde monuerunt, se in cod. suo invenisse *ut ad quem ante annos quindecim exercitum*. Forte librarii inciderant in codicem, in quo per compendium scriptum erat *antea a. XV*, vel continua serie *antea XV*; unde se non expedientes, numerorum notis ejectis, *antea* dederunt. Moguntinam lectionem mox Aldus recepit; nisi quod, ea paullulum mutata, dederit *ut ad quem ante annis XVII. exercitum*; id autem reliqui omnes servarunt. Particulam *ut* recte recepit. Eam eliserant ultimae lirae vocis praecedentis *decrescit*. Vide ad 24, 16, 17. Pro *annos* vero perperam adscivit *annis*, in nullo cod. obvium. Alterum itaque ejus loco admisi, quod et Crevierio magis placebat. Ut autem Aldus pro *quindecim* daret *XVII*, rationem temporis exigere, exiſtimaſſe videtur. Certe *quindecim* servari nequit. Nam ad Scipionem ex Sicilia reducendum tribuni et aedilis miſſi sunt M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano consulibus, qui magiſtratum obtinuerunt anno V. C. IↃCCXLIX. V. 29, 20. Scipioni autem dies dicta eſt anno V. C. IↃCCXLVI. quo consules fuerunt M. Aemilius Lepidus et C. Flaminius. Inter eos autem consules elapsi sunt septemdecim anni, si alterutrum tantum annum extremum numeramus, sive primum, sive ultimum; at anni tantum sedecim, si utrumque extremum omittimus. In Livio vero quaedam obcurrere exempla, unde ſtatuendum videtur, eum alterutrius extremi in numero annorum colligendo rationem habuiſſe, supra dictum eſt ad 4, 20, 8. Contra dari alia, quae probant, eum illo casu annos primum et ultimum exclusiſſe, videbimus ad 42, 10, 5. Priorem numerandi rationem Aldus, *XVII* emendans, secutus eſt; sed si poſteriorem sequi velimus, emendandum eſt *sextumdecimum*. Certe numerum cod. Moguntini aperte falsum esse patet.

Tribunos plebis aedilemque in Siciliam mittere ausi sumus] *tribunos plebis aedilesque* Lov. 5. *tri. ple. aedilesque* edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *tribuni plebis aedilesque* illis proximae. Moguntini deinde monuerunt, se in cod. suo invenisse *tribunum plebis aedilemque mittere in Siciliam*; ex quo Aldus legendum vidit *tribunos plebis aedilemque*, quia ex sententia Q. Metelli missi sunt *duo tribuni plebis et aedilis*, ut Livius refert 29, 20. Et ita in reliquis scriptis noſtris fuit, nisi quod pauci per compendium *trib. pl.* et Lovel. 2. atque Harl. *tribunum plebis* praeferant. In transponendis autem vocibus ac legendo *mittere in Siciliam* codici Moguntino adsentiuntur Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo; quare etiam recepi. Mox *prenderent* Voſſ. et Lov. 1. 2. ac 4. V. ad 2, 29, 4.

Digitized by Google

aedilemque mittere in Siciliam ausi sumus, qui prehenderent eum, et Romam reducerent, ad eum privatum ex villa sua extrahendum, ad cauſſam dicendam, mittere 8 *non audeamus?* Tribuni plebis, adpellati ab L. Scipione, ita decreverunt, *Si morbi cauſſa excusaretur, ſibi placere, accipi eam cauſſam, diemque a collegis pro-* 9 *dici.* Tribunus plebis eo tempore Ti. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitiae cum P. Scipione intercedebant. is, quum vetuiſſet nomen suum decreto collegarum adscribi, triſtioremque omnes senten- 10 tiam exspectarent, ita decrevit: *Quum L. Scipio excuset morbum eſſe cauſſae fratri, satis id sibi videri. Se P. Scipionem, priusquam Romam rediſſet, accusari non*

Ex villa sua extrahendum etc. *mittere non audeamus*] *ex villa sua trahendum* Voſſ. Lov. 1. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. *ex villa sua traducendum* edd. Ven. anni 1495. et quaedam aliae. Aldus auspicio cod. Mog. *extrahendum* recte legit. V. ad 5, 25, 13. Deinde *audemus* omnes noſtri, Hearnii L. 1. et edd. antt. At ita dare debuerunt, quia supra τὸ *ut*, unde pendet verbum *audeamus*, omiserunt: qua particula adscita, peſſime tamen Aldus *audemus* servavit; pro quo Frob. anno 1531. *audeamus* reſtituit.

§. 8. *Si morbi caussa excusaretur, sibi placere, accipi eam caussam*] *ut si morbi caussa* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et priscae edd. Poſtea Frob. anno 1531. merito voculam *ut* expunxit. Vox *caussam* exsulat a Lov. 1. Mox *ad collegas* Lov. 2. et Harl. Voluerunt dare librarii *ab collegis*, ut eſt in Voſſ. Lov. 1. 4. et Gaertn. Tum *produci* Voſſ. Lov. sex, Gaertner. Hearnii L. 1. et editi ante Gronov. qui *prodici* dedit. Saepius ita peccarunt scribae. V. ad 2, 61, 7. 3, 57, 6. et cap. praec. §. 5.

§. 9. *Tribunus plebis eo tempore T. Sempronius Gracchus erat*] A. Gellius lib. 7. cap. 19. haec ita recitat, perinde atque P. Scipio pro fratre Lucio haec egisset, quae hic Gracchus pro P. Scipione egiſſe narratur. Valer. Max. lib. 4. cap. 1. tanquam Gracchus pro Lucio, non Publio, haec egerit, narrat. Livius paulo poſt omnium narrat opiniones. GLAR. Voces *eo tempore* exsulant ab Hearnii L. 1. Gracchi praenomen a Lov. 2. Id *T.* erat in plerisque codd. Sed *Ti.* recte subſtituit Frob. anno 1535. *erat T. Sempronius Gracchus* legit Lov. 3. alii *Grucus*. V. ad 3, 25, 5. *Graccus erat, qui pro P. Scipione intercedebat* Lov. 3. Mox *suum nomen* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Deinde *triſtioremque ejus sententiam* Voſſ.

§. 10. *Quum L. Scipio excuset, morbum esse caussam fratri, satis id sibi videri*] *morbum caussae fra-*

Digitized by Google

passurum. tum quoque, si se adpellet, auxilio ei futurum, ne caussam dicat. Ad id fastigium rebus gestis, 11
honoribus populi Romani, P. Scipionem Deorum hominumque consensu pervenisse, ut sub Rostris reum stare, et praebere aures adolescentium conviciis, populo Romano magis deforme, quam ipsi, sit.

LIII. Adjecit decreto indignationem: *Sub pedibus* 1
vestris stabit, tribuni, domitor ille Africae, Scipio? ideo 2
quatuor nobilissimos duces Poenorum in Hispania, quatuor exercitus fudit fugavitque: ideo Syphacem cepit, Hannibalem devicit, Karthaginem vectigalem nobis fecit, Antiochum (recepit enim fratrem consortem hujus gloriae 3
L. Scipio) ultra Tauri juga emovit, ut duobus Petilliis

tri suo, id sibi videri Lov. 1. *morbum esse caussae fratri suo, id sibi videri* Voss. et Gaertn. *morbum esse fratri suo caussam, satis id sibi videri* Lov. 6. *morbum caussae esse fratri, satis id sibi videri* Lov. 2. Harl. et Mead. ambo. *morbum esse caussae fratri, satis id sibi videri* Lov. 3. et 4. V. ad §. 3. Praeterea *excusasset* cod. Mog. Sed praestat vulgatum.

§. 2. *Quatuor exercitus fudit fugavitque*] Particula *que* non est in Thuanaeo, nec aliis MSS. JAC. GRON. *exercitus funditus fugavit* Voss. *exercitus funditus fudit, fugavit*, duplici lectione juncta Gaertn. *exercitus fudit, fugavit*, omissa copulativa, Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, et edd. vett. Ita supra 28, 28, 9. *Quatuor exercitus Karthaginiensium fudi, fugavi, Hispania expuli.* 40, 48. *Extemplo fusi, fugati, mox intra vallum paventes compulsi.* Solet autem saepe in uno vel altero cod. copula inter eadem haec verba omitti, quae in vulgatis adest. V. ad 23, 11, 10. 35, 7, 8. 37, 57, 6. et alibi. Alia etiam verba Livius ἀσυνδέτως junxit. V. ad 2, 54, 4. 9, 22, 6. et saepe. Hic tamen eamdem expungere ausus non sum ob Mogunt. Msti auctoritatem; qui, quamvis mendose, servata tamen copula, exhibet *fudit necavitque.* Mox *Karthaginem nobis fecit subjectam* Voss. et Lov. 1. *Karthaginem vectigalem nobis fecit subjectam* Gaertn. *Karthaginem nobis vectigalem fecit* Lov. 6. at quatuor illa vocabula desunt in Lov. 4.

§. 3. *Antiochum, recepto ejus fratre consorte hujus gloriae, L. Cornelius Scipio ultra Tauri juga emovit*] Lege per parenthesin (*recepit enim fratrem consortem hujus gloriae L. Cornelius Scipio*). GELEN. Pall. *Antiochum, recepit ejus fratrem consors hujus gloriae L. Scipionem.* Vet ed. *Antiochum, recepto ejus fratre consorte hujus gloriae, L. Cornelius Scipio ultra Tauri juga emovit.* GEBH. Lectio, quae ante Gelenium, et ed. Frob. anni 1535. vulgo exstabat, in uno tantum Lov. 5. obvia fuit. *recepit ejus frater consors hujus gloriae*

Digitized by Google

subcumberet, vos de P. Africano palmam peteretis? 4 *Nullisne meritis suis, nullis vestris honoribus umquam in arcem tutam et velut sanctam clari viri pervenient: ubi, si non venerabilis, inviolata saltem senectus eorum con-* 5 *fidat?* Movit et decretum, et adjecta oratio non ceteros modo, sed ipsos etiam accusatores: et, deliberaturos se, quid sui juris et officii esset, dixerunt. 6 Senatus deinde, concilio plebis dimisso, haberi est coeptus. ibi gratiae ingentes ab universo ordine, praecipue a consularibus senioribusque, Ti. Graccho actae sunt, quod rempublicam privatis simulta- 7 tibus potiorem habuisset: et Petillii vexati sunt probris, quod splendere aliena invidia voluissent, et

L. Scipio Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *recepit enim frater consors hujus gloriae L. Scipio* Lov. 3. *cepit ejus frater consors hujus gloriae Scipio* Gaertn. *ejus frater consors gloriae L. Scipio* Lov. 6. *recepit ejus fratrem consors hujus gloriae L. Scipionem* Lov. 4. et Mead. 2. *recepit* (*cepit* Voss.) *ejus fratrem consortem hujus gloriae L. Scipionem* Voss. et Lov. 1. Patet in omnibus his vocem *Cornelius* deesse. Licet vero Gelenius in notis *L. Cornelius Scipio* servarit, Frobenius tamen in ed. anni 1535. ad Gelenii mentem formata τὸ *Cornelius* recte omisit. Tum *ultra juga Tauri* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *de pace Africani* omnes scripti nostri, et edd. vett. Tum *preteritis* Harl. et Voss. *peteritis* Lov. 3. 4. et Mead. 1. *petetis* Gaertn. *de P. Africano palmam peteritis* Aldus ex cod. Mog. recepit.

§. 4. *Nullisne meritis suis, nullis vestris honoribus*] Τὸ *suis* deest in Lov. 5. Deinde *nullisne vestris honoribus* legit Mead. 2. Mox verba proxima *umquam in arcem tutam* etc. *inviolata saltem* deerant in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Aldum, qui ea recepit auspiciis cod. Mog. in quo tamen perperam scriptum erat *cum qua*, cujus loco recte Frob. anno 1531. *umquam* emendavit. Mox *senectus eorum consideret* Lov. 1. *senectus eorum consideratur* Voss. Lov. 2. et Harl. *senectus ejus consideratur* Lov. 6. *senectus ejus considat* Lov. 4. et Mead. ambo: *eorum* tamen margini Mead. 1. adjicitur. *senectus eorum concidat* Lov. 3.

§. 5. *Sed ipsos etiam accusatores: et, deliberaturos se, quid sui juris et officii esset*] *sed etiam ipsos* Lov. 3. et Gaertn. *sed et ipsos etiam* Lov. 6. Tum vocula *et* non adparet in Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Hinc *quid juris sui et officii* legunt Lovel. 1. 2. 3. et 6. Τὸ *sui* deest in Voss.

§. 7. *Spolia ex Africano triumpho peterent*] Lege *Africani triumpho*, non *Africano*. GELEN. Similiter omnes nostri, exceptis

Digitized by Google

spolia ex Africani triumpho peterent. Silentium de- 8
inde de Africano fuit. vitam Literni egit sine desi-
derio urbis. Morientem rure eo ipso loco sepeliri
se jussisse ferunt, monumentumque ibi aedificari, ne
funus sibi in ingrata patria fieret. Vir memorabilis: 9
bellicis tamen, quam pacis, artibus memorabilior
prima pars vitae, quam postrema, fuit: quia in ju-
venta bella assidue gesta; cum senecta res quoque
defloruere, nec praebita est materia ingenio. Quid 10
ad primum consulatum secundus, etiamsi censuram
adjicias? quid Asiatica legatio, et valetudine adver-
sa inutilis, et filii casu deformata, et post reditum
necessitate aut subeundi judicii, aut simul cum pa-

Lov. 5. et Mead. 2. qui perperam *Africano* tuentur.

§. 8. *Morientem jure eo ipso* etc.] Malim *rure*. SIGON. Hoc Scholio, quod demum in editione Ven. anni 1592. adparuit, Sigonius emendat errorem, qui in nulla alia, nisi ipsius edit. anni 1572. obcurrit. Paullo ante particula *de* omittitur in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque.

§. 9. *Vir memorabilis, bellicis tamen magis, quam pacis, artibus. Memorabilior*] Hanc lectionem et distinctionem demum reperi in Elzeviriana Heinsii editione. Omnes priores cum codd. nostris, et Hearnii L. 1. omittunt *magis*, et verba ita interpungunt, *Vir memorabilis: bellicis tamen, quam pacis, artibus memorabilior prima* etc. Pro verbis, quae mox sequuntur, *prima pars* etc. *defloruere, nec praebita est materia ingenio*, nihil aliud praeferunt omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. quam *cui par habita est materia ingenio*. Quae eorum loco nunc circumferuntur, Aldus optimi Msti Mog. auspiciis adscivit, cujus bonitas et praestantia hinc iterum patet.

Nec praebita est materia quo ad primum consulatum] Verba haec in plerisque codd. asterisco notata sunt, quia sunt oppido obscura. at in ultima Frobenii editione ex veteribus codicibus recte emendata. Priore quidem consulatu magis in Africam apparavit exercitum, quam res ullas gesserit: secundo Italiam nunquam egressus est. Ergo prima vitae pars memorabilior, quam postrema. GLAREAN. V. ad verba sequentia.

§. 10. *Quo ad primum consulatum, secundo etiam si censuram adjicias*] Non sine causa asteriscus hic appositus erat. Nodum dissolverunt codices antiquae scripturae, in quibus ad hunc modum legitur: *Quid ad primum consulatum secundus, etiamsi censuram adjicias*. GELEN. *quo ad primum consulatum secundo etiamsi* Voss. Lov. 1. 5. 6. et Gaerta.

Digitized by Google

11 tria deserendi? Punici tamen belli perpetrati, quo nullum neque majus neque periculosius Romani gessere, unus praecipuam gloriam tulit.

1 LIV. Morte Africani crevere inimicorum animi, quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui vivo quoque eo adlatrare ejus magnitudinem solitus erat.

hoc

quo ad primum consulatum secundum etiamsi Harl. *qui ad primum consulatum secundo etiamsi* Lov. 3. 4. et Mead. 2. *qui ad primum consulatum secundus etiamsi* Mead. 1. Sed recte haec verba emendavit Gelenius: cujus emendationem probavit quidem Glareanus, sed sensum non recte adsecutus est. Ex adnotatione enim praecedenti patet, eum per primam partem vitae Scipionis intellexisse tempus ante primum consulatum adeptum: quum contra Livius ad primam partem vitae referat etiam primum consulatum, et dicat, secundum consulatum, etsamsi adjicias censuram, gloria et rerum amplitudine priori conferendum non esse; unde verum esse efficit, primam partem vitae memorabiliorem fuisse, quam postremam. Eleganter hic particula *ad* inservit comparationi. Supra 22, 22. *Homini non ad cetera Punica ingenio callido ut persuasit.* Alia ex Cic. et Terent. exempla vide apud Tursell. de Partic. Lat. orat. cap. 4. Creditur autem ellipticum esse *quid secundus consulatus ad primum*, pro quid secundus consulatus comparatus ad primum. Plene ergo loquitur Terent. Eun. 4, 4, 14. *Ne comparandus hic quidem ad illum est.*

Et post reditum necessitas] Non est in codicibus *necessitas*, sed *necessitate.* GELEN. *necessitas* exstat in solo Lov. 5. *necessitatem* in Lov. 3. 4. 6. et Gaertn. Reliqui faciunt cum Mstis Gelenii. Paullo ante *filii causa* Voss. errore, qui in scriptis saepe obcurrit. Vide ad 37, 17, 7.

§. 11. *Unam praecipuam gloriam tulit*] *unus praecipuam* est, non *unam.* GELEN. Omnes nostri lectionem a Gelenio damnatam servant, nisi quod mendosius *viam*, pro *unam*, praeferat Voss. Sed recte Gelenius *unus*, id est, solus. V. ad 3, 69, 3. Paullo ante *nullum neque periculosius* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo. At vocis *neque* repetitio caussa exstitit, ut duae mediae dictiones perperam exciderint. V. ad 9, 11, 11. *nullum majus neque periculosius* Voss. Harl. et Gaertn. Sed neque illud probandum. V. ad 34, 1, 5.

§. 1. *Qui vivo quoque eo adlatrare ejus magnitudinem solitus erat*] Pall. uterque *lacerare ejus magnitudinem.* GEBH. Suspicabar: *quorum princeps fuit M. Porcius Cato, vivi quoque allatrare ejus magnitudinem solitus. Hoc auctore existimantur.* J. FR. GRON. *lacerare* Voss. Lov. 2. 4. 6. Mead. ambo, Harl. et Gaertn. *ac lacerare* Lov. 1. 3. quomodo fere infra hoc cap. *Nisi et ipsius fama sepulti laceretur.* Sed nihil muto. Eleganter enim *adlatrare* dicuntur maledici et invidi, alterius,

Digitized by Google

hoc auctore existimantur Petillii et, vivo Africano, 2
rem ingressi, et, mortuo, rogationem promulgasse.
Fuit autem rogatio talis: *Velitis, jubeatis, quaeratur,* 3
quae pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho est,
quique sub ejus imperio fuerunt; quod ejus in publicum 4
relatum non est, uti de ea re Ser. Sulpicius praetor ur-
banus ad senatum referat? quem eam rem velit senatus

sese praestantioris, actis obtrectantes. Silius 8, 292.

— — *nigro adlatraverat ore*
Victorem invidia, et ventis jactarat iniquis.

Vide Bentl. ad Hor. 2. Satyr. 1, 85. ex quo etiam constat, *lacerare* et *adlatrare* a librariis commutari. *adlatrare* hoc loco jam legit Quinctil. 8. Inst. Orat. 6. pag. 732. ed. Burm. In reliquis verbis nihil codd. mutant, nisi quod *magnitudinem ejus* legant Lov. vel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. ac deinde *solicitus erat* Voss. et Lov. 1. De quo errore v. ad 5, 22, 5. et 8, 13, 15. Omnino igitur probare nequeo conjecturam Gronovii, qui, invitis libris, tres voces ex Livio expungere, unam insuper mutare conatus est. Quid de ejectis vocibus *qui* et *erat* censeam, patet ex illis, quae contra Gruter. disputavi ad 25, 34, 15. Inmerito etiam *vivo quoque eo adlatrare ejus magnitudinem* in *vivi quoque adlatrare ejus magnitudinem* mutari, infra videbimus ad 42, 36, 7.

§. 2. *Et, vivo Africano, rem ingressi, et, mortuo, rogationem promulgasse*] Edd. principes cum Lov. 5. et Hearnii L. 1. exhibent *et vivo Africano reo caussam ingratam*: cujus loco recte Aldus, praeeunte cod. Mog. edidit, quod nunc obtinet. Nulli meorum consentiunt. *vivo Africano rem ingratam* praeferunt Harl. Mead. 1. et Gaertn. *vivo Africano rem ingrato* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. 2. *vivo Africano rem initisse*, vel *inisse* Lov. 2. et 6. *Rem ingredi* est eam incipere. Infra 39, 28, 1. *Longe aliam ingressus disserendi viam.* 45, 21, 4. *Praetor novo maloque exemplo rem ingressus erat.* cap. 23, 15. *Lacedaemoniorum populum cunctatorem esse, et vix ea, quibus fidit, ingredientem.* Sall. Jug. 42. *Primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem Cajum necaverunt.* ubi v. Cort. Cic. de Senect. 14. *Illum lux, nostu aliquid describere ingressum, obpressit.* Val. Max. 1, 8, 6. *Non audentibus Romanis proelium ingredi.* ubi vide Torren. Justin. 7, 6. *Ut est ingressus imperium.* l. 6. §. 8. ff. de Excus. tutor. *Divus pater meus, mox ingredions principatum.*

§. 3. *Velitis, jubeatis, quaeratur, quae pecunia* etc.] Vox *quaeratur* non sine causa offendit Cl. Crevierium. Ita enim orationem integram ac suis numeris constantem esse: velitis, jubeatis, ut praetor urbanus ad senatum referat de ea pecunia, quae capta ab Antiocho est. Pro *quaeratur* igitur legendum censet *Quirites.* Verum, ita hic legendum esse, jam diu antea monuerat Brisson. de Form. 2, 130. Mox *sub imperio ejus fuerunt* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ceterum post haec verba duae pagellae deerant in Lov. 3. usque ad 39, 2, 7.

§. 4. *Quod aes in publicum rela-*

Digitized by Google

5 *quaerere de iis, qui praetores nunc sunt?* Huic rogationi primo Q. et L. Mummii intercedebant: senatum quaerere de pecunia non relata in publicum, ita ut 6 antea semper factum esset, aequum censebant. Petillii nobilitatem et regnum in senatu Scipionum accusabant. L. Furius Purpureo consularis, qui in decem legatis in Asia fuerat, latius rogandum cen- 7 sebat: non quae ab Antiocho modo pecuniae captae forent, sed quae ab aliis regibus gentibusque, Cn. 8 Manlium inimicum incessens. Et L. Scipio, quem magis pro se, quam adversus legem, dicturum adparebat, dissuasor processit. is post mortem P. Afri-

tum non est] Antiqua scriptura est *quod ejus in publicum*. GELEN. Prisca lectio tantum exstat in Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Reliqui scripti stant cum Gelenio. Recte. 31, 4, 2. *Decemviros agro Samniti Appuloque, quod ejus publicum populi Romani esset, metiendo dividendoque crearet.* ubi vide, quae notantur. 38, 23, 10. *Ceteram praedam vendidit, quod ejus in publicum redigendum erat.* Mox voces *praetor urbanus* desunt in Lov. 6. Plures autem legunt compendiosa scriptura *praetor urb.* at *praetor urbis* Lov. 1. 2. 4. Voss. Harl. et Mead. 1. V. ad 25, 1, 11. Deinde vox *rem* abest a Lov. 1. Hinc *praetores modo sunt* legit Mead. 1. *modo* de praesenti dici, docet Voss. ad Catull. pag. 39. At reliqui omnes *nunc* tuentur.

§. 5. *Huic rogationi primo Q. et L. Nummii intercedebant*] *primo* abest a vet. lib. Porro autem *Mummii* lego, quae gens notissima est. *L.* quidem *Mummius* decem ab his annis praetor est. SIG. *primo* deest etiam in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque. Deinde *Q. et L. Nummii* in uno est Lov. 5. *Q. et M. Numini* legit Lov. 1. *Q. et Minutius* Gaertn. *Q. et L. Minutii* Voss. et Lov. 6. Similiter fere infra iidem codd. legunt §. 11. Recte *Mummii* Sigonius. V. infra ad 40, 52, 4.

§. 6. *Regnum in senatu Scipionum*] *in senatum* Voss. Tum *Scipionis* Lov. 2. Mox *L. Purpurio*, omissa media voce, Gaertn. et edd. priscae. Eam ex cod. Mog. addidit Aldus, quae et in plerisque reliquis Mstis superfuit. *Purpurio* etiam Lov. 2. 5. et 6. Sigonius emendavit *Purpureo*. V. ad 27, 2, 10.

§. 10. *Non quae ab Antiocho modo pecuniae factae forent*] *captae* malim. SIG. Scholion hoc Sigonii demum adparuit in ed. Ven. anni 1592. eo mortuo vulgata, quo emendavit errorem operarum, in editione sua anni 1572. commissum. Mox *ut Cn. Manlium inimicum incesseret* Lov. 2.

§. 8. *Is post mortem P. Africani*] *is morte P. Africani* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *τὸ eam* non adparet in Lov. 2. et Harl. Tum §.

Digitized by Google

cani fratris, viri omnium fortiſſimi clariſſimique, eam exortam rogationem eſt conqueſtus. *Parum enim fuiſſe, non laudari pro Roſtris P. Africanum poſt mortem, niſi etiam accuſaretur. Et Karthaginienſes exſilio Hannibalis contentos eſſe: populum Romanum ne morte quidem P. Scipionis exſatiari, niſi et ipſius fama ſepulti laceretur, et frater insuper, acceſſio invidiae, mactetur.* M. Cato suasit rogationem, (exſtat oratio ejus de pecunia regis Antiochi) et Mummios tribunos auctoritate deterruit, ne adversarentur rogationi. Remittentibus ergo his interceſſionem, omnes tribus, uti rogaſſent, juſſerunt. 9 10 11 12

seq. *niſi accuſaretur* Lov. 5. et ed. Camp. *niſi etiam accuſarent* Mead. 1. V. ad cap. 40, 1.

§. 10. *Frater insuper acceſſione invidiae mactetur*] Antiqua scriptura *accessio* rectius, quam *accessione*. quod non dubito data opera depravatum ab iſtis delicatulis, qui hiatum ne in alienis quidem scriptis ferre poſſunt. GELEN. *accessione* Voſſ. Lov. 1. 2. 5. 6. et Harl. at recte *accessio* emendavit Gelenius, quod in aliis meis supereſt. Locutio dicta eſt per adpositionem. Eam inluſtrat Gronov. infra ad 45, 7, 2. Paullo ante *niſi ipsius fama* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. Particulam *et* Aldus, praeeuntibus membranis Mog. addidit. V. ad 2, 44, 3.

§. 11. *Exſtat oratio ejus de pecunia regis Antiochi, et Mummios tribunos auctoritate deterruit] eſſe et oratio ejus* Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *exſtat et oratio ejus* Lovel. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. Primus Frob. anno 1535. *τὸ et* ex contextu ejecit. Deinde in *Mummiorum* nomine itidem hic variant scripti, ut supra §. 5. at insuper *Miminios* Harl. *Mimininios* Mead. 1. *et Minutius deterruit* Gaertn.

§. 12. *Omnes tribus, uti rogasset, juſſerunt] uti rogas*, ut jam saepe admonui. SIG. Quem etiam vide ad 6, 38, 5. Verum recte Gronov. docet ad 31, 8, 1. interdum quidem Livium, ubi oratio ac narratio permittit, directam hanc formulam, *uti rogas*, adhibuiſſe; sin, verbo paullum inflexo, dixiſſe *uti rogarat, uti rogasset*: et quidem hic totius orationis seriem, ubi nemo loquens inducitur, nulliusve verba exprimuntur, sed solus hiſtoricus, quid factum sit, narrat, pati non poſſe, ut integra formula *uti rogas* referatur. Ejecta igitur, quam Sigonius adoptarat, lectione, reposuit, *uti rogasset*, quemadmodum Frob. anno 1535. edidit. Et ita plerique codd. quos consului. Verum *omnes tribuni, qui rogare jussi erant, jusserunt* Lov. 6. *omnes tribuni vel rogate jussi erant et eſt planior teſtus rogaſſent, juſſerunt* Lov. 1. *omnes*

Digitized by Google

1 LV. Ser. Sulpicio deinde referente, quem rogatione Petillia quaerere vellent, Q. Terentium Culleo-
2 nem Patres jusserunt. Ad hunc praetorem, adeo amicum Corneliae familiae, ut, qui Romae mortuum elatumque P. Scipionem (est enim ea quoque fama) tradunt, pileatum, sicut in triumpho ierat, in funere quoque ante lectum isse, memoriae prodiderint, et ad portam Capenam mulsum prosecutis funus dedisse, quod ab eo inter alios captivos in Africa ex
3 hostibus receptus esset: aut adeo inimicum eumdem, ut propter insignem simultatem ab ea factione, quae

tribuni rogassent, jusserunt Voss. *omnes tribus, uti rogassent, jusserunt* editiones Frobeniana priores; quod perperam loco motum reduxi. *uti rogassent*, nempe duo Quinctii Petillii, quos rogationem promulgasse supra hoc cap. testatus est. Similiter 30, 43, 3. postquam narrasset, M. Acilium et Q. Minucium tribunos plebis ad populum tulisse, vellent juberentne, senatum decernere, ut cum Karthaginiensibus pax fieret, addit: *De pace uti rogassent, omnes tribus jusserunt.*

§. 1. *Quem rogationem Petilii quaerere vellent*] Imo *rogatione Petilia*. GELEN. Libri nostri omnes, *quem rogationem pecuniarum quaerere vellent*. GEBH. *quam rogationem Petilii* Voss. et Lov. 1. ac 6. *quem rogatione Petilii* Lov. 2. Harl. et ed. Ven. anni 1498. *quem rogatione pecuniarum* Lov. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. et edd. principes. Sed verum Gelenius vidit. Liv. 42, 21, 8. *Rogationem Marciam de Liguribus magno consensu plebes scivit.* Ita *plebiscitum Valerium*. V. supra ad cap. 36, 9. Mox *Tuberonem*, pro *Culleonem*, Hearnii L. 1. Sed passim *Culleonis* cognomen et Livius, et alii ei tribuerunt. V. ad 30, 43, 11.

§. 2. *Alii hunc praetorem adeo amicum*] Lege *Ad hunc praetorem*, et [§. 3.] pro *alii adeo inimicum*, *aut adeo inimicum*; pro *prodiderunt, prodiderint*. Ita tota periodus pulchre constabit: quam is, qui bis perperam scripsit *alii*, mire obscuravit. Et tamen talia vix possunt scribis imputari. Vix tempero stomacho, quoties in mentem venit ingeniorum tam male auspicatorum, tametsi nimium crebro stomachandi materiam praebeant. GELEN. Unus Lov. 5. utroque loco stat cum libris impressis; reliqui codd. cum Gelenio; nisi quod posteriori loco *aut* desit in Lov. 1. Longior orationis ambitus, cui tamen intelligendae Livius interpositis vocibus, *ceterum ad hunc nimis aequum aut iniquum praetorem*, consulere conatus est, loco conrumpendo ansam dedit. Eum recte expedivit Gronov. infra 44, 40, 2. ubi etiam Gelenii emendationem probat.

Mulsum prosecutis funus dedisse] Mulsum οἰνόμελι vocat Plutarchus, cum hanc eandem rem

Digitized by Google

adversa Scipionibus erat, delectus sit potiſſimum ad quaeſtionem exercendam; ceterum ad hunc nimis 4
aequum aut iniquum praetorem reus extemplo factus L. Scipio; simul et delata et recepta nomina legatorum ejus, A. et L. Hoſtiliorum Catonum, et C. Furii Aculeonis quaeſtoris: et, ut omnia contacta 5
societate peculatus viderentur, scribae quoque duo et accensus. L. Hoſtilius, et scribae, et accensus, priusquam de Scipione judicium fieret, absoluti sunt: Scipio et A. Hoſtilius legatus, et C. Furius damnati: *Quo commodior pax Antiocho daretur, Sci-* 6

tradit in Apophtheg. [pag. 196.] Ἀποθανόντος δὲ τοῖς ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν παραγιγνομένοις ἐνέχει πίνειν οἰνόμελι. SIGON. Veteres Romani mulsum in deliciis habebant, et in triumpho milites ab imperatore eo donabantur. Plautus in Bacchid. [4, 9, 149.]

Sed, ſpectatores, vos nunc ne miremini,
Quod non triumpho. pervolgatum eſt, nihil moror.
Veruntamen accipientur mulſo milites.

In eo exemplo et more tum Livius ſignificat, Culleonem in Africani funere, renovata memoria triumphi ejus, pileatum dediſſe mulsum, aut triumphi imitatum liberalitatem et imaginem hoc feciſſe. TURN. 14. Advers. 11. An huc referendum votum Papirii supra 10, 42? *Voverat Jovi Victori, ſi legiones hoſtium fudiſſet, pocillum mulſi prius, quam temetum biberet, sese facturum.*

§. 4. *Ad hunc nimis aequum aut iniquum praetorem reus extemplo factus L. Scipio*] *Fieri reum ad praetorem*, pro apud praetorem, dictum. Sueton. in Tiber. [8.] *Fannium Caepionem reum majeſtatis ad judices fecit, et condemnavit.* Sic lib. 40, [24.] *Perſeum ad patrem accuſavit.* SIG. Ita *reus ad populum* 2, 54, 3. *criminari ad populum* 3, 9, 2. *criminari ad plebem* 3, 31, 4. *cauſſae criminum ad plebem* 5, 20, 7. *ad populum ſtupri damnare* 10, 31, 9. *accuſare ad populum* 43, 8, 9. et 45, 37, 4. *diem dicere ad populum* Gell. 3, 4. Et quidem in hac eadem hiſtoria Val. Max. 3, 7, 1. *Diem illi ad populum M. Naevius tribunus plebis, aut, ut quidam memorant, duo Petillii dixerant.* Gell. 4, 18. *Quum M. Naevius tribunus plebei accuſaret eum ad populum.* V. supra ad 7, 7, 4. Ceterum in loco Suetonii, quem Sigonius laudavit, conſtanter *apud judices*, non *ad judices*, editur. Deeſt etiam Scipionis praenomen *L.* in Lov. 2.

Et C. Furii Culleonis] C. Furius quaeſtor *Aculeo* cognominatur, non *Culleo*; quod cognomen in Terentia gente fuit, non Furia. GELEN. MS. *C. Furii Culleonis quaeſtoris.* MOD. Libri noſtri omnes vitiose *C. Furiacti Leonis.* GEBH. *C. Furiatii*, vel *Furiacii*

Digitized by Google

pionem sex millia pondo auri, quadringenta octoginta
7 *argenti plus accepisse, quam in aerarium retulerit: A. Hostilium octoginta pondo auri, argenti quadringenta tria: Furium quaestorem auri pondo centum triginta,*
8 *argenti ducenta.* Has ego summas auri et argenti relatas apud Antiatem inveni. in L. Scipione malim

Leonis Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. *C. Furii Acilii Leonis* Harl. *C. Furii Atii Leonis* Hearnii L. 1. *C. Furii Leonis* memoratis editionibus proximae. *C. Furii Culleonis* ex cod. Mog. Aldus. Sed verum vidit Gelenius. Paullo ante *simul et recepta* Lov. 6.

§. 5. *Ut omnia contacta societate peculatus viderentur*] *contracta* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Saepius ita librarios peccasse, vidimus ad 6, 28, 6. De voce *contactus* v. ad 2, 5, 2. et Gebhard. ad 4, 15, 8. Mox *Scipio et Hostilius* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. Sed praenomen Hostilio reddiderunt Moguntini ex cod. suo.

§. 6. *Sex millia pondo auri, quadringenta octoginta argenti*] *quadragintum octoginta* Lov. 1. *quadrigentum octoginta* Lov. 4. Harl. et Mead. 1. *quadringentum octoginta* Lov. 2. 5. et Mead. 2. cum edd. Campani, et aliis. Observat autem Cl. Periz. in Animadv. Hist. cap. 10. pag. 423. ingenti lapsu Pighium in Ann. ad ann. CCLXVI. pag. 297. ex hoc loco adferre *quadragies et octuaginta argenti pondo*; idque haud dubie, quia statim litem *quadragies* aestimatam additur. Mox *retulerat* omnes scripti mei, Hearnii L. 1. et priscae edd. pro quo Aldus, praeeunte optimo duce, codice Mog. *retulerit* emendavit.

§. 7. *Octoginta pondo auri, argenti quadringenta tria*] *argenti XLIIII* Gaertn. *et argenti quadraginta tria pondo* Lov. 2. *et argenti quadringenta tria* Voss. et Lov. 6. *argenti quadringenta tria pondo* Lov. 4. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. ac N. *et argenti quadringenta tria pondo* Lovel. 1. 5. et edd. vett. Vocem *pondo* in fine Aldus, τὸ *et* ab initio Frob. anno 1535. omiserunt. Sed omnia *argenti quadraginta tria* librarii culpa exsulant ab Harl. Mox in fine §. dictio *pondo* non adparet in Gaertner. *et argenti ducenta pondo* praefert Lov. 2. *auri pondo centum triginta, argenti ducenta*, trajectis vocabulis, cod. Mog.

In L. Scipione malim equidem librarii mendum, quam etc.] Hoc ego ita intelligo, ut Livius dicat, legi debere apud Antiatem, *Scipionem sex millia pondo argenti, et quadringenta octoginta auri plus accepisse, quam in aerarium retulerit.* Quae deinde Livius ita comparat, ut sex millia pondo auri, et quadringenta octoginta argenti, ut librarii corruperant Livii opinionem, aequent ducenties quadragies H-S. Rursus sex millia pondo (ut Livius vult apud Antiatem legi debere) argenti, et quadringenta octoginta auri aequent quadragies H-S. quae ratio non admodum differt a Budaei supputatione. Ostendit autem, aurum eo tempore non tanta aestimatione Romae fuisse, ut posterioribus inde annis: quod

Digitized by Google

equidem librarii mendum, quam mendacium scriptoris, esse in summa auri atque argenti. Similius enim 9
veri est, argenti, quam auri, majus pondus fuisse; et potius quadragies, quam ducenties quadragies, litem aestimatam: eo magis, quod, tantae summae 10
rationem etiam ab ipso P. Scipione requisitam esse

etiam ipse Budaeus multis locis asseverat. Caeterum hujus historiae Gellius meminit lib. 4. cap. 18. et Valer. Max. lib. 3. cap. 7. GLAR. Ex verbis sequentibus constat, Livium conjecisse, vitiata Antiatis verba, unde L. Scipioni litem ducenties quadragies aestimatam fuisse dicendum foret, ita emendanda esse, ut inde tantum quadragies H-S. efficiatur. Id autem qua emendatione fieri possit, non addit. Qua ratione Antiatem integritati restituendum Glareanus existimarit, ex praemissa ejus adnotatione patet. Ejus sententia duplicem ob caussam displicuit Clarissimo Periz. in Animadv. Hist. cap. 10. pag. 424. primo, quia in ceteris auri mentio praecedit constanter argentum: deinde, quia summa haec Glareani excedit *quadragies*, quo litem Scipioni aestimatam vult Livius, trecentis et viginti millibus H-S. Ipse itaque putat, potius erratum a librario in numerorum notis, quod et facilius fieri potuit, et saepissime factum, quam transpositis ipsis *auri* et *argenti* vocabulis. Nempe ut IↃↃCIↃ id est *sex millia* pondo auri dederit pro IↃC seu *sexcentis*, et CCCC seu *quater centena* pro CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ, vel CIↃ IↃↃ, id est *quatuor millibus*: quae notae olim paullo convenientius inter se fuerunt scriptae, ut docuit Petr. Servius in Juven. Fer. cap. 4. Sexcenta autem pondo auri et quatuor millia pondo argenti simul computata exacte respondere quadragies H-S. Superesse quidem *octoginta* pondo argenti, quorum in summa ad H-S. redacta Livius rationem non habuit, quoniam ea rotundo numero, vel eodem, quo cetera, modo exprimi non poterant, quippe quum non una centena, sed tantum duo et triginta millia nummorum explerent. Plane quemadmodum in altera quoque summa, in quam Scipionem damnatum scripserat librarius, ad *ducenties quadragies* sestertium reducta fecit, ubi praetermissa ab eo est tota argenti summa *quadringentorum octoginta pondo*, seu CXCII millium sestertiorum. Sola enim *sex millia pondo auri* facere *ducenties quadragies H-S.*

§. 9. *Similius enim veri est*] *vero est* Harl. Utroque modo Livium locutum esse, vidimus ad 5, 21, 9. Reliquis ergo codd. vulgatum defendentibus adhaereo.

Potius quadragies, quam ducenties quadragies, litem aestimatam] Credit ergo Livius, L. Scipionem judicatum, non *sex millia*, sed *mille pondo* auri plus accepisse, quam in aerarium retulisset: nam *mille pondo* auri sunt *quadragies sestertium*. Excurrentis summae *quadringentorum octoginta pondo argenti* vel rationem in lite aestimanda habitam non fuisse, quod longe major erat summa auri, quam argenti, vel scriptores veteres rotundo numero usos fuisse, putat Budaeus 3. de Asse pag. 77. Posterius pla-

Digitized by Google

11 in senatu, tradunt: librumque rationis ejus, quum Lucium fratrem adferre jussisset, inspectante senatu
12 suis ipsum manibus concerpsisse: indignantem, quod, quum bis millies in aerarium intulisset, quadragies
13 ratio ab se posceretur. ab eadem fiducia animi, quum quaestores pecuniam ex aerario contra legem promere non auderent, poposcisse claves, et se aperturum aerarium dixisse, qui, ut clauderetur, effecisset.

1 LVI. Multa alia, in Scipionis exitu maxime vitae, dieque dicta, morte, funere, sepulcro, in diversum

cet Gronovio 3. Pecun. vet. 7. DUK. *extimatam* Lovel. 1. 4. et Gaertn. *existimatam* Lovel. 2. et Harl. passim a librariis commisso errore. V. ad 34, 2, 5.

§. 10. *Rationem etiam ab ipso P. Scipione requisitam esse*] Sic etiam Gell. 4, 18. cui accusator P. Scipionis est *Naevius*. Valer. Max. 3, 7, 1. a L. Scipione rationem requisitam, et de accusatore P. Scipionis varie relatum tradit. DUK. *ab ipso requisitam esse P. Scipione* omnes codd. mei, (nisi quod quidam insuper legant *P. Scipionem*) et edd. ante Aldum, qui ex fide cod. Mog. voces trajecit, ut nunc editur.

§. 11. *Inspectante senatu suis ipsum manibus compressisse*] Hic quoque *concerpsisse* restitui, non temere, sed auctoritate fretus. SAB. *compressisse* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, et edd. principes. *comprensisse* Lov. 6. *conscripsisse*, vel *conscripsisse* Gaertn. *concerpsisse* emendat etiam Budaeus 1. de Asse pag. 204. Sabellicus quidem non explicat, qua auctoritate ita emendaverit; secutus tamen videtur Valer. Max. et Gell. quorum hic 4, 18. *discidit suis manibus et concerpsit*; ille 3, 7, 1. *discerpsit*, eamdem historiam referentes, dixerunt. Praeterea *spectante senatu* Lov. 1.

§. 12. *Indignantem, quod, quum bis millies in aerarium intulisset*] *indignatum* Voss. Lovel. 1. 6. et Gaertn. cum edd. vett. Val. Max. l. laud. *Indignatus de ea re dubitari, quae sub ipso legato administrata fuerat.* Sed *indignantem* Frob. anno 1535. reposuit. Dein *quum hiis millies* Mead. 1. *quum is millies* Lov. 2. Val. Max. l. laud. *Aerarium meo ductu meisque auspiciis bis millies H-S. uberius feci.* Insuper *in aerarium tulisset* Lov. 2. *in aerarium retulisset* Lov. 5. Supra hoc cap. *plus accepisse, quam in aerarium retulerit.* Verum *intulisset* Aldus ex cod. Mog. mutavit. Et ita reliqui codd. nostri. Infra 39, 29. *Id quoque se in aerarium inlaturum.* Vide ad Livii praef. §. 2.

§. 13. *Ab eadem fiducia animi, quum quaestores pecuniam ex aerario*] Plutarchus sic quoque in Apophthegm. [pag. 196.] Χρήματα δὲ τῆς συγκλήτου λαβεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ ταμείου ψηφισαμένης, τῶν δὲ ταμιῶν οὐ βουλομένων ἀνοῖξαι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, αὐτὸς ἀνοίξειν ἔφη· καὶ γὰρ κλεῖσθαι δι' αὐτὸν πλήσαντα χρημάτων τοσούτων τὸ ταμιεῖον. SIG.

Digitized by Google

trahunt: ut, cui famae, quibus scriptis adsentiar, non habeam. Non de accusatore convenit: alii M. 2
Naevium, alii Petillios diem dixisse scribunt: non de tempore, quo dicta dies sit: non de anno, quo mortuus sit: non ubi mortuus, aut elatus sit. Alii Ro- 3
mae, alii Literni et mortuum, et sepultum: utrobique monumenta ostenduntur et statuae. Nam et Literni monumentum, monumentoque statua superinposita fuit, quam tempestate disjectam nuper vidimus ipsi. Et Romae extra portam Capenam in 4

et ob eadem fiducia animi Lov. 2. et Harl. Vox *animi* omittitur in Hearnii L. 1. quemadmodum *τὰ ex aerario* in Lov. 2. Mox *claves*, vel *clavis poposcisse* praeferunt Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 1. *Multa alia, in Scipionis exitu maxime vitae*] MS. *Multa alia, in Scipionis fine tum maxime vitae.* Legerim *Multa alia, in Scipionis exitu cum maxime vitae*, quia illa est solens historicis locutio. MOD. Modio adsentiri nequeo. Nam *cum maxime* saepe quidem apud historicos obcurrit, sed pro hoc maxime vel praesertim tempore, ut *tum maxime* pro eo praesertim tempore. V. ad 27, 4, 2. Id autem hic non requiritur. Sed *in exitu maxime vitae* est praesertim in exitu vitae: quo sensu simpliciter *maxime* centies centiesque apud Livium obcurrit. Puto igitur *fine tum* in cod. Mog. per errorem librarii natum esse ex *τῷ exitu*, ex ultima litera vocis praecedentis in initio hujus propter ductuum similitudinem adscita litera *f*, in fine autem *τῷ* m repetito ex initio sequentis.

§. 2. *Alii M. Naevium*] Pall. et vet. ed. *Navium*. GEBH. *M. Manlium* Harl. *M. Navium* reliqui codd. mei, cum edd. vett. Infra vero §. 6. *M. Navii*, vel *Navi*, omnes et manu et typis descripti. Sed recte Moguntini ex cod. suo *M. Naevium*, et infra *M. Naevii* emendarunt. Ita enim vocatur apud Valer. Max. 3, 7, 1. et Gell. 4, 18.

Dicta dies sit: non de anno, quo mortuus sit: non ubi mortuus, aut elatus sit] *To sit* primo loco omisit Voss. Deinde *mortuus sit, aut delatus sit*, reliquis omissis, Lovel. 1. *mortuus aut delatus sit* Gaertn. *mortuus sit aut delatus* Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *mortuus sit aut elatus* Lov. 5. et edd. principes, pro quo in aliis *mortuus sit elatus* exstat. *delatus* etiam Voss. quod natum primo videtur, quia, qui verba scribenti praeibat, non satis distincte voces *aut elatus* pronunciavit. Eam, quae nunc exstat, lectionem Aldus ex cod. Mog. adscivit. *elatus* est sepultus. Supra 2, 33, 11. *Sumtus funeri defuit. Extulit eum plebs sextantibus conlatis in capita.* 24, 22, 17. *Periculumque ingens manet, ne libera efferatur respublica.* ubi vide Sigon. Justin. 12, 1. *Milites magnis funerum impensis extulit.* V. viros doctos ad Nepot. Arist. cap. ult.

Digitized by Google

Scipionum monumento tres ſtatuae sunt: quarum duae P. et L. Scipionum dicuntur eſſe, tertia poëtae Q. Ennii. Nec inter scriptores rerum discrepat solum, sed orationes quoque, si modo ipsorum sunt, quae feruntur, P. Scipionis et Ti. Gracchi abhorrent inter se. Index orationis P. Scipionis nomen M. Naevii tribuni plebis habet: ipsa oratio sine nomine eſt accusatoris. nebulonem modo, modo nu-

ad Petron. cap. 111. et Kirchm. de Funer. 2, 1.

§. 3. *Monumentoque ſtatua superinposita fuit*] *et monumento* Gaertn. Tum *superposita* Lov. 2. et Harl. Sed de verbo *superinponere* v. ad 21, 2, 5.

Quam tempeſtate disjectam nuper vidimus ipsi] Vox *tempeſtate* exsulat a Lov. 2. et Mead. 1. Deinde *ſtatuam tempeſtate disjectam* intelligere poſſumus, cujus diffractae membra paſſim dispersa sunt: quo sensu *disjectam tempeſtate classem* habuimus 21, 49, 5. ubi vide. Mallem tamen, si per codices, qui hic omnes *disjectam* tuentur, liceret, *tempeſtate dejectam*, de basi nempe, vel de monumento, cui superinposita erat. Infra 39, 7, 8. *Malus in circo inſtabilis in signum Pollentiae procidit, idque dejecit.* 40, 2. *Cum vento tempeſtas coorta signa aenea in Capitolio dejecit.* Jul. Obseq. de Prodig. cap. 60, 1. *Signa aenea in Capitolio dejecit.* cap. 75. *Procellosa tempeſtate pontis maximi tectum cum columnis in Tiberim dejectum.* cap. 89. *Romae et circa fulmine pleraque dejecta sunt.* Solent *dejicere* et *disjicere* commutari. V. Nic. Heinsium ad Nason. 12. Met. 108.

§. 4. *Monumento tres ſtatuae sunt: quarum duae P. et L. Scipionum*] Omnia haec verba desunt in Hearnii L. 1. neglegentia librarii ob vocis *Scipionum* repetitionem. Vide ad 9, 11, 11. Sola vox *quarum* exsulabat a Lov. 5. et edd. vett. quam Aldus ex Mog. cod. retraxit. Consentiunt reliqui noſtri. Mox *τὸ esse* non comparet in Harl.

§. 5. *Si modo ipsorum sunt, quae feruntur, P. Scipionis et Ti. Gracchi, aberrant inter se*] Rectius in codicibus legitur *abhorrent inter se.* GELEN. Omnes libri *aberrant.* GEBH. *P. Scipionis* nesciunt Lovel. 5. et edd. vett. quas voces Moguntini ex cod. suo adsciverunt. Easdem servant reliqui Mſti. Tum *et Sempronii Gracchi* Lov. 2. et Harl. Reliqui vulgatum defendunt, nisi quod plures eorum male *T. Gracchi* praeferant. Deinde *aberant* Lov. 1. *aberrant* reliqui, cum Hearnii L. 1. pro quo recte Gelenius ex Mſto Mog. *abhorrent* emendavit. Olim, omiſſa adspiratione, *aborrent* scriptum fuerat, quod inperiti in *aberrant* mutarunt. Pari modo variant codd. supra 22, 13, 6. Et ita *error* et *horror* commutantur. V. ad 39, 8, 4. Utrum Scipio orationis, quae nomine ejus circumferebatur, auctor exſtiterit, non convenire, teſtatur quoque Gellius 4, 18.

§. 6. *Nebulonem modo, modo nugatorem adpellat*] MS. habet *nebulonem modo, modo nugatorem ap-*

Digitized by Google

gatorem adpellat. Ne Gracchi quidem oratio aut 7
Petilliorum, accusatorum Africani, aut diei dictae
Africano ullam mentionem habet. Alia tota seren- 8
da fabula est Gracchi orationi conveniens: et illi
auctores sequendi sunt, qui, quum L. Scipio et ac-
cusatus, et damnatus sit pecuniae captae ab rege,
legatum in Etruria fuisse Africanum tradunt. quo 9
post famam de fratris casu adlatam, relicta lega-

pellantis. MOD. Thuan. *nebulonem, modo nugatorem*. In quem modum aliquoties supra restitutus Livius. J. FR. GRON. Alterum *modo* expungunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. Videri posset, vocem *modo*, quae geminanda erat, inertia librariorum semel omissam esse. Eum enim errorem eos saepius commisisse, constat ex illis, quae notantur ad 33, 27, 4. Verum id minus placet, partim quia duo tantum codd. iique minoris auctoritatis, Lov. 5. et 6. editis consentientes *nebulonem modo*, *modo nugatorem* praeferunt; partim quia cod. Mog. inverso vocabulorum ordine legit *modo nebulonem*, *modo nugatorem*; quae inconstantia suspicionem movet, alterum *modo* a mala manu, et pro cujusque arbitrio vel hoc, vel illo loco interpositum esse. Ne quis tamen, praestantissimi codicis auctoritate motus, nihilominus alterum *modo* defendendum existimet, ejus Msti testimonium hic illud minuit, quod vitii manifestus insuper, pro *appellat*, legat *appellantis*. Id enim si recipimus, sequitur, Scipionem reum ab accusatore modo nebulonem, modo nugatorem adpellatum fuisse; quum contra ita accusatorem adpellarit Scipio; cujus verba haec laudat Gell. 4, 18. *Sed censeo relinquamus nebulonem hunc: eamus hinc protinus Jovi optimo maximo gratulatum.* Probo igitur sententiam Clariss. Gronovii, et cum eo lego *accusatoris. nebulonem, modo nugatorem adpellat*. Genus autem loquendi pluribus inlustratur ad 3, 37, 8. Recte autem jungit *nebulonem* et *nugatorem*. Nam, teste Festo ea voce, *nebulo dictus est, ut ait Aelius Stilo, quod non pluris est, quam nebula, aut qui non facile perspici possit, qualis sit, nequam, nugator*. Paullo ante *sine nomine accusatoris est* Lov. 5. et ed. Camp. *est sine nomine accusatoris* Lov. 6. An igitur, etiam τῷ *est* ejecto, legendum *ipsa oratio, sine nomine accusatoris, nebulonem, modo nugatorem adpellat?*

§. 8. *Et accusatus damnatus sit*] Vet. lib. *et accusatus, et damnatus sit*. SIG. Similiter non tantum omnes codd. sed etiam edd. excepta sola Basil. anni 1554. quae posterius *et* operarum lapsu omisit. Mox *fuisse in Etruria* Harl.

§. 9. *Quo post famam de fratris casu adlatam* etc. *cucurrisse eum Romam*] *quod post famam* Mead. 2. *et post famam* Lov. 2. Sed non expediebant se librarii, neque videbant, jungendum esse *post famam quo adlatam*. Tum *de casu fratris* Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Prae-

Digitized by Google

tione, cucurriſſe eum Romam; et, quum a porta recta ad forum se contuliſſet, quod in vincula duci fratrem dictum erat, repuliſſe a corpore ejus viatorem: et tribunis retinentibus, magis pie, quam ci-
10 viliter, vim feciſſe. Hinc enim ipse Gracchus queritur, diſſolutam eſſe a privato tribuniciam poteſtatem: et ad poſtremum, quum auxilium L. Scipioni pollicetur, adjicit, tolerabilioris exempli eſſe, a tribuno plebis potius, quam a privato, victam videri
11 et tribuniciam poteſtatem, et rempublicam eſſe. Sed ita hanc unam inpotentem ejus injuriam invidia one-

terea *currisse* Lov. 1. Si codd. addicerent, mallem, adsentiente Celeberr. Dukero, *accurrisse eum Romam*. Cic. 3. de Offic. 31. *Quod quum audivisset adolescens filius, negotium exhiberi patri, accurrisse Romam.*

Quum a porta recte ad forum se contulisset] *recta* ex vet. lib. SIG. Eadem eſt ed. Basil. anni 1554. quae operarum aberratione *recte* exhibet, invitis ceteris excusis, et scriptis omnibus, praeter unum Lov. 2. qui in eodem luto haeret. V. ad 3, 46, 5. *recta a porta* legit Gaertn.

In vincula duci fratrem dictum erat] Omnes libri habent *duci fratrem jussum erat*. GEBH. *in vincula duci fratrem invenerat* Voſſ. Lov. 1. 6. et Lov. 2. in margine. *in vincula duci fratrem jussum erat* Lovel. 2. in contextu, Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et primae edd. pro quo Aldus *dictum erat* ex cod. Mog. reposuit. Mox *renitentibus*, pro *retinentibus*, Lov. 6. a manu 2.

§. 10. *Hinc enim ipse Gracchus queritur*] Tu scribe *Haec enim ipsa*. GELEN. Pall. *Haec enim ipsa Gracchus queritur*. GEBH. *Haec enim ipse Gracchus* Lov. 5. Harl. et priscae edd. Poſtea Mogunti-ni profeſſi sunt, se in cod. suo reperiſſe *Hinc enim ipse Tiberius Gracchus queritur*. Ex ejus veſtigiis Aldus dedit *Hinc enim ipse Gracchus;* pro quo Gelenius emendat *Haec enim ipsa*, ut exſtat in Lovel. 2. 4. Mead. utroque, et Gaertn. quum vox *ipsa* omiſſa sit in Lov. 1. 6. et Voſſ. Sigonius primarum edd. lectionem revocavit. Mihi Aldina lectio adridet, quam Livio reddidi.

Et ad poſtremum, quum auxilium L. Scipioni polliceretur] Prima vocula deeſt in Lov. 2. Dein *pollicetur* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. principes, quorum auctoritati parui. Mox *tò potius* repudiat Voſſ. quod etiam abeſſe poteſt: alii tamen omnes tuentur.

§. 11. *Quod degenerarit tantum a se ipse*] *quod degeneravit non tantum* Gaertn. *quod generaverit non tantum* Voſſ. *quod generaverit tantum* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *quod generavit tantum* Lov. 1. et

Digitized by Google

rat, ut, increpando quod degenerarit tantum a se ipse, cumulatas ei veteres laudes moderationis et temperantiae pro reprehensione praesenti reddat. Caſtigatum enim quondam ab eo populum, aït, quod 12
eum perpetuum consulem et dictatorem vellet facere. prohibuiſſe ſtatuas sibi in comitio, in Roſtris, in curia, in Capitolio, in cella Jovis poni. prohibuis- 13
se, ne decerneretur, ut imago sua triumphali ornatu e templo Jovis optimi maximi exiret.

LVII. Haec, vel in laudatione posita, ingentem 1
magnitudinem animi moderandis ad civilem habitum

2. *quod degeneraverit tantum* Lov. 5. 6. et edd. vett. pro quo Froben. anno 1535. reposuit *degenerarit*. V. ad 21, 44, 7. Deinde *a se ipso* Lov. 1. 5. 6. et edd. antiquae. Male. V. ad 2, 19, 5. *ac se ipse* Harl. et Mead. 1. qui *ab se ipse* dare voluiſſe videntur. Mox *cumulata sed veteres laudes* Voſſ. et Lov. 1. ac 2. *cumulata sed veras laudes* Gaertn. *cumulatas et veteres laudes* Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *cumulatas etiam veteres laudes* Lov. 6. Frobenius anno 1531. vulgati auctor exſtitit, *et* in *ei* mutato. V. ad 41, 15, 6.

§. 12. *Perpetuum consulem et dictatorem*] Eadem de moderatione Scipionis refert Valer. Max. 4, 1, 6. Sed in eo, quod ibi de imagine Scipionis in Capitolio dicit, deinde et a Livio, et a se ipse discrepat. Nam 8, 15, 1. ita scribit: *Imaginem in cella Jovis optimi maximi positam habet; quae, quotiescumque funus aliquod Corneliae genti celebrandum eſt, inde petitur.* Appian. in Hispan. pag. 267. *Καὶ νῦν ἔτι τὴν εἰκόνα τὴν Σκιπίωνος ἐν ταῖς πομπαῖς μόνου προφέρουσιν ἐκ τοῦ Καπιτωλίου, τῶν δ' ἄλλων ἐκ τῆς ἀγορᾶς φέρονται.* Ceterum miror, Livium rem tam memorabilem, et ad mutandam totam formam reipublicae pertinentem, per occasionem decreti Gracchi leviter tangere, quam in corpore ipso hiſtoriae narrare, et judicium suum de veritate illius interponere maluiſſe. Nam quod Graccho hunc sermonem tribuit, non satis argumenti eſt, eum fidem habuiſſe illis, qui hoc tradiderant; quandoquidem et alibi, quum sibi quaedam parum certa videri significaſſet, deinde alios ea tamquam certiſſima adfirmantes inducit. Vide ad 36, 40. Quidquid eſt, mihi res notabilior eſſe videtur, quam quae in hiſtoria ipsa, cui saepe multo leviora inserit, praeteriri debuerit. DUKER.

§. 13. *Prohibuiſſe, ne decerneretur, ut imago*] Voces *ne decerneretur* Lov. 2. omittit, quarum loco *ut decerneretur* legit Lovel. 6. Dein *uti imago* Lov. 2. et Harl. Mox *ex templo Jovis optimi exiret* Voſſ. et Lov. 1. *ex templo* etiam Lov. 6. *e templo Jovis exiret* Gaertner.

§. 1. *Magnitudinem animi mode-*

Digitized by Google

honoribus significarent, quae exprobrando inimicus
2 fatetur. Huic Graccho minorem ex duabus filiis
(nam major P. Cornelio Nasicae haud dubie a pa-
3 tre conlocata erat) nuptam fuisse convenit. Illud
parum constat, utrum post mortem patris et despon-
sa sit, et nupserit: an verae illae opiniones sint,
Gracchum, quum L. Scipio in vincula duceretur,
4 nec quisquam collegarum auxilio esset, juravisse, *Sibi inimicitias cum Scipionibus, quae fuissent, manere; nec se gratiae quaerendae caussa quidquam facere. sed, in*

randis ad civilem habitum honoribus]moderantis vilem habitum honoribus cod. Mog. Ex ejus vestigiis legendum videtur *magnitudinem animi, moderantis ad civilem habitum honoribus, significarent. moderantis honoribus*, ut 4, 7, 6. *Gaudeant, se irae moderatos.* 31, 44, 2. *Atheniensium civitas odio in Philippum per metum jamdiu moderata erat.* 37, 35, 5. *Suae fortunae moderarentur, et alienam ne urgueren.* Silius 13, 679. *Martis moderare furori.*

§. 2. *Huic Gracoho minorem ex duabus filiabus*] Quum constanter legatur in manuscriptis voluminibus *ex duabus filiis*, videtur hoc loco Livius contempsisse exceptionem grammaticorum. Neque enim jam est ambigua vox, quantum ad sexum attinet, si dicat, *duabus filiis.* Si cui tamen magis placet vulgata lectio, cum eo equidem non pugnarim, contentus veterem indicasse. GEL. Libri nostri omnes *ex duabus filiabus*, quod puto interpretatum ab sciolis, qui ignorarent, ita loqui quoque bonos scriptores. Trogus lib. 7, 3. *Legati benigne excepti, inter epulas ebrietate crescente, rogant Amyntam, ut apparatui epularum adjiciat jus familiaritatis, additis in convivium suum filiis et uxoribus: id apud Persas haberi pignus ac foedus hospitii.* GEBH. *ex duabus filiis* Voss. Lov. 1. 2. 6. et Harl. *ex duabus filiabus* Lov. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. Posset censeri Livius *duabus filiis* dixisse, ut evitaret ὁμοιοτέλευτον, nisi *duabus filiabus* usurpasset 24, 26. *In sacrarium ad penates confugit cum duabus filiabus virginibus.* Gelenii tamen lectionem servavi. Similiter Athenienses *filiis Aristidis*, pro filiabus, dotem dedisse, refert Frontin. 4. Strat. 3, 5. Adde Vossium 4. Gramm. 4. Locus Justini, quem Gebhardus laudavit, hodie aliter legitur in excusis. Mox *a patre collata* Voss. Lov. 1. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. Sed v. ad 10, 32, 5. Tum *nuptam esse* Lov. 1.

§. 3. *Et desponsa sit, et nupserit: an verae illae opiniones sint*] *et dispensarit* Voss. et Lov. 6. *et desponsarit* Lov. 1. *et desponsata sit* codd. Mogunt. Lovel. 2. Harl. et Gaertn. Ita variant codd. et iam mox hoc cap. §. 8. ubi vide. Tum *an vero illae opiniones* Gaertn. vox *illae* deest in Lov. 1. Ceterum, Scipionis filiam post mortem patris Graccho certe nupsisse, testatur Plutarch. in vit. Gracch. in princ.

Digitized by Google

quem carcerem reges et imperatores hostium ducentem vidisset P. Africanum, in eum se fratrem ejus duci non passurum. Senatum, eo dié forte coenantem in Capitolio, consurrexisse, et petisse, ut inter epulas Gracchо filiam Africanus desponderet. quibus ita inter publicum sollemne sponsalibus rite factis, quum se domum recepisset, Scipionem Aemiliae uxori dixisse, filiam se minorem despondisse. quum illa, muliebriter indignabunda, nihil de communi filia secum consultatum, adjecisset, non, si Ti. Gracchо daret,

§. 4. *In eum se fratrem ejus duci*] Pronomen *se* abest a Lov. 5. et edd. vett. id ex cod. suo Moguntini interposuerunt, et servant omnes reliqui nostri. At vicissim *ejus* exsulat a Lovel. 6. Paullo ante *gerendae gratiae causa* Voss. et Lov. 1. *quaerendae gratiae caussa* Lov. 6. *quaerendae caussa gratiae* Gaertn. Tum *quem in carcerem* Voss. et Gaertn.

§. 5. *Senatum, eo die forte coenantem in Capitolio, consurrexisse*] Cur assurrexerit senatus, ambiguum; Gracchone tam bene merito de republica, an P. Scipioni, qui cum statim verba fiunt. Aemyliae item responsio, nisi eam Gracchо vel affinem, vel valde faventem intelligamus, quid sibi velit, non plane capimus. GLAREAN. *in Capitolio coenantem* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *consurrexisse* nempe de mensa, ut Scipionem de nuptiis filiae minoris et Ti. Gracchi rogaret, et quasi supplicaret. Cic 4. ad fam. 4. *Fecerat autem hoc senatus, ut, quum a L. Pisone mentio esset facta de Marcello, et quum C. Marcellus se ad Caesaris pedes abjecisset, cunctus consurgeret, et ad Caesarem supplex accederet.* Mox *desponsaret* Gaertn. Vide ad §. 8.

§. 6. *Quibus ita in publicum sollemne sponsalibus rite factis*] Cur non *inter publicum solenne* potius, quemadmodum in archetypis legitur? GELEN. Libri omnes *in publicum solenne*. GEBH. Similiter et nostri. Adsentior tamen Gelenio, ex suis *inter publicum* legenti. Solent passim praepositiones *int'*, id est *inter*, et *in* confundi. Exempla v. ad 2, 46, 4. 3, 36, 1. 4, 6, 7. c. 19, 1. c. 51, 6. c. 53, 13. 5, 21, 16. c. 53, 3. 6, 5, 4. c. 14, 6. c. 20, 8. c. 24, 10. c. 40, 4. pluribusque aliis locis. Adde Torrent. ad Suet. Aug, 2. Hinc etiam commutantur verba *interjectus* et *injectus*. V. ad 9, 13, 8. *intercludere* et *includere*. V. ad 26, 5, 11. *intercidere* et *incidere*. V. ad 26, 9, 11. *intercedere* et *incedere*. V. ad 27, 37, 14. *interponere* et *inponere*. V. ad 37, 7, 5. et similia plura.

§. 7. *Non, si Ti. Gracchо daret*] *et non, si Ti. Gracchо* Voss. Forte is voluit *non, etsi Ti. Gracchо*. Voculam autem *etsi* cum subjunctivo construi, vidimus ad 5, 42, 7. Sed nihil mutandum. Elegans est illud *non, si* eodem sensu, pro *non etsi*, positum. 5, 51, 1. *Non, si me senatusconsulto populique jussu revocaretis, redituros*

Digitized by Google

8 expertem consilii debuisse matrem esse; laetum Scipionem tam concordi judicio, ipsi desponsam respondisse. haec de tanto viro, quamquam et opinionibus, et monumentis literarum variarent, proponenda erant.

1 LVIII. Judiciis a Q. Terentio praetore perfectis, Hostilius et Furius damnati, praedes eodem die quae-
2 storibus urbanis dederunt. Scipio, quum contenderet, omnem, quam accepisset, pecuniam in aerario esse, nec se quidquam publici habere, in vincula du-

umquam fuerim. ubi vide plura. Ceterum ideo Aemilia meminit Gracchi, marito suo inimicissimi, quod eo tempore juventutis Romanae praestantissimus foret: quasi diceret, non oportuisse, ut maritus de nuptiis communis filiae se inconsulta ageret; ne tum quidem, si eam optime elocaret, et principi juventutis Ti. Graccho desponderet. Aemiliam Graccho vel adfinem, vel valde faventem fuisse, ut Glarean. ad §. 5. conjicit, aliunde non constat. Corneliam virtutis causa Graccho desponsam fuisse, auctor est Plut. in vit. Gracch. pag. 824. *Γράκχῳ λαμπρότερον ἦν τὸ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀξίωμα. Διὸ καὶ τὴν Σκιπίωνος θυγατέρα Κορνηλίαν, οὐκ ὢν φίλος, ἀλλὰ καὶ διάφορος τῷ ἀνδρὶ γεγονὼς, λαβεῖν ἠξιώθη μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτήν.*

§. 8. *Et ipsi desponsam respondisse*] Grande operae pretium fecit scilicet, quisquis ille fuit, qui hic de suo adjecit conjunctionem *et*. Libenter istas minutias dissimulo, inter annotandum dumtaxat, sed hoc majus est erratum, quam primo aspectu videtur. quod qui non sentit vel admonitus, is plane nihil sentit. GELEN. Libri omnes praeferunt *et ipsi desponsam respondisse*. GEBH. *et ipsi* Lovel. 1. 2. 5. 6. Harl. et Gaertn. Tum *sponsam* Lov. 1. *desponsatam* Lov. 4. a manu 1. et Harl. Ita supra variant codd. hoc cap. §. 3. et 5. etiam supra 1, 26, 2. ubi optimus Flor. legit *desponsa* a m. pr. *desponsata* a m. 2. V. quae ibi notantur.

Quamquam et opinionibus, et monumentis literarum variarent] Vet. lib. *quam et opinionibus*, id est, dicendum fuit, quemadmodum de tanti viri rebus his scriptores inter se discordarent. Mirabile enim videri vult, auctores in tam illustris viri rebus prodendis non idem scripsisse. SIG. Conveniunt Pall. Sigonii libro calamo exarato *quam et opinionibus*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Hearnii Oxonn. quam lectionem Sigonius recepit. *quam variarent* erit, quantopere, quantum variarent. Vide Nic. Heinsium ad Val. Flacc. 1, 173. Cortium ad Sall. Jug. 31, 2. et quae notantur ad Livii 4, 31, 2. Solent autem *quam* et *quamquam* commutari. V. ad 4, 12, 8. et 6, 12, 6.

Digitized by Google

duci est coeptus. P. Scipio Nasica tribunos adpel- 3
lavit; orationemque habuit plenam veris decoribus, non communiter modo Corneliae gentis, sed proprie familiae suae. *Parentes suos et P. Africani ac L.* 4
Scipionis, qui in carcerem duceretur, fuisse Cn. et P. Scipiones, clarissimos viros. Eos, quum per aliquot an- 5
nos in terra Hispania, adversus multos Poenorum Hispanorumque et duces et exercitus, nominis Romani famam auxissent, non bello solum, sed quod Romanae temperan- 6
tiae fideique specimen illis gentibus dedissent, ad extremum ambo pro republica morte obcubuisse. quum illorum 7

§. 1. *Hostilius et Furius damnati, praedes eodem die*] *et L. Furius* cod. Mog. At constanter supra *C. Furius* vocatur. Praenomen etiam alienum hic videtur, quia id in praecedenti Hostilio omittitur. Tum *praedae sunt eodem die* Voss. Lov. 1. et Harl. Sed primi margini adscribitur, alios legere *proinde*. Dein §. seq. *nec quidquam*, omisso medio pronomine, Voss. Tum *duci coeptus est* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui ordinem vocum mutavit.

§. 3. *Sed proprie familiae suae*] Sigonius supra ad 4, 1, 2. hunc locum adducens laudat *propriae*: at hic recte *proprie* edidit. Displicet enim *propriae suae*, quorum alteratrum sufficit. Requiritur etiam *propria*, ut obponatur praecedenti *communiter*. Paullo ante Nasicae praenomen *P.* deest in Lov. 2. et Harl. quorum posteriori ignorat etiam vocem *veris*. Insuper §. seq. *in carcerem deduceretur* Voss. et Gaertn. Tum voces *clarissimos viros* desunt in Lov. 2. et Harl.

§. 6. *Ambo pro populo Romano morte obcubuisse*] *ambo* praeferunt antiquissimae edd. cujus loco Aldus reposuit *ambos*, subscribentibus ex Mssis nostris Lov. 2. et Harl. Gronovius deinde *ambo* restituit, ad 35, 28, 5. tesatus, sic codd. Barber. et Petav. habere. Neque aliter reliqui mei. V. ad eumdem locum. Deinde *pro republica morte occubuisse* Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod recepi. Supra 2, 7, 8. *Pro republica dimicans matura gloria mortem occubuisset*. 26, 25, 14. *Pro patria pugnantes mortem occubuerunt*. Cic. 1. Tusc. 48. *Mortes pro patria oppetitae*. Horat. 3. od. 19, 2.

Codrus pro patria non timidus mori.

Ovid. 3. Her. 106.

Qui bene pro patria cum patriaque jacent.

Ita *audere pro republica* Livius 10, 19. *Ingens hortamen ad omnia pro republica audenda*. Saepissime *R. P.* sive *respublica*, et *P. R.* sive *populus Romanus*, a librariis literarum tranapositione commutantur. Exemplis, quae notavi ad 9, 26, 8. adde supra ad 7, 27, 5. 8, 6, 13. 29, 8, 5. 33, 31, 5. 36, 34, 7. cap. 39, 9. 37, 49, 2. 39, 5, 5. et viros doctos ad Suet.

Digitized by Google

tueri gloriam posteris satis esset, P. Africanum tantum paternas superavisse laudes, ut fidem fecerit, non san-
8 *guine humano, sed stirpe divina satum se esse. L. Scipionem, de quo agatur, (ut, quae in Hispania, quae in Africa, quum legatus fratris esset, gessisset, praetereantur) consulem et ab senatu dignum visum, cui extra sortem Asia provincia et bellum cum Antiocho rege decerneretur; et a fratre, cui post duos consulatus census-*
9 *ramque et triumphum legatus in Asiam ivit. Ibi, ne magnitudo et splendor legati laudibus consulis obficeret;*

Aug. 47. Praeterea *mortem obcubuissent* edd. Tarvis. utraque, et quaedam aliae. Utrumque Livium usurpasse, vidimus ad 31, 18, 6. Sed quum codd. nihil mutent, eorum consensus sperni nequit. Paullo ante *temperantiae fidei*que *speciem*, pro *specimen*, Voss. et Lov. v. Vi ad cap. 17, 20.

§. 7. *Tantum paternas superavisse laudes*] Pall. uterque *paternas superjecisse laudes*. An scriba in animo habuit Graecorum ὑπερβάλλειν? GEBH. Voss. et Burid. *superjecisse*, ut lib. 10, 30. Aristoph. Ὄρνισιν [vers. 367.] Ὑπερακοντίζεις φύγ' ἤδη Νιπίαν ταῖς μηχαναῖς. Theophylactus in Matth. 24. Καὶ ὑπερηκόντισαν ἐκείνους τῇ κακίᾳ. Sic et ὑπερβάλλειν. J. FR. GRON. *subjecisse* Harl. *superjecisse* Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et Lov. 6. a manu altera. Hujus lectionis vulgata gloſſema videri posset; si verum est, quod Salmas. ad Solin. pag. 714. monuit, *superjacere* interdum pro superare, vincere poni, et alibi in *superare* conrumpi. V. etiam ad 10, 30, 5. Paullo ante *gloriam tueri* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *gloriam tuendis* Mead. 1.

Non sanguine humano, sed stirpe divina satum se esse] Τὸ *sed* deest in Lov. 5. et ed. Camp. Particulam hanc saepissime omitti, aliquoties dictum est: eamdem tamen hic servant reliqui codd. et edd. Deinde *stirpe divina natum* Voss. pro varia lectione in margine. *satus* saepissime pro *natus*, praesertim apud poëtas, usurpari, notum est. Livium vero ea voce hoc sensu usum fuisse, nondum observavi. Certe *Jove nate*, *Hercules*, *salve* supra dixit 1, 7. Ut tamen *satum* non mutandum putem, efficit vox *stirpe*, in qua metaphora ut maneat, potius *satum*, quam *natum*, dixisse videtur. Ita 26, 41. *Favete nomini Scipionum, soboli imperatorum vestrorum, velut accisis recrescenti stirpibus.* Τὸ *se* abest a Lov. 2. et Harl.

§. 8. *Quum legatus fratris esset*] *quum legatus factus esset* Lov. 2. Paullo ante *de quo agitur* Lov. 6.

§. 9. *Elaeae dierum aliquot via abesset*] Codd. nihil mutant, nisi quod *esset* praeferant Voss. et Lov. 1. Si Missi accederent, mallem *dierum aliquot viam abesset*. V. ad 25, 12, 8. Sed nec vulgatum damno.

Digitized by Google

forte ita incidisse, ut, quo die ad Magnesiam signis conlatis L. Scipio Antiochum devicisset, aeger P. Scipio Elaeae dierum aliquot via abesset. Non fuisse minorem 10
eum exercitum, quam Hannibalis, cum quo in Africa esset pugnatum. Hannibalem eumdem fuisse inter multos alios regios duces, qui imperator Punici belli fuerit. Et bellum quidem ita gestum esse, ut ne fortunam quidem 11
quisquam criminari possit. In pace crimen quaeri. eam dici venisse. Hic decem legatos simul argui, quorum ex §
consilio data pax esset, quin exstitisse ex decem legatis, 12

§. 10. *Non fuisse minorem eum exercitum, quam Hannibalis, cum quo in Africa*] *Non fuisse minore cum exercitu* Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Non fuisse minorem exercitum* Voss. qui deinde cum Lov. 1. et 6. omittit *τό quo.*

Inter multos alios regios duces] *alios Rhodios duces* Voss. sollemni errore. V. ad 37, 30, 2. *alios duces* Lov. 1. *alios regulos duces* cod. Mog. *alios reges duces* Lov. 5. et edd. principes. *alios regios duces* edd. Mediol. anni 1505. Ascens. anni 1513. et inde aliae. In ed. ejusdem margine Ascensius conjecit *alios reges ducesque.* Sed *alios regios duces* ceterorum codicum auctoritate firmatur: quod etiam verius est. Mox *imperator belli Punici fuerit* Gaertn. *imperator Punici belli fuerat* Harl.

Ut ne fortunam quidem quisquam criminari possit] *ut ne quidem fortunam quisquam* Lov. 1. 6. et Gaertner. V. ad 4, 3, 10. *ut nec quidem fortunam quisquam* Voss. V. ad 1, 10, 3. *ut ne fortunam quisquam quidem* Harl. Lov. 2. et Mead. 1. Paullo ante *cum et bellum quidem ita gestum esset* Lov. 2. *dum et bellum quidem ita gestum esset* Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum, qui vulgati auctor exstitit. Ei autem consentiunt reliqui scripti.

§. 11. *Caussam dici venisse. Huc decem legatos simul arguique*] Quis intelligit haec? et tamen non nisi una litera depravata est. debet enim scribi *eam dici venisse. eam* videlicet pacem. Nec minus lepidum, quod continenter sequitur. *Huc decem legatos simul arguique.* Quae, malum, sunt haec portenta? Mutata una literula errori medebitur: *Hic decem legatos simul argui.* Nam conjunctionem *que* quis non videt prava castigatorum sedulitate tam apposite insultam? GELEN. *caussam dici* Voss. Lov. 5. et Gaertn. sed *eam*, ut Gelenius emendavit, reliqui codd. Solent saepe *ea* et *ca*, sive *caussa*, in Mstis confundi. V. ad 2, 31, 11. 4, 9, 2. c. 53, 7. 5, 7, 1. c. 24, 4. c. 53, 4. 8, 37, 10. 35, 15, 9. et 40, 7, 8. Dein *Huc* servant tantum Lov. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. Reliqui cum Gelenio *Hic* legunt. At contra *arguique* idem Hearnii L. 1. cum omnibus nostris, nisi quod in eorum uno vel altero sit *argui quoque.* Mox *quorum ex consiliis* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *quorum consiliis* Lov. 2. *quorum*

Digitized by Google

qui Cn. Manlium accusarent: tamen non modo ad criminis fidem, sed ne ad moram quidem triumphi eam accusationem valuisse.

1 LIX. *At, Hercule, in Scipione ipsas leges pacis, ut nimium adcommodatas Antiocho, suspectas esse. integrum* 2 *enim ei regnum relictum: omnia possidere eum victum, quae ante bellum ejus fuerint: auri et argenti quum vim magnam habuisset, nihil in publicum relatum, omne in* 3 *privatum versum. An non praeter omnium oculos tantum auri argentique in triumpho L. Scipionis, quantum non decem aliis triumphis, si omne in unum conferatur,*

consilio Hearnii L. 1. Postea *esset* exsulat ab Harl.

§. 12. *Sed ne ad moram quidem triumphi etiam accusationem valuisse*] Sigonius, teste Hearnio, edidit *eam accusationem valuisse*. Hoc considerandum videtur. *non modo*, *sed ne quidem etiam* satis rarum est. Qui de particulis linguae Latinae scripserunt, id e duobus locis Ciceronis observarunt; 10. Fam. 10. et 13, 29. Sed prior nihil ad rem pertinet. Verba sunt: *Cujus rei non modo non praeteriit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc, meo judicio, fuit.* in quibus *etiam nunc* idem est, quod *adhuc;* alter nihil me moveret, quo minus hic probarem *eam*, si libri scripti id confirmarent. DUK. *etiam accusationem* primum adparuit in ed. Gronov. anni 1665. idque recentiores servarunt usque ad Crevier. qui *eam accusationem*, ut antea vulgatum fuerat, contextui reddidit. Neque aliter omnes mei, si forte Voss. excipias, ex quo nihil in excerptis ejus notatum video. Crevierii itaque exemplum secutus sum. Similiter emendandum esse, per literas me monuit Clariss. Heumannus. Paullo ante *quam exstitisse ex decem legatis* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *numquam exstitisse* Voss. pro varia lectione in margine. *quamquam exstitisse* cod. Mog. unde suspicio nasci posset, forte legendum *quamquam exstitissent*. Sed *quem exstitisse ex decem legatis, qui Cn. Manlium non accusarent* Lov. 2. et 6. in quorum posteriori tamen *non* tantum exstat in margine. *quem exstitisse* etiam Lov. 1. Vulgatum primum vidi in Mediol. ed. anni 1480. et hinc in reliquis. In nullo vero cod. id obvium fuit.

§. 1. *Ipsas leges pacis, ut nimium adcommodatas Antiocho*] *leges ipsas pacis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. post quas demum voces sunt trajectae. Tum *adcommodas* Gaertn. et Mead. 1. in margine. Sed v. ad 37, 52, 10.

§. 2. *Auri et argenti quum vim magnam habuisset*] Libri nostri omnes *auri et argenti vim magnam habuerit*. GEBH. Ita Moguntini ex membranis suis recte restitue-

Digitized by Google

sit latum? Nam quid de finibus regni dicam? Asiam 4
omnem et proxima Europae tenuisse Antiochum? Ea 5
quanta regio orbis terrarum sit, a Tauro monte in Aegaeum usque prominens mare, quot non urbes modo, sed gentes amplectatur, omnes scire. Hanc regionem, die- 6
rum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem, usque ad Tauri montis juga Antiocho ademtam, expulso in ultimum angulum orbis terrarum. Quid, si gratuita pax esset, plus adimi ei 7
potuisse? Philippo victo Macedoniam, Nabidi Lacedaemonem relictam. nec Quinctio crimen quaesitum: non

runt. Antea edebatur *auri et argenti vim magnam habuerit:* quod, licet aperte conruptum, superest tamen in omnibus nostris, et Hearnii L. 1.

§. 3. *Quantum non decem aliis triumphis, si omne in unum conferatur, sit latum*] *si omnes in unum conferantur* Voss. quomodo sibi legendum videri Crevierius testatur: qui idem etiam *sit* deleri, et *esse* subintelligi jussit: in quo nullus meorum ei consentit. Paullo ante *An praeter omnium oculos*, omisso τῷ *non*, omnes nostri, et edd. ante Ascens. qui particulam illam anno 1513. addidit.

§. 6. *Hanc regionem, dierum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem*] *viginti* legendum, pro *triginta*; ut sit dupla ratio longitudinis ad latitudinem: quanquam ne hoc quidem verum est. Siquidem Herodotus Asiae hujus latitudinem a Cilicio mari ad pontum Euxinum quinque dierum iter expedito facit libris primo ac secundo. Verum P. Scipio Nasica hic omnia exaggerat. GLAR. Praepositio *in* utroque loco abest a priscis edd. Non comparet etiam in ullo codicum meorum, nec in Hearnii L. 1. nisi quod posteriori loco ita in utroque Mead. transposita sit *inter duo in maria latitudinem.* Videntur librarii eam utrobique dedita opera deleviss, ut ita jungerent *regionem patentem longitudinem dierum plus triginta*, quia displicebat ellipsis *patentem dierum plus triginta*, scil. iter, vel viam. Optime tamen praepositionem ex membranis suis addiderunt Moguntini. Justin, 2, 2. *Multum in longitudinem et latitudinem patet.* Caesar 1. B. Gall. 2. *In longitudinem millia passuum ducenta quadraginta, in latitudinem centum octoginta patebant.* 2. B. Gall. 7. *Amplius millibus passuum octo in latitudinem patebant.* 7, 70. *Fit equestre proelium in ea planitie, quam intermissam collibus trium millium passuum in longitudinem patere supra demonstravimus.* Qui locus adprime etiam faceret ad illustrandam ellipsin hic obviam *in longitudinem patens triginta dierum*, nisi ei lectioni controversiam facerent viri docti. Ne tamen ellipsis durior videatur, ita locutus est Cic. 5. ad Att. 16.

Digitized by Google

enim habuisse eum Africanum fratrem; cujus quum glo-
8 ria prodesse L. Scipioni debuisset, invidiam nocuisse. Tantum auri argentique judicatum esse in domum L. Scipionis inlatum, quantum, venditis omnibus bonis, redigi non posset. Id ubi ergo esse regium aurum? ubi tot hae-
9 reditates acceptas? In domo, quam sumtus non exhauserint, exstare debuisse novae fortunae cumulum. At

Nos in castra proserabamus, quae aberant bidui. et Epist. 17. *Quum in castra proficiscerer, a quibus aberam bidui.* Paullo ante *amplectantur* Voss. Lov. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. Mediol. 1480. Parm. Tarvis. utraque, et aliis.

Expulsa eo in ultimum angulum] *eo* redundat. Hic certe vitandus erat hiatus, quod alibi parum opportune factum deprehendimus saepius, quam indicavimus. GELEN., Illud *eo* in solis exstat Voss. Lov. 5. et Gaertn. A reliquis Mstis exsulat.

§. 7. *Cujus quum gloria prodesse L. Scipioni debuisset*] Scriba, quasi liberalitatem suam revocans, tantundem subtrahit, quantum de suo adjecerat, scribendo *cujus gloria prodesse*, pro *cujus quum gloria prodesse*. GEL. *Tò quum* ante *gloria* omittunt libri omnes, contra ac censuit Gelenius. GEBH. Vocula *quum*, quam recte Gelenius adjecit, in nullo meorum exstat, simul tamen in sequentibus *invidia non nocuisse* legit Lovel. 6. *invidia nocuisse* Lov. 1. et Harl. *invidiam non nocuisse* Voss. et Gaertn. Praeterea *L. Scipioni prodesse* Lov. 2. et Harl. Paullo ante *plus ei adimi potuisse* Gaertn. *το se* deest in Lov. 6. Tum *potuisset* legit Harl.

§. 8. *Tantum auri argentique judicatum esse in domum L. Scipionis*] *auri et argenti* Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. Deinde *το esse* non adparet in Lov. 1. nec Scipionis praenomen *L.* in Harl. Mox *venditis omnibus rebus*, pro *bonis*, Lov. 2. Elegans autem est verbum *redigi*, id est, ex venditis omnibus bonis aurum et argentum recipi. Ita mox *quod ex bonis redigi non possit.* 41, 27, 10. *Venditisque ibi publicis locis, pecuniam, quae redacta erat, tabernis utrique foro circumdandis consumserunt.* 45, 43, 8. *Sestertium ducenties ex ea praeda redactum esse, auctor est Antias, praeter aurum argentumque, quod in aerarium sit latum: quod, quia, unde redigi potuerit, non adparebat, auctorem pro re posui.* V. Bentl. ad Horat. Epod. 2, 69.

Id ubi ergo esse regium aurum] Ut damnum [subtrahendo proxime vocem *quum*] belle compenset, adjicit particulam *Id*. O diligentem scribam et laurea dignum, si ferulà puerile praemium videtur. Et haec minuta contemnunt magni typographi ac celebres. Nihilominus in fronte libri magnifice jactant miram industriam in perscrutandis et conferendis vetustissimis exemplaribus, et alios prae se pro nihilo ducunt: atque in nostram barbariem captata etiam occasione sibi invehi permittunt. GELEN. Habent libri omnes *Id ubi ergo esse regium aurum.* GEBH.

Digitized by Google

enim, quod ex bonis redigi non possit, ex corpore et tergo per vexationem et contumelias L. Scipionis petituros inimicos: ut in carcerem inter fures nocturnos et latrones vir clarissimus includatur, et in robore et tenebris exspiret: deinde modus ante carcerem projiciatur. Non id Corneliae magis familiae, quam urbi Romanae, fore erubescendum.

10 11

Nimis excandescit Gelenius suppositicio scribae, qui praenomen *Id* in fronte hujus membri adjecerit. Servant illud omnes calamo exarati, non veteres tantum editiones, et meo judicio etiam ornatum addit orationi. Nihil igitur moratus sum, quin restituerem: *Id ubi ergo esse regium aurum?* J. FR. GRON. *Id* retinent quoque omnes codd. nostri. Servari etiam posse confiteor. Ornatum vero, quem orationi addat, non video. Suspicio autem est, Gelenium, ut passim alibi, ita etiam nunc, praestantissimum cod. Mog. ducem secutum esse. Is autem ita de hac parte Livii meritus est, ejus unius ope tot loca desperata sanitati restituta, tot lacunae suppletae sunt, ut non temere ab eo discedendum putem. Judicio tamen magni Gronovii dedi, ne lectionem mutarim; praesertim quum, membranas unicas *το Id* repudiasse, liquido affirmare nequeam.

§. 9. *Quam sumtus non exhauserint*] *exhauserunt* Gaertn., *exhauxerint* Harl. *exauxerint* Lov. 2. et Mead. 1. V. ad 30, 5, 10. Mox *per vexationes* Harl.

§. 10. *Ut in carcere* etc. *vir clarissimus includatur*] Vet. lib. *in carcerem*. SIG. Vet. ed. *ut in carcere inter fures*. MOD. Lege e libris omnibus *ut in carcere*. GEBHARD. *in carcere* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. et Gaertn. *in carcerem* Lov. 2. Mead. 1. et Harl. Utraque igitur lectio suos habet faventes codd. Utraque etiam locutio Livio in usu fuit. Prius 24, 19, 11. *Ibi in carcere inclusi sunt.* 37, 24, 9. *Veriti, ne includerentur vento in hostium ora.* 28, 15. *Cum conjugibus ac liberis in arce inclusos se mortem exspectare.* et ita *claudere in curia* 23, 2, 9. Posterius 31, 17, 5. *Infantes etiam cum suis nutricibus in gymnasium includi juberent.* 35, 30, 12. *Incluso tyranno in urbem.* 38, 42, 9. *Consules ambos in valles Ligurum includi.* Ita *includi Heracleam* 36, 16. ubi quaedam vide. Pariter Cic. 5. in Verr. 45. *Includuntur in carcerem condemnati.* cap. 55. *In praedonum hostiumque custodias includere ausus es.* Eodem modo *condere in carcerem* Livius dixit 30, 21. 31, 23. et 45, 42. V. Cel. Burm. ad Virg. 2. Aen. 24. et Serv. ad Virg. 2. Aen. 401. *adservare in carcerem* Liv. 8, 20. Contra codd. saepe praeferunt *conjicere in carcere*. V. ad 39, 41. Eligat igitur hic lector, quid placeat.

Et in robore et tenebris exspiret] Valer. lib. 6, 3. *Quin etiam familiares Gracchorum, ne quis reipublicae inimicis amicus esse vellet, de robore praecipitati sunt.* Festus. *Robur quoque dictus est in carcere is locus, quo praecipitatur matefa-*

Digitized by Google

1 LX. Adversus ea Terentius praetor rogationem Petilliam et senatusconsultum, et judicium de L. 2 Scipione factum recitavit: se, ni referatur pecunia in publicum, quae judicata sit, nihil habere, quod faciat, nisi ut prehendi damnatum, et in vincula 3 duci jubeat. Tribuni quum in consilium secessissent, paullo post C. Fannius ex sua collegarumque aliorum, praeter Gracchum, sententia pronunciavit, *praetori non intercedere tribunos, quo minus sua potesta-* 4 *te utatur.* Ti. Gracchus ita decrevit: *Quo minus ex bonis L. Scipionis, quod judicatum sit, redigatur, se* 5 *non intercedere praetori. L. Scipionem (qui regem opu-*

corum genus, quod ante arcis robustis includebatur. SIG. De robore vide etiam elegantissimum Lipsium ad 4. Ann. Taciti [cap. 29.] MOD. Adde Colvium ad Apul. Apol. pag. 264. *in rubore* male Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Gaertn. quorum ultimus *et in tenebris* etiam praefert. Mox *dein* Lov. 1. 4. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 3, 3, 6.

§. 1. *Rogationem Petilliam ex S. C. et judicium*] Lege *et S. C.* GELEN. *ex senatusconsulto* omnes nostri, et Hearnii L. 1. pro quo merito Gelenius *et senatusconsultum* reposuit. Voculas *et* atque *ex* saepius in Mstis confundi, vidimus ad 26, 45, 1. Per notas autem scriptum erat *S. C.* in quo exponendo librarii, ut hic, ita et alibi saepe, lapsi. V. ad 2, 48, 11. 4, 57, 5. 5, 28, 5. 7, 20, 8. 9, 7, 12. c. 43, 7. 25, 9, 16. et alibi. Hinc etiam datum *senatusconsultum* pro *senatusconsulta.* V. ad 42, 33, 4. Alios ex eodem fonte ortos errores v. ad 10, 19, 2.

§. 2. *Ni referatur pecunia*] Ita Frob. anno 1535. edidit. Priores habuerant *nisi referatur:* quod in omnibus nostris supereſt. V. ad 23, 1, 8. Tum *prendi* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 1. V. ad 2, 29, 4. Mox §. seq. *C. Flaminius* Voss. Lov. 1. et alii.

§. 5. *Imperium populi Romani propagaverit*] Perperam libri omnes *prorogaverit.* GEBH. *imperium publicat rei* Voss. de quo errore v. ad 9, 26, 8. et 38, 58, 6. Dein *prorogaverit* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum; qui id, quod nunc exstat, ex cod. Mog. adscivit. Verba haec alibi a librariis commutari, vidimus ad 23, 25, 11.

§. 6. *Regem Eumenem, Rhodios*] Primam vocem, quae a multis praecedentibus editis exsulabat, Aldus auspicio cod. Mog. addidit. Eamdem tuentur omnes nostri, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 38, 48, 5. Deinde *tot Asiae urbes* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Non passurum inter hostes po-

Digitized by Google

lentissimum orbis terrarum devicerit, imperium populi Romani propagaverit in ultimos terrarum fines, regem Eumenem, Rhodios, alias tot urbes Asiae devinxerit 6
populi Romani beneficiis, plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere incluserit) non passurum inter hostes populi Romani L. Scipionem in carcere et in vinculis esse, mittique eum se jubere. Tanto adsensu audi- 7
tum est decretum, adeo dimissum L. Scipionem laeti homines viderunt, ut vix in eadem civitate videretur factum judicium. In bona deinde L. Scipionis 8
possessum publice quaestores praetor misit. neque in iis non modo vestigium ullum comparuit pecuniae

puli Romani L. Scipionem] Voces illae *L. Scipionem* videntur vacare. initio enim hujus periodi positae sunt: *L. Scipionem, qui regem opulentissimum orbis terrarum devicerit, qui plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere incluserit, non passurum inter hostes populi Romani in carcere et in vinculis esse.* SIG. Nomen *L. Scipionem* nulla labe sententiae auferatur. GRUT. Quid hoc ebrii sermonis: *L. Scipionem non passurum L. Scipionem in vinculis esse?* sc immo Gracchus decernit id non passurum. Ocius dele posteriore loco nomen, ut fit: *L. Scipionem, qui* etc. *non passurum inter hostes populi Romani in carcere et in vinculis esse; mittique eum se jubere.* Hoc vidit etiam Sigonius: et, sicut volumus, codex Vossianus. J. FR. GRON. Easdem voces delent etiam Lov. 1. 6. et Victor apud Crevierium, qui doctis adsensus eas non tantum a mala manu esse censuit, sed etiam ex contextu Liviano sustulit. Neque ego illis pertinaciter patrocinium paro. Quum tamen in tot numero codd. supersint, videndum suadeo, an non *td L. Scipionem*, quae in initio periodi praecesserunt, hic propter longum satis hyperbaton perspicuitatis causa a Livio repetita sint. V. ad 44, 40, 2.

In carcere et in vinculis esse, mittique eum] *in carcere et vinculis* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Male. V. ad 6, 28, 6. Tum *dimittique* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. quod ex interpretis glossemate natum videtur. Alia hujus erroris exempla obcurrunt 4, 52, 5. 8, 7, 1. 30, 3, 4. 38, 13, 10. Et quidem eo facilius locus conrumpi potuit, quod *dimissum* mox sequatur.

§. 7. *Dimissum L. Scipionem laeti homines viderunt*] Praenomen *L.* omittunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *laeti omnes viderunt* legit Harl. V. ad 3, 54, 6. *laeti omnes homines viderunt* Hearnii L. 1. utraque lectione juncta. V. ad 3, 44, 4.

§. 8. *In bona deinde L. Scipionis possessum publice quaestores prae-*

Digitized by Google

regiae, sed nequaquam tantum redactum est, quantae summae damnatus fuerat. Conlata pecunia a cognatis amicisque et clientibus est L. Scipioni; ut, si acciperet eam, locupletior aliquanto esset, quam ante calamitatem fuerat. Nihil accepit. quae necessaria ad cultum erant, redemta ei a proximis cognatis sunt. Verteratque Scipionum invidia in praetorem, et consilium ejus, et accusatores.

tor misit] *In bona inde* Harl. V. ad 36, 24, 10. Tum *possessa* Voss. et Lov. 1. qui ambo etiam *P. R. misit* praeferunt. V. ad 31, 10, 4. *praetor Ro. misit* Gaertn. *quaestores P. R. misit praetor* Lov. 6. duplici iterum, ut §. praec. habuimus, lectione juncta. Mox *το ullum* deest in Voss. Tum *comperivit*, pro *compurit*, Lov. 1.

Sed nec tantum redactum est] Libri omnes *sed nequaquam tantum redactum est*. GEBH. *nec tantum* primus dedit Frob. anno 1535. idque editores servarunt usque ad Gronov. qui *nequaquam* reposuit, ut praeferunt edd. priores, omnesque codd. nostri, nisi quod *nequicquam* sit in Harl.

§. 9. *Conlata pecunia a cognatis amicisque et clientibus*] *collata pecunia illa ab cognatis* Voss. Lov. 1. et 6. *collata illa pecunia ab cognatis* Gaertn. *collata ea pecunia a cognatis* Mead. ambo, et edd. vett. *collata ea pecunia ab cognatis* Lov. 2. 4. et 5. Tum *amicis et clientibus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antt. Cl. Heumannus scribendum conjecit *collata tanta pecunia*, et existimat, vocem *tanta* a posterioribus syllabis verbi *collata* absorptam esse. *amicisque* primus Aldus, jubente cod. Mog. recte recepit. V. ad 2, 31, 1. Tota haec periodus *Conlata pecunia* etc. *ante calamitatem fuerat* deest in Harl. ob vocis *fuerat* repetitionem, quae dormitanti librario erroris causa extitit. V. ad 9, 11, 11. Mox *locupletior aliquanto, quam ante calamitatem fuerat, videretur* Lov. 2. et 6. *esset* deest etiam in Lovel. 1. 4. et Gaertn. Tum *ante calamitates* legit Voss.

§. 10. *Redemta ei a proximis cognatis sunt*] Praepositionem ignorant Voss. et Lov. 1. Vide ad 6, 11, 4. *redemta a cognatis proximisque sunt* legit Harl. Paullo post *et accusatorem* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiquae. *et accusatores* Aldus ex cod. Mog. adscivit. Ceterum fini hujus libri adnectebatur initium sequentis in cod. Voss. qui librum 39. demum incipiebat a cap. 23.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI TRIGESIMI NONI.

M. Aemilius consul, Liguribus subactis, viam a Placentia usque Ariminum perductam Flaminiae junxit. Initia luxuriae, introducta ab exercitu Asiatico, referuntur. Liguves, quicumque citra Apenninum erant, subacti sunt. Bacchanalia, sacrum Graecum, et quidem nocturnum, scelerum omnium seminarium, quum ad ingentis turbae conjurationem perveniſſet, a consule inve-

Aemilius consul, etc. *viam a Placentia usque Ariminum perductam*] Hearnius ex ed. Alerienſi laudat *L. Aemilius*, ex Exc. Pithoei et ed. Sigon. *M. Aemilius*, quod etiam praeferunt Voſſ. Berg. Boend. et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Tarvis. prior. Solet autem saepe auctor Epitomarum praenomen addere, ubi primum alicujus meminit. Quod autem praenomen in multis et edd. et Mſtis hic omiſſum sit, inde factum eſt, quod librariis et operis animus erat, literam illam, praenominis notam, variis coloribus depingere; quod, opere absoluto, facere neglexerunt. Multa in sequentibus obcurrent exempla. Deinde *viam Placentia* Voss. Berg. Leid. et Boenderm. Hinc *usque ad Ariminum* Boend. et ed. Camp. Vocula *usque* contra deeſt in Voss. Poſtea *produxit* Voss. Berg. Boend. Exc. Pithoei, et ed. Camp. Livius ipse dixit cap. 2. *Viam a Benonia perduxit Arretium*. Et, *Viamque a Placentia Ariminum perduxit*.

Initia luxuriae, introducta ab exercitu] *Initia luxuriae, in urbem introducta* Exc. Pithoei. Livius infra cap. 4. *Luxuriae enim peregrinae origo ab exercitu Asiatico invecta in urbem eſt*. Mox *sublati sunt* Exc. Pithoei. Sed mox sequitur *sublatum eſt*, unde hoc repetitum videtur.

Bacchanalia, sacrum Graecum, et quidem nocturnum, scelerum omnium seminarium] Voſſ. et ambo Gud. nesciunt *τὸ quidem*. J. FR. GRON. Nesciunt etiam Leid. Berg. Boend. Exc. Pithoei, et edd. Camp. ac Sigonii. Tum *omnium scelerum* Voſſ. et Berg. Hinc *maximum seminarium*, addita voce, Norvic. Exc. Pithoei, et pleraeque edd. ante Sigonium, cui vocem additam expungenti consentiunt Voſſ. Leid. Berg. Boend. et ed. Camp. qui iidem libri mox ignorant voces *a consule*.

Digitized by Google

stigatum, et multorum poena sublatum est. A censoribus L. Valerio Flacco et M. Porcio Catone, et belli et pacis artibus maximo, motus est senatu L. Quinctius Flamininus, T. Quinctii frater, eo quod, quum Galliam provinciam consul obtinuerat, rogatus in convivio a Philippo Poeno, quem amabat, scorto nobili, Gallum quemdam sua manu occiderat: sive, ut quidam tradiderunt, unum ex damnatis securi percusserat, rogatus a meretrice Placentina, cujus amore deperibat. Exstat in eum M. Catonis oratio. Scipio Literni decessit. Et, tamquam jungente fortuna circa idem tempus duo fune-

L. Valerio Flacco et M. Porcio Catone, vir et belli et pacis artibus maximus, motus est senatu L. Quinctius Flaminius] Lege *M. Porcio Catone, viro et belli et pacis artibus maximo.* In has enim ejus laudes digreditur hoc libro Livius, ubi de censura ejus loquitur, quae laudes L. Quinctio nec tribuuntur, nec tribui jure possunt. SIG. Haec censura refertur a Seneca lib. 2. Controv. ubi *Flaminium* reponere convenit. DELR. Gud. minor: *septem moti fuerunt senatu. Ex quibus fuit L. Quinctius Flaminius consularis et insignis nobilitate et honoribus, Quintii Flaminini frater, eo quod, cum Galliam provinciam consul teneret, rogatus in convivio a P. Oenio Philippo, scorto nobilissimo, quem amabat, Gallum quendam sua manu occiderat: sive, ut Valerius Antias tradit, quod unum ex damnatis securi percusserat. Tò in convivio* et *unum ex damnatis* confirmant et Gud. alter, Vossianusque. Delendum vero *tò fuit*, et *Titi* praenomen abesse nequit. J. FR. GRON. *M. Valerio* male Voss. Berg. Boend. Norvic. et edd. vett. Deinde copulam inter duo censorum nomina omittit Voss. at voces *et M. Porcio* Berg. Hinc *Catone septem moti fuerunt senatu; ex quibus fuit L. Quinctius Flaminius, consularis et insignis nobilitate et honoribus, Quintii Flaminii frater* Leid. *Tò viro* exsulat a Voss. Berg. Boend. Norv. Exc. Pithoei, et edd. antt. quam vocem primus addidit Ascens. anno 1513. sine qua quum sensus conset, ex codicum auctoritate eam iterum delevi. Deinde *L. Quintius Flaminius frater* Voss. Boend. et Exc. Pithoei. *L. Quinctius Flamini frater* Berg. An dedit auctor *L. Quinctius Flaminini frater?* Potius tamen puto, quasdam voces praecedentium similitudine a librariis omissas esse. Mox *Galliam provinciam consul obtineret* Voss. et Berg. *Galliam provinciam consul teneret* Leid.

Rogatus a Philippo Poeno, quem amabat, scorto nobili] Vet. lib. *rogatus in convivio a Philippo Poeno.* SIG. *rogatus in convivio* Leid. Voss. Berg. et Boend. quorum consensu recepi; ut jam antea fecit etiam Crevier. Tum *a Philippo Poenio* Leid. et Voss. *a Poenio Philippo* Berg. Boend. et mul.

Digitized by Google

ra maximorum virorum, Hannibal, a Prusia Bithyniae rege, ad quem, victo Antiocho, confugerat, quum dederetur Romanis, qui ad exposcendum illum T. Quinctium Flamininum miserant, veneno sibi mortem conscivit. Philopoemen quoque, dux Achaeorum, vir maximus, a Messeniis interemtus veneno, quum ab iis bello captus esset. Coloniae Potentia, et Pisaurum, et Mutina, et Parma deductae sunt. Praeterea res adversus Celtiberos prospere gestas, et initia causasque belli Macedonici continet; cujus origo inde fluxit, quod Philippus aegre ferebat, regnum suum inminui a Romanis,

tae edd. *a Poeno Philippo* ed. Camp. *a P. Osnio Philippo* Norv. Exc. Pithoei, et, ut Hearnius monet, ed. Rom. princeps. Mox *scorto nobilissimo* Leid. Sed v. ad Epit. Liv. 51.

Sive, ut quidam tradiderunt, unum damnatorum] *sive, ut Valerius Antias tradidit, quod unum ex damnatis* Leid. *unum ex damnatis* etiam Voss. Berg. Boend. et Exc. Pithoei. *ex damnatis*, omissa voce *unum*, ed Camp. Codicum lectionem recepi. Vocula *sive* deerat in Voss. Mox *meretrice Placentia* Boend. Tum *exstat oratio M. Catonis in eum* Berg. Boend. et ed. Camp. Deinde *Scipio interim decessit* Voss. Berg. Boend. et ed. Camp.

Tamquam jungente fortuna] MS. *lugente*. DELRIUS. Pariter Voss. Berg. Leid. Boend. Exc. Pithoei, et ed. Camp. Mox *circa id tempus* Norv. et pleraeque edd. vett. Tum *funera maximorum virorum adjuncta* ed. Camp.

Quum dederetur Romanis, qui ad exposcendum illum T. Quinctium Flamininum miserant, veneno sibi mortem conscivit] *ne dederetur Romanis, (ad exposcendum enim eum T. Quinctium Flamininum miserant) veneno mortem consciit sibi* Leid. *qui ad exposcendum eum* Voss. et Berg. *quia ad exposcendum eum* Boend. Tum *veneno mortem consciit* Voss. et Berg.

A Messeniis interemtus veneno, quum ab iis bello captus esset] Vulgatum *interemtus* in uno tantum supereſt Norvic. cujus loco *occisus* legunt Leid. Voss. Berg. et Boend. Saepissime in editionibus Epitomarum *interimere* datum esse, ubi codd. earum *occidere* praeferunt, videbimus ad Epit. 57. Deinde *quum et bello captus esset* Voss. *quum ab iis in bello captus esset* Leid. et Exc. Pithoei. *quum ab his captus esset* Berg.

Pollentia, et Pisaurum, et Mutina] *Potentia* ut post dicam. SIGON. *Polensia* Voss. *Polentia* Berg. Boend. Norv. Exc. Pithoei, et edd. vett. nisi quod *Patentia*, pro *Potentia*, ut est in Leid. sit in ed. Camp. Crevierius vulgatum tuetur. Vide ad cap. 44, 10.

Res adversum Celtiberos] *adver-*

Digitized by Google

et quod cogeretur, a Thracibus aliisque locis praesidia deducere.

sus Celtiberos uno consensu Leid. Voss. Berg. et Boend. V. ad Epit. Liv. 47. Mox voces *et initia caussasque belli Macedonici* desunt in Boend. pro quibus *et caussas belli Macedonici* exhibet Leid.

Cujus origo inde venit] Vet. lib. *inde fluxit.* SIGON. *fluxit* etiam Voss. Leid. Berg. et Boend. cum ed. Camp. *venit* Norvic. Mox *a Romanis inminui* Boend. et ed. Camp. *minui a Romanis* reliquae edd. vett. cum cod. Norvic. Tandem vox *locis* deest in Leid.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER TRIGESIMUS NONUS.

I. Dum haec (si modo hoc anno acta sunt) Romae 1
aguntur, consules ambo in Liguribus gerebant bel-
lum. Is hostis velut natus ad continendam inter ma- 2
gnorum intervalla bellorum Romanis militarem di-
sciplinam erat: nec alia provincia militem magis ad
virtutem acuebat. nam Asia, et amoenitate urbium, 3
et copia terrestrium maritimarumque rerum, et mol-
litia hostium regiisque opibus, ditiores, quam for-

§. 1. *Dum haec (si modo hoc anno acta sunt) Romae aguntur*] Omnia haec verba, *si modo hoc anno acta sunt*, desiderantur in Pall. codd. et vet. ed. GEBH. Desiderantur etiam in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. Hearnii L. 1. et editis ante Aldum, qui auspiciis cod. Mog. addidit. Insuper *Cum haec* etc. *Romae aguntur* Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. et Gaertn. V. ad 1, 40, 7. *Dum haec Romae geruntur* Lov. 5. et edd. vett. pro quo iterum Aldus, eumdem ducem secutus, *aguntur* substituit. V. ad 22, 28, 1. Mox *regebant bellum*, trajectis literis, Voss. Lov. 1. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 27, 40, 2.

§. 2. *Ad continendam inter magnorum intervalla bellorum Romanis militarem disciplinam*] Libri omnes exhibent *natus ad continendam per intervalla bellorum Romanis militarem disciplinam*. GEBHARD. Barber. Naud. Mediceus: *ad continendam per intervalla magnorum bellorum Romanis militarem disciplinam erat*. Petav. Voss. et editi olim: *ad continendam per intervalla bellorum*: prorsus eodem modo scilicet, nisi quod omiserunt vocem *magnorum*. Quam non pato commode abesse, ideoque mediam lectionem sequendam. J. FR. GRON. *ad continendam per intervallum militarem disciplinam* Hearnii L. 1. *ad continendam per intervalla bellorum Romanis militarem disciplinam* omnes codd. nostri. *per intervalla* etiam Victor. Crevierii, qui id admittendum putavit, ne male sibi mutuo concurrant voces *inter* etc. *intervalla*. Quod nunc vulgo exstat, Aldus ex cod. Mog. recepit. optimi itaque cod. auctoritas efficit, ut eam lectionem facile feram. *inter intervalla* est in intervallis, interea dum sunt intervalla. Infra c. 28. *Civitates Macedonum, quae a me in-*

Digitized by Google

4 tiores, exercitus faciebat. praecipue sub imperio Cn. Manlii solute ac neglegenter habiti sunt. itaque asperius paullo iter in Thracia, et exercitatior ho-
5 stis magna clade eos castigavit. In Liguribus omnia erant, quae militem excitarent: loca montana et aspe-

ter inducias defecerant. 42, 52. *Inter adparatum belli fato obpressus.* Similiter *inter fluctuantem aciem* exponit Gronovius, interea, dum fluctuat acies, supra ad 6, 24, 10. quo ejusdem locutionis exempla adtuli. Solent autem *inter* et *per* in Mstis mutari. V. ad 35, 11, 10. Neque me a lectione hac probanda revocat, quod Clariss. Crevierium permoverat, ut priorem scripturam praeferret, repetitio nempe *inter magnorum intervalla.* Ita enim 30, 33. *Per interpretes inter inmixtos alienigenis.* 34, 5. *Intercursu matronarum inter acies.* Livium etiam plures voces ab eadem litera incipientes junxisse, vidimus ad 31, 22, 3. V. etiam ad 26, 46, 6. Paullo ante *Unus hostis velut natus* Lov. 2. Harl. et Mead. 1.

§. 4. *Exercitatior hostis magna clade eos castigavit*] *exercitator hostis* Harl. quod forte eodem modo dictum videri posset, quo *populus liberator*, et similia plura, de quibus vide Jonsium 1. Lect. Lucian. 8. *plebs transfuga* apud Liv. 2, 1, 4. *animus liberator* 1, 56, 8. *exercitus victor* 7, 24, 9. *potio indigena* apud Flor. 2, 8. *exercitus tyro* apud Front. 1, 3, 2. ubi vide viros doctos, et Broukh. ad Tibull. 1, 11, 46. Sed reliqui codd. vulgatum servantes eam lectionem praeferendam docent.

§. 5. *Omnia erant, quae militem excitarent: loca montana et aspera*] *exercitarent* Voss. Lov. 2. Harl. et Gaertn. quod adscribendum videtur erranti librario, cujus animo adhuc obhaerebat vox praecedens *exercitatior.* Solent autem et alibi voces *excitare* et *exercitare*, sive *exercitare*, in Mstis confundi, ut supra 7, 12, 2. et apud viros doctos ad Front. 3. in indice capitum. Similiter *excitus* et *exercitus*, vel *exercitus*. V. ad 10, 33, 1. Deinde *loca montuosa* Voss. Lovel. 1. 6. et Gaertn. *montuosus* et *asper* saepe apud Caesar. junguntur, ut 1. B. Civ. 66. et alibi. at *montosus et asper* dixit Oros. 1, 2. utrumque autem in usu fuisse, ex illis, quae viri docti ad ea loca notarunt, patet. Ab his dissensit Germanus ad Virg. 7. Aen. 744. qui *montuosus* ut vocem barbaram explodit. V. etiam Voss. 1. de Vitiis Serm. 13. Contra, semper *montuosus* scribendum, existimat Dausquej. in Orthogr. part. 2. in voce *Monstruosus.* Sed pari modo in Mstis reperitur *portentosus* et *portentuosus*. V. ad Livii Epit. 18. *monstrosus* et *monstruosus*. Vide viros doctos ad Suet. Tib. 43. (et Petron. c. 69. p. 448.) *tumultosus* et *tumultuosus*, ad Suet. Calig. 45. Caeterum *montuosus* vel *montosus* me alibi apud Livium legere non memini; at saepius *montanus.*

Quae et ipsis capere labor est] Placet omnino, quod nobilissimo Schelio, *quae et ipsa capere labor erat.* nempe etiamsi nemo obstaret, ac depelleret. J. FR.

Digitized by Google

aspera, quae et ipsis capere labor erat, et ex praeoccupatis dejicere hostem: itinera ardua, angusta, infesta insidiis: hostis levis, et velox, et repentinus, 6 qui nullum usquam tempus, nullum locum quietum aut securum esse sineret: obpugnatio necessaria munitorum castellorum, laboriosa simul periculosaque:

GRON. *quae ipsis capere labor erat* Hearnii N. *quae et ipsis capere labor erat* ejusdem L. 1. *erat* praeferunt etiam Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante ultimam Gruteri, quae *est* substituit; quare priorem lectionem revocavi. Recte etiam Schelius ad Polyb. Diss. 11. *quae et ipsa*, probante Gronov. Quod enim Doujatius existimat, Livium dixisse *ipsis* pro se ipsis, vel per se ipsa, paucos, ut puto, adsentientes inveniet. Clariss. Crevier. malebat, *quae et ipsa capere labor esset*, quia mox subjunctivo modo sequitur *qui sineret*, *quae adstringeret*.

Itinera ardua, angusta, infesta insidiis] MS. *et itinera ardua.* MODIUS. Corrupti hoc loco libri nostri, *et infra ardua, accepta, infesta ab insidiis.* GEBH. *itinera ardua, angusta* est ex Mog. Andreas et eum secuti pro tertia voce *accepta*. Nec aliter, quos vidimus, scripti, aut *septa*, aut *ac septa*. Unde conjiciebam *obsepta:* quemadmodum nostro lib. 25, [39, 5.] *Alii obseptis itineribus super vallum saliunt.* Plauto [Casin. 5, 2, 41.] *saltus obseptus*. Cicero pro Muraena [23.] *Haec omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant.* Nec illud tamen rejecerim. J. FR. GRON. Ut nunc editur, Moguntini ex cod. suo receperunt, nisi quod dederint *et itinera:* copulam autem Froben. anno 1535. primus omisit, et inde reliqui. Priores typis descripti legerunt *et infra ardua, accepta, infesta ab insidiis.*' Neque aliter scripti nostri, nisi quod *ac septa*, pro *accepta*, sit in Lov. 2. *atque septa* in Lov. 6. *septa* in Gaertn. et pro varia lectione in margine Voss. *et infra*, pro *itinera*, non insolens scribarum mendum esse, et simile etiam supra obcurrisse 25, 9, 16. Gronovius in pr. ed. notarum monuit. *accepta* etiam erat in Oxonn. Hearnii, pro quo Gronov. *obsepta* scribendum conjecit. *Obsepire* autem verbum est Livio frequens. 2, 6, 1. *Dolo viam obseptam vidit.* 4, 25, 12. *Obseptum plebi sit ad honorem iter.* 9, 34, 5. *Plebi ad curules magistratus iter obsepsit.* c. 43, 8. *Omnia itinera obseperant hostes.* 21, 38, 8. *Itinera, quae ad Peninum ferunt, obsepta gentibus semigermanis fuissent.* 22, 50, 8. *Hostium agmina obsepiunt iter.* 39, 51, 8. *Ut id quoque obcursu militum obseptum sensit.* Praeterea *infesta ab insidiis* etiam Hearnii L. 1. quod et ipsum Gronov. pr. ed. notarum probavit. Licet autem Schel. ad Polyb. diss. 11. conjecturam Gronovii *obsepta, infesta ab insidiis* probet, ea tamen lectio, quae nunc vulgo exstat, non videtur contemnenda esse, quum auctoritate cod. Moguntini nitatur. *Infestus* autem, sive *insidiis*, sive *ab insidiis* legas, hic est infestatus. Supra 1, 47, 1. *Infestior Tullii senectus, infestius coepit regnum esse.* 6, 5, 3. *Criminabantur, multo eum infestiorem a-*

Digitized by Google

inops regio, quae parsimonia adstringeret milites, praedae haud multum praeberet. Itaque non lixa sequebatur, non jumentorum longus ordo agmen extendebat: nihil, praeter arma et viros omnem spem in armis habentes, erat. Nec deerat umquam cum iis vel materia belli, vel causa; quia propter domesticam inopiam vicinos agros incursabant. nec tamen in discrimen summae rerum pugnabatur.

grum ab nobilitate esse, quam a Volscis fuerit. ubi quaedam vide. 7, 25, 4. *Mare infestum classibus Graecorum erat.* 10, 21, 10. *In stationem se prope perpetuam infestae regionis rebantur.* Silius 12, 399.

Infestam bello quateret quum Cyzicus Argon.

ubi vide, quae notantur. Justin. 13, 1. *Infestas regiones reddebant.* V. Nic. Heinsium ad Ovid. 4. Met. 619.

§. 6. *Laboriosa simul periculosaque: inops regio, quae si parsimonia adstringeret milites, praedae haud multum*] Exhibent Pall. *laboriosa simul periculosaque insidiis regio. Quae si parsimoniam adstringeret militis: praedae haud multum praeberet.* GEBH. *laboriosa simul periculosaque insidiis regio* Voss. Lovel. 4. 5. et Mead. ambo; neque aliter Lov. 1. 6. et Gaertn. cum edd. nisi quod vocabulum *regio* ab iis exsulet. *laboriosa simulque periculosa insidiis regio* Lov. 2. et Harl. Id quod nunc editur, Moguntini recte auctoritate codicis sui receperunt. Inportune enim hic iterum insidiarum mentio fieret, quum modo dixerit, *itinera* per hanc regionem *infesta insidiis* esse. Contra vero, optime *inopiam* regionis memorari, ex iis, quae sequuntur, patet. Deinde *quae si parsimonia adstringeret militis,* vel *milites*, Voss. Lovel. 1. 5. Gaertn. et edd. antt. *et si parsimonia adstringeret milites* Lov. 6. *quae parsimoniam adstringeret militis* Lov. 2. *quae si parsimoniam adstringeret militis* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *quae nisi parsimonia adstringeret milites* editiones prioribus proximae. Vulgatum recte Moguntini, praeeuntibus membranis suis, probarunt. Regio *adstringit parsimoniam militis*, quae causa est, ut milites, jam antea parce vivere soliti, adhuc parcius vivant: at *adstringit milites parsimonia*, quae efficit, ut parce vivere debeant. Cic. 4. Phil. 4. *Quem si consulem illa provincia putaret, neque eum reciperet, magno scelere se adstringeret.* Denique *haud praedae multum* Voss. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. Sed ordinem vocum Mog. ex fide Msti sui mutarunt. Paullo ante voces *qui nullum usquam tempus* desunt in Hearnii L. 1.

§. 7. *Non jumentorum longus ordo agmen extendebat*] Libri omnes *agmen expediebat.* GEBH. Ita et omnes nostri; unde conjici posset, legendum *impediebat.* Sed praeferendum est *extendebat*, quod Moguntini ex Msto suo admiserunt. Id autem optime convenit *cum longus ordo.*

§. 8. *Nec tamen in discrimen summae rerum*] Sic Moguntini ex

Digitized by Google

II. C. Flaminius consul, cum Friniatibus Liguribus in agro eorum pluribus proeliis secundis factis, in deditionem gentem accepit, et arma ademit: ea quia non sincera fide tradebant, quum castigarentur, relictis vicis, in montem Auginum confugerunt. confestim secutus est consul. Ceteri effusi rursus, et pars maxima inermes, per invia et rupes deruptas praecipitantes fugerunt, qua sequi hostis non

membranis suis vulgarunt: quum priores haberent *numquam tamen*; quod servant omnes scripti nostri, et Hearnii L. 1. Praeterea *in discrimine summae rerum* Voss. Gaertn. Hearnii L. 1. et, teste eodem Hearnio, ed. Alerensis princeps.

§. 1. *C. Flaminius consul, cum Friniatibus Liguribus*] Vet. ed. *Frimatibus*. GEBHARD. Consulis praenomen *C.* adjecit Frob. anno 1535. quo non modo destituuntur edd. vett. sed et Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Tum *consul confirmatis Liguribus* corrupte Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. eorum autem primus haud melius *consul confirmatis Liguribus* margini adscriptum praefert. *consul cum Frimatibus Liguribus* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *cum Frisinatibus* edd. proximae. *cum Friniatibus* Frob. dedit anno 1535. quod in reliquis scriptis superfuisse videtur, quia ex illis nihil in excerptis adfertur. Cluver. 1. Ital. Ant. 8, 58. et cap. 10, 76. ex hoc loco producit *Briniatibus*. Existimat autem, eos a metropoli *Brinia* vel *Brinio* dictos esse, eamque hodie ad amnem Boacten conspici, et vulgari vocabulo *Brignolo*, vel *Brignalo* vocari. Hi *Briniates* memorantur infra 41, 19. ex quo vicissim loco Cluver. ibid. *Friniates* laudat, quum tamen ibidem constanter *Briniates* edatur, hic *Briniatibus* in nullo cod. supersit. Ea mente Cluver. pag. 60. *Friniates* in septentrionali, *Briniates* in meridiali latere Apennini conlocavit; quum, vulgata lectione utrobique servata, *Friniates cis Apenninum*, adeoque in latere meridiali, *Briniates trans Apenninum*, adeoque in septentrionali latere ejus montis, sitos fuisse, ex Livii narratione colligendum foret. V. Sigon. infra hoc cap. ad §. 9.

§. 2. *Et quia non sincera fide tradebant*] Pall. et vet. ed. *Ea quia non sincera sit*. GEBH. Similiter Gronov. edidit, consentientibus omnibus scriptis nostris, et editis ante Froben. qui demum anno 1535. *et quia* vulgavit. Tum *sincera fide non tradebant* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. principes.

In montem Auginum confugerunt] MS. *profugerunt*. Alii notarunt etiam legi *aufugerunt*. MOD. Loco τοῦ *confugerunt* exhibent Pall. *profugerunt*. GEBH. *Anginum* Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. *Argiuum* Gaertn. Tum *fugerunt* Lov. 2. *profugerunt* praeter cod. Mog. legunt etiam Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Id pro *aufugerunt* positum, monuerunt editores Moguntini: unde Modius arripuit, alios notasse, etiam

Digitized by Google

posset. ita trans Apenninum abierunt. qui castris se
4 tenuerant, circumsessi expugnati sunt. Inde trans Apenninum ductae legiones. ibi montis, quem ceperant, altitudine paullisper se tutati, mox in deditionem concesserunt. tum conquisita cum intentiore
5 cura arma, et omnia ademta. Translatum deinde

aufugerunt legi, quod tamen in nullo vel manu vel typis descripto libro obvium fuit.

§. 3. *Per invia et rupes diruptas*] Pall. *deruptas*. GEBH. *diruptas* Lov. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et, ut idem Hearnius testatur, Romana princeps. Reliqui nostri cum ceteris edd. prioribus *deruptas*, pro quo Aldus illam, Gronovius hanc lectionem revocarunt. V. ad 37, 39, 11. Paullo ante *Ceterum effusi* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Similiter Frob. anno 1535. cumque secuti ediderunt usque ad Gronov. qui iterum *Ceteri* dedit. Tum *pars maxima inermis* Voss. et Gaertner. Sed v. ad 6, 24, 11. et 36, 7, 18.

Ita trans Apenninum abierunt] Pall. *adierunt*. Vet. ed. *redierunt*. GEBH. *abierunt* Aldus recte ex cod. Mog. adscivit. Antea edebatur *redierunt*, consentiente Lovel. 5. Id tamen ferri non posse, ex ipso Livio constat. Priora enim proelia cum Friniatibus eis Apenninum *in agro eorum* facta dicit. Non ergo Apenninum transgressi *redierunt*, sed *abierunt* trans Apenninum. *adierunt*, proxime scripturam Moguntini, Voss. Lov. 1. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *abierunt* in solo Lov. 4. fuisse videtur, ex quo nihil notatum in excerptis video. *Ita trans Apenninum legiones ductae* Lov. 2. et Hearnii L. 1. cum ed. Rom. principe, mediis omnibus perperam omissis ob vocum *trans Apenninum* repetitionem. V. ad 9, 11, 11.

Qui castris se tenuerant, circumsessi et expugnati sunt] *et* vacat ex vet. lib. SIG. Pall. et vet. ed. *circumsessi expugnati sunt*. GEBH. Recte notat Sigonius, copulativam, quam e Mog. addiderunt, supervacuam esse. Et sic saepe loquitur Livius. Ut infra hoc lib. [cap. 7.] *Multi omnium ordinum donati militaribus donis currum secuti sunt*. Lib. 25, [6.] *Caudinae legiones, quae sine armis redierant Romam, armatae remissae in Samnium*. Lib. 35, [11.] *Nam et castra consulis oppugnata aegre sunt defensa*. Adde, quae ad lib. 10, 35. J. FR. GRON. Copulam nesciunt etiam omnes mei. Quamvis autem Livium ita, ut Gronovius voluit, saepius loqui confitear; auctoritas tamen cod. Moguntini efficit, ne libenter ab eo dissentiam. Eligat lector, quid malit.

§. 4. *Mox in deditionem concesserunt*] Prima vocula deest in Voss. Lov. 2. et Gaertn. *in deditionem mox* legit Lov. 6. *in ditionem* Gaertn. De locutione *concedere in ditionem* vide ad 38, 16, 9. Invitis tamen reliquis hic nihil muto. Supra 28, 7, 9. *Viso statim hoste prope in voluntariam deditionem concessissent*. 42, 53, 7. *Victa tamen praesenti metu in deditionem concesserunt*. Mox vocabula *et omnia* desunt in Lov. 2. et Harl. Lectioni autem *arma conquisita ademta* patrocinium parari pos-

Digitized by Google

ad Apuanos Ligures bellum; qui in agrum Pisanum Bononiensemque ita incursaverant, ut coli non posset. His quoque perdomitis, consul pacem dedit 6 finitimis. et, quia, a bello quieta ut esset provincia, effecerat, ne in otio militem haberet, viam a Bononia perduxit Arretium. M. Aemilius alter consul 7

set ex illis, quae Gronov. §. praec. defendendae codicum scripturae, *circumsessi expugnati sunt*, adtulit. Sed praeferendum est vulgatum, pro quo stant reliqui omnes.

§. 5. *Translatum deinde ad Apuanos Ligures bellum*] *Apua* oppidum est ad fontes Macrae fluvii, ut quidam dicunt ex fragmento Catonis de originibus; quibus quantum credere debeamus, judicent alii. Certe Sempronius consul posterioribus annis [cap. 32.] Apuanos Ligures vicisse dicitur, ubi etiam ad Macram habitatio eorum refertur. *Frisinates* autem Ligures, deinde montes *Auginum*, *Ballistam*, atque *Suismontium* non temere reperias apud authores: quod ideo admonemus, ut vetustiora eo diligentius inspiciantur exemplaria. GLAR. Apuani a Flaminio perdomiti anno proximo iterum defecerunt, et Q. Marcium consulem loco iniquo circumvenerunt, hoc lib. cap. 20. Anno sequenti igitur in eos profectus M. Sempronius res feliciter gessit, cap. 32. At annis proximis iterum rebellantes varie victi sunt, ut Livius passim lib. 40. refert. Eorum sedem ad Macram memorat etiam Liv. 40, 41. De Apuanis vide Cluver. 1. Ital. Ant. 10, 74. Vox *bellum* deest in Harl. *bellum est* legunt Lov. 4. et Mead. 3.

Ut coli non possent] *posset* vet. lib. SIGON. Ita et tantum non omnes nostri. *possent* ex ed. Frobenii anni 1535. ad reliquas propagatum est: et ita unus meorum Lov. 1. *possent* autem, nempe ager Pisanus Bononiensisque.

§. 6. *Ne in otio militem haberet*] Eamdem rationem alii quoque belli duces sequuti, quod militem desidia corrumpi putabant, in otio multa ac magna opera manu militum exstruxerunt. Vide Lips. 5. de Milit. Rom. 13. et quae post eum ad Tacit. 1. Ann. 35. adnotata sunt. DUK.

Viam a Bononia perduxit Arretium] Loquitur de consulibus C. Flaminio, M. Aemilio; quorum illum viam a Bononia Arretium, hunc a Placentia Ariminum ait perduxisse. Aliter Strabo lib. 5. Flaminium a Roma per Etruriam Ariminum, Lepidum ab Arimino Bononiam, atque inde Aquilejam. Verba ejus haec sunt [pag. 217.] Ἄλλη δ' ἐστὶν Αἰμιλία διαδεχομένη Φλαμινίαν. συνυπάτευσαν γὰρ ἀλλήλοις Μάρκος Λέπιδος καὶ Γάϊος Φλαμίνιος. καθελόντες δὲ Λιγύας, ὁ μὲν τὴν Φλαμινίαν ἔστρωσεν ἐκ Ῥώμης διὰ Τυρρηνῶν καὶ τῆς Ὀμβρικῆς μέχρι τῶν περὶ Ἀρίμινον τόπων. ὁ δὲ τὴν ἐξῆς μέχρι Βονωνίας κἀκεῖθεν εἰς Ἀκυληΐαν. SIG. Alios auctores secutus est Strabo, a Sigonio hic laudatus, qui celebris viae Flaminiae auctorem existimat C. Flaminium consulem, M. Aemilii Lepidi collegam, cujus res gestas Livius hoc

Digitized by Google

agros Ligurum vicosque, qui in campis aut vallibus erant, ipsis montes duos Baliſtam Suismontiumque 8 tenentibus, deuſſit depopulatusque eſt. deinde eos, qui in montibus erant, adortus, primo levibus proeliis fatigavit; poſtremo coactos in aciem descendere juſto proelio devicit: in quo et aedem Dianae vo-

loco enarrat; alios vero Livius; qui, ut ex Epit. 20. conſtat, celebrem Flaminiam ſtratam credidit a C. Flaminio censore, qui in secundo consulatu cum Hannibale ad Trasimenum pugnans periit. Quae igitur hoc loco a Bononia Arretium perducta dicitur, a celebri Flaminia diversa fuit. V. Cel. Duker. ad Epit. Liv. 20. Pighius in Ann. ad ann. IↃIↃXXXIII. pag. 136. putat, censorem Flaminium viam Roma perduxiſſe Ariminum; ejus filium consulem viam aliam ſtraviſſe a Bononia Ariminum, ut Flaminiae committeret vetuſtae, a patre censore munitae. Verum Livius hic non *Ariminum*, sed *Arretium* a consule perductam dicit. Sententiam etiam poſtea mutavit Pighius in Annal. ad ann. IↃLXVI. pag. 297.

§. 7. *Montes duos Balliſtam Suismontiumque tenentibus*] Thuanaeus clare *duo*. JAC. GRON. V. ad 35, 21, 6. Noſtri omnes conſtanter *duos* servant. Dein *valis tamen suismontium* Lov. 1. *valis tamen suismontumque* Lov. 4. *vallis tamen suis montiumque* Mead. 2. *Vallis tũ suis montium* Gaertner. *vallis tamen suis montium* Voſſ. et Lov. 6. a manu 1. *Valiſtam suismontium* a manu 2. *suis montiumque*, priori voce omiſſa, Harlej. *Balliſtam Suismontumque* Lov. 5. et ed. Camp. Horum montium prior, sed unica litera *l* scriptus, cum posteriori memoratur infra 40, 40. cum alio monte 41, 18. et ita etiam hic edidi. De utroque monte vide Cluver. 1. Ital. Ant. 10. pag. 77. Poſt haec autem verba denuo incipit Lov. 3. in quo hic lacunam eſſe dixi ad 38, 54, 3. Mox *devicit*, pro *deuſſit*, Lov. 1. *devixit* Lov. 4. et Mead. 1. Tum *populatusque* Lov. 2. et Harl. Id verbum Livium usurpaſſe, videbimus ad Epit. Liv. 46. librarios autem *populari* et *depopulari* in Miſtis confudiſſe, dictum eſt ad 37, 27, 9. At, reliquis codd. nihil mutantibus, vulgatum praefero.

§. 8. *Fatigavit: poſtremo coactos in aciem descendere*] *fatigavit: poſtremo fatigatos in aciem coactos descendere* Lovel. 6. quod erranti librario eſt tribuendum. Mox *in quo et aedem* Voſſ. Lov. sex, Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. omnesque editt. usque ad Gruterum, cujus ultima *to et* omisit, quod revocavi.

§. 9. *In his et Frisinates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius*] Vet. lib. *Friniates* habent, non *Frisinates*. Legi tamen non poteſt *Friniates*, quod ii et cis Apenninum fuerint, et a Flaminio subacti sint, ut paulo ante ait Livius. Quare puto legendum eſſe *Briniates*. Sunt enim transmontani, teſte Livio lib. 41, [19.] ubi de Liguribus populis verba facit ita: *Cis Apenninum Garuli, Lapicini, et Hercates, trans Apenninum Briniates fuerant.* Sunt autem haec Ligurum populorum

Digitized by Google

vit. Subactis cis Apenninum omnibus, tum trans- 9
montanos adortus (in his et Friniates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius) omnes Aemilius subegit, armaque ademit, et de montibus in campos multitudinem deduxit. Pacatis Liguribus, in agrum 10
Gallicum exercitum duxit; viamque ab Placentia, ut

nomina apud Livium: Apuani, Briniates, Celelates, Cerdiciates, Epanterii, Friniates, Garuli, Hercates, Iluates, Ingauni, Intemelii, Lapicini, Statellates. Item Montani, Alpini, Transmontani, Cis Apenninum, Trans Apenninum. De Apuanis et Montanis ita Cato in Fragmentis, quae dicuntur esse Originum: *Ad Macrae fontes est Apua oppidum, Apuanos Ligures vocant. Montanos vero omnes Ligures, qui a Macra in Nicaeam effunduntur. Apuani ab Arno ad Macram.* Et C. Sempronius ita: *Pars Apennini a Nicaea ad fontes Macrae Ligures Montanos alit, a fontibus vero Macrae ad fontes Tiberis Apenninum colunt Ligures Apuani.* Et paullo post: *Ab Nicaea ad Macram tenent Ligures Montani, a Macra ad Arnum et portum Liguriuum Ligures Apuani, quos sequuntur Ligures Etrusci Populonii, a quo ad Tiberim sunt Etrusci Ligures Tyrrheni.* Et Livius 40, [41, 3.] *Adortus a Pisis Apuanos Ligures, qui eorum circa Macram incolebant, in deditionem accepit.* Item [cap. 41.] *Montanorum Ligurum vineae caesae.* De Ingaunis et Epanteriis lib. 28. extremo, [cap. 46, 9.] sic ait Livius: *Inde ad oram Ligurum Alpinorum classem admovit. Ingauni. (Ligurum ea gens est) bellum ea tempestate gerebant cum Epanteriis montanis.* De Ilvatibus lib. 32, [31.] de Ingaunis et Intemeliis lib. 40, [41.] de Celelatibus et Cerdiciatibus lib. 32, [29.] de Statellatibus lib. 42, [7.] Postremo Sempronius, omnem oram maritimam usque ad Tiberim Liguriam dictam esse, tradit. SIGON. MS. habet disertim *Erisinates*. MOD. Pal. pr. praefert *Frisitates*. alter *Frusitates*. Vet. ed. *Frinsintates*. GEBH. *Frisanates Ligures* Hearnii L. 1. *Frisinates Ligures* Mead. 1. cum multis edd. antt. *Frisinates et Ligures* Lov. 3. *Frisineates et Ligures* Gaertn. *Frisintates Ligures* Lov. 5. *Frisintates et Ligures* Lovel. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Frusintates Ligures* Mead. 2. *Frisitates Ligures* Lov. 4. *Frisintates et Ligures* Voss. et Lovel. 6. *Frinates Ligures* Harlej. *Friniates Ligures* Lov. 2. *Briniates Ligures*, ut Sigonius conjecit, Heinsius apud Elzevirium, Gronovius, aliique recentiores ediderunt. Contra Cluver. qui supra §. 1.) *Briniatibus* legebat, hic *Friniates* servat lib. 1. Ital. Ant. 10. pag. 77. eorumque antiquam sedem fuisse censet locum vulgo dictum *Val di Prino*, ad id inductus et nominis similitudine, et vallis situ. Doujatius hic *Friniates* malebat, cumque populum in utroque Apennini latere situm putabat: quorum cis Apenninum habitantes C. Flaminius in agro suo devicit, et trans Apenninum aufugientes ad deditionem adegit; M. Aemilius trans Apenninum incolentes, quos non adierat C. Flaminius, subegit. Neque aliter fere Crevier. Clericus etiam *Friniates* hic edidit; quos secutus sum.

Digitized by Google

11 Flaminiae committeret, Ariminum perduxit. Proelio ultimo, quo cum Liguribus signis conlatis conflixit, aedem Junoni Reginae vovit. Haec in Liguribus eo anno gesta.

1 III. In Gallia M. Furius praetor insontibus Cenomanis, in pace speciem belli quaerens, ademerat
2 arma. Id Cenomani conquesti Romae apud senatum, rejectique ad consulem Aemilium, cui, ut cognosceret statueretque, senatus permiserat, magno cer-

Et de montibus in campos multitudinem deduxit] Verba haec delerant in Harl. *reduxit* male praefert Voss. V. ad 6, 26, 8. Paullo ante *omnes Aemilius subjecit* Lov. 3. V. ad Epit. Liv. 118.

§. 10. *In agrum Gallicum exercitum duxit*] *exercitum in agrum Gallicum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *deduxit* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et uterque Mead. Verum id verbum ex praecedenti periodo menti scribarum obhaesit.

Viam ab Placentia, etc. *Ariminum perduxit*] Pighius in Ann. ad ann. IↃLXXXIII. pag. 136. de hac re agens, legisse videtur *a Bononia Aquileiam*. At recte postea sententiam mutavit ad annum IↃLXVI. pag. 297. *a Placentia* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. Mox §. seq. *in Liguribus* Lov. 3.

§. 1. *In Gallia M. Furius praetor*] *In Galliam Furius* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Verum praenominis *Marci* nota *M.*, perperam adcrevit vocis praecedentis fini: cujus erroris alia exempla v. ad 9, 43, 25. et 23, 21, 6. Eamdem interdum etiam vocis sequentis initio male adhaesisse, vidimus ad 38, 35, 2. Edd. prius memoratis proximae legunt *in Gallia Furius*. Sed recte praenomen addidit Frob. anno 1535. Mox *spem belli* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. de quo errore v. ad 3, 9, 13.

§. 2. *Inde Cenomani conquesti Romae*] *Id Cenomani*, non *Inde*. GELEN. MS. *Inde et Cenomani questi*. MOD. Pal. pr. *In Cenomanni conquesti*. Alter *Cenomanni conquesti*. GEBH. *Inde Cenomani* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *In Cenomani* Lov. 4. et Mead. 2. Sed Gelenius *Id Cenomani* recte restituit, cumque secutus est Frob. anno 1535. *Id conquesti*, ut *conqueri injurias* 35, 12, 4. ubi vide. Potes et *questi* cum cod. Mog. V. ad 29, 19, 5.

§. 3. *Tenuerunt caussam*] *obtinuerunt* Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. Supra 8, 21. *Itaque et in senatu caussam obtinuere*. Quum tamen alii omnes codd. in vulgatum consentiant, potius est, ut alteram lectionem ex glossatoris expositione natam credamus. Certe *tenere caussam* dixit Ovid. 17. Her. 244.

Judice te, caussam non tenuere duae.

13. Met. 190.

Difficilem tenui sub iniquo judice caussam.

Digitized by Google

tamine cum praetore habito, tenuerunt cauſſam. arma reddere Cenomanis, decedere provincia prae- 3
tor juſſus. Legatis deinde sociorum Latini nominis, 4
qui toto undique ex Latio frequentes convenerant, senatus datus eſt. his querentibus, magnam multitudinem civium suorum Romam commigraſſe, et ibi censos eſſe, Q. Terentio Culleoni praetori negotium 5
datum eſt, ut eos conquireret, et, quem C. Claudio, M. Livio censoribus, poſtve eos censores, ipsum

Horat. 1. Epiſt. 16, 43.

Quo res sponsore, et quo causae teſte tenentur.

Suet. Domit. 9. *Permittit accusatori, qui caussam non teneret, exsilium poena eſſet.* Quinctil. 9. Inſt. 2. pag. 787. *Quum personae potentes obſtant, sine quarum reprehensione teneri caussa non possit.* Saepe autem *tenere* pro obtinere poni, vidimus ad 23, 20, 10. Solent etiam eadem verba a librariis confundi. Exempla habuimus ad Epit. Liv. 23. ad Livii 23, 20, 10. 36, 19, 5. et alibi.

Arma reddita Cenomanis, decedere e provincia praetor jussus] Membranae *arma reddere Cenomanis, provincia decedere praetor jussus.* Recte. rectius, inquam, quam vulgo legitur. MOD. Exhibent libri omnes *decedere provincia praetor jussus.* Lectionem vero, dilaudatam Modio, in nullo reperi noſtrorum. GEBH. *jussus* a consule, opinor; cui, ut de ea re cognosceret ſtatueretque, senatus permiserat. Sic L. Lentulus consul Cn. Baebium praetorem, qui magnam cladem a Gallis Insubribus acceperat, provincia decedere, atque abire Romam juſſit, 32, 7. DUK. Ut hoc loco *decedere e provincia*, ita *decedere ex Italia* 26, 2, 14. ubi alia vide. *ex provincia Hispania decedens* 45, 4. Verum quum Moguntino codici, *decedere provincia* legenti, consentiant omnes scripti noſtri, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Gronovium secutus, qui praepositionem anno 1665. ex contextu delevit, eamdem itidem omittendam duxi. V. ad 28, 28, 7. Dein licet solus hic praeferat cod. Mog. *arma reddere*, placet tamen ea lectio prae vulgata; quam propterea similiter recepi.

§. 4. *Commigraſſe, et ibi censos eſſe*] *Tò ibi* non comparet in libris noſtris. GEBH. Eamdem voculam omiserunt omnes scripti noſtri, Hearnii L. 1. et edd. principes; quam Aldus recte ex auctoritate cod. Mog. addidit. *commigraſſe cesosque*, reliquis omissis, Lov. 3. in eodem etiam paullo ante deeſt vox *magnam*.

§. 5. *C. Claudio, M. Livio censoribus*] *M. Fulvio* Lov. 5. et edd. vett. Ejus loco Moguntini in cod. suo invenerant *M. Julio*; ex quo, literis transpositis, *M. Livio* recte dedit Aldus; quod etiam in reliquis scriptis noſtris superest. Memorantur hi censores supra 29, 37. Copulam *et* inter utriusque nomina inserit Lov. 3. Paul.

Digitized by Google

parentemve ejus apud se censum esse, probassent so-
6 cii, ut redire eo cogeret, ubi censi essent. Hac conquisitione duodecim millia Latinorum domos redierunt, jam tum multitudine alienigenarum urbem onerante.

1 IV. Priusquam consules redirent Romam, M.
2 Fulvius proconsul ex Aetolia rediit. isque, ad aedem Apollinis in senatu quum de rebus in Aetolia Cephalleniaque ab se gestis differuisset, petiit a Patribus, ut aequum censerent, ob rempublicam bene

lo ante *praetori* deest in Lov. 2. et Harl.

Probassent socii, ut redire eo cogeret, ubi censi essent] *To ut* non comparet in libris nostris. GEBH. Deest eadem vocula in Lov. 2. 4. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. quam librarii non necessariam esse, et tuto omitti posse, ideo forte putarunt, quod paullo ante praeceesserat. Tum *redire eos cogeret* Voss. Lov. 1. et 6. a manu 1. Deinde *census essent* Lov. 2. et Harl.

§. 6. *Multitudine alienigenarum urbem onerante*] *urbem ornante* Lovel. 2. 3. 4. 5. Mead. 2. et Gaertn. Sed v. ad 32, 11, 2. *urbem orante* Harl. et Mead. 1. *urbem ornatam* Voss. *urbem ornamenta* Lov. 1. *urbe onerata* Lov. 6.

§. 1. *Priusquam consules redirent Romam, M. Fulvius proconsul ex Aetolia rediit*] Pall. *Marcus Fulvius, priusquam consules, Romam rediit, isque ad aedem Apollinis.* GEBH. Similiter omnes nostri, nisi quod *consul* sit in Lov. 3. et 6. ac *redit* in Voss. Lovel. 1. 5. et edd. vett. Quum deinde Moguntini monuissent, se in cod. suo reperisse *Priusquam consules redirent Romam, M. Fulvius proconsul ex Aetolia redit, isque ad aedem*, eam lectionem Aldus recepit; ita tamen, ut *rediit* dederit, pro *redit*. V. ad 36, 35, 2. Operarum deinde errore Modiana exhibuit *iisque*, pro *isque*; cujus loco ultima Gruteri suppositi *itaque*: quam lectionem omnes recentiores servarunt, invitis licet omnibus scriptis et excusis prioribus. Priorem itaque lectionem *isque* revocavi.

§. 2. *Et Diis inmortalibus honorem haberi jubere*] Mog. *juberent, et sibi triumphum decernerent.* Videtur scribendum: *ut aequum censerent, ob rempublicam bene ac feliciter gestam Diis inmortalibus honorem haberi, et sibi triumphum decernerent.* J. FR. GRON. *bene et feliciter gestam Diis inmortalibus* Lov. 3. *bene et feliciter gestam, et Diis inmortalibus* Lov. 6. Unica litera mutata, ex vestigiis cod. Mog. lego, *ut aequum censerent, ob rempublicam bene ac feliciter gestam ut Diis inmortalibus honorem haberi juberent, et sibi triumphum decernerent.* Repetitionem illam τοῦ *ut* Livio familiarem esse, vidimus ad 1, 17, 11. Paullo ante *petit a Patribus* codd. Mog. Lov. 2. 3. 4. et Mead. ambo. V. ad 37, 45, 2.

Digitized by Google

ac feliciter gestam, et Diis inmortalibus honorem haberi jubere, et sibi triumphum decernere. M. Aburius tribunus plebis, si quid de ea re ante M. Aemilii consulis adventum decerneretur, intercessurum se ostendit: *eum contradicere velle, proficiscentemque in provinciam ita sibi mandasse, ut ea disceptatio integra in adventum suum servaretur. Fulvium temporis jacturam facere. senatum etiam praesente consule, quod vellet, decreturum.* M. Fulvius: *Si aut simultas M. Aemilii secum ignota hominibus esset, aut quam is eas*

§. 3. *M. Amburius tribunus plebis*] *M. Aburius trib. pleb.* non *Amburius.* GEL. Pall. *M. Burius.* GEBH. *M. Arabuntius* Hearnii L. 1. *M. Amburius* Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. et Gaertn. *M. Burius* Lov. 6. *M. Burrius* Mead. 2. *M. Aburius*, ut Gelenius emendat, Lov. 2. et 4. proxime ad veram lectionem *Maburius* Mead. 1. ubi praenomen et nomen cohaeserunt; quod saepe scribarum errore factum esse, vidimus ad 38, 35, 2. In ed. Gronov. anni 1665. operarum errore vulgatum est *M. Abutius* et hic, et cap. seq. §. 12. Eum errorem, praeter Crevierium, reliqui recentiores, etiam Clericus, servarunt. Sed M. Aburius praeturam consequitur 41, 14. Mox Aemilii consulis praenomen *M.* deest in omnibus scriptis, et edd. ante Aldum; qui ex cod. Mog. inseruit.

§. 4. *Eum contradicere velle*] Pal. pr. *tum contradicerent vellent.* alter, *tum contradixerunt velle.* GEBHARD. *cum contradicere vellet* Lov. 1. *eum traducere velle* Gaertn. Mox *uti ea disceptatio* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo.

Fulvium temporis jacturam facere] Verba sunt adhuc Amburii tribuni plebis. At illud *M. Fulvius* ἐλλειπτικῶς positum videtur. intelligit enim vel contradicebat, vel simile. Nisi quis locum corruptum putet, cujus gratia et nos locum notavimus. GLAREAN. Pall. *Fulvius.* Vet. ed. *Fulvius temporis jacturam se facere.* GEBH. Perinde est, ac si diceret, unius temporis, aut nullius rei nisi temporis. J. FR. GRON. Hanc lectionem Moguntini ex cod. suo adseiverunt; eamque recte Gronovius exposuit. Antea edebatur *Fulvius temporis jacturam se facere:* quod supererat in Lov. 5. Nec reliqui scripti inde abeunt, nisi quod omittant τὸ *se.* Mox *consule praesente* cod. Mog.

§. 5. *M. Fulvius: Si aut simultas*] Malim *Tum Fulvius: Si aut simultas.* Sic lib. 45, [37.] *Tum Servilius: Quantus imperator* etc. SIG. Nomen *M. Fulvius* abest ab utroque Pall. GEBH. Muretus *Tum Fulvius.* J. FR. GRON. Utrumque nomen abest etiam a Lov. 2. 3. 4. Harl. utroque Mead. et Gaertn. Solum praenomen ab Hearnii L. 1. Scholion autem Sigonii ad h. locum prodiit demum in ed. Ald. anni 1592. post ejus mortem. Eine igitur, an Mure-

Digitized by Google

6 *inimicitias inpotenti ac prope regia ira exerceret; tamen non fuisse ferendum, absentem consulem et Deorum immortalium bonori obstare, et meritum debitumque triumphum morari: imperatorem, rebus egregie gestis, victoremque exercitum cum praeda ac captivis ante portas*
7 *stare, donec consuli, ob hoc ipsum moranti, redire Ro-*
8 *mam libitum esset. Verum enimvero, quum sint nobilissimae sibi cum consule inimicitiae, quid ab eo quemquam posse aequi exspectare, qui per infrequentiam furtim se-*

to, priori emendatio hujus loci in mentem venerit, incertum est.

Quam is eas inimicitias inpotenti ac prope regia ira exerceret] Pal. pr. *inimicitias impotenti ac prope ira exerceret regia.* GEBH. *quamvis eas inimicitias* Voss. Lov. 1. et Harl. *quavis eas inimicitias* Gaertn. *quantas inimicitias* Lov. 3. et 6. Tum *impotentia ac prope regia ira* Voss. et Lov. 1. ac 3.

§. 6. *Et meritum debitumque triumphum morari*] Libri omnes *debitum meritumque.* GEBH. Non aliter etiam omnes nostri, et editi ante Moguntinos; qui voces, praeeuntibus membranis suis, trajecerunt. Mox §. seq. *cum praeda et captivis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. uterque Mead. et Gaertn.

§. 8. *Quum sint notissimae sibi cum consule inimicitiae*] Adscitum e Moguntino. Videndum tamen, an possit tolerari, quod erat prius, et in nostris omnibus scriptis exstabat, *nobilissimae. Nobilissimum par gladiatorum*, et *nobilissimos tres fundos* legere apud Ciceronem est. Noster lib. 27, [35, 7.] *Inimicitiae ante nobiles inter eos erant, et acerbiores eas indignioresque Livio sua calamitas fecerat.* Lib. 40, [45.] *Inter hos viros nobiles inimicitiae erant, saepe multis et in senatu et ad populum atrocibus celebratae certaminibus.* Plautus Pseudolo [4, 2, 9.] *Peregrina facies hominis atque ignobilis.* J. FR. GRON. *notissimae*, ut cod. Mog. unus meorum Lov. 2. Adsentior tamen Gronovio, codicem Mog. hic malam manum passum, et lectionem, quam praefert, ex interpretis glossa receptam esse. Persuadere enim mihi nequeo, alios omnes librarios, quibus et reliqui mei concinunt, pro voce obvia, et quidem usitatissima significatione usurpata, vocem licet obviam, attamen minus recepto eorum tempore significatu, admisisse. Solet autem *nobilis* optimo aevo poni pro notus. Supra 1, 24, 1. *Nec fermè res antiqua alia est nobilior.* 9, 1. *Nobilis clade Romana Caudina pax.* 22, 43. *Ad nobilitandas clade Romana Cannas*, cap. 50. *Pugna Cannensis, Alliensi cladi nobilitate par.* 45, 5. *Nobilis fama erat apud omnes Graeciae civitates Eumenis regis prope perpetrata caedes.* Vide, quae notavit Dan. Heins. ad Silii 2, 612. Vulgatam hujus loci scripturam supra etiam defendit Gebhard. ad 27, 35, 7. Praeterea *cum M. consule inimicitiae* cod. Mog.

Quid ab eo quemquam aequi exspectare] Lege addendo, *quid ab*

Digitized by Google

natusconsultum factum ad aerarium detulerit, Ambraciam non videri vi captam; *quae aggere ac vineis ob-* 9
pugnata sit; ubi, incensis operibus, alia de integro facta sint; ubi circa muros supra subterque terram per dies quindecim pugnatum; ubi a prima luce, quum jam tran- 10
scendisset muros miles, usque ad noctem diu anceps proelium tenuerit; ubi plus tria millia hostium sint caesa. Jam de Deorum immortalium templis, spoliatis in capta 11
urbe, qualem calumniam ad pontifices adtulerit? Nisi 12

eo quemquam posse aequi exspectare. GELEN. Vox a Gelenio contextui addita in nullo meorum codicum supereſt. Tum *exspectare aequi* legunt Lovel. 5. et edd. vett. Aldus dederat *aequi exspectare.* Et ita voces transponunt ceteri codd. quos contuli.

Per infrequentiam furtim senatusconsultum factum ad aerarium detulerit] *Per infrequentiam* factum senatusconsultum dicitur, cum infrequens esset in curia ordo, neque justus esset senatorum numerus. Nam, ut senatusconsultum fieret, saltem esse in curia centum senatores oportebat, ut ex eodem hoc Livii libro, [cap. 18.] intelligimus, qui ita scribit: *Praetor senatum consuleret, si ei permissum esset, cum in senatu centum, non minus, essent.* TURNEB. 30. Advers. 25. Legerem *per infrequentiam Patrum factum furtim senatusconsultum.* TAN. FABER. Sic lib. 38, [44.] *Neque his contentus consul fuit, sed postea per infrequentiam adjecit senatusconsultum, Ambraciam non videri vi captam esse.* Hoc *senatusconsultum surreptum* appellat Curio apud Cic. ad Att. 4. J. FR. GRON. Ut senatusconsultum legitime fieret, non semper idem senatorum numerus requisitus fuisse videtur, sed differebat κατ' ἕκασον εἶδος ἀντῶν, certe tempore Augusti. Vide Dion. Cass. 55. pag. 550. Casum hic memorat Turneb. ex Livio, quo minimum requirebantur centum senatores. Si quis senatusconsulto legibus solveretur, non minus ducenti senatores adesse debebant secundum legem a C. Cornelio latam. V. Ascon. ad Cic. orat. pro C. Cornel. pag. 135. quum antea inoleviſſet, ut per pauculos admodum senatores fieret. V. Ascon. in Argum. ejusd. orat. Tempore Augusti quum quadringenti praesentes esse deberent, ab eo statutum est, ut rata forent, licet pauciores adfuissent, quia videbat, senatores raro frequentes convenire. V. Dion. Cass. 54, 545. De interpunctione hujus loci vide Brisson. d. Form. 2, 165. Mox *aggere et cuneis* Lov. 6. a m. 1. *aggere et cuniculis* a m. 2. Sed v. ad 5, 7, 3. et 8, 16, 8.

§. 10. *Quum jam transcendisset muros miles, usque ad noctem diu anceps*] *quum jamjam transcendisset muros miles ad noctem* Lov. 1. *transcendissent muros milites* Mead. 1. Tum *usque ad noctem anceps* Lov. 2. Mox *ubi tria millia hostium sint caesa* Voss. *ubi plus IIII millia hostium* Lov. 4. *sunt caesa* Lov. 3. et 6. *caesa sunt* Gaertn.

Digitized by Google

Syracusarum ceterarumque captarum civitatium ornamentis urbem exornari fas fuerit, in Ambraciam unam
13 *captam non valuerit belli jus. Se et Patres conscriptos orare, et ab tribunis petere, ne se superbissimo inimico ludibrio esse sinant.*

1 V. Undique omnes, alii deprecari tribunum, alii castigare. Ti. Gracchi collegae plurimum oratio mo-
2 vit: *Ne suas quidem simultates pro magistratu exercere boni exempli esse: alienarum vero simultatium tribunum plebis cognitorem fieri, turpe et indignum collegii ejus*

§. 12. *Ceterarumque captarum civitatum ornamentis urbem exornari*] *captarum civitatium* Lov. 4. et ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. Tum *urbem ornari* edd. vett. pro quo Aldus *exornari* ex cod. Mog. adscivit. Consentiunt nostri, nisi quod *exornare* sit in Harl.

In Ambraciam unam captam non valuerit belli jus] Pall. *in Ambracia una capta.* GEBH. Ita et Lov. 2. 4. ac Mead. ambo. Tum *jus belli* Lov. 2.

§. 13. *Et Patres conscriptos orare*] Lege *se et Patres conscriptos orare.* GELEN. Pronomen, quod Gelenius recte addidisse videtur, abest ab omnibus nostris; sequens *et* insuper a Lov. 3. *a P. C. orare* legit Gaertn.

Et a tribunis petere] Voss. *et ab tribuno.* Unus enim erat M. Abutius. Sed et Andreas secutique ad Ascensium *a tribuno.* Magontiaci natum, quod vulgatur. J. FR. GRON. *a tribuno* Lov. 2. et 5. *ab tribuno* omnes reliqui mei, Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. qui eam lectionem etiam in contextum recepit. Mox *superbissimi inimici ludibrio esse sinant* Lov. 3. *esse sinat* Voss.

§. 2. *Alienarum vero simultatum tribunum plebis cognitorem fieri*] Quod est, mandatas et delegatas esse tribuno alienas simultates, ut tamquam procurator eas exerceat et persequatur. quo in loco *cognitor* etiam absentis est, non praesentis. quod tamen primae classis auctores contendunt. TURNEB. 30. Advers. 25. Omnino videndi sunt Gronov. de Pecun. vet. 4, 3. et Schulting. ad Jul. Pauli 1. Recept. Sent. 2. ad ejus inscriptionem, quae est *de Cognitoribus.* Si autem perpetua fuit differentia inter *cognitorem* et *procuratorem*, Livio tamen, qui historicum agit, non jus docet, quod vicina illa vocabula commutarit, vitio verti non potest. Praeterea *simultatium* Lov. 4. et ed. Rom. anni 1472. V. ad 39, 44, 9. Mox *turpe et indignum collegii ejus potestati et sacratis legibus esse* Lov. 4. et Mead. 2. *turpe et indignum, collegii ejus potestatem ex sacratis legibus esse* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§. 3. *Nec alienis momentis animi circumagi, adstipularique irato consuli tribunum plebis*] Lege *alieni momentis animi*, non *alienis.* GELEN. Adhibentur haec ver-

Digitized by Google

potestate et sacratis legibus esse. Suo quemque judicio et 3
homines odisse aut diligere, et res probare aut inprobare
debere; non pendere ex alterius vultu ac nutu, nec alie-
ni momentis animi circumagi, adstipularique irato con-
suli tribunum plebei: et, quid privatim M. Aemilius 4
mandaverit, meminisse; tribunatum sibi a populo Roma-
no mandatum oblivisci; et mandatum pro auxilio ac li-
bertate privatorum, non pro consulari regno. Ne hoc 5
quidem cernere eum, fore, ut memoriae ac posteritati
mandetur, ejusdem collegii alterum e duobus tribunis

ba a Prisciano lib. 8, [762.] ex quo patet, fuisse scriptum olim *tribunum plebei*. etsi corrupte illic editur *tribuno inde plebei*: J. FR. GRON. *alienis*, ut ante Gelenium legebatur, omnes nostri, et Hearnii L. 1. ac N. Verum *alieni*, hunc locum laudans, legit Priscian. qui itidem suo tempore in codd. quibus usus est, *stipulari* inveniisse videtur. Praestat tamen vulgatum, quod omnes codd. firmant. *plebei* vero etiam fuit in Voss. Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. V. ad 2, 33, 2. et 29, 20, 4. Ceterum Priscianus hunc locum laudavit ex Livii *XXXIII. ab Urbe cond.* quod fraudi fuit Vossio 5. Art. Gramm. 6. pag. 281. Existimavit enim locum hunc, qui in Prisciano ejus Msto desiderabatur, etiam in Livio non legi. Paullo ante *judicio homines odisse aut diligere, res probare aut inprobare*, bis copula omissa, Lovel. 3.

§. 4. *Tribunatum sibi a populo Romano mandatum pro auxilio ac libertate*] Vetus lectio *a populo Romano mandatum oblivisci, et mandatum pro auxilio* etc. GELEN. Voces fugitivae, quas Gelenius retraxit, desunt etiam in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. Error natus est ex repetitione τοῦ *mandatum*. V. ad 9, 11, 11. Verbum *oblivisci* adsciverunt editores Moguntini; duas reliquas *et mandatum* ex mente Gelenii Frobenius anno 1535. Plane, ut Gelenius emendat, se in cod. suo reperisse, Moguntini monuerunt Elegans est *mandatum, et mandatum pro auxilio*. Similis est locus supra 35, 46. *Liberandae Graeciae caussa in Europam trajecisse, et re liberandae, non verbis et simulatione.*

§. 5. *Ne hoc quidem cernere eum, fore, ut memoriae ac posteritati mandetur, ejusdem collegii*] Verba initialia recte eo modo Aldus auspicio cod. Mog. emendavit. Ante edebatur, prima vocula *Ne* omissa, *Hoc quidem cernere aequum*. Neque aliter Voss. Lov. 1. 5. 6. et Gaertn. Τὸ *Ne* deest etiam in reliquis nostris; ex quibus *hoc quidem cerneret aequum* legunt Lov. 2. et Harl. *haec quidem cernere eum* Lov. 3. *hoc quidem cernere eum* Lov. 4. et Mead. 2. *hoc quidem cerneret eum* Mead. 1. *Ne haec quidem cernere aequum* ex L. 1. Hearnius laudat. Sequentia verba idem Aldus ejusdem cod. Mog. fide restituit. Antea vulgo circumferebatur *memoriae mandaretur*; quod

Digitized by Google

plebis suas inimicitias remisisse reipublicae, alterum alie-
6 *nas et mandatas exercuisse.* His victus castigationibus tribunus, quum templo excessisset, referente Ser. Sulpicio praetore, triumphus M. Fulvio est decretus.
7 Is quum gratias Patribus conscriptis egisset, adjecit; *Ludos magnos se Jovi optimo maximo eo die, quo Ambraciam cepisset, vovisse. In eam rem sibi centum pondo au-*

praeter Hearnii Oxonn. etiam in nostris Mstis supereſt: nisi quod quidam legant *mandetur.* Dein *ejus collegii alterum ex duobus tribunis* Voss. et Lov. 1. ac 6. *alterum ex tribunis* Lovel. 3. omissis duabus vocibus *ejusdem collegii;* quae tamen emphasin habent, et notant indicari alterum ex duobus tribunis, qui eodem anno tribunatum gesserunt. V. ad 4, 17, 9. Deinde mox *remisisse populo Romano* Lov. 3. Vide ad 38, 58, 6.

§. 6. *Tribunus, quum templo excessisset*] *tribunus plebis, cum templo exisset* Harl. *exisset* etiam Lov. 2. et Mead. 1. V. ad 36, 21, 2. Mox *referente senatui R. Supplicio P. R. triumphus* prodigiose corruptus Lovel. 1. *referente senatui Romano Sulpicio praetore triumphus* Voss. *referente senatu et Sulpicio praetore* Lov. 6. Vox *praetore* non adparet in Gaertn.

§. 7. *In eam rem sibi centum pondo auri a civitatibus conlatum*] Libri nostri omnes *centum decem pondo auri.* GEBH. Pronomen *sibi* deest in omnibus nostris, Hearnii L. 1. et edd. vett. Id primus Aldus, praeeunte cod. Mog. adjecit, cujus ejusdem Moguntini auctoritate vicissim delevit vocem *decem,* quam Gronovius iterum addidit. Sed praestare videtur, ut per omnia codici Mog. adhaereamus. Ceteroquin enim, qua auctoritate, optimis membranis invitis, τὸ *decem* addi, etiam pronomen *sibi* deleri posset. Illud *decem* deest etiam in contextu Lovel. 3. et in Hearnii L. 1. Tum *auri a civitatibus conlati* Lovel. 2.

§. 8. *Quam in triumpho latam in aerario positurus esset, id aurum secerni juberent*] MS. *quam in triumpho delatam.* At mox [§. 14.] rursum: *aureae coronae centum duodecim pondo ante currum delatae sunt.* ubi item in editionibus est *latae sunt.* Sed pusilla haec. MOD. *in aerarium secerni juberet* omnes scripti et edd. antt. Quae nunc exstat, lectio auctorem habet Mstum Mog. ex quo *id aurum* Aldus, *juberent* ipsi Moguntini admiserunt. Paullo ante *ut ea pecunia* Voss. Sed vocula *ea* praecedentem praepositionem *ex* elisit. V. ad 44, 27, 7.

§. 9. *Omne id aurum in ludos consumi necessarium esset*] Vetus lectio *necessum esset,* non *necessarium.* GELEN. *necessarium esset,* ut ante Gelenium et ed. Froben. anni 1535. vulgabatur, omnes nostri; *necesse esset* se in cod. suo inveniſſe, Moguntini testantur. Probo tamen *necessum esset,* quod vel ex eodem cod. diligentius inspecto, vel alio Msto profert Gelenius: cujus ut minus cogniti loco alii *necesse,* alii *necessarium* scripserunt. Eadem tamen voce

Digitized by Google

auri a civitatibus conlatum. Petere, ut ex ea pecunia, 8
quam in triumpho latam in aerario positurus esset, id aurum secerni juberent. Senatus pontificum collegium 9
consuli jussit, num omne id aurum in ludos consumi necessum esset? Quum pontifices negassent, ad religionem pertinere, quanta inpensa in ludos fieret; senatus Fulvio, quantum inpenderet, permisit, 10
dum ne summam octoginta millium excederet. Tri- 11

Livius utitur supra 34, 5, 2. *Necessum est paucis respondere.* ubi vulgo ante Gronov. similiter *necesse* edebatur. Et ita in senatusconsulto de Baechanalibus: *Sei. ques. esent. quei. sibei. deicerent. necesus. ese. Bacanal.* ubi tamen *necesus* per errorem sculptoris pro *necesum*, sive *necessum*, datum esse, inter Ampliss. Bynkersh. et Doctiss. Matth. Aegyptium convenit. Praeterea *id omne aurum* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et Gaertn. Mox *quod tanta inpensa*, pro *quanta inpensa*, Voss. et Lov. 1.

§. 10. *Fulvio, quantum vellet, inpenderet, permisit*] Vocem *vellet* omittunt Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. Eamdem in cod. suo deesse, notarunt Moguntini. Horum omnium fide eam delevi.

Dum ne summam octoginta millium excederet] Quidam monuerunt *octoginta* legendum, non *octingenta*. et recte. Sed quare hoc ita, cum nihil adjiceret, dicere non potuere. At ego *H-S* intelligo, aut *nummûm*. Nam, *aeris* si intelligamus, videtur nimis parva summa pro ea, quam Fulvius paratus erat in eam rem expendere. Quanquam lib. 40, [52.] M. Aemylio Lepido censori et pontifici maximo in ludos non amplius decretum, quam viginti millia aeris. quae summa quadruplo minor est octogiata millibus aeris. Quare cum nemine ea de re pugnavero, quicquid adjiciatur. GLAR. Recte censet Glareanus, *octoginta millia aeris* nimis exiguam fuisse summam pro apparatu horum ludorum, qui infra cap. 22. refertur: nam ea, computatis, ut illa aetate, sedecim assibus in denarios, tantum sunt quinque millia denariûm, sive quingenti coronati. Sed obstat supplemento illius cum locus Livii 40, 52. tum quod fortassis non est exemplum summarum eo tempore ad rationes sestertiorum putatarum. Nusquam enim, quod sciam, dicit Livius V. G. decem, viginti, centum millia *sestertiûm*, sed ubique tot millia *aeris*. Itaque non dubito adsentiri iis, qui hic supplebant *aeris*. Verum, etiamsi cum Glareano *sestertiûm* intelligamus, tamen locus non caret scrupulo. Nam quum *octoginta millia H-S* tantum viginti millia denariûm, sive duo millia coronatorum, efficiant, ne haec quidem summa videtur sufficisse faciendis ludis, quos per decem dies prope sui saeculi copia et varietate celebratos fuisse auctor est Livius infra cap. 22. Ex Glareani annotatione intelligo, hic antea lectum fuisse *octingenta millia*. quod etiam unus liber Hearnii habet. Hoc ille quidem post alios rejicit: sed mihi

Digitized by Google

umphare mense Januario ſtatuerat: ſed quum audiſſet, consulem M. Aemilium, literis Aburii tribuni 12 plebis acceptis de remiſſa interceſſione, ipsum ad inpediendum triumphum Romam venientem, aegrum in via subſtitiſſe, ne plus in triumpho certaminum, quam in bello, haberet, praetulit triumphi diem.

consideranti magnitudinem sumtuum, qui aetate Livii in ludos, ad quorum magnificentiam hi prope accesserunt, effundebantur, non valde improbandum videtur. Si ita legamus, et suppleamus *aeris*, decuplo major quidem exibit summa, puta, quinquaginta millium denariùm, sive quinque millium coronatorum; sed tamen haec quoque non modo non nimis ampla, verum etiam admodum tenuis ad tam apparatos ac magnificos ludos videri poterit. Ob eamdem causam mihi suspectum est, quod 40, 52. vulgatur, M. Aemilio ad ludos dedicationis templorum Junonis Reginae et Dianae *viginti millia aeris*, id est, mille ducentos quinquaginta denarios, centum viginti quinque coronatos, decreta fuisse. Etsi enim hi ludi tantum scenici, et singulos dies facti fuerunt, tamen longe minor est haec summa, quam ut ea omnem apparatum et instrumentum theatri ac scenae comparari potuisse credam. Si neutro loco Livii vitium in numeris est, non video, quid pro recepta scriptura dici possit, nisi eos, quibus minus de publico decretum fuerat, quam ut ex eo pro sua dignitate vel ambitione ludos facere possent, quod per restrictam parcimoniam senatus deerat, de suo suppleviſſe. DUK. In vulgatam scripturam uno ore consentiunt omnes scripti nostri, et edd. principes. *octingenta millium* exstat tantum in edd. Ascens. anni 1510. Colon. 1525. et Paris. 1529. Verum, ut monet Ascens. in observationibus, quae addunt editioni ejus anni 1513. ita dicendum foret *octingentorum millium*, quod et ipsum inveni in ed. Cervic. et Ascens. anni 1530. Praeterea *summa* Mead. ambo; quasi librarii voluerint *dum ne summa octoginta millia excederet.*

§. 11. *Consulem Aemilium, literis Aburii tribuni plebis acceptis*] *consulem M. Aemilium* Mog. cod. et Lov. 3. quod recepi. In reliquis Mſtis *M.* litera, qua consulis praenomen indicabatur, excidit ob ultimam vocis praecedentis. Alia exempla vide ad 35, 8, 1. 36, 21, 6. 38, 43, 9. (* Epit. 47.) pariter excidit etiam ob literam primam vocis sequentis 40, 34, 1. Tum *literis a Burio trib. pl. acceptis* Lovel. 6. *literis Amburi* Gaertn. *literis Amburii* Lov. 5. *literis Mamburii* Mead. 1. *literis Maburii* Lov. 2. *literis M. Amburii* Harl. An legendum *literis M. Aburii?* praesertim quum modo *M. Aemilium* receperim. Gronov. hic etiam anno 1665. male *Abutii* edidit. V. ad cap. praec. §. 3. Paullo ante *mense Januarii* Voſſ. Sed vide ad 4, 37, 3.

§. 12. *Praetulit triumphi diem*] *Praeferre triumphi diem* dicit, pro diem triumphi anteferre, praecipere et maturare ante diem constitutum et destinatum triumpho. TURNEB. 30. Advers. 25. Lege *retulit.* Festus: *Referri diem pro-*

Digitized by Google

triumphavit ante diem decimum Kalendas Januarias de Aetolis et de Cephallenia. Aureae coronae, centum duodecim pondo, ante currum latae sunt: argenti pondo millia octoginta tria: auri pondo ducenta quadraginta tria: tetradrachmùm Atticùm centum octodecim millia: Philippei nummi duodecim

dictam, id est, anteferri. HENR. VALES.

§. 13. *Triumphavit ante diem decimum Kalendas Januarias*] *triumphavit ad decimum* codd. nostri, et edd. veteres. Sigonius recte edidit *triumphavit A. D. decimum*, eamque formulam aliquoties in scholiis Livianis vindicavit, et exposuit. V. ad 6, 1, 11. et locis ibid. laudatis. et ita cap. seq. §. 3.

§. 14. *Aureae coronae centum duodecim pondo ante currum latae*] Ita Aldus ex cod. Mog. refinxit. Antea edebatur *Aureae coronae centum duae decem pondo*, consentiente uno Lov. 5. *Aurea corona centum decem pondo die ante currum* Lov. 1. *Aureae coronae centum decem pondo duae ante currum* omnes nostri reliqui. Jam vero, quomodo haec verba intelligenda sint, non convenit inter doctos. Doujatius locum ita accepit, ante currum Fulvii triumphalem latas esse centum coronas, quarum quaelibet libras duodecim pendebat, Romanis scilicet ponderibus: verum ita non *duodecim pondo* Livius dixisset, sed partitive *duodenas pondo*, vel *duodenùm pondo*, vel *duodena pondo*. Similiter etiam judicat Cl. Crevierius, qui propterea locum corruptum, sive numerales notas male redditas censet, easque hoc modo efferendas esse: *Aureae coronae centum, duodena pondo*. Haud levis tamen difficultas premit hanc sententiam: quod scilicet verisimile esse nequeat, Fulvium in triumpho tulisse mille ducentas libras auri in solis coronis; reliquum autem omne aurum, praeter nummos signatos, tantum pependisse ducentas quadraginta tres libras. Glareanus ad cap. 7. §. 1. notas *CXII.* numerum librarum, non coronarum, esse existimat. Secundum ejus igitur sententiam Livius non exprimit, quot numero coronae aureae ante Fulvii currum latae sint, at eas omnes pependisse dicit centum duodecim libras. Et ejus quidem opinio praeferenda videtur. V. ad d. l. et quae infra notat ad cap. 29, 6. Similiter 42, 6. *Donum praeterea adferre, vasa aurea quingentùm pondo.* Ubi similiter vasa aurea, incertum quot, pendebant quingentas libras.

Argenti pondo millia octoginta tria: auri pondo ducenta quadraginta tria] Vocem *millia* perperam omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii N. Numerum librarum argenti male ita exprimit Pighius in Annal. ad ann. IDLXVI. pag. 301. *argenti pondo ∞ LXXXII.* Deinde *auri pondo CCXLIIII* Voss. *auri pondo CCLIIII* Hearnii L 1. *auri pondo CCLXIIII* Lov. 3. Mox *talenta Attica* Lov. 6. *tetragina Attica* Voss. Lov. 1. et Gaertn. *tetracina Attica* Lovel. 3. 4. 5. et Harl. *terracina Attica* Lov. 2. et Mead. ambo. Sed, *tetradrachmùm Atticùm* legendum, monuit

Digitized by Google

millia quadringenti viginti duo: signa aenea ducenta octoginta quinque: signa marmorea ducenta triginta: arma, tela, cetera spolia hostium, magnus
16 numerus. ad hoc catapultae, ballistae, tormenta omnis generis: duces, aut Aetoli et Cephallenes, aut regii ab Antiocho ibi relicti, ad septem et vi-
17 ginti. Multos eo die, priusquam in urbem inveheretur, in circo Flaminio tribunos, praefectos, equites, centuriones, Romanos sociosque, donis mili-

Gronov. ad c. 7, 1. Insuper *centum decem octo* Lovel. 2. *centum octo*, omissa voce *decem*, Lov. 4. *CXX et octo* Hearnii L. 1. Praeterea vocem *millia* in numero tetradrachmûm Atticûm ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N.

§. 15. *Philippei nummi duodecim millia quadringenti viginti duo*] *Philippi nummi* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. ambo. *Philippi minimum* Harl. *Philippei nummum* Voss. *Philippi nummum* Gaertn. *Philippum nummum* Lov. 2. Ex qua lectione suspicio nasci posset, legendum esse *Philippeûm nummûm*. Cur tamen *Philippei nummi*, quod et Moguntini in cod. suo invenerunt, servari possit, Gronov. infra docet ad cap. 7, 1. Dein *quadringenti viginti duo*, duabus praecedentibus vocibus neglectis, Lov. 6. *decem quadringenti viginti duo* Voss. Lov. 1. Gaertn. et Hearnii N. in quo ultimo tamen lacuna post vocem *decem* relicta erat. *decem millia quadringenti viginti duo* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. antt. *duodecim millia trecenta viginti duo* cod. Mog. ex cujus vestigiis Aldus vulgatum finxit.

Signa aenea ducenta octoginta quinque: signa marmorea ducenta triginta] *signa aerea dixit ducenta octoginta quinque* Voss. *signa aenea duxit ducenta octoginta quinque* Lovel. 5. 6. Gaertn. et edd. antt. at, *duxit* ferri non posse, sequentia casu primo prolata ostendunt. *signa aenea DCC octoginta quinque* Lov 3. 4. Harl. et Mead. uterque. *signa aenea septingenta octoginta quinque* Lovel. 2. Ea lectio consideratione digna est; ex numeri enim quingenarii nota *D τὸ duxit* natum videtur. Quo minus tamen eam probem, id me retinet, quod vulgatae lectionis Frobenius anno 1535. auctor exstiterit: qui forte ita edidit jussu Gelenii, codicis Mog. scripturam secuti. Deinde *signa marmorea ducenta XX* Voss. Lov. 1. 5. et Gaertn. Mox vocabulum *hostium* exsulat ab Lovel. 2. et Harl.

§. 16. *Duces, aut Aetoli et Cephallenes, aut regii* etc. *ad septem et viginti*] *duces Aetoli* Lov. 1. *duces autem Aetoli* Mead. 1. *duces aut Aetoli, aut Cephallenes, aut regii* Harl. Lov. 2 3. 4. et Mead. 2. Tum *ad viginti septem* cod. Mog. Paullo ante *ad hoc catapulti* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, cod. Mog. et ed. Alerient. princeps apud Hearnium; quod recepi. V. ad 21, 52, 10. Vox *tormenta* deest in Harl.

Digitized by Google

taribus donavit. militibus ex praeda vicenos quinos denarios divisit, duplex centurioni, triplex equiti.

VI. Jam consularium comitiorum adpetebat tempus; quibus quia M. Aemilius, cujus sortis ea cura erat, obcurrere non potuit, C. Flaminius Romam venit. ab eo creati consules Sp. Postumius Albinus, Q. Marcius Philippus. Praetores inde facti T. Maenius, P. Cornelius Sulla, C. Calpurnius Piso, M. Licinius Lucullus, C. Aurelius Scaurus, L. Quinctius

§. 17. *Donis militaribus donavit*] Gellius lib. 5. cap. 6. *M. Cato objecit*, inquit, *M. Fulvio Nobiliori, quod milites per ambitionem coronis, levissimis de causis, donasset. Coronis autem donaverat, quia vallum ouraverant, aut quia puteum strenue foderant.* SIG.

Ex praeda vicenos quinos denarios divisit] *quinos vicenos* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *quos vicenos* Lov. 6. et Gaertn. *viginti quinque* cod. Mog. ex cujus lectionis vestigiis Aldus *vicenos quinos* edidit. *ex praeda quinque denarios* Hearnii L. 1.

§. 1. *Quibus quia M. Aemilius*] Prima dictio non adparet in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et editis usque ad Moguntinos, qui eam ex cod. suo addiderunt. Excidisse videtur *quib*, sive *quibus*, ob similitudinem sequentis *quia*. Mox *poterat* Gaertn.

§. 2. *Ab eo creati consules Sp. Postumius*] MS. *ab eo decreti consules*. MOD. Postumii praenomen *Sp.* exulat a Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et edd. antt. quod partim a litera ultima vocis praecedentis, partim a prima sequentis hauctum est. Similis erroris alia exempla vide supra 1, 54, 2. 3, 58, 2. 4, 5, 5. 5, 15, 10. c. 37, 5. c. 49, 1. 6, 14, 13. 7, 30, 6. 8, 11, 9. 9, 34, 11. c. 40, 14. 37, 17, 10. 39, 6, 1. 40, 57, 8. Epit. Liv. 89. Viros doctos ad Phaedr. 1, 23, 3. et Jac. Gronov. ad Cic. 4. ad Fam. 12. Contra perperam alibi voces adduntur ob similitudinem vocis partim praecedentis, partim sequentis. V. ad 5, 50, 5. 9, 6, 9. et saepius. Praenomen hic addidit primus Aldus, praeeuntem cod. Mog. secutus. *P. Albinus* legit Lov. 3. *consules Albinus* Hearnii L. 1.

T. Maenius] Pal. pr. *T. Emnius*. GEBH. *T. Mevius* Harl. *T. Manlius* cod. Mog. sed nihil mutandum. Si enim genuina Livii lectio foret *T. Manlius*, id nomen notissimum librarii haud facile in minus notum *T. Maenius* mutassent. Praeterea nullus circa haec tempora *T. Manlius* memoratur, nisi *T. Manlius Torquatus*, qui pontifex creatur apud Liv. 43, 11. et quem vigesimo primo anno postea consulem fuisse, Fasti Capitol. aliique docent: tot vero annos inter praeturam et consulatum ejus intercessisse, verisimile non est. Contra *T. Maenius* sexennio postea tribunus militum memoratur infra 40, 35. Id autem non infra dignitatem praetorii esse, ut

Digitized by Google

3 Crispinus. Extremo anni, magistratibus jam creatis, ante diem tertium Nonas Martias Cn. Manlius Vul-
4 so de Gallis, qui Asiam incolunt, triumphavit. serius ei triumphandi causa fuit, ne Q. Terentio Culleone praetore, causam lege Petillia diceret, et incendio alieni judicii, quo L. Scipio damnatus erat, conflagraret; eo infensioribus in se, quam in illum, ju-
5

tribunus militum creetur, docet L. Terentius Massiliota, tribunus militum ibidem memoratus; is autem praetor antea fuerat, ut constat ex 33, 42. Denique *T. Maenius* tamquam praetor infra obcurrit cap. 18. et 23. ubi tamen Moguntini ex cod. suo nihil monent. Mox voces *Licinius Lucullus*, *C.* neglegentia scribarum omittuntur in Harl. et Mead. 1. *Lucullus* in Lov. 1. et 3.

§. 3. *Magistratibus jam creatis, ante diem tertium Nonas Martias*] *creatis jam ad tertium*, vel *tertias*, vel *Illo*, vel *tres* codd. nostri, et edd. antt, *jam creatis* dedit Froben. anno 1535. *A. D. tertium Nonas* Sigonius. V. ad cap. praec. §. 13.

§. 4. *Ne, Q. Terentio Culleone praetore, causam lege Petillia diceret*] Rogatio Petillia etiam adversus eum lata fuerat, 38, 54. sed causam ea dicere cogi non poterat, fortasse et quod in hunc quoque annum, etsi id Livius tantum de priore anno memorat 38, 35. imperio prorogato, proconsul cum imperio erat, et quod, decreto a senatu triumpho, nondum urbem ingressus pro absente reipublicae causa habebatur. Quum autem ex judicio L. Scipionis facile intelligeret, quid sibi ab infensis judicibus sperandum esset, triumphum in id tempus distulit, quo Terentius post paucos dies magistratu abiturus, nec satis temporis ad perficiendum apud eum judicium futurum erat. Non dissimili arte elusa est rogatio Marcia 42, 22. DUK. *ne Terentio Culleone praetore* Lov. 1. *ne Terentio Culleoni praetore* Voss. *ne Terentio Culleoni praetori* Lov. 6.

Incendio alieni judicii] V. ad 22, 35, 3. Cicero 5. ad Att. 20. *Incendio Plaetoriano quod Sejus adustus est, minus molestе fero.* DUK.

L. Scipio damnatus erat] *L. Scipio condam nactus erat*, Mead. 1. *L. Scipio condenatus erat* Harlej. Voluerunt *condemnatus erat*, ut praefert Lov. 2. Sed reliqui codd. stant pro vulgato.

§. 5. *Eo infensioribus in se, quam in illum, judicibus*] Pal. pr. *eo impensioribus in se*. GEBH. Librarius ita peccavit ob similitudinem literarum *F* et *P*. Alia exempla v. ad 28, 9, 1. 39, 28, 12. et apud N. Heinsium ad Claud. Consul. Olybr. et Prob. 2. Dein *judiciis* Harl. eodem errore, quo *principiis*, pro *principibus*, et similia plura saepius data sunt. V. ad 21, 60, 7. Mox *quo* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. ante Ascens. anni 1513. Solent hae voces confundi. V. ad 36, 33, 3. Id eo facilius hic fieri potuit, quod ultima litera *d* intercepta sit a prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9.

Digitized by Google

dicibus, quod disciplinam militarem, severe ab eo conservatam, successor ipse omni genere licentiae conruperat. Neque ea sola infamiae erant, quae 6 in provincia procul ab oculis facta narrabantur: sed ea etiam magis, quae in militibus ejus quotidie conspiciebantur. Luxuriae enim peregrinae origo ab 7 exercitu Asiatico invecta in urbem est. ii primum le-

Successor ipse omni genere licentiae conruperat] Membranae *omni genere licentiae corruptisse fama attulerat*. quod si placet, mutes etiam in praecedentibus syntaxin, necesse est. quamquam quid fama attulerat, cum Romae in militibus Manlii instrumenta luxuriae, argumenta corruptae disciplinae militaris, in re praesenti vulgo conspicerentur, et oculis omnium notarentur? Omnino igitur veterem lectionem, dico eam, quae hactenus in editionibus obtinet, retinendam censeo. MOD. Codicis Mog. lectionem damnare non audeo. Certe sequentia, *Neque ea sola infamiae erant, quae in provincia procul ab oculis facta narrabantur*, docere videntur, Livium adhuc agere de caussa invidiae, qua Manlius flagrare inceperat, antequam in urbem rediret; et tum demum subnectere, cur ea adventu ipsius aucta fuerit. Legendum itaque videtur *successorem se omni genere licentiae corruptisse fama adtulerat. Fama adfert*, ut *fama fert*; de quo vide ad 2, 7, 6. *fama adfertur*; de quo dictum ad 4, 56, 4. *fama perfertur* 5, 28. *exploratores attulerunt*, v. ad 8, 17, 7. *nuncii adferunt* 8, 17, 7.

§. 6. *Sed etiam magis, quae in militibus ejus quotidie conspiciebantur*] MS. *sed ea etiam magis, quae in militibus ejus quotidie adspiciebantur*. MOD. Pall. *sed ea etiam magis*. Vet. ed. *sed etiam magis ea*. GEBH. *sed etiam magis* primus edidit Frob. anno 1535. quum antea ederetur *sed etiam magis ea*, consentiente uno Lov. 5. *sed ea etiam, quae* legunt Voss. et Lov. 6. *sed ea etiam magis, quae* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et cod. Mog. quorum auctoritate voculam a Frobenio ejectam, quae etiam, nisi aliud vellent Mssi, abesse poterat, loco restitui. Mox *prospiciebantur* Voss. et Gaertn. *adspiciebantur* cod. Mog. ex quo etiam Aldus adscivit vocem *quotidie*, quae in Lov. 5. et edd. vett. decerat, sed in reliquis scriptis exstat. Paullo ante *Neque ea sola infamia erant* Mead. 1. Male. V. ad 24, 45, 1. Tum *procul ab oculis facta erant* Lov. 2.

§. 7. *Inde primum lectos aeratos*] Vetus lectio *ii primum lectos aeratos*, non *inde primum*. GEL. V. ut acceperit *lectum*, cum ait *lectos aeratos*. Nam *vestis stragulae* etiam mentio lib. 34. in oratione Catonis, [cap. 7.] GLAR. Monet Glareanus, ut videamus, quemadmodum *lectos aeratos* Livius acceperit, putatque intellexisse Livium lectos, in quibus dormirent; cum accipiendum sit de iis, in quibus accumberent. Antiquos enim *tribus* stratis *lectis* epulari solitos, unde *triclinia* dicta sunt, scribit Servius. Unde Virgil. [1. Aen. 214.

Digitized by Google

ctos aeratos, veſtem ſtragulam pretiosam, plagulas,

Inde toro pater Aeneas sic ordsus ab alto.

Et Heliogabalum tradit Lamprid. [ejus vit. cap. 20.] *solido argento lectos triclinares* habuiſſe. Id autem ita eſſe, docet Plinius, qui lib. 34. cap. 3. hunc locum tractans ait: *Triclinia aerata abacosque et monopodia Cn. Manlium Asia devicta primum invexisse triumpho suo.* Et Macrob. lib. 2, [9.] ex Indice Metelli: *Triclinia lectis eburneis strata fuerunt.*†. „Injuria afficit Glareanum, qui ita „dicit, considerandum, quomodo acceperit Livius *lectos*, num „*aeratos* adjecerit, innuens pro „*triclinitis* intelligi. Deinde an „non et *Triclinia* lecti sunt? „†. SIGON. Cic. 4. Verr. 26. *Lectos aeratos et candelabra aenea.* ubi vide Manut. Plinius 37. Hiſt. N. 1. *Cn. Manlii* (victoria) *ad caelatum argentum et veſtes Attalicas, et triclinia aerata* (inclinavit.) DUKER. *inde primum* Voſſ. Lov. 2. 5. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *in primum* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *hi primum* Lov. 3. Dein *lectos auratos* Lov. 1. V. ad 38, 35, 5. *lectos ornatos* Lov. 3.

Veſtem ſtragulam pretiosam, plagulas, et alia textilia] *Plagulae* vela sunt et textilia, quibus lecticae et lecti intendebantur, aut involvebantur: ut apud Tranquill. in Tito cap. 10. *Lectica dimotis plagulis.* Nonius *plagas* interpretatur grandia lintea, et toral, et lecticariam sindonem, unde per diminutionem *plagulae*, inquit, dicuntur. TURNEB. 1. Advers. 25. Laur. Valla lib. Eleg. 6. cap. 46. Ulpianum corripit in l. 45. D. de Verb. Sign. et l. 5. §. inter verberationem. D. de Injur. affirmantem authoritate Labeonis, *inſtratum* omne veſtimentum eſſe, quod injicitur, et ita *ſtragulum* veſtem eſſe, quae injiciatur. Quod pariter confirmat in l. 12. §. 28. D. de Inſtruct. vel inſtr. leg. Advertas, ait Valla, veſtimentum non eſſe inſtratum, neque ſtragulam veſtem pro hominis veſtimento, sed pro lecti operimento tantum apud authores inveniri. Ulpianum et Labeonem Alex. ab Alexandro Genial. lib. 3, 19. tutatus eſt: et primum authoritate Tranquilli in Nerone cap. 50. *Funeratus eſt*, inquit, *Nero impensa ducentûm millium ſtragulis albis auro intextis, quibus usus Kalendis Januariis fuerat.* Addit authoritatem Pompeji Feſti scribentis: *Veſtis generaliter dicitur, ut ſtragula, ut pallium, tunica, vel penula.* Paulus quoque jurisconsultus in l. 24. D. de Aur. et arg. leg. et ipse tradit, ex pellibus veſtes confici, quum et tunicam et ſtragulam pelliceam nonnulli habeant. Poſtremo adducit et hunc Livii locum pro sua corroboranda opinione. Addimus et nos Ciceronis authoritatem in 4. Verr. [26.] scribentis: *Per triennium isti plena domo telarum ſtragulam veſtem conficit: nihil nisi conchylio tinctum.* et iterum 2. Verr. [72.] *Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpurae, plurimam veſtem Melitensem, plurimam ſtragulam, multam Deliacam supellectilem* etc. D. Hieronymus *ſtragulam* muliebrem veſtem appellat Proverb. cap. 31. *Stragulam veſtem fecit sibi, byssus et purpura indumentum ejus.* Non desunt, his non obſtantibus, qui *ſtragulam* seu *ſtragulum* opertorium lecti a *ſtrato* aut *ſternendo* dici putent, ex Plinio lib. 13. cap. 12. ubi de papyro agens ait: *Et e libro vela, tegetesque, nec non et veſtem, et ſtragulum, ac funes.* Martial. 14. [Epigr. 147.]

Stragula purpureis lucent villosa tapetis.

Digitized by Google

et alia textilia, et, quae tum magnificae supellecti-

Et paulo post [epigr. 148.]

Nudo stragula ne thoro paterent.

Tibull. lib. 1. Eleg. 2.

Nam neque tunc plumae nec stragula picta soporem.

Et Martial. lib. 2. [epigr. 14.]

Zoïlus aegrotat: faciunt hanc stragula febrem.

Qui a *strato stragulam* deducunt, citant Virgil. 4. Aen. [82.] de Didone scribentem: *stratisque relictis Incubat.* Et Papinium 1. [Silv. 2, 59.] *Fessa jacet stratis.* Et secundo ejusdem, [Silv. 1, 62.]

Quis matutinos abrumpit murmure somnos
Impositus stratis?

Varro *stragulam* a *sternendo* dictam ait [4. de L. Lat. 30.] *Quicquid insternebant, a sternendo stragulum appellabant.* Budaeus in post. Annot. hoc in loco *vestem stragulam* interpretatur *tapetes*, quos et Graeci ipsi τάπητα vocant, tegmen, inquam, seu stratum mire pictum variis coloribus, quo equi, mensae, et pavimenta sternuntur, vulgo quoque *tapeti* dicti; sicuti et Latinis. Virgil. 9. Aen. [325.]

— — *qui forte tapetibus altis*
Exstructus totum perstabat pectore somnum.

et lib. 7, [277.]

Instratos ostro alipedes pictisque tapetis.

Et Statius 1. Theb. [518.] *altosque inferre tapetes.* Plautus Pseud. [1, 2, 14.]

Neque Alexandrina belluata consutaque tapetia.

Ego sane in hac opinionum varietate existimo, *straguli* nomine absolute prolato venire non modo stragula lectorum, sed ea tapetia, aliaque hujusmodi telarum seu pannorum genera, animalium herbarumque variis figuris et coloribus contexta, ob id *belluata* dicta a Plauto, et *picta* a Tibullo. Si vero cum additione *vestis stragulam* protulerimus, dubio procul intelligendum indumentum seu vestimentum, ejusdem tamen generis; unde Ascon. in 2. Verr. [14.] scriptum reliquit, *stragulam vestem* esse *pictam*: et aurum quoque et aliquando intextum habentem existimandum, quum addat Livius verbum illud *pretiosam.* Nostram sententiam confirmare possumus ex sacris paginis. Nam 4. Regum, 8. *stragulum* absolute prolatum operimentum lecti significat: loco vero Proverb. supra citato cum additione *vestem stragulam* indumentum exprimit, quod et loco isto fecit Livius. At non minor occurrit difficultas in explicatione alterius vocis *Plagulae.* Nonius, *Plagae*, inquit, *grande tegumen linteum, quam lecticariam syndonem dicimus.* Varro de Vita populi Rom. *Chlamydes, plagae, vela, vasa aurea*: et rursus, *Eburneis lectis et plagis sigillat.* Sueton. in Tito cap. 10. scribit: *Lecticas dimotis plagulis.* Ex quibus colligere possumus, *plagas* seu diminutivum *plagulas* textilia fuisse, quibus lecti vel lecticae circumtegebantur, quam interpretationem recipit et Turnebus lib. 1. Adv. 25. Budaeus loco dicto plagam, stragulum, et tapetia confundit. Ulpian. l. 23. D. de Aur. et arg. leg. *plagulam* inter muliebres vestes recenset: sed quam bene et eleganter, dijudicet lector: mihi quidem audiendus non videtur. MARC. DONAT. *Plagulas* Turnebus 1. Adv. 25. interpretatur vela, quibus lecti et lecticae intendebantur, aut involvebant-

Digitized by Google

lis habebantur, monopodia et abacos Romam adve-
8 xerunt, tunc psaltriae sambuciſtriaeque, et conviva-

tur. Torrent ad Suet. Tit. 10. vela, quibus feneſtrae lecticarum claudebantur. Quod de *velis lecticarum* dicunt, facile probari poſſet, ſi ſatis conſtaret, lecticas jam tum in usu apud Romanos fuiſſe. Sed hoc plane incertum eſt. Lipsius 1. Elect. 19. scribit, se non callide scire de initio lecticarum apud Romanos; sed conjicit, eas poſt bellum Punicum Asia devicta primum in usum veniſſe. Verum, si id de eo tempore, quo Galli devicti sunt, intelligendum voluit, non valde verosimilem puto eſſe illius conjecturam; quia mihi non apparet ratio, cur Livius, cetera inſtrumenta luxuriae peregrinae ab exercitu Asiatico Manlii in urbem invecta enumerans, lecticas praeterire voluerit. Probabilior eſt interpretatio de *velis lectorum*. Nam quum jam olim in Asia mos fuiſſet parietes velis pretiosis obtendendi, et iisdem lectos circumdandi, ut multis oſtendit Briſſon. lib. 2. de Regn. Pers. §. 144. seqq. illa quoque luxuria peregrina tum ab exercitu Asiatico Romam venire potuit. Itaque *plagulas* hic malo accipere tapetas et aulaea, quae parietibus et lectis obducebantur, quam vela lecticarum. Varro apud Nonium voc. *Culcita*, et Afranius v. *Plaga*, *plagulas* pro veſte ſtragula videntur dixiſſe: sed ea ſignificatio hic locum habere non poteſt, quia *veſtem ſtragulam* a *plagulis* diſtinguit Livius. DUKER.

Monopodia et abacos Romam advexerunt] *Monopodia* mensae sunt, quae uno pede suſtinentur: quae ea tempeſtate pulcherrimae lautiſſimaeque censebantur. TURN. 1. Advers. 25. *adduxerunt* Lov. 3. 5. Gaertn. et edd. antt. pro quo Aldus *advexerunt* ex cod. Mog. adscivit. Nec aliter reliqui noſtri; nisi quod *advexerant* sit in Harl. Vide ad 27, 38, 12.

§. 8. *Tum psaltriae sambuciſtriaeque*] Ψάλτρια Graecis, sicuti et Latinis, fidicina dicitur, hoc eſt, quae inſtrumento musico ex fidibus conſtante pulsat, seu cantat. Hanc vocem a verbo *psallo*, ψάλλω etiam Graecis, quod eſt canto ore vel inſtrumento musico, deductam quidam exiſtimant. Alii vero a *psalterio*, musico inſtrumento, ita ut *psaltriae* eſſent, quae psalterio canerent, vel pulsarent; cujus inſtrumenti musici saepe in sacris paginis fit mentio. Fuit autem *psalterium* musicum inſtrumentum, ut D. Hieronymus tradit, in modum quadrati clypei cum decem chordis: ita scriptum eſt in Psalmo 32. *In psalterio decem chordarum psallite illi.* et Psalmo 91. *In psalterio decachordo cum cantico in cythara.* Idem doctor in expoſitione psalmorum ait: *Psalterium proprie eſt genus organi musici, melius sonans quam cythara, similitudinem habet cytharae, sed non eſt cythara. Inter psalterium et cytharam hoc intereſt, quod cythara deorsum percutitur, psalterium vero sursum.* Et alio in loco. *Cythara deorsum habet cavamen, et sex chordas habet; psalterium sursum habet cavamen.* D. Auguſtin. scribit. *Psalterium eſt organum, quod quidem manibus portatur percutientis, et chordas diſtinctas habet; sed illum locum, unde sonum accipiunt chordae, illud concavum lignum, quod pendet, et tactum resonat, quia accipit aërem, psalterium in superiore parte habet, cythara vero hoc genus ligni cavum et resonans*

Digitized by Google

lia ludionum oblectamenta addita epulis: epulae 9 quoque ipsae et cura et sumtu majore adparari coe-

in inferiore parte habet. Psalterium, D. Ambrosius, in conviviis inseri solitum ad libidines excitandas, testatum reliquit, quod et Plutarch. in Symp. lib. 3. confirmat. Illud profecto minime admiratione caret, quod Paulus lib. 5. Sentent. tit. 4. tradit, psalterium scilicet esse canticum, in alterius infamiam compositum, quod obiter sit dictum. Itaque *psaltrites* ego interpretor, quae psallerent, et canerent. Cic. in Catil. [2, 10.] *Pueri lepidi et delicati cantare et psallere didicerunt.* Gellius 19, 9. *Quos habere tum adolescentes sciebat scitissimos utriusque sexus, qui canerent voce, et qui psallerent.* Nam, ut docet Nonius, melos bipartitum erat, cum asa voce, et organico. Asa voce sine instrumento aliquo musico voce tantum canere dicebantur: organico vero, quum et instrumento musico aliquo canebant. Sic interpretanda puto Terentii verba illa in Adelph. [3, 4, 24.] *Ifthaec enim penes vos psaltria est?* Et Cic. pro Sext. [54.] *Qui in coetum mulierum pro psaltria adducitur.* et in Tuscul. [3, 19.] *Psaltriam adducamus.* Sic *psallocytharistae* apud Sueton. in Domit. 4. hoc est, quae canebant, simulque cytharam pulsabant. *Sambucistrias* existimo fuisse, quae sambucam, vel sambycem, ut alii dicunt, musicum instrumentum, pulsarent. Erat autem sambuca, quam Galli, Hispani, et Itali eadem voce Arpam appellant; quod inter recentiores docuit Turneb. Advers. 20, 1. id tamen nulla ratione nec auctoritate comprobans. Athenaeus *Lirophoenicam* nominat, ac fuisse Ibici, poëtae Rhegini, inventum tradit. Nos vero arpam sambucam fuisse non dubitamus ex Porphyrii dictis in Ptolemaei Harmoniaca, ubi scribit: Sambuca triangulum instrumentum est, quod ex inaequalibus longitudine, sicut et crassitudine, nervis efficitur. apud Plautum in Sticho [2, 2, 56.] *Fidicinas, tibicinas, sambucas advexit secum forma eximia.* Non *sambucas*, sed *sambucinas* legendum, contendunt nonnulli. Ego potius, si quid immutandum est, reponerem *sambucistrias*, authoritate Livii hoc in loco: quamvis non ignorem, et apud Polybium mulierem sambuca pulsantem *Sambucam* appellatam. MARC. DONAT. Vide Spanhem. ad Callim. H. in Delum vers. 253. DUKER. *tunc*, pro *tum*, Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. omnesque edd. ante ultimam Gruteri, quae *tum* substituit. Priscam lectionem sine caussa loco motam revocavi. Copula etiam *que* deerat in Lov. 6.

Et convivalia ludionum oblectamenta addita epulis] Membranae *tunc psaltriae, sambucistriaeque, et alia convivalia ludorum oblectamenta addita epulis.* Probo illud *alia*. MOD. Vet. ed. *et convivalia ludiorum oblectamenta addita epulis.* Pall. *et convivialia ludorum obl.* GEBH. Non *et alia convivalia*, ut Modius existimat, sed *et convivalia alia ludorum oblectamenta* praeferunt membranae Mog. *et convivia alia ludorum oblectamenta* Voss. Lovel. 1. et Gaertn. *et conviviis alia ludorum oblectamenta* Lov. 6. *ludorum* etiam Lov. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. *ludiorum* Lov. 5. et ed. Camp. Livium ὁμοιοτέλευτα haud satis diligenter evitasse, vidimus ad 5, 46, 3. et 26, 46, 6. illud tamen *convivalia alia*, ut praeferunt mem-

Digitized by Google

ptae: tum coquus, viliſſimum antiquis mancipium et aeſtimatione et usu, in pretio eſſe; et, quod miniſterium fuerat, ars haberi coepta. vix tamen illa, quae tum conspiciebantur, semina erant futurae luxuriae.

branae Mog. ingratius auribus accidit, quam ut Livio excidere potuerit. At insuper librarium, ut ita interpolaret, vel certe Modium, ut *alia convivalia* probaret, illud permoviſſe videtur, quod ipsas psaltrias et sambuciſtrias convivalia oblectamenta antiquis fuiſſe noverit. Verum *psaltriae et oblectamenta convivalia* dictum eſt eodem modo, quo *Virginius et tribuni* 3, 25, 4. ubi plura alia videri poſſunt. *convivialia*, ut Gebh. in Pall. invenit, servat unus meorum Lov. 4. Id quidem eodem modo formatum foret a *convivium*, quo *conjugialis* a *conjugium* apud Heins. ad Ovid. 5. Met. 3. *convivialis* tamen alibi, neque apud Livium, neque apud alios scriptores, notavi, et reliqui etiam codd. *convivalia* tuentur. Tum *ludionum* praeferendum, quod servat Lovel. 2. Supra 7, 2, 4. *Ludiones ex Etruria adciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant.* Et poſt eod. cap. *Hiſter Tusco verbo ludio vocatur.* Mox *epulae quoque ipsae cum cura* Lov. 3. Vide ad 27, 24, 8. At reliqui ſtant pro vulgato.

§. 9. *Epulae quoque ipsae et* etc. *coquus* etc.] Hoc sic Athenaeus lib. 6. extremo: *Νῦν δ' ὡς ὁ Θεόπομπος ἱστορεῖ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Φιλιππικῶν, ὀυδέις ἐσι καὶ τῶν μετρίων εὐπορουμένων, ὃ ις ὀυ πόλυτελῆ τράπεζαν παρατίθεται, μαγείρους δὲ καὶ θεραπείαν ἄλλην πολλὴν κέκτηται.* SIG.

Ars haberi coepta] Gajus l. 18. §. 1. D. de Aedil. Edict. *Venditor, qui optimum eorum esse dixerit, optimum in eo artificio praestare debet.* ubi vide Budaeum. De discrimine *artificii* et *miniſterii* Cujac. 9. Observ. 17. DUKERUS.

§. 1. *In triumpho tulit Cn. Manlius coronas aureas CCXII*] Quidam codices *X.* habent, pro *XII.* Caeterum hic numerus librarum eſt, non coronarum, sicut superius in M. Fulvii triumpho [cap. 5.] *aureae coronae CXII pondo.* GLAREANUS. Vox *pondo* deeſt in Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, Gaertn. et Hearnii L. 1. Praeterea *coronas auri CC decem duas* Voſſ. et Gaertn. *CC decem duas* etiam Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. *CC decem pondo duas* Lov. 5. et edd. antt. *ducentas duodecim pondo* in Mſto suo legi, Moguntini teſtantur; pro quo Aldus *CC duodecim pondo* edidit. Et quidem *CCXII* ad numerum non coronarum, sed librarum auri refert Glarean. Contra, ducentas coronas aureas, et quamque earum duodecim librarum fuiſſe, exiſtimat Doujat. et hinc *coronas aureas ducentas, duodena pondo* emendandum conjicit Crevier. Mihi tamen Glareani sententia praeferenda videtur. Vide ad c. 5, 14.

Argenti pondo CCXX millia centum tria] Omiſſum eſt auri pondus. Lectio erit integra hoc modo: *argenti pondo CCXX millia. auri pondo MMCIII.* GELEN. *argenti CCXX millia centum tres*

Digitized by Google

VII. In triumpho tulit Cn. Manlius coronas aureas, ducentas duodecim pondo: argenti pondo ducenta viginti millia: auri pondo duo millia centum tres: tetradrachmùm Atticùm centum viginti septem millia: ciſtophorùm ducenta quinquaginta: Philip-

Voſſ. Lovel. 1. 2. Harlej. Mead. ambo, Gaertner. et Hearnii N. Nec aliter Lov. 3. et 4. nisi quod hic notas *CCXX*, ille voces *centum tres* ignorent. *argenti pondo XX millia centum tres* Lovel. 6. *argenti pondo XX millia C. M* Hearnii L. 1. *argenti pondo CCXX millia centum tria* Lov. 5. et edd. vett. Emendationem Gelenii recepit Frob. anno 1535. et reliqui servarunt usque ad Gruterum; cujus editio poſtrema centenarii numeri nota auctior dedit *auri pondo MMCCIII.* Idem recentiores probarunt. Sed Gelenii lectionem revocavi.

Tetradrachma Attica centum viginti septem millia] Scribe *tetradrachmum Atticum:* (Ut superius in triumpho M. Fulvii [c. 5, 14.] *Tetradrachmum Atticum centum octodecim millia*) *Ciſtophorum ducenta quinquaginta:* (intellige *millia*) *Philippeorum aureorum nummorum sedecim millia trecentos viginti* Lib. 37, 59. *Tetradrachmùm Atticorum ducenta viginti quatuor millia: ciſtophoros trecenta triginta unum millia et septuaginta: nummorum aureorum Philippeorum centum quadraginta millia.* non *nummos aureos Philippeos*, ut editur. Miraris utique, quod hic *ciſtophoros* legam (cum in vet. sit *ciſtophori*) non *ciſtophorùm*, ut suasu Budaei habent recentiores: quod hoc quoque lib. 39, 5. retineam: *Philippei nummi duodecim millia quadringinti viginti duo:* non velim eodem modo rescribi: *Philippeorum aureorum nummorum.* Edam rationem. Videor mihi observaſſe ex Livio, quoties numerus sive signati argenti, sive alterius rei millia plura non excedit, tum rem numeratam semper efferri patrio casu: quum vero super millia numerus alius inferior adjicitur, tum non perpetuo rem numeratam eo casu pronunciari, quem exigebat *τὸ millia*, sed interdum eo, quem recipit adjectus poſterior numerus. Ut lib. 3, 5. *Audet tamen Antias Valerius concipere summas: Romanos cecidiſſe in Hernico agro quinque millia et trecentos.* Ubi diximus, perperam Rhenanum *quinquies mille* rescribere. Hic si Livius attendiſſet *τὸ millia*, debuiſſet utique ponere *Romanorum.* Sed retulit eam vocem ad *trecentos*, perinde ac si dixiſſet: *cecidiſſe in Hernico agro quinque millia ac trecentos Romanos.* Sic lib. 33, 27, 2. *Signati denarios triginta quatuor millia et quingentos quinquaginta.* Scaliger in libro de Re Nummaria: Neque proba eſt locutio, neque summa digna triumpho florentiſſimis rebus Romanis. Legendum *Denariùm trecenta quatuor millia.* In poſteriori facile adsentior; non in priore: nam, ut dixi, retulit *τὸ denarios* ad minorem numerum, et perinde eſt, quasi scripsiſſet: *signati trecenta quatuor millia et quingentos quinquaginta denarios.* Iterum lib. 37, 58. *Tetradrachma Attica triginta quatuor millia septingenta: ciſtophori centum triginta unum millia trecenti.* Non mutabis *tetradrachmùm Atticùm:* nam illud respondet *τῷ septingenta.* At male in

Digitized by Google

peorum aureorum nummorum sedecim millia trecen-
2 tos viginti: et arma spoliaque multa Gallica, car-
pentis transvecta. duces hostium duo et quinqua-

omnibus *trecenta*: refertur enim ad *ciſtophori*: male in recentioribus *ciſtophorûm*; refertur enim ea vox non ad *millia*, sed ad *trecenti*. Quamquam ante Curionem ubique video fuiſſe: *ciſtophori trecenta triginta duo millia*. Qui numerus si verior, utique *ciſtophorûm*, non *ciſtophori*, legendum. Ut eodem libro, cap. 46. *Signati tetradrachmûm Atticûm centum tredecim millia; ciſtophorûm ducenta quadraginta octo*. Etenim et hic intelligitur τὸ *millia* ex membro praecedenti, perinde ut in loco, ad quem scribimus. Plinius lib. 33, 10. *Tamen relinquere servorum quatuor millia centum sedecim, juga boum tria millia sexcenta*. Legendum eſt *jugûm*, generandi casu, inquit Hotomannus. Frustra, ut ex dictis liquet. J. FR. GRON. *tetradrachma Attica*, quod eſt ad caput notae Gronovianae, in nullo cod. neque scripto, neque cuso, obcurrit; sed omnes utraque vocabula patrio casu efferunt, prius tamen eorum varie conruptum: nam *tetraginum* habent Voſſ. et Lov. 1. ac 6. *tetragium* Hearnii L. 1. *tetracanum* Gaertn. *tetracinum* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. antt. Verum nota Gronovii in prima ed. relata erat ad c. 5, 14. ubi perperam typis descripti praeferebant *tetradrachma Attica*. Eadem autem nota, nescio quo casu, vel quam ob cauſſam, in seqq. edd. rejecta eſt ad hunc locum: verum sic prima verba convenire nequeunt. Praeterea variant etiam codd. in numero tetradrachmûm. Nam *centum septem millia viginti* legunt Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Gaertner. et edd. antt. *ducenti septem millia XX* Lov. 3. *CC. VII. XX. millia* Hearnii L. 1. Vulgati, quod in Voſſ. et Mead. utroque exſtitiſſe videtur, auctor fuit Froben. anno 1535, poſt quem similiter recentiores omnes ediderunt. Nihilominus Pighius *CXXVII ↀ XX* memorat in Annal. Rom. ad ann. IↃLXVI. pag. 302. Clariſſ. Crevierius *CCXXVII millia*. Mox *ciſtofori*, omiſſo numero, Lov. 3. et Hearnii L. 1. *ciſtrophori CCL* Voſſ. *ciſtophori CCL* Harl. Mead. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. et Gaertn. *ciſtophori CCL millia* Mead. 1. Sed recte Gronov. legendum monuit *ciſtophorûm CCL*, subintellecta voce *millia*, quae modo praeceſſit. Eo autem casu illam saepe subintelligi, vidimus ad 31, 34, 7.

Philippeorum aureorum nummorum sedecim millia trecentos viginti] *Philippi* Lov. 3. *Philippiorum* Gaertn. *Philippicorum* Lov. 6. *Philipporum* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo: quorum Lov. 1. 4. et Mead. 2. simul cum Hearnii N. vocem *millia* non agnoscunt. *Philipi aureorum nummorum CCC millia XVI* Hearnii L. 1. ex cujus veſtigiis legi poſſet *Philippeorum aureorum nummorum supra trecentos millia sedecim*. Verum reliquorum consensus in servanda vulgata lectione poſteriorum verborum oſtendit, unius illius rationem non habendam eſſe. Ceterum recte Gronov. ad verba praecedentia notavit, quoties numerus inferior supra millia adjicitur, *non perpetuo* rem numeratam eo casu pronunciari, quem exigebat τὸ *millia*, sed *interdum* eo, quem recipit adjectus poſterior numerus. Si enim id semper ac perpetuo factum fuiſſet, hic etiam emenda-

Digitized by Google

ginta ducti ante currum. militibus quadragenos binos denarios divisit, duplex centurioni; et stipendium duplex in pedites dedit, triplex in equites.

re debuisset *Philippeos aureos nummos*. At contra innumera in Livio obcurrunt exempla, in quibus, licet numerus minor adjiciatur millenario, tamen res numerata eo casu effertur, quem exigit vox *millia*. Vide quaedam 3, 15. 10, 19. 23, 16. 37, 40. 40, 43. 41, 11. et 13. Adde Periz. ad Sanctii Minerv. 4, 8, 710. Mox *travecta* omnes codd. praeter Lovel. 3. qui *tracta* praefert. *vecta* ed. Camp. *travecta* Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 24, 21, 7.

§. 2. *Duplex centurioni*] Et haud dubie *triplex equiti*, ut cap. 5. et saepe alibi. Hoc fortassis scribarum negligentia excidit. V. ad 33, 23. et 37. et Gronov. ad 34, 46. DUK. V. Duker. ad 10, 46, 15.

Et stipendium duplex in pedites dedit, triplex in equites] Non credo haec integra esse, propterea quod hic nulla mentio centurionum est; quos liberalitatis indulgentis et ambitiosi ducis expertes fuisse, nequaquam verosimile est. Nec est, quod putemus, eos, quia et ipsi pedibus merebant, nomine peditum contineri. Nam Livius fere ubique, quum de donativo agit, vel generali nomine *militum* pedites, centuriones, et equites complectitur, 10, 46. 28, 9. 30, 45. 31, 20. 40, 34. vel separatim *milites*, *centuriones*, et *equites* memorat, 33, 23. 36, 40. 37, 59. 39, 5. 40, 43, 41, 7. et 13. et 45, 43. vel denique *pedites*, *centuriones*, et *equites* dicit, 33, 37. 34, 52. 45, 40. Sed quid eos accepisse dicemus, si peditum nomine non comprehenduntur? Hoc aeque inpeditum est. Simplex stipendium peditum, auctore Polybio, erant duo in diem oboli, centurionum quatuor, equitum sex. Duplex ergo in pedites quatuor, in centuriones octo, in equites duodecim, et triplex in hos duodeviginti oboli. Centurionibus haud dubie minus, quam equitibus, dedit Manlius: sed utrum in eos tantum duplex dederit, ut in pedites, id est octo obolos, an triplex, ut in equites, id est duodecim, non facile dictu est. Si illud, Livius scripsisse potuit, *stipendium duplex in pedites et centuriones dedit*: si hoc *triplex in centuriones et equites*. De duplici stipendio militibus dato sunt etiam loca Livii 23, 20. 29, 3. 30, 16. 40, 43. et 37, 59. ubi de L. Scipionis triumpho de Antiocho haec scripta sunt: Militibus *stipendium militare et frumentum duplex post triumphum datum. proelio in Asia facto duplex dederat*. Quod ibi de frumento duplici dicit Livius, ita intelligendum puto: quum mos esset, militi in menses certam mensuram frumenti, pediti nimirum quatuor, centurioni octo, equiti duodecim modios, admetiri, eam a Scipione duplicatam, et peditii pro quatuor modiis frumenti menstrui octo, et pro rata centurioni sedecim, equiti viginti quatuor modios datos fuisse. Stipendii duplicis ac triplicis computandi ratio non tam expedita est; quia non, ut frumentum, sic etiam stipendium menstruum dabatur; cujus solvendi dies qui fuerit, viris antiquitatis Romanae peritissimis nondum satis explonatum est: de quo vide, quae differit Schelius cap. 6. ad Polyb. Sed cur idem cap. 7. scribat, dubium esse, de solo frumento, an etiam de stipendio

Digitized by Google

3 Multi omnium ordinum, donati militaribus donis, currum secuti sunt. carminaque a militibus ea in imperatorem dicta, ut facile adpareret, in ducem indulgentem ambitiosumque ea dici; triumphum esse militari magis favore, quam populari, celebrem. 4 Sed ad populi quoque gratiam conciliandam amici Man-

accipi debeant, quae de Scipione post proelium in Asia factum narrat Livius, non intelligo. Apertum est, Livium ibi de praemiis militum loqui. Jam vero, si miles a Scipione nihil aliud, quam simplex et ordinarium stipendium accepit, nec quidquam praemii in eo erat, quum acciperet, quod debebatur, et jure suo postulare poterat, nec ulla ratio, cur Livius tamquam singulare aliquid referre voluerit, simplex stipendium militi datum fuisse. DUKER. Etiam mihi hic locus haud integer videtur. Observandum autem est primo, in dividenda pecunia *equitum*, at in multiplicando stipendio *centurionum* mentionem neglectam esse. Deinde, stipendium saepius equitibus, quam peditibus, multiplicari; quum tamen in omnibus illis locis, quae Clariss. Dukerus ea de re ex Livio laudavit, distincta equitum et peditum mentio non obcurrat; et neque ex iisdem, neque aliunde constet, alia proportione stipendium peditibus, alia equitibus auctum fuisse. Immo contrarium colligendum videtur ex loco Livii 40, 43, 7. *Militibus de praeda quinquagenos denarios dedit, duplex centurionibus, triplex equiti; tantumdem sociis Latini nominis: et stipendium omnibus duplex.* sive *omnibus* intelligas in genere de legionariis militibus et socialibus; sive per partes de militibus, centurionibus, et equitibus inter cives in legionibus; ac militibus, centurionibus, et equitibus sociorum nominis Latini. Vide igitur, an paucarum vocum trajectione, uniusque mutatione loco subcurri possit, legendo: *militibus quadragenos binos denarios divisit, duplex centurioni, triplex in equites: et stipendium duplex in milites dedit.* Displicere non debet mutatio constructionis *divisit militibus, centurioni, in equites* post illa, quae notavi ad 38, 39, 10. Solent autem voces *pedites* et *milites* a librariis commutari. V. ad 36, 17, 2.

§. 3. *Multi omnium ordinum, donati*] *Multi omnium ordinum homines donati* cod. Mog. cujus patrocinium hic non suscipio. Non enim hic intelliguntur *omnium ordinum homines*, sed omnium ordinum milites, sive gregarii, sive duces: sive etiam cives, sive socii. Mox *carmina a militibus ea* sine copula *que* Voss. Deinde *ambitiosumque dici*, omisso medio pronomine *ea*, Harl. et Mead. 1.

§. 5. *Stipendium, conlatum a populo in publicum, quod ejus solutum antea non esset*] De quo stipendio loquatur, non est certum. Nam qui secundo Punico bello in publicum dederant pecuniam, iis tertia ac ultima pensio solu-

Digitized by Google

Manlii valuerunt. quibus adnitentibus senatusconsultum factum est, *Ut ex pecunia, quae in triumpho translata esset, stipendium, conlatum a populo in publicum, quod ejus solutum antea non esset, solveretur.* Vicenos quinos et semisses in millia aeris quaestores urbani cum fide et cura solverunt. Per idem tempus tribuni militum duo ex duabus Hispaniis cum

ta fuit lib. 33, [42.] Deinde *vicenos quinos et semisses in millia aeris* datos intelligo asses, ut exceptis semissibus sit usura semiquincunciaria, quam nunc vulgus Jurisperitorum ex semisse vocat, cum usura ex semisse in mille essent sexaginta. Sed haec alterius sunt negotii. GLAREAN. Vix dubitari potest, quin de tributo a populo in stipendium militum collato loquatur: nam ex *tributo* erat stipendium. V. Schel. ad Polyb. cap. 8. Liv. 23, 48. *Si multiplici gravarentur stipendio, alia perituros peste.* hoc ibidem paullo ante *tributum* dixerat. In ceteris, quae hic narrat Livius, nihil video. Nec Glareanus, qui solus ex interpretibus Livii, quos vidi, hunc locum attigit, ad ea intelligenda quidquam juvat. DUKER. Codd. nostri nihil mutant, nisi quod *translatum* praeferat Lov. 1. et *ejus* desit in Harl. cujus loco *is* exhibet Gaertner. *eis* ed. Bas. anni 1539. Quae lectio licet sine dubio operarum errori adscribenda sit; nihilominus omnes editores recentiores, excepto Sigonio, eam servarunt usque ad Gronov. qui recte emendavit *quod ejus.* V. ad 31, 3, 2. Ut pateat, quaenam difficultates hunc locum premant, adscribam ea, quae ad haec verba Crevierius notavit. Ita ergo inquit: „Quid significet hoc loco „Livius, haud facile est statuere. „Prima difficultas occurrit in „voce *stipendium*, quae nec pro „militari stipendio accipi potest, „de quo hic nullo modo agitur; „neque pro tributo a civibus „collato, (quamvis interdum hoc „sensu sumatur, ut lib. 2, 9.) „quandoquidem quaestores ur„bani mox dicuntur cum cura et „fide solvisse pecuniam, nem„pe privatis ex aerario; si autem „de tributo sermo esset, non pri„vatis aliquid solvendum ex ae„rario fuisset, sed privati immu„nes faciendi a solvendo eo, „quod aerario deberent. Super„est ergo, ut hic sermo esse ex„istimetur de pecunia, a priva„tis collata ad juvandam aerarii „inopiam. Sed nec nomen *stipen„dii* sic unquam acceptum esse „novimus, et praeterea post fi„nitum bellum Punicum secun„dum nullo tali auxilio respu„blica eguisse memoratur; quae „autem pecuniae per illud bel„lum a privatis collatae erant, „earum ultimam pensionem so„lutam esse, narravit Livius 33, „42. Secundo quod dicuntur quae„stores *vicenos quinos et semisses* „*in millia aeris* solvisse, horum „quidem verborum sic nude po„sitorum sensus non obscurus „est. Intelliguntur facile in sin„gula assium millia viceni et qui„ni asses cum semisse soluti esse „a quaestoribus. Sed quaenam „sunt illa assium millia? quo no„mine solvuntur viceni et quini „asses cum semisse? An usura-

Digitized by Google

literis C. Atinii et L. Manlii, qui eas provincias obtinebant, venerunt. Ex iis literis cognitum est, Celtiberos Lusitanosque in armis esse, et sociorum agros populari. de ea re consultationem integram

„rum nomine? ut pro singulis „essium millibus, quae a civi„bus collata forent, praeter sor„tem etiam viceni et quini asses „cum semisse usuris numerarentur. Ita interpretatur Glarea„nus: nos rem omnem in medio „relinquimus." Haec Crevierius. Ego quoque hic me Davum fateor. Videant igitur alii. Forsitan autem locus mutilus est. Hotomannus etiam locum corruptum credidit, et in lib. de Re Numm. pag. 79. pro *vicenos quinos* conjecit scribendum *sexcenos vicenos quinos*, quum fuisset scriptum per notam *Vlcenos*.

Cum fide et cura solverunt] MS. verso ordine verborum *cum cura et fide solverunt*, quod etiam malim. MOD. Infra cap. 23, 1. *Sp. Postumius, quaestionibus cum summa fide et cura perfectis, comitia habuit.*

§. 6. *Et ex duabus Hispaniis cum literis C. Atinii et C. Manlii*] Superiore libro [cap. 35.] consulibus M. Valerio Messala, C. Livio Salinatore, anno vero ab urbe condita IOLXVI. leguntur horum praetorum nomina C. Catinius et L. Manlius. Hic Manlius ad finem hujus libri [cap. 55.] triumvir creatur cum Nasica et Flaminio ad coloniam Aquilejam deducendam. GLAR. *C. Atinii* vet. lib. ut supra. SIGON. *C. Achinii* Voss. et Gaertn. *Cn. Acinii* Harl. *C. Accinii* Lov. 3. *Cnei Atinii* Lov. 2. *C. Atini* Mead. ambo. *C. Athini* Lov. 6. a manu pr. *C. Cathini* a manu 2. *C. Catinii* edidit Frob. anno 1535. pro quo recte Sigon. *C. Atinii* revocavit. V. ad 38, 35, 2. Dein *Cn. Manlii* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. *C. Manlii* his proximae edd. *M. Manlii* Lov. 6 Sed recte *L. Manlii* emendavit Frob. anno 1535. Praeterea *et ex duabus Hispaniis* Lovel. 5. et edd. ante eamdem Froben. quae *τὸ et*, in nullo praeterea Msto obvium, delevit. Mox §. seq. *τὸ est* omittitur in Voss. et Gaertn.

§. 8. *Ludis Romanis eo anno, quos P. Cornelius Cethegus, A. Postumius Albinus faciebant*] *Ludos Romanos eo anno, quo* Lov. 1. et Harl. *quo* legunt etiam Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Sed nihil mutandum. V. ad 2, 36, 1. Praeterea *Cethegus et Postumius* Voss. et Gaertn. *L. Postumius* Harlej. *Lucius Postumius* Lov. 2. At recte reliqui *A. Postumius*. Nam is praetor fit infra cap. 23. L. Postumius vero eam dignitatem demum adipiscitur 40, 35. Tot autem anni ordinario inter aedilitatem et praeturam effluere eo tempore non solebant.

Malus in circo inflabilis in signum Pollentiae procidit] Cujus rei ille malus fuerit, explicatum vellem. Tum Pollentia qualis fuerit Dea. Festus Potentiam interpretatur, quae merito Romae, si uspiam alibi, templum habere debuit. GLAR. Utrumque scrupum [a Glareano motum] demere tentamus. In circo positas fuisse Deorum statuas, nec non et principum virorum, docet Alex. ab Alex. lib. Genial.

Digitized by Google

senatus ad novos magistratus rejecit. Ludis Ro- 8
manis eo anno, quos P. Cornelius Cethegus, A. Postumius Albinus faciebant, malus in circo instabilis in signum Pollentiae procidit, atque id dejecit.

5. cap. 8. et Livius ipse clare docet per initia lib. 40. signa multa in circo maximo cum columnis, quibus superstabant, posita fuisse tradens, ac tempestate dejecta; addimus nos et forte signa provinciarum vel urbium principum pop. Rom. subditarum: quod et nostris temporibus in summis festivitatibus fieri solitum a principibus viris, non semel oculata fide percepimus; quemadmodum Florentiae in nuptiis Sereniſſimi Ferdinandi Medices, magni ducis Etruriae, et Oenoponte in mirabili apparatu nuptiarum Sereniſſimi Archiducis Ferdinandi Austriaci. *Signum* itaque *Pollentiae* interpretari potest, urbem scilicet Pollentiae repraesentans, non illius quidem existentis in Baleari majori, de qua Plinius 3, 5. sed de alia in Piceno sita, cujus meminit Ptolemaeus lib. 3. cap. 1. et Cic. de Arusp. resp. et rursus Plinius 35, 12. tradens, in ea fieri vasa testacea nobilia solitum, nec non lanam praestantem velleris cani ex eodem lib. 8, 48. Cui tamen videtur contrariari Silius lib. 8, [599.] scribens: *fuscique ferax Pollentia villi.* Conciliamus tamen, statuentes, Plinium non de simplice canicie intellexisse et absoluta, quae candida tota est, sed de procedente in hominis capite, in qua non pili omnes candescunt, sed et pars nigrescit, unde colorem subnigrum seu fuscum prae se ferunt. Sed ad rem nostram reversi dicamus, quum Pollentia nondum esset Romanorum colonia, quod ex ipsomet Livio patet, inferius scribente, Pollentiam anno ab urbe condita DCLXVI. coloniam deductam, haud verisimile videri illius signum in circo positum. Reliquum itaque est, ut statuamus, Livium intelligendum de signo Deae, *Pollentiae* dictae; cujus rei haud dubiam faciunt fidem subsequentia verba illa: *Et religione moti Patres diem unum adjiciendum ludorum celebritati censuerunt; et signa duo pro uno reponenda, et novum auratum faciendum.* Nec mirum, Romanos Deam Pollentiam coluisse, ac illius signum in circo posuisse. Nam, ut docet Festus, *Pollentia* et *Potentia* idem significant. Ita Plautus in Rud. dixit [3, 2, 4.] *Ne impiorum potior sit pollentia.* et in Casin. [4, 4, 3.] *Ut viro tuo semper sis superstes, atque ut potior pollentia, ut vincas virum, victrixque sies.* Ad haec quum antiquorum seu gentilium Dei supra triginta millia fuerint, tradente D. Augustino lib. 4. Civit. Dei cap. 23. et 7, 2. et Pindarus ante ipsum triginta millia quoque esse dixit; unde Max. Tyrius, qui illum citat Ser. 1. innumerabiles fuisse scripsit, cui, inquam, mirum videri poterit, Romanos *Potentiam* seu *Pollentiam* Deam coluisse? *Malum* autem, a quo dejectum Pollentiae signum tradit Livius, unum ex illis fuisse arbitramur, quibus, funibus alligatis, vela tensa suffulciuntur ad aëris injurias arcendas, ut commodius spectatores ludos spectare possint; quod antiquitus non semel factum scriptumque observamus, et nostris temporibus plerumque fieri nemo ignorat. A malo itaque, minus firmiter solo haerente, signum

Digitized by Google

9 ea religione moti Patres, et diem unum adjiciendum ludorum celebritati censuerunt, et signa duo pro
10 uno reponenda, et novum auratum faciendum. Et plebeji ludi ab aedilibus C. Sempronio Blaeso et M. Furio Lusco diem unum instaurati sunt.

1 VIII. Insequens annus Sp. Postumium Albinum et Q. Marcium Philippum consules ab exercitu bello-

Pollentiae dejectum, quod Livius scribit, quomodo sit intelligendum, palam satisfactum putamus. MARC. DONAT. Dempsterus, qui ad Rosin. 5, 4. Glareanum in hujus loci explicatione caligare scribit, ipse in eo Lynceus non fuit. Adfert locum Varron. e lib. 4. de Ling. Lat. 36. *Circus maximus dictus, quod circum spectaculis aedificatus;* et de hac *aedium adjectione*, sive circi maximi ornamento, capiendum censet hunc locum Livii. Nescio, quam dicat *adjectionem aedium*, sed eum de locis, e quibus in circo spectabat populus, accepisse verba Varronis inde intelligi potest, quod eo alludere dicit Claudianum de vi. Cons. Honor. 613. *Circi Connexum gradibus vulgus.* Verum Varro nec aedes, nec gradus circi memorat, sed *spectacula*, id est loca, e quibus spectarent, *circum aedificata* dicit, quod ad primos circenses referendum est: nam ea Livius quoque 1, 35. de origine circensium agens, *spectacula* vocat, et *foros* appellatos scribit, id est tabulas ligneas, duodenos pedes ab terra altas, et furcis sustentatas. Haec spectacula deinde quidem alia ratione in circo structa et stabilia facta, nec tamen *aedes* appellata sunt, nec necesse fuit ea, quod Dempsterus videtur existimasse, malis sustineri; quibus si fuissent sustentata, Livius non solum malum, verum etiam una cum eo ipsa spectacula, et qui ex iis spectabant, procidisse dixisset. Itaque et male in Varrone accipit vocem *spectacula*, et male Livium et Claudianum cum eo componit. Nec Glareano satisfacit, cujus rei, id est, ut puto, cui usui malus ille fuerit, explicatum volenti: quod satis commode hic videtur explicuisse Donatus, cui adde Lips. de Amphith. cap. 17. Non minus caligat in illis, quae deinde de Pollentia scribit. Eam Glareanus Deam esse putabat; sed, qualis esset, ignorabat: ille non Deam, sed urbem Piceni hoc nomine significari dicit, et imagines provinciarum urbiumque in circo fuisse, sine ullo testimonio antiquitatis affirmat. Nec recte auctorem hujus sententiae citat Marc. Donatum: nam is in Dilucidationibus ad Livium eam, quum primum illi in mentem venisset, deinde merito improbat. Notavit Dempsterum hoc nomine etiam Argolus ad Panvinium de Ludis Circens. 1, 17. et pro *Pollentiae* in Livio *Pelloniae* legendum conjecit, quam pellendorum hostium potentem Deam a Romanis cultam fuisse tradunt Arnob. 4. et August. 4. de C. Dei 21. Hujus nomen apud nullum vetustum scriptorem, *Pollentiae* in solo hoc loco Livii legi puto. Sed sive hoc, sive illud scripsit Livius, certum est, esse nomen Deae, cujus signum inter

Digitized by Google

rumque et provinciarum cura ad inteſtinae conjurationis vindictam avertit. Praetores provincias sor- 2
titi sunt, T. Maenius urbanam, M. Licinius Lucullus inter cives et peregrinos, C. Aurelius Scaurus Sardiniam, P. Cornelius Sulla Siciliam, L. Quinctius Crispinus Hispaniam citeriorem, C. Calpurnius Piso Hispaniam ulteriorem. Consulibus ambobus quae- 3

alias Deorum Dearumque imagines, quibus circus ornabatur, positum fuerit. DUKER. *malu in circo in ſtabulis* Voſſ. a manu pr. *milius in circo in ſtatuis* a manu sec. *Maulius*, pro *malus*, Gaertn. *in ſtabulis* etiam Lov. 3. Tum *in ſignum Collentiae procedit* Lov. 1. *procedit* etiam Voſſ. Lov. 4. et Mead. 2.

§. 9. *Et novum auratum faciendum*] Fortaſſis rectius pro voce *novum* legeretur *malum*. vel, si verba spectant ad Pollentiae signa reponenda, scribere ea oportet multitudinis numero *nova aurata faciunda*. PIGHIUS in Annal. ad ann. IↃLXVI. pag. 298. *unum auratum* Lov. 2. Nihil mutandum. Censuerunt Patres; primo, duo signa pro uno reponenda eſſe, alterum nempe quod dejectum erat, alterum novum: deinde, novum illud auratum faciendum eſſe. Paullo ante vox *celebritati* exsulat a Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. Ejus loco *cc*, id eſt *causa*, legit Lov. 3.

§. 10. *M. Furio Lusco*] *Furiorum* cognomen eſt *Fusus*, ut eſt in Capitol. tabulis, non *Luscus*, aut *Fuscus*, ut eſt in vulgatis et manuscriptis libris. SIGON. Sigonii conjectura inde adſtrui poſſet, quod librarii alibi simili modo turbare soliti sint. Observat enim Pighius in Annal. ad ann. IↃC. pag. 431. *T. Annium Luscum* perperam in Faſtis Cuspin. *Fusium* adpellari. Verum obſtat ejus emendationi, quod *Fusus* quidem cognomen sit Furiorum, at patriciorum; M. Furius autem hic memoratus fuerit plebejus, ut aedilitas ejus plebeja docet. Insuper *Fusorum* cognomen jam per duo secula in gente Furiorum fuit inauditum, ut forte ea Furiorum familia fuerit emortua. Nihil itaque mutandum puto, licet alibi *Lusci* cognomen in gente Furia non reperiam. V. ad 40, 35, 1. et 42, 21, 4.

§. 1. *Ad inteſtinae conjurationis vindictam avertit*] Pal. pr. *advertit*. GEBH. Omnes noſtri *avertit*. Et recte. V. ad 6, 23, 8. et 35, 31, 1. Paullo ante Poſtumii praenomen *Sp.* deerat in Lov. 2. quod hauſtum eſt partim ab ultima praecedentis, partim a prima sequentis vocis litera. V. ad cap. 6, 2. Deinde voces *Philippum consules* desunt in Gaertn.

§. 2. *C. Aurelius Scaurus*] *Marcum* vocat MS. non *Cajum*. MOD. Supra tamen cap. 6. idem cod. Mog. *C. Aurelius* legebat; neque vel hic, vel illo loco, aliter codd. noſtri.

L. Quinctius Crispinus Hispaniam citeriorem, C. Calpurnius Piso Hispaniam ulteriorem] Dele *ró Hispaniam* [poſteriore loco] ex perpetuo more Livii. J. F. R. GRON. V. etiam ad 34, 55, 5.

Digitized by Google

ſtio de clandeſtinis conjurationibus decreta eſt. Graecus ignobilis in Etruriam primum venit nulla cum arte earum, quas multas ad animorum corporumque cultum nobis eruditiſſima omnium gens invexit, 4 ſacrificulus et vates: nec is, qui aperta religione, propalam et quaeſtum et disciplinam profitendo, animos horrore imbueret, sed occultorum et noctur-

Tria priora vocabula scribarum neglegentia omittuntur in Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. In reliquis ordo verborum fluctuat. *Hispaniam citeriorem C. Calpurnius Piso, L. Quintius Crispinus Hispaniam ulteriorem* legunt Voſſ. et Gaertn. *Calpurnius Piso Hispaniam citeriorem, Q. Crispinus Hispaniam ulteriorem* Harl. *Hispaniam citeriorem C. Calpurnius Piso, Hispaniam ulteriorem Q. Crispinus* Lov. 5. et edd. antt. ante Aldum, qui vulgatam lectionem auspiciis cod. Mog. reſtituit. Et recte. Crispinum enim Hispaniam citeriorem, Pisonem ulteriorem obtinuiſſe, colligitur ex 39, 21.

§. 3. *Gens invexit; sed sacrificulus et vates*] Sic mihi primus Curio: scripti et quidquid eſt editorum prius sine particula *sed*. Et certe abeſſe debet ex more eleganter loquentium, de quo jam aliquid dictum ad 28, 39, 11. et 36, 19, 10. Noſter lib. 1, [25, 3.] de Horatiis et Curiatiis: *nec his, nec illis periculum suum, publicum imperium servitiumque obversatur animo.* Integrum foret, *sed publicum.* J. FR. GRON. *Tò sed* in nullo adparet meorum, neque in Hearnii L. 1. et N Eam voculam primus non Curio addidit, sed Froben. anno 1535. quam recte Gronov. iterum expunxit. Supra 3, 71, 6. *Se in eo agro militasse non juvenem, vicesima jam ſtipendia agentem.* 39, 23, 5. *Bellum non unde plerique opinantur, nec ab ipso Perseo causas cepit: inchoata initia a Philippo sunt.* Ovid. 13. Her. 132.

Non subiti casus, numinis iſta
mora eſt.

V. ad 6, 32, 8. *Sacrificulus ac vates*, ut 25, 1. *Sacrificuli et vates ceperant hominum mentes.*

§. 4. *Animos errore imbueret*] Vet. lib. *horrore*, id eſt, metu religionis. Sequitur autem: *sed occultorum antiſtes sacrorum.* Lib. 10, [38.] *Qui perfundere religione animum posset.* SIGONIUS. *errore* Voſſ. Lovel. sex, Mead. 2. et Gaertn. sed *horrore* eſt in Harl. Mead. 1. et Hearnii Oxonn. Passim hae voces a librariis commutantur. Exempla v. 4, 17, 4. apud Gronov. Diatr. Stat. cap. 47. Nic. Heins. ad Val. Flacc. 6, 277. et Cel. Burm. ad Nason. 14. Met. 198. Lucan. 5, 154. et Virg. 2. Aen. 301. Pariter *aberrant* et *abhorrent*. V. ad 38, 56, 6. Priscam lectionem, quam in cod. Victor. invenit, loco, ex quo Sigonius ejecerat, Cl. Crevier. reſtituit.

Occultorum antiſtes sacrorum. Initia erant] MS. *sed occultorum et nocturnorum antiſtes sacrorum.* optime. neque enim alias umquam, quam noctu, haec sacra sacrilega peragebantur. MOD. Juſtin. 2, 6. *In cujus honorem noctes initiorum sacratae.* Livius Bac-

Digitized by Google

norum antiſtes sacrorum. Initia erant, quae primo 5
paucis tradita sunt: deinde vulgari coepta sunt per viros mulieresque. additae voluptates religioni vini et epularum, quo plurium animi inlicerentur. Quum 6 vinum animos, et nox et mixti feminis mares, aetatis tenerae majoribus, discrimen omne pudoris exſtinxiſſent; corruptelae primum omnis generis fieri

chanalia *Initia* vocavit, quod eſſent sacra nocturna, et Initia Cereris itidem noctu fuerint celebrata. Vide Meurs. Eleus. cap. 9.

§. 5. *Deinde vulgari coepta per viros*] MS. *vulgari coepta sunt per viros*. MOD. Illud *sunt*, quod cod. Mog. addit, in nullo meorum supereſt; neque tamen rejicere audeo, quamvis modo praeceſſerit *tradita sunt*. V. ad 37, 42, 1. Praeterea *dein vulgari* Lov. 1. 4. 5. et edd. ante Froben. anni 1535. V. ad 3, 3, 6. Mox *quo plurimum illicerentur* Harl. *quo plurimum animi illicerentur* Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hearnii L. 1.

§. 6. *Quum vinum animos, et nox*] Vide, an *exſtinguere animos* sit sanitatem mentis corrumpere. Alioqui legi poſſet: *quum vinum, clamores, nox*. Nam mox: *Occulebat vim, quod prae ululatibus*. Et infra [cap. 15.] *Crepitibus etiam ululatibusque nocturnis, qui personant tota urbe*. J. FR. GRONOV. *animos* pro sanitate animi dici, et *clamores* sententiae satis convenire vix credo. Nam quae mox addit Livius, *corruptelae primum omnis generis fieri coeptae*, indicio sunt, eum de primis initiis hujus sacri loqui, in quibus nondum quidquam per vim factum videtur. Nec *clamores* per se pudorem exſtinguunt, quum etiam eorum eſſe poſſint, qui violari illum non patiuntur. Suspicor aliquid excidiſſe, et Livium idem dixiſſe, quod Ovidium 1. Art. Am. 237.

Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos.

et Remed. am. 805. *Vina parant animos Veneri*. Nam vinum et Venerem excitat, et audaciam facit, nocte inprimis, tentandi, quae sobrii nec luce, nec nocte, auderent. Notum eſt illud ejusdem poëtae 1. Am. 6, 59.

Nox et amor vinumque nihil moderabile suadent.

Corruptelae maxime sunt omnis generis libidines venereae, quae *ſtupra promiscua ingenuorum foeminarumque* mox dicit Livius. Cicero 4. Tusc. 35. *Stupra dico, et corruptelas, et adulteria, inceſta denique*. Vide Herald. 1. Advers. 11. Has corruptelas deinde sequebantur plura genera noxarum, quae enumerat Livius. DUKER. *vinum, amor, et nox* legit Clericus, laudato non tantum loco Ovid. 1. Am. 6, 59. sed et altero Plauti in Aulul. 4, 10, 15. 20.

Aetatis tenerae majoribus] *aetates tenerae* Harl. Lov. 2. et Mead. 1. quod capiendum videri poſset pro illis, qui erant tenera aetate; quo sensu *militaris aetas* sunt homines militari aetate 28, 19, 13. *aetas omnis obvii currere* 27, 51, 1. Et ita 5, 27, 7. *Arma*

Digitized by Google

coeptae, quum ad id quisque, quo natura pronioris
7 libidinis esset, paratam voluptatem haberet. Nec unum genus noxae, stupra promiscua ingenuorum feminarumque, erant: sed falsi testes, falsa signa testimoniaque et indicia ex eadem officina exibant.
8 Venena indidem intestinaeque caedes: ita ut ne corpora quidem interdum ad sepulturam exstarent. Multa dolo, pleraque per vim audebantur. occule-

habemus non adversus eam aetatem, cui etiam captis urbibus parcitur, sed adversus armatos. Cic. de Senect. 14. *Conviviis delector, nec cum aequalibus solum, sed cum vestra etiam aetate, atque vobiscum.* 16. ad Att. 7. *Abesse hanc aetatem longe a sepulcro negant oportere.* At nihil cum reliquis Mstis mutandum censeo. In omnibus enim exemplis laudatis *aetas* eo sensu numero singulari adhibetur; unde etiam hic dicendum foret *aetas tenera majori.* Deinde *aetatis tenerae* est homines aetatis tenerae, illi qui sunt tenerae aetatis. V. Gronov. ad Senec. Praefat. 2. Controv. Mox *quum ad id quisque* Moguntini ex cod. suo ediderunt. Antea excusi praeferunt *quod ad id*, consentientibus Voss. Lov. 1. 5. 6. et Gaertn. *quod ad id* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. 2.

§. 7. *Sed falsi testes, falsa signa testimoniaque et judicia*] *indicia* lego, ut sit, falsi indices. *Index autem est, qui facinoris, cujus ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita.* Paedian. [ad Cic. Divin. in Caecil. 11.] *Haec autem indicia falsis actorum testimoniis confirmabantur.* SIGON. Pall. uterque *sed et falsi testes.* GEBH. *sed et falsi testes* etiam Lovel. 2. 4. 6. Dein recte *indicia* Sigonius restituit, cujus emendationem plures codicum nostrorum confirmant. Alterum enim *judicia* tantum supereſt in Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et inter versus in Lov. 3. Solent autem passim hae voces confundi. V. ad 7, 39, 5. At insuper aliud adhuc vitium latet. Nempe *falsi testes* et *falsa testimonia* unum idemque sunt, et hinc alterutrum eorum Liviani coloris haberi nequit, ut recte observat Vir Eruditiss. Matth. Röver in notis ad Fragm. veteris JCti, de Juris speciebus, et Manumiss. pag. 14. conjiciens legendum esse *testamentaque*, ac docens, vocem hanc cum altera etiam alibi commutari. Conjecturam autem firmat ex adposito ipso Livii loco cap. 18. *Qui falsis testimoniis, signis adulterinis, subjectione testamentorum, fraudibus aliis contaminati.*

§. 8. *Venena indidem intestinaeque caedes*] *inde*, pro *indidem*, Lov. 1. *ididem* Lovel. 2. *in idem* Lov. 3. qui *indiem* praefert inter versus. *itidem* Lovel. 6. At tota vox deest in Hearnii L. 1. qua expuncta, distinguendum foret *et indicia. Ex eadem officina exibant venena intestinaeque caedes.* Sed nihil muto. Omnes enim reliqui Mstі vocem servant; eaque Livio familiaris est. Exempla obcurrunt 23, 46, 12. 25, 15, 7. 27, 12, 5. 25, 11. 28, 1, 6. 39, 12, 1. et alibi. Mox *e sepultura*

Digitized by Google

bat vim, quod prae ululatibus, tympanorumque et cymbalorum ſtrepitu, nulla vox quiritantium inter ſtupra et caedes exaudiri poterat.

IX. Hujus mali labes ex Etruria Romam, velut 1
contagione morbi, penetravit. primo urbis magnitudo capacior patientiorque talium malorum ea celavit: tandem indicium hoc maxime modo ad Poſtumium consulem pervenit. P. Aebutius, cujus pater 2

Lovel. 1. et 3. *ad ſepulturas* Lovel. 6.

Pleraque per vim audebantur. occulebat vim etc.] Iterum MS. *pleraque per vim audebant.* MOD. Illa verba *occulebat vim* etc. usque *Hujus mali labes* desiderantur in Pall. et vet. ed. GEBH. *audebantur* Frobenius anno 1535. reſtituit, consentientibus Lov. 3. 4. 5. et Mead. 2. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. idque voluiſſe videtur Gaertn. in quo eſt *audiebantur*. Prioribus editionibus proximae dederant *audebant*, quod obvium etiam fuit in Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. *audiebant* in Voſſ. Ultima verba hujus cap. *occulebat vim* etc. *exaudiri poterat* desunt in omnibus noſtris, Hearnii L. 1. et edd. principibus, quae Aldus addidit ex membranis Moguntinis. In illis forte *cymbalorum crepitu* legendum. Vide ad cap. 15, 9.

§. 1. *Hujus mali labes*] *labes* eſt in vetuſtis exemplaribus, non *tabes*. GELEN. Libri omnes *tabes*. GEBH. Scio, quid apud Virgilium: sed lego *tabes*, propter *tó contagione*. TAN. FABER. *labes* in cod. suo eſſe, Moguntini notarunt; contra *tabes* in omnibus noſtris, et Hearnii L. 1. ac N. pro priori lectione facit locus Livii 2, 44, 8. *Id unum vene-*

num, eam labem civitatibus opulentis repertam. pro altera locus ejusdem 2, 23, 6. *Id cumulatum usuris, primo se agro paterno avitoque exuiſſe, deinde fortunis aliis: poſtremo veluti tabem pervenisse ad corpus.* Eam lectionem, quae Fabro placuit, probavit etiam Gronov. ad 33, 38, 3. ut autem *mali tabes*, ita *tabes foenoris* supra 7, 38, 7. *Se in urbe insidentem tabem crescentis in dies foenoris pati.* Ego tamen Mog. cod. lectionem *labes* spernere non audeo. Certe *mali labes* dixit etiam Juſtin. 17, 1. *Haec illi prima mali labes, hoc initium impendentis ruinae fuit.* et *labes criminis* Livius 40, 8. *Aut conficti aut admissi criminis labem apud meos inventurus.* Praeterea, si Livius hic voce *tabes* metaphorice uti maluiſſet, videtur potius dicturus fuiſſe *Hoc malum velut tabes contagione*, non *Hujus mali tabes velut contagione.* Infra 42, 5. *Contagione velut tabes in Perrhaebiam quoque id pervaſerat malum.* Solent autem *labes* et *tabes* ob literarum *l* et *t* similitudinem in scriptura Longobardica commutari. V. exempla 21, 36, 6. 30, 34, 10. et quae notavi ad Silii 8, 21. Mox *velut in contagionem* Lovel. 1. 3. 6. et Voſſ. *velut in contagione* Gaertn. An dare voluerunt *veluti contagione?* Dein *magnitudo urbis* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *patentiorque* Lovel. 4. et 6.

Digitized by Google

publico equo stipendia fecerat, pupillus relictus, mortuis deinde tutoribus, sub tutela Duroniae matris et vitrici T. Sempronii Rutili educatus fuerat. 3 Et mater dedita viro erat; et vitricus, quia tutelam ita gesserat, ut rationem reddere non posset, aut tolli pupillum, aut obnoxium sibi vinculo aliquo fieri cupiebat. via una corruptelae Bacchanalia erant.

potentiorque Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. Tandem vocula *ea*, quam Aldus ex cod. Mog. adscivit, deest in omnibus reliquis scriptis.

Tandem judicium hoc maxime modo] *indicium* verius. de *indicio* enim agitur, et non *judicio*. SABELL. Ita et omnes mei legunt praeter Gaertn. *indicium* etiam praeferunt priscae edd. alterum tantum supereſt in Mediol. anni 1480. et Tarvis. utraque. Vide ad cap. pracc. §. 7.

§. 2. *P. Ebutius*] *P. Aebutius*, ut supra. SIGON. V. ad 2, 19, 1.

Sub tutela Duroniae matris] Ex hoc loco quidam putant ostendi, pupillos jam antiquitus etiam in tutela matrum, quae ad secundas nuptias transierant, fuisse. Adversus eos disputat Huberus Part. 1. Digress. lib. 3. cap. 11. DUKER.

T. Sempronii Rutili educatus fuerat. Et mater dedita viro est] Nostri libri *Rutilii educatus fuerat. Mater dedita viro erat*. GEBH. Praenomen *T.* deest in Lov. 1. et Gaertner. Tum *Rutilii* legunt Lov 3. 5. Gaertn. et edd. ante Froben. anni 1535. V. ad 37, 57, 12. Hinc *eductus fuerat* Lov. 1. Voss. et Mead. 1. in postremi tamen margine *educatus* adscriptum erat. V. ad 21, 43, 15. Vocula autem *et*, quae ab omnibus nostris, Hearnii L. 1, et edd. antt. exsulat, ab Aldo ex membranis Mog. adscita est. *erat* etiam deest in Lov. 2.

§. 3. *Via una corruptelae Bacchanalia erant*] Ita habent plerique codices, ut *corruptelae* singularis esset numeri. Alii pro nominativo *Bacchanalia* genitivum substituerunt, ut *corruptelae* pluralis sit numeri, hoc sensu: *Corruptelae Bacchanalium erant una via* ad corrumpendum pupillum. Sed utrumque intelligitur. GLAR. Nostri libri habent *via una corruptelae Bacchanalia erant*. GEBH. *via una corruptelae Bacchanalium erant* in primo invenio Frobenio. Priores omnes cum scriptis *via una corruptelae Bacchanalia erant*. Una via ad barathrum, unica ratio corrumpendi et conscientia flagitii obnoxium sibi faciendi pupillum erant Bacchanalia. Plaut. Asin. [5, 5, 17.] *Corruptelae et liberis luſtris ſtudet*. Trucul. [3, 2, 3.] *Nisi si clanculum collapsus eſt hic in corruptelam suam*. Cicero 6. Parad. *Reus corruptelam judicii molitus*. Pro Dejotaro [11.] *Corruptela servi ista auctoritate approbata*. J. FR. GRON. *Bacchanalium* inveni in Gaertn. Eamdem autem lectionem ante Froben. praefert Aldus: quae haud temere contemnenda est. Non enim vitricus pupillum privignum corrumpere proprie, sed tollere *vel aliquo* vinculo obnoxium sibi red-

Digitized by Google

Mater adolescentulum adpellat, *Se pro aegro eo vaviſſe, ubi primum convaluiſſet, Bacchis eum se initiaturam. damnatam voti, Deûm benignitate, exsolvere id velle. Decem dierum caſtimonia opus eſſe. decimo die coenatum, deinde pure lautum in sacrarium deducturam.* Scortum nobile libertina Hispala Fecenia, non digna quaeſtu, cui ancillula adsuerat, etiam poſtquam 4 5

dere conabatur. *Una* autem *via* vel tollendi, vel obnoxium sibi vinculo aliquo reddendi *erant corruptelae Bacchanalium.* Supra cap. 8. *Corruptelae primum omnis generis fieri coeptae.* et cap. 10. *Scire corruptelarum omnis generis eam officinam esse.*

§. 4. *Mater adolescentulum adpellat, Se pro aegroto vovisse*] Noſtri libri habent, *Mater adolescentem appellat, Se pro aegro eo vovisse.* GEBH. Curioni et Gryphio primis adoptatum video. Scripti et priores: *se pro aegro eo vovisse.* Quid secuti sunt? An *aegrum* animi malebant, quam corporis? ut Cicero *aegrotationem* et *aegritudinem* diſtinguit. At non ea religio veterum in primitivo. Noſter lib. 25, [8.] *Quo minus mirum eſſet, uno eodemque loco ſtativa eum tamdiu habere, aegrum simulabant.* Lib. 41, [5.] *Aegri quoque milites, qui in caſtris relicti fuerant.* J. FR. GRON. *adolescentem* scripti noſtri, Hearnii L. 1. et edd. antt. pro quo Froben. anno 1535. *adolescentulum* ex cod. Mog. probavit. Deinde *pro aegroto vovisse* ante Curionem et Gryphium excuderunt Frob. anno 1535. Basil. anno 1539. et Vascos. sed contra fidem Mſtorum. Nam *pro aegro vovisse* Gaertner. *pro eo aegro vovisse* Lov. 1. 3. 6. et Voss. *pro aegro eo vovisse* Hearnii L. 1. N. et reliqui noſtri, nisi quod *voluisse* sit in Lov. 2. V. ad Silii 7, 619. *Aeger* de corpore tum apud omnes alios, tum etiam apud noſtrum, saepe obcurrit. Supra 5, 5, 12. *Si quis aegro cibi gratiâ praesentis longinquum morbum efficiat.* 9, 29, 3. *Decius graviter aeger Romae reſtiterat.* cap. 46, 9. *Ad collegam aegrum visendi caussa Flavius quum veniſſet.* 37, 24, 5. *Nec insequi Rhodii, ex magna parte aegris remigibus, potuerunt.* 40, 1, 4. *Quia diu aeger praetor eſſet, luxuria et otio solutam disciplinam militarem eſſe.* cap. 2, 5. *Quum plus annum aeger fuiſſet, mortuum eſſe.* 45, 28, 3. *Donis, quae remediorum salutarium aegri mercedem sacravérant Deo.* Servius ad Virg. Ecl. 1, 13. *Et animo et corpore aeger dicitur*, etc. *sed aegrotus corpore tantum.* et ad 1. Aen. 208. *Aeger eſt et triſtis et male valens. aegrotus autem sive aegrotans tantum male valens.* Verum neque id per omnia probari poteſt. Nam et *aegrotus* de animo apud Terent. et alios usurpatur.

Bacchis eum se initiaturam] De hac locutione dubito, quid sibi velit, *Bacchis eum se initiaturam.* et rursus toties poſt *Bacchis initiari velle.* de qua judicet lector. GLAR. Quia primo id sacrarium foeminarum fuit, nec vir quisquam eo admitti solitus fuit, propterea quasi Baccharum sacrum esset, *Bacchis initiari* dixerunt, qui se sacro illi committerent. SIGON. Mox *benignitate*

Digitized by Google

manumissa erat, eodem se genere tuebatur. Huic consuetudo juxta vicinitatem cum Aebutio fuit, minime adolescentis aut rei aut famae damnosa: ultro enim amatus adpetitusque erat: et, maligne omnia praebentibus suis, meretriculae munificentia sustinebatur. Quin eo processerat consuetudine capta, ut post patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore a tribunis et praetore petito, quum testamentum faceret, unum Aebutium institueret haeredem.

X. Haec amoris pignora quum essent, nec quidquam secretum alter ab altero haberent, per jocum adolescens vetat eam mirari, si per aliquot noctes

Deûm Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Pure lautum in sacrarium deducturum] Quid est *pure lautum?* Verbum istud certum se sacro purificantium, quod Festus lib. 14. [voce *Pure lautum*] explicat pura lotum aqua. TURNEB. 30. Advers. 25. Tibull. 1, 3, 25.

Quidve, pie dum sacra colis, pureque lavari
Te memini, et puro secubuisse toro.

Vide Brisson. d. Form. 1. pag. 5.

§. 5. *Hispala Fecenia, non digna quaestu*] Pall. et vet. ed. *Hispala Fecenia nomine digna quaestu.* GEBH. *non indigna* Aurelius ad Taciti 2. Ann. pag. 253. J. FR. GRON. *Fetinia* Voss. *Fecina* Harl. *Fecinia* Lov. 1. 2. et Gaertn. *Fescennia Hispalla* semel iterumque vocatur Pighio in Ann. Rom. ad ann. DLXVII. pag. 304. nescio tamen, qua auctoritate. Praeterea *nomine*, pro *non*, omnes scripti nostri, (uno excepto Lovel. 4. in quo vox tota omittitur) Hearnii L. 1. et edd. antt. ut sit *Hispala Fecenia nomine, digna quaestu.* Aldus ex cod. Mog. emendavit *Fecenia non digna.* quod adversus Aurelii conjecturam recte Doujatius et Clericus tuentur.

Cui ancillula adsueverat] Et nostris, et Mog. *assuerat.* J. FR. GRON. Similiter Voss. Lov. 3. 6. et Crevierii Victor. qui id recte in contextu expressit. V. ad 4, 45, 4. et viros doctos ad Suet. Ner. 26.

Etiam postquam manumissa erat, etc. *Quin eo processerat*] Pall. et vet. ed. *libera huic uni adolescenti animum applicuit; adeo non damnosa fama rei Q. ut digna praebentibus suis* (Vet. ed. *adeo non damnosa famae reique, ut maligne praebentibus suis*) *ipsa eum magna ex parte opibus suis sustentaret. Jamque eo processerat.* GEBH. In Mstis meis, et edd. antt. similes ferme lectiones inveni, ac Gebhardo in Pall. et vet. ed. obviae fuerunt, nisi quod in paucis apicibus differant. Quae nunc exstat, ei subposita est ab Aldo

Digitized by Google

secubuisset. *Religionis se caussa, ut voto pro valetu-* 2
dine sua facto liberetur, Bacchis initiari velle. Id ubi
mulier audivit, perturbata, *Dii meliora!* inquit:
mori et sibi et illi satius esse, quam id faceret; et in ca-
put eorum detestari minas periculaque, qui id suasissent.
Admiratus quum verba, tum perturbationem tantam 3
adolescens, *Parcere exsecrationibus* jubet. *matrem id*
sibi, adsentiente vitrico, imperasse. Vitricus ergo, in- 4
quit, *tuus (matrem enim insimulare forsitan fas non*
sit) pudicitiam, famam, spem, vitamque tuam perditum
ire hoc facto properat. Eo magis mirabundo, quae- 5
rentique quid rei esset, pacem veniamque precata

ex fide Moguntini cod. nisi quod dederit *adolescentis rei.* Frobenius demum anno 1535. *adolescentis aut rei.*

§. 7. *Tutore a tribunis et praetore petito*] Ex lege Atilia. Vide Ulpiani Fragm. tit. 11. §. 18. Justinian. princ. Instit. de Atilian. Tut. et ibi interpretes. Ejus legis latae tempus incertum esse, recte judicat Eruditiss. Schultingius ad Ulpian. l. d. Illud ex hoc loco intelligitur, eam jam ante A. V. DLXVII. latam fuisse. DUKER. *ab tribunis et praetore* Voss. et Lov. 2. ac 4. *ab tribunis et ab praetore* Gaertn. Paullo ante *ut patroni morte* Voss. et Lov. 1. ac 6. Tum *quia nullius manu* Voss. *quia nullius in manu* Gaertn.

§. 1. *Haec amoris pignora quum essent*] Locutio haec inlustrari potest ex illis, quae notavit Cel. Burm. ad Nason. 15. Her. 103. Mox *secrete alter ab altero haberent* Harl. *secretum alter ab altero haberet* Lov. 3. et Gaertn.

Si per aliquot noctes secubuisset] *succubuisset* Mead. 1. *non cubuisset* Harl. *secum accubuisset* Voss. *secum non cubuisset* Lov. 1. et 6. Sed *secubare* proprium in hac re verbum, quod eo sensu usurpatur aliquoties apud Ovid. 1. Am. 10.

§. 2. *Satius esse, quam id faceret; et in caput eorum detestari minas*] *sanctius esse* perperam Vossius et Lov. 1. V. ad 34, 33, 7. Tum *quam id facere* Lov. 6. Harl. et Mead. 1. Insuper *detestari ruinas* Lov. 6. Paullo ante *religionis caussa* etc. *Bacchis initiare velle* Harl.

§. 3. *Admiratus quum verba, tum perturbationem tantam*] *tum verba, tum perturbationem* scripti nostri, et edd. vett. pro quo Aldus, praeeunte cod. Mog. *quum verba, tum.* Dein vox *tantam* exsulat a Lov. 2. et Harl. cujus loco *cautam* legit Mead. 1.

§. 4. *Pudicitiam, famam, spem, vitamque tuam perditum ire*] *pudicitiam, formam, famam,* Lov. 2. et Harl. quae lectio nata videtur ex conjunctione duplicis lectionis *pudicitiam, formam,* et

Digitized by Google

Deorum Dearumque, si, coacta caritate ejus, silenda enunciaſſet, *ancillam se*, aït, *dominae comitem id sacrarium intraſſe, liberam numquam eo acceſſiſſe.* 6 *Scire corruptelarum omnis generis eam officinam eſſe: et jam biennio conſtare neminem initiatum ibi majorem annis viginti. Ut quisque introductus sit, velut victimam tradi sacerdotibus. eos deducere in locum, qui circumsonet ululatibus, cantuque symphoniae, et cymbalorum et tympanorum pulsu, ne vox quiritantis, quum per vim* 8 *ſtuprum inferatur, exaudiri poſſit.* Orare deinde atque obsecrare, ut eam rem quocumque discuteret modo: nec se eo praecipitaret, ubi omnia infanda

pudicitiam, *famam*, quarum altera in contextu, altera in margine erat inventa. Solent autem *fama* et *forma* in Mſtis confundi. Vide viros doctos ad Flori 2, 2, 8. Cel. Burm. ad Nason. 4. Her. 27. et quae notavi ad Silii 5, 363. Paullo ante *τὸ enim* deeſt in Leid. 6. et Harl.

§. 5. *Ergo magis mirabundo quaerentique*] Libri omnes *Eo magis*. GEBH. In ed. Modii Francofurtana operarum errore editum eſt *Ego magis*; quod aperte mendosum animadvertens Gruterus, inconsultis codd. subſtituit *Ergo magis*. Sed recte in poſtrema ed. priſcam lectionem *Eo magis* Livio reddidit. Deinde *quaerenti* sine copula Lovel. 3. sed illa hauſta eſt a vocula proxima.

Si, coacta caritate ejus, silenda enunciaſſet] *si coactata caritate ejus* Lov. 4. *si caecata caritate ejus* Harl. et Mead. 1. neque aliter Lovel. 2. nisi quod insuper praeferat *ei*, pro *ejus*. Praeterea *nunciaſſet* codd. noſtri, et priscae edd. usque ad Aldum, qui recte *enunciaſſet* fide Mſti Mog. adscivit. V. ad 9, 16, 7. Mox *ad sacrarium intrasse* Lov. 3. *id eum sacrarium intraſſe* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et quaedam aliae usque ad Ascens. qui anno 1513. *id tum sacrarium intraſſe* edidit. Sed vocalem *tum* in cod. suo non reperiri Moguntini monuerunt; quo praeeunte eam etiam expunxit Frob. anno 1535. in nullo quoque apud me cod. obcurrit.

§. 6. *Et jam biennio conſtare neminem initiatum ibi majorem annis viginti*] *et etiam biennio* Voſſ. et Gaertner. *etiam biennio* codd. Mog. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Saepiſſime ita librarios peccaſſe, vidimus ad 1, 47, 9. Adde Cortium ad Plinii 4. Ep. 17, 6. Praeterea *consultare*, pro *conſtare*, Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. usque ad Aldum, qui *conſtare* ex cod. Mog. emendavit. Tum *initiatum nisi majorem* Lovel. 6. Tandem *majorem viginti annis* Lov. 2. et Harl.

§. 7. *Ut quisque introductus sit, velut victimam tradi*] *Ut qui intro-*

Digitized by Google

patienda primum, deinde facienda essent. neque an- 9
te dimisit eum, quam fidem dedit adolescens, ab his sacris se temperaturum.

XI. Postquam domum venit, et mater mentionem 1
intulit, quid eo die, quid deinceps ceteris, quae ad sacra pertinerent, faciendum esset; negat, eorum se quidquam facturum, nec initiari sibi in animo esse. Aderat sermoni vitricus. confestim mulier 2
exclamat, *Hispalae concubitu carere eum decem noctes non posse, illius excetrae delinimentis et venenis imbutum, nec parentis, nec vitrici, nec Deorum verecundiam habere.* jurgantes hinc mater, hinc vitricus, cum

ductus Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. *Ut quis introductus* Lov. 2. 3. 5. Harl. Mead. 1. Hearnii L. 1. et edd. vett. *Ut quisque introductus* Moguntini ex cod. suo restituerunt; nec multum distat Gaertn. qui legit *Ut quicquid introductus.* Dein *introductus sit velut victima* Lov. 1. 3. et 6. Mox *eos inducere* Voss. Lovel. 1. 5. 6. Gaertn. et edd. ante Aldum, qui *deducere* ex cod. Mog. probarunt.

Ne vox quiritantis, quum per vim stuprum inferatur, exaudiri possit] Vet. lib. *cui per vim.* SIGON. Libri omnes *cum per vim stuprum inferretur.* GEBH. *quaeritantis*, vel *queritantis* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. quomodo etiam variant codd. infra 40, 9, 7. Recte Ascens. 1513. *quiritantis* substituit. Supra cap. 8, 8. *Occulebat vim, quod prae ululatibus, tympanorumque et cymbalorum strepitu nulla vox quiritantium inter stupra et caedes exaudiri poterat.* Dein *cui per vim* Lov. 2. et Harl. Praeterea *inferetur* Lov. 6. Harl. et Mead. 1. *inferretur* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et vett. edd. pro quo Moguntini ex cod. suo receperunt *inferatur;* qui ex eodem insuper dederunt *possit*, quum antea vulgaretur *posset*, consentientibus Lov. sex, Harl. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. Paullo ante *et cymbalorum vel tympanorum* Lov. 2. Vox autem *pulsu* deest in Lov. 3.

§. 8. *Orare deinde atque obsecrare*] Libri omnes *Orare inde atque obsecrare.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 36, 24, 10. Mox *quocumque modo discuteret* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Tum *nefanda* Voss. V. ad 23, 9, 5. Insuper τὸ *eum* §. seq. non adparet in Lov. 6.

§. 1. *Nec initiari sibi in animo esse*] Libri omnes *nec initiari se in animo esse.* GEBH. Similiter Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et vett. edd. *nec initiari in animo se esse* Gaertn. Quod nunc vulgo exstat, Aldus ex Mog. cod. admisit. Paullo ante *negavit se eorum quidquam* Lov. 6.

§. 2. *Illius excetrae delinimentis*

Digitized by Google

3 quatuor eum servis domo exegerunt. Adolescens inde ad Aebutiam se amitam contulit: causſamque ei, cur eſſet a matre ejectus, narravit. deinde ex auctoritate ejus poſtero die ad consulem Poſtumium, arbi-

et venenis imbutum] Non *excetrae*, sed *echidnae* legendum, putarunt quidam, quodnam serpentis genus excetra sit, se ignorare affirmantes: ἔχιδναν vero viperam foeminam eſſe, cujus mas ἔχις dicatur. Quibus non obſtantibus, *excetrae* lectionem retineo: nam *excetra* Hydra Lernaea eſt appellata, scribente Plauto in Pers. [1, 1, 3.] *Nam cum Leone, et cum excetra, cum cervo et cum apro Aetolico, cum avibus Stymphalicis cum Antaeo deluctari mavelim, quam cum amore.* Quae ad Herculeos labores alludens dixit Plautus. Venenatum anguem certe excetram fuiſſe dictam, ex D. Hieronymo colligere poſſumus, qui Hiberam *excetram* obtrectatorem virulentum vocavit, quomodo et Duronia, P. Aebutii mater, Hispalam, filii amasiam, *excetram* hoc in loco appellavit. MARC. DONAT. Broukh. ad Tibull. 1, 6, 7. *delinimentis* hic pro philtris et veneficiis amatoriis poni dicit, ut ab Afranio apud Nonium voc. *Senium*:

Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Aetas, et corpus tenerum, et morigeratio,
Haec sunt venena formosarum mulierum.
Mala aetas nulla delinimenta invenit.

Videtur inspexiſſe Turnebum, qui quum 17. Advers. 21. scripſiſſet, antiquos *delinimenta* vocaſſe, quae Graeci Δέλγητρα dicunt, et *delinire* Δέλγειν, eoque nomine etiam venire veneficia, venena, pocula amatoria, utramque significationem probat verbis Afranii; quarum poſterior eſt in versu primo, prior in ultimo. Sed nec Turnebus hoc loco Livii *delinimenta* pro philtris et veneficiis amatoriis poni dicit, nec quidquam eſt, cur vox illa hic ita accipi debeat. *Delinimenta* in universum sunt omnia blandimenta, omnia quae animos leniunt, ac demulcent. Livius 4, 51, 5. *Aptissimum tempus erat, vindicatis seditionibus, delinimentum animis Volani agri divisionem objici.* 40, 11, 3. *Imbuti illinc et infecti Romanis delinimentis redeunt.* Quod Turnebum 30. Adv. 24. parum recte veneficiis et incantamentis interpretari arbitror: Romani enim iis non sunt usi ad capiendos animos eorum, qui a Philippo Romam mittebantur. Juſtin. 21, 1. *Quibuscumque delinimentis poteſt, animos omnium sollicitat.* Tacit. 2. Ann. 33. *Delinimentis curarum et periculorum carendum esse.* Sed saepe ita dicuntur omnes blanditiae atque illecebrae, quibus animi ad amorem incitantur et alliciuntur, ut apud Afranium, aetas, forma, corpus tenerum, et morigeratio mulierum. Syphax apud Livium 30, 13. de Sophonisba: *Illam furiam peſtemque omnibus delinimentis* (*blanditiis* dixit 29, 23.) *animum suum avertisse atque alienasse.* Et eadem significatione *delinire*. Cic. pro Cluent. cap. 5. *Animum adolescentis, nondum consilio ac ratione firmatum, pelle-*

Digitized by Google

bitris remotis, rem detulit. Consul post diem ter- 4
tium ad se jussum redire dimisit: ipse Sulpiciam, gravem feminam, socrum suam, percunctatus est; *ecquam anum Aebutiam ex Aventino nosset?* quum *eam* 5 *nosse, probam, et antiqui moris feminam,* respondisset;

xit iis omnibus rebus, quibus illa aetas capi ac deliniri potest. Nec aliam hic in Livio quaerendam puto. Facilius adsentirer Broukhusio, si *venena* pro philtris poni dixisset. Sed ne hoc quidem necesse est: nam *venena* etiam per metaphoram dici possunt quum omnia, quae, itidem ut pocula amatoria, ad amorem conciliandum valent, ut in Afranio, *φάρμακα* dicta Plutarcho a Broukhusio laudato, tum amor ipse. Vide Cerdam, et alios ad Virg. 1. Aen. 688. DUKER. *illius externae,* vel *extere* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. vett. pro quo recte Frob. anno 1531. *excetrae* reposuit. Proprie enim, ut Marc. Donatus docuit, ita vocatur Hydra Lernaea, et hinc per convitium de quovis malo et noxio usurpatur. Plaut. Casin. 3, 5, 18. *Nam nisi ex te scio, quidquid hoc sit, cito; jam tibi istuc Cerebrum dispercutiam, excetra tu.* Praeterea *delenimentis* Lov. 1. 4. et Mead. 2. quod est a *delenire*, id est mitigare; de quo v. ad 5, 31, 1. Eodem loco docui, librarios passim commutasse *delenimentum* et *delinimentum*, ac *delenitus* et *delinitus*. Alia exempla v. 4, 13, 3. 7, 38, 5. 30, 13, 12. 40, 11, 3. Ita Davis. apud Cic. 5. Tusc. 27. in priori editione dedit *delinitum*, in altera *delenitum*. Similiter Bünem. *deleniat* edidit apud Lactant. 6, 20, 13. *deleniunt* 7, 27, 1. et *deleniti* in Epit. ejus cap. 63. in fine, ubi priores dedere *deliniat, delinium*, et *deliniti*. At *deliniti* servavit 1, 1, 8. Certe *delinimentum* et *delinitus* declinari non posse videntur, nisi a *delinire*, ac *linire*. Id autem verbum hoc tempore nondum usu receptum erat, ut docuit Cel. Burm. ad Quinctil. Decl. 13, 5. quem etiam vide ad Ovid. 11. Met. 163 Ceterum, quod in Broukh. carpsit Cl. Dukerus, itidem carpi potest in eo, quod sub nomine Gronov. Lection. Plaut. pag. 19. editur.

Nec vitrici, nec parentis] Ita demum vulgavit Gruter. in ultima ed. quod posteriores servarunt, quum constanter non tantum priores typis, sed et omnes manu descripti codd. praeferant *nec parentis, nec vitrici*. Id igitur Livio reddidi. Mox *et jurgantes* Lovel. 5. et edd. vett. Sed particulam *et* omisit Frob. anno 1535. quae etiam a reliquis codd. exsulat.

§. 3. *Caussamque ei, cur esset a matre ejectus, narravit*] Libri nostri omnes *caussamque, cur ejectus esset, narravit*. GEBH. Similiter omnes nostri codd. et edd. antt. pro quo Aldus id, quod nunc exstat, ex cod. Mog. adscivit. Modo quidem dixit jurgantes *matrem et vitricum* eum domo exegisse; at soli matri hoc itidem adscribit infra hoc cap. *Qui spoliatus fortunis, a quibus minime oporteret, apud se tunc esset, ejectus a matre.* Mox *deinde auctoritate* sine praepositione Lov. 3.

§. 4. *Post diem tertium ad se jussum redire dimisit*] *redire ad se jussum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *τὸ redire* deest in Gaert. quemadmodum etiam mox *τὸ est* in Mead. 2. Deinde *quam*,

Digitized by Google

6 *opus esse sibi ea conventa* dixit. *mitteret nuncium ad eam, ut veniret.* Aebutia adcita ad Sulpiciam venit. et consul paullo post, velut forte interveniſſet, sermo-
7 nem de Aebutio fratris ejus filio infert. Lacrimae mulieri obortae, et miserari casum adolescentis coepit, qui spoliatus fortunis, a quibus minime oporteret, apud se tunc esset, ejectus a matre, quod probus adolescens (Dii propitii essent) obscoenis, ut fama esset, sacris initiari nollet.

1 XII. Satis de Aebutio exploratum ratus consul, non vanum auctorem esse, dimissa Aebutia, socrum

pro *ecquam*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 1.

§. 5. *Quum eam nosse probam*] Hanc lectionem primum inveni in ultima Gruteri ed. Antea legebatur *quum ea, nosse probam:* quod exstat in Lov. 5. Ex reliquis codd. nihil notatum video, quos propterea *eam* praeferre credo. Utrumque ferri potest. Mox *to esse* non adparet in Gaertn.

§. 6. *Velut forte intervenisset*] Male *evenisset* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§. 7. *Miserari casum adolescentis*] *misereri* Voss. Lov. 3. et Gaertner. Deinde *caussam* quaedam ex edd. vett. pro quo Aldus ex cod. Mog. *casum* revocavit, probantibus omnibus scriptis nostris. V. ad 37, 17, 7. Dein *oportet*, pro *oporteret*, Voss. V. ad 40, 14, 10. Tum *adolescens probus* Voss. et Gaertn. Insuper *initiare nollet* Harl.

§. 1. *Satis de Aebutio exploratum ratus consul*] Pall. *Satis exploratum de Ebutio.* Statim quoque *Ebutia dimissa.* GEBH. *Satis exploratum de Aebutio* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Satis expleratum Aebutio* Lov. 3. Dein *Aebutia dimissa* omnes iidem codd. cum Voss.

Ut Hispalam, identidem ex Aventino libertinam] Legendum *indidem ex Aventino.* GELEN. Pro *itidem*, quidam reposuerunt *identidem*, quod mihi displicet. Veteres sane codices *indidem* habent. Et significatio magis hic congruit, et verbum ipsum apud hunc auctorem frequens est. GLAR. *indicem ex Aventino* Voss. Lov. 1. 6. Harl. et Gaertn. *intidem ex Aventino* Lovel. 2. *ibidem ex Aventino* Lov. 3. *in idem ex Aventino* Lov. 5. *identidem* demum inveni in edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et seqq. *itidem* in nulla. Sed recte *indidem* Gelenius; quod in Lov. 4. Mead. ambobus, et primis edd. fuisse videtur. Id optimis rationibus adstruxit Glareanus. V. ad 39, 8, 8.

Eam, quoque esse, quae percunctari vellet] Uterque Pall. assentiente vet. ed. *eam quoque esse, quam percontari vellet.* GEBH. *caussam quoque esse, qua percunctari vellet* Lovel. 3. Sed codd. Gebhardi consentiunt Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn.

Digitized by Google

rogat, ut Hispalam, indidem ex Aventino libertinam, non ignotam viciniae, arcesseret ad sese. eam, quoque esse, quae percunctari vellet. Ad cujus nun- 2
cium perturbata Hispala, quod ad tam nobilem et gravem feminam ignara causae arcesseretur: postquam lictores in vestibulo turbamque consularem et consulem ipsum conspexit, prope exanimata est. In 3
interiorem partem aedium abductam socru adhibita consul, *Si vera dicere inducere in animum posset*, negat, *perturbari debere. fidem vel a Sulpicia, tali femi-* 4
na, vel ab se acciperet. expromeret sibi, quae in luco

et edd. vett. pro quo Frob. anno 1531. *quae percunctari* reposuit.

§. 2. *Turbamque consularem et consulem ipsum*] Pal. pr. *turbamque consulemque ipsum*. GEBH. *turbamque et consulem ipsum* Lov. 3. *turbamque consulemque ipsum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et editi ante Aldum; qui, quod nunc exstat, ex cod. Mog. recepit.

§. 3. *In interiorem partem aedium abductam*] Libri omnes continent nostri *adductam*, non *abductam*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. et edd. antt. *tum adductam* Lovel. 3. *abductam* recte Aldus ex cod. Mog. recepit. Concinunt ei Lov. 2. Mead. ambo, et Gaertn. Ita 39, 25, 8. *In Macedoniam abduxisse*. c. 49, 12. *Abducto eo in curiam*. ubi vide Gronov. 41, 14, 1. *Exercitum Romam abductum*. ubi vide eumdem. 43, 19, 1. *Multitudinem omnem Stuberam abduxit*. 45, 35, 1. *Romam primum reges captivi abducti*. cap. 89, 1. *De Perseo capto, in urbem cum liberis abducto, non triumphabitur?* Alia v. ad 27, 29, 1. (ubi etiam verba haec a librariis passim commutata fuisse docui) et 30, 14, 4. Adde Cortium ad Sall. Catil. 12. Praeterea *interiorem partem*, omissa praepositione, Voss. Verum ea elisa est a prima syllaba vocis sequentis. Vide ad 10, 41, 14. 38, 5, 4. et quae notavi ad 8, 33, 6. Tum *partem domus* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. quae lectio interpretis gloss tribuenda est. Mox *inducere posset in animum* Lov. 1.

§. 4. *Expromeret sibi, quae in ludo simili Bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri*] Vetusti codices habent *in luco Similae*. Opinor Semelen, detorta nonnihil voce, *Similam* tum vulgo indocto dictam, quemadmodum Graeci nonnumquam in Romanis vocibus *i* praesertim breve per *e* reddunt, *Δομέτιον* pro *Domitio*, *Βεργίλιον* pro *Virgilio* dicentes. GELEN. Sic [*in luco Similae*] Gelenius ex MSS. nec aliter nos deprehendimus. nam ante illum *in ludo simili*. Opinatur autem, Semelen, detorta nonnihil voce, *Similam* tum vulgo indocto dictam. *Stimulam* vocat Scholiast. Juven. ad Satyr. 2, [3.] *Nam sacra Bacchanalia ex senatusconsulto eodem-*

Digitized by Google

Similae Bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri.
5 Hoc ubi audivit, tantus pavor tremorque omnium membrorum mulierem cepit, ut diu hiscere non pos-
6 set: tandem confirmata, *puellam admodum sè ancillam*

nata sunt, cum probatum esset senatui, honestissimas feminas ad Stimulae Deae lucum foede adulterari. Et mentio est *Stimulae* Deae apud Augustin. lib. 4. de Civ. Dei cap. 11. *de stimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur.* et eodem lib. cap. 16. *qua ad agendum ultra modum stimularet.* Quod forte non male ad fanaticorum tumultum ac turbinem accommodes. Tamen optime sacra Bacchi peraguntur in *Semeles* luco. Et, si quidem haec fuit, ita potius scripsisse Livium crediderim, non vulgi indocti, si qua fuit, pronunciationem expressisse. Sic *Semonis Sanci*, sic *Juventatis* apud nostrum corrupta ab indoctis olim fuere vocabula. J. FR. GRON. *exprimeret* Lov. 3. de quo errore v. ad 34, 61, 8. *et promeret* Harl. Neque illud probandum. *Expromere* saepius utitur Livius. Ita 22, 22, 15. *Ab iis ad Scipionem perductus, quid adferret, expromit.* 27, 51, 11. *Expromere, quae acta essent, jussit.* 33, 35, 4. *Si quid, quod in rem suam esset, expromeret.* 34, 61, 8. *Nisi expromeret, cum legatis Romam mitti.* 36, 34, 8. *Quin expromis, inquit, quid rei sit.* 37, 52, 10. *Cogendum, quae vellet, quaeque sentiret, expromere.* 39, 12, 7. *Sed et cetera eadem fide expromeret.* cap. 13, 8. *Originem sacrorum expromit.* cap. 48, 6. *Cujus belli et caussas et ordinem si expromere velim.* 42, 24, 1. *Expromeret, super qua re Romam venissent.* 45, 37, 7. *Vitia vitae tot horis expromi non possent.* Similes plures errores v. ad 31, 26, 11. Deinde *in ludo* demum inveni in edd. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et quibusdam aliis; ex codd. autem ita praeferunt Lov. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Reliqui cum edd. Camp. et Rom. anni 1472. recte *in luco.* Hinc *simili* Lovel. 5. 6. Harl. et Mead. ambo, cum edd. vett. *simul* Lov. 3. *Simulae* Lov. 2. *Simile*, vel *Similae* reliqui codd. *Semeles*, vel *Stimulae* verum esse existimat Gronov. Si prius, mallem tamen *Semelae.* Nam ita et Ovid. 6. Fast. 503.

Lucus erat; dubium Semelae Stimulaene vocetur;
Maenadas Ausonias incoluisse ferunt.

Ad quem locum vide viros doctos. Doujat. et Crevier. ad hunc locum *Stimulae* malunt. Sed Matth. Aegyptius ad SC. de Bacchan. pag. 91. rejecta Doujatii conjectura, scribendum putat *Semelae*, ejusque lucum inlustrat ex lapide apud Gruter. 643, 8. et ex P. Vict. et Sext. Rufo in regione Circi Maximi: de ipsa hac Semela videndum monet Macrob. 1. Sat. 12.

§. 5. *Tantus pavor tremorque omnium membrorum*] Pall. uterque *tantus pallor.* GEBH. *tantus palor* Voss. Lov. 2. et Harl. *tantus pallor* Lov. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. quod errori librariorum tribuendum; quamvis Cicero etiam *pallorem* et *tremorem* jungat 4. Tusc. 8. *Ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor et tremor et dentium crepitus consequatur. Pallor* enim non efficit, ne quis diu hiscere possit, sed *pavor*; quem Cic. eod. loco describit *metum mentem loco moventem.* Ut hic *pavor tremorque*, ita *pavor*

Digitized by Google

initiatam cum domina, ait. *aliquot annis, ex quo manumissa sit, nihil, quid ibi fiat, scire.* jam id ipsum 7
consul laudare, *quum initiatam se non inficiaretur. sed et cetera eadem fide expromeret. neganti ultra quidquam* 8

terrorque, cujus effectum tremorem esse Cic. loco laud. agnoscit, junguntur apud Livium 6, 22. *Passim eos pavor terrorque distulerant.* Paullo ante *Haec ubi audivit* Voss. Lovel. 2. 3. 6. Harl. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480 Tarvis. utraque, et ceterae usque ad Aldum, qui, auctore cod. Mog. dedit *Hoc ubi audivit.* Firmant autem hanc lectionem reliqui codd. et ed. Camp.

§. 6. *Ex quo manumissa sit*] *manu emissa sit* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. Terentium et Plautum ita locutos esse, lexicographi observarunt; nullus autem idem genus loquendi Livio in usu fuisse docuit; qui tamen *manu mittere* duabus vocibus dixit 41, 9. *Civitatis mutandae caussa manu non mittere.*

§. 7. *Jam id ipsum consul laudare, quod initiatam se non inficiaretur*] Libri omnes *cum initiatam se non inficiaretur.* GEBH. Naevus Moguntini codicis, quem adsperari decebat editores, et retinere aliorum scriptorum et impressorum *laudare, cum initiatam se non inficiaretur.* Usus particulae elegans. Plautus Captiv. [5, 1, 1.]

Jovi Diisque gratias ago merito magnas,
Quom te reducem tuo patri reddiderunt,
Quomque ex miseriis plurimis me exemerunt.

Menaechm. [5, 9, 87.] *Cum tu liberes, Messenio, gaudeo.* Trucul. [2, 6, 35.]
Cum tu recte provenisti, cumque es aucta liberis,
Gratulor, cum mihi tibique magnum dedisti decus.

Et saepissime apud eundem. Q. Cicero 6. Fam. 16. *Gratissimum fecisti, quum eum indignum ea fortuna amicum nobis, quam servum, esse maluisti.* J. FR. GRON. *quum*, quod etiam est in codd. nostris, cujusque loco *quod* Aldus ex cod. Mog. recepit, ferri posse non diffiteor; at simul contendo, ferri etiam posse *quod.* Nam ut hic *id ipsum quod*, ita *id quod* apud Cic. 2. ad Att. 24. *In eo tum quidem Vettius est reprehensus, quod dixerat adolescentium consilium.* et 1. ad Q. Fr. 2. §. 2. *Is dolor est, quod, quum ii se innocentia non vincunt, vincunt tamen artificio benevolentiae colligendae.* Ceterum *jam id consul* Voss. et Gaertn.

§. 8. *Non eamdem, dicere, si coarguatur ab alio, ac per se fatenti, veniam aut gratiam fore*] Uterque Pall. *non eadem dicere, si coarguatur ab alio, ac fatenti.* vet. ed. *non eandem dicere, si coarguatur ab alio, ut fatenti.* GEBH. Mss Gebhardi concinunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *non eadem dicere ab alio ac fatenti* Lov. 3. *non eandem dicere, si coargueretur ab alio, ac fatenti* Gaertn. *non eandem dicere, si coargueretur ab alio, ut fatenti* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed proximae dederunt *ac fatenti.* Adparet itaque *ea per se* ab omnibus scriptis nostris et edd. vetustis abesse, quae primi Moguntini addiderunt: utrum vero ex cod. suo, monere neglexerunt. Interim tamen voculae illae non sunt sine emphasi. Nam

Digitized by Google

scire non eamdem, dicere, si coarguatur ab alio, ac per se fatenti, veniam aut gratiam fore. eum sibi omnia exposuisse, qui ab illa audisset.

1 XIII. Mulier, haud dubie, id quod erat, Aebutium indicem arcani rata esse, ad pedes Sulpiciae
2 procidit, et eam primo orare coepit, *Ne mulieris libertinae cum amatore sermonem in rem non seriam mo-*

qui ab alio coarguitur, fatetur etiam, verum coactus, non *per se*, id est sponte, nullo cogente. Supra 2, 42, 1. *Dulcedo agrariae legis ipsa per se subibat animos.* 6, 18, 5. *Per se accensos incitabat plebis animos.* 35, 26, 8. *Navis per se ipsa omnibus compagibus aquam acciperet.* 38, 26, 8. *Per se turbatis si legionum signa ostenderet.* 39, 51, 3. *Ipse Prusias per se necandi, aut tradendi ejus* [Hannibalis] *in potestatem consilium capit.* Ovid. 1. Met. 102. *Per se dabat omnia tellus.*

Eum sibi omnia exposuisse, qui ab illa audisset] Pall, uterque, *Tum tibi omnia exposui. Nam qui ab illa audisset alia mulier* etc. Vet. ed. *Cum nequaquam dicturam tibi omnia exposui. Nam affore, qui ab illa audisset alia.* GEBH. Veteri ed. Gebhardi, sive editioni Campani, consentit Lov. 5. at ejusdem Gebhardi Palatinis reliqui Msti nostri, et, una illa excepta, edd. principes; nisi quod codd. in nonnullis apicibus, sed minoris momenti, differant. *cum tibi esse omnia exposui, nam qui ab illa audisset alia* edidit Ascens. anno 1513. ex qua lectione in Explanat. vocabulor. Livian. hunc sensum exsculpit; *ac*, supple foret, *fatenti*, *cum*, i. postquam, *exposui tibi omnia. Nam*, supple dicebat, *esse qui ab illa audisset alia*, sc. quam adhuc dixerat. *ab illa*, sc. Hispala. Subjungit autem: „Verba sunt ex „industria obscura, sicut obscu„re minantibus esse solent.“ Verum, lectionem ejus vitiosam potius dicendam esse, nemo non sponte sentit. Quanto melior, quae nunc vulgo exstat, lectio a Moguntinis ex fide cod. sui in contextum recepta!

§. 1. *Aebutium indicem arcani rata esse*] Vox *indicem* neglegentia librarii omittitur in Lov. 6. Alius aliquid deesse postea animadvertens a manu 2. ita supplevit *Aebutium arcani proditorem rata esse.* Simili neglegentia *το arcani* deest in Lovel. 3. et Harl. Mox vocula *et* non adparet in Lov. 1.

§. 2. *In rem non seriam modo, sed capitalem etiam, verti vellet*] Libri omnes *sed capitale etiam.* GEBH. *non seriam, sed* Harl. Voculas *modo*, *tantum*, *solum* in his locutionibus interdum omitti, vidimus ad 38, 11, 14. At hic *το modo* reliqui codd. defendunt. Dein *sed capitale etiam* Lovel. 4. unde nasci posset conjectura, legendum esse, *sed capital etiam.* V. ad 24, 37, 9. Verum et hic reliqui codd. stant pro recepta lectione. Et ita *res capitalis* supra est 3, 13, 4. *Cui rei capitalis dies dicta est.* ubi quaedam vide, 45, 16, 4. *Ad res capitales quaerendas ex senatusconsulto retentus.* Paullo ante *cum amatoribus sermonem* Lov. 1. *cum amatore fidem* Harl.

Digitized by Google

do, sed capitalem etiam, verti vellet: se terrendi ejus causſa, non quo sciret quidquam, ea locutam esſe. Hic 3
Poſtumius accensus ira, *Tum quoque*, aït, *eam cum Aebutio se amatore cavillari credere, non in domo graviſſimae feminae et cum consule loqui.* et Sulpicia adtollere paventem; simul illam adhortari, simul iram generi lenire. Tandem confirmata, multum incusa- 4

Se terrendi ejus causſa, non quod sciret quidquam, ea locutam esse] Vet. ed. *quicquam, locutam esse.* GEBH. Et haec Moguntini macula eſt. Reposuimus e scriptis: *non quo sciret quicquam.* Non ignota ratio Latine doctis. Cicero ad Atticum [16, 15.] *Sed me non sane hoc tempore movet respublica, non quo aut sit mihi quicquam curius, aut esse debeat; sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam.* A. Gellius 9, 12. *Itaque Salluſtius in hiſtoria prima metum Pompeji dixit, non quo Pompejus metueret, (quod eſt usitatius) sed quod metueretur.* Sic MSS. nam et hic editur *non quod.* J. FR. GRON. Verum eſt, edito res Moguntinos notaſſe, se *non quod sciret* in cod. suo inveniſſe. at similiter praeferunt omnes usque ad Gronov. editiones, quascumque vidi, et insuper Lov. 1, 5. 6. Harl. Mead. 1. in marg. Gaertn. et Hearnii L. 1. Praefero tamen cum Gronov. *non quo*, ut exhibent Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Hearnii N. Ita supra 28, 27, 2. *Non quo verba umquam potius, quam res, exercuerim; sed quia* etc. Solent autem *quo* et *quod* confundi in Mſtis. V. ad 36, 33, 3. Praeterea *sed terrendi* Voſſ. Lov. 3. Harl. et Gaertn. Insuper *eam locutam esse* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. sed pronomen *ea* deeſt in Hearnii L. 1. et priscis excusis, quod Aldus ex cod. Mog. addidit. Et ea quidem occasione, quod pronomen exsularet ab editis, Moguntini monuerunt, se in cod. suo inveniſſe, *non quod sciret quidquam, ea locutam.* Haec igitur monitio magis ad τὸ *ea*, quam τὸ *quod*, pertinuit, quia in prioribus editur etiam *quod.*

§. 3. *Hic Poſtumius accensus ira*] *Hinc Poſtumius* Voſſ. et Lov. 3. *Huïc Poſtumius* iis proxime Gaertner. Nihil muto. *Hic* enim eſt tum, tunc: quo sensu particulam illam aliquoties Servius apud Virg. interpretatus eſt. Vide etiam Viros doctos ad Phaedri 1, 14, 5. Solent autem *hic* et *hïc*, vel *hinc*, confundi. V. ad 26, 13, 13. Mox τὸ *eam* omittit Harl. *se* Lov. 6. Dein *modo*, transpositis syllabis, perperam Mead. 1. Ejusdem erroris exempla vide ad 1, 1, 8. 3, 19, 4. 6, 35, 5. c. 36, 8. 30, 12, 17. Adde Bentlej. ad Horat. 1. Ep. 4, 2. et Cel. Burm. ad Ovid. 2. Art. Am. 361. et Albin. Eleg. ad Liv. vers. 50.

Simul illam adhortari, simul iram generi lenire] MS. *simul etiam adhortari.* Malo vulgatam lectionem. MOD. Tres priores voces omittuntur in Harlej. quod adscribendum eſt neglegentiae scribae, cui ansam dedit repetitio τοῦ *simul.* Vide ad 9, 11, 11. De voce *simul* geminata v. ad 3, 50, 12. Quum vero cod. Mog. legat *simul etiam adhortari*, forte legendum erit *simul eam ad-*

Digitized by Google

scire non eamdem, dicere, si coarguatur ab alio, ac per se fatenti, veniam aut gratiam fore. eum sibi omnia exposuisse, qui ab illa audisset.

1 XIII. Mulier, haud dubie, id quod erat, Aebutium indicem arcani rata esse, ad pedes Sulpiciae
2 procidit, et eam primo orare coepit, *Ne mulieris libertinae cum amatore sermonem in rem non seriam mo-*

qui ab alio coarguitur, fatetur etiam, verum coactus, non *per se*, id est sponte, nullo cogente. Supra 2, 42, 1. *Dulcedo agrariae legis ipsa per se subibat animos.* 6, 18, 5. *Per se accensos incitabat plebis animos.* 35, 26, 8. *Navis per se ipsa omnibus compagibus aquam acciperet.* 38, 26, 8. *Per se turbatis si legionum signa offenderet.* 39, 51, 3. *Ipse Prusias per se necandi, aut tradendi ejus* [Hannibalis] *in potestatem consilium cepit.* Ovid. 1. Met. 102. *Per se dabat omnia tellus.*

Eum sibi omnia exposuisse, qui ab illa audisset] Pall, uterque, *Tum tibi omnia exposui. Nam qui ab illa audisset alia mulier* etc. Vet. ed. *Cum nequaquam dicturam tibi omnia exposui. Nam affore, qui ab illa audisset alia.* GEBH. Veteri ed. Gebhardi, sive editioni Campani, consentit Lov. 5. at ejusdem Gebhardi Palatinis reliqui Msti nostri, et, una illa excepta, edd. principes; nisi quod codd. in nonnullis apicibus, sed minoris momenti, differant. *cum tibi esse omnia exposui, nam qui ab illa audisset alia* edidit A. scens. anno 1513. ex qua lectione in Explanat. vocabulor. Livian. hunc sensum exculpit: *ac*, supple foret, *fotenti*, *cum*, i. postquam, *exposui tibi omnia. Nam*, supple dicebat, *esse qui ab illa audisset alia*, sc. quam adhuc dixerat. *ab illa*, sc. Hispala. Subjungit autem: „Verba sunt ex „industria obscura, sicut obscu„re minantibus esse solent.“ Verum, lectionem ejus vitiosam potius dicendam esse, nemo non sponte sentit. Quanto melior, quae nunc vulgo exstat, lectio a Moguntinis ex fide cod. sui in contextum recepta!

§. 1. *Aebutium indicem arcani rata esse*] Vox *indicem* neglegentia librarii omittitur in Lov. 6. Alius aliquid deesse postea animadvertens a manu 2. ita supplevit *Aebutium arcani proditorem rata esse.* Simili neglegentia *το arcani* deest in Lovel. 3. et Harl. Mox vocula *et* non adparet in Lov. 1.

§. 2. *In rem non seriam modo, sed capitalem etiam, veri vellet*] Libri omnes *sed capitale etiam.* GEBH. *non seriam, sed* Harl. Voculas *modo*, *tantum*, *solum* in his locutionibus interdum omitti, vidimus ad 38, 11, 14. At hic *το modo* reliqui codd. defendunt. Dein *sed capitale etiam* Lovel. 4. unde nasci posset conjectura, legendum esse, *sed capital etiam.* V. ad 24, 37, 9. Verum et hic reliqui codd. stant pro recepta lectione. Et ita *res capitalis* supra est 3, 13, 4. *Cui rei capitalis dies dicta est.* ubi quaedam vide, 45, 16, 4. *Ad res capitales quaerendas ex senatusconsulto retentus.* Paullo ante *cum amatoribus sermonem* Lov. 1. *cum amatore fidem* Harl.

Digitized by Google

do, sed capitalem etiam, verti vellet: se terrendi ejus causſa, non quo sciret quidquam, ea locutam esſe. Hic 3 Poſtumius accensus ira, *Tum quoque*, aït, *eam cum Aebutio se amatore cavillari credere, non in domo graviſſimae feminae et cum consule loqui.* et Sulpicia adtollere paventem; simul illam adhortari, simul iram generi lenire. Tandem confirmata, multum incusa- 4

Se terrendi ejus causſa, non quod sciret quidquam, ea locutam esse] Vet. ed. *quicquam, locutam esse.* GEBH. Et haec Moguntini macula eſt. Reposuimus e scriptis: *non quo sciret quicquam.* Non ignota ratio Latine doctis. Cicero ad Atticum [16, 15.] *Sed me non sane hoc tempore movet respublica, non quo aut sit mihi quicquam carius, aut esse debeat; sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam.* A. Gellius 9, 12. *Itaque Salluſtius in hiſtoria prima metum Pompeji dixit, non quo Pompejus metueret, (quod eſt usitatius) sed quod metueretur.* Sic MSS. nam et hic editur *non quod.* J. FR. GRON. Verum eſt, edito res Moguntinos notaſſe, se *non quod sciret* in cod. suo inveniſſe. at similiter praeferunt omnes usque ad Gronov. editiones, quascumque vidi, et insuper Lov. 1. 5. 6. Harl. Mead. 1. in marg. Gaertn. et Hearnii L. 1. Praefero tamen cum Gronov. *non quo*, ut exhibent Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Hearnii N. Ita supra 28, 27, 2. *Non quo verba umquam potius, quam res, exercuerim; sed quia* etc. Solent autem *quo* et *quod* confundi in Mſtis. V. ad 36, 33, 3. Praeterea *sed terrendi* Voſſ. Lov. 3. Harl. et Gaertn. Insuper *eam locutam esse* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. sed pronomen *ea* deeſt in Hearnii L. 1. et priscis excusis, quod Aldus ex cod. Mog. addidit. Et ea quidem occasione, quod pronomen exsularet ab editis, Moguntini monuerunt, se in cod. suo inveniſſe, *non quod sciret quidquam, ea locutam.* Haec igitur monitio magis ad τὸ *ea*, quam τὸ *quod*, pertinuit, quia in prioribus editur etiam *quod.*

§. 3. *Hic Poſtumius accensus ira*] *Hinc Poſtumius* Voſſ. et Lov. 3. *Huic Poſtumius* iis proxime Gaertner. Nihil muto. *Hic* enim eſt tum, tunc: quo sensu particulam illam aliquoties Servius apud Virg. interpretatus eſt. Vide etiam Viros doctos ad Phaedri 1, 14, 5. Solent autem *hic* et *hīc*, vel *hinc*, confundi. V. ad 26, 13, 13. Mox τὸ *eam* omittit Harl. *se* Lov. 6. Dein *modo*, transpositis syllabis, perperam Mead. 1. Ejusdem erroris exempla vide ad 1, 1, 8. 3, 19, 4. 6, 35, 5. c. 36, 8. 30, 12, 17. Adde Bentlej. ad Horat. 1. Ep. 4, 2. et Cel. Burm. ad Ovid. 2. Art. Am. 361. et Albin. Eleg. ad Liv. vers. 50.

Simul illam adhortari, simul iram generi lenire] MS. *simul etiam adhortari.* Malo vulgatam lectionem. MOD. Tres priores voces omittuntur in Harlej. quod adscribendum eſt neglegentiae scribae, cui ansam dedit repetitio τοῦ *simul.* Vide ad 9, 11, 11. De voce *simul* geminata v. ad 3, 50, 12. Quum vero cod. Mog. legat *simul etiam adhortari*, forte legendum erit *simul eam ad-*

Digitized by Google

ta perfidia Aebutii, qui optimi in eo ipso meriti ta-
5 lem gratiam retulisset, *Magnum sibi metum Deorum, quorum occulta initia enunciaret, majorem multo*, dixit, *hominum esse, qui se indicem manibus suis discerpturi es-*
6 *sent. itaque hoc se Sulpiciam, hoc consulem orare, ut se extra Italiam aliquo amandarent, ubi reliquum vitae de-*
7 *gere tuto posset. Bono animo esse* jubere *eam* consul,

hortari. Quin et ipsa Moguntini lectio probari potest *simul etiam adhortari*, nempe paventem, quae vox praecessit. Verum abstineo.

§. 4. *Multum incusata perfidia Aebutii, qui optime de eo ipso meritae talem*] Maluimus et hic fidem archetyporum sequi, in quibus scriptum est, *qui optimi in eo ipso meriti*. GELEN. Pall. uterque *incusata perfidiam Ebutii, qui optime in eo ipso meritae talem g. r.* Et posteriora sic quoque concepta habet vet. ed. GEBH. *incusata perfidiam Aebutii est* Voss. et Lov. 6. *incusata perfidiam* etiam Lovel. 1. 3. 4. et edd. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. et Tarvis. utraque. Dein *optime de eo ipso meritae*, quod Gelenius rejecit, primum adparuit in ed. Ascens. anno 1513. Priores habent *optime in eo ipso meritae*, quod supererat in Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertner. Sed Gelenio favent Voss. et Lov. 1.

§. 5. *Quorum occulta enunciaret*] Membranae *quorum initia enunciaret*. Nec aliter sacra illa occulta et nocturna vocabantur; sed solenne hoc illis nomen erat. tangit de initiis Cereris, nullo magis, quam silentio, solennibus ab Alcibiade enunciatis, Trogi abbreviator Justinus initio lib. 5. MOD. Pall. et Vet. ed. *quorum occulta initia nunciaret*. GEBHARD. *Tà initia*, quod servant omnes Mss, et edd. vetustae, ac Moguntini ex cod. suo memorant, Froben. demum anno 1535. sed sine dubio operarum lapsu, omisit; quem nihilominus reliqui editores secuti sunt usque ad Gronov. qui vocem neglectam revocavit. Praeterea *nunciaret* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. cum edd. antt. pro quo recte Aldus ex cod. Mog. *enunciaret* adscivit. *innuntiaret* Voss. *initiaret* Lov. 6. Moguntina lectio verisissima est. De verbo *enunciare* v. ad 9, 16, 7. Mox *tà suis* deest in Voss.

§. 6. *Ut se extra Italiam aliquo amandarent*] Libri omnes nostri *aliquo ablegarent*. GEBH. Similiter omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. priscae. Id autem verbum Livio amatum esse, constat ex illis, quae notavi ad 7, 13, 8. et Hadriano Card. de Serm. Lat. pag. 56. Eamdem lectionem etiam Gronov. pr. ed. not. defendit. Ejus loco *amandare* Frob. anno 1535. ex cod. Mog. adoptavit. Id autem verbum ejusdem est potestatis, atque alterum; eoque Cicero aliquoties usus est. Auctore vero Servio ad Virg. 3. Aen. 50. *amandare est sub specie legationis aliquem relegare*. Utra igitur lectio praeferenda sit, dubius haereo. Pro prisca lectione illud facit, quod *ablegare* saepissime apud Li-

Digitized by Google

et, *sibi curae fore*, dicere, *ut Romae tuto habitaret.* Tum Hispala originem sacrorum expromit, *Primo* 8 *sacrarium id feminarum fuisse, nec quemquam virum eo admitti solitum. Tres in anno statos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiaventur. Sacerdotes in vicem matronas creari solitas. Paculam Anniam Campanam* 9 *sacerdotem omnia, tamquam Deûm monitu, inmutasse.*

vium obcurrat, *amandare* autem, nisi hoc loco, non notarim: pro altera vero *amandarent* partim auctoritas integerrimi cod. partim illud, quod mox cap. seq. in princ. utatur Liv. verbo *ablegaret*: unde suspicio oriri potest, hoc loco in margine primo notatum esse, quod nunc *amandare* dicitur, paullo post *ablegare* dictum esse; dein vero lectionem illam alterius locum invasisse. Et haec suspicio inde non nihil confirmari videtur, quod hoc loco, pro *amandarent*, in Voss. et Lov. 1. obcurrat *amandaret*, (* l. *ablegaret*) qua forma id verbum cap. seq. adhibetur. Paullo ante *hoc se Sulpicium, hoc se consulem* Harl.

§. 8. *Sacrarium id feminarum fuisse, nec quemquam virum eo admitti*] *sacrum id feminarum* Lov. 3. Tum *nec quemquam eo virum* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Paullo ante §. praec. copula *et* deest in Lovel. 2. Harl. et Mead. 1.

Tres in anno statutos dies habuisse] In archetypis est *statos dies*, non *statutos*. GELEN. *Dies tres in anno statutos* Lovel. 2. *Tres in anno dies statutos* Lov. 1. 4. 5. 6. Voss. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo *statutos dies* vulgavit Ascensius. Gelenii emendationem recepit Frobenius anno 1535. eamque firmare videntur Lov. 3. qui *statas*, et corrupta lectio Hearniani L. 1. qui *sanctos* exhibent. Solent passim voces *status* et *statutus* in Mss confundi. V. ad 3, 15, 4. cap. 52, 2. 5, 46, 2. cap. 52, 2. 9, 5, 6. 21, 58, 4. 23, 35, 3. 24, 27, 1. ubi v. Gebh. 27, 23, 7. 28, 6, 10. 33, 35, 8. 34, 41, 1. 40, 4, 9. Adde viros doct. ad Val. Max. 1, 1, 11. Harduin. ad Plin. 7. H. N. 5. Cort. ad Plin. 5. Ep. 14, 6. et Cel. Burm. ad Suet. Claud. 1. V. etiam, quae notantur ad 10, 37, 2. De voce *status* vide Nic. Heins. ad Ovid. 1. Fast. 310. Quid differant autem *status* et *statutus*, vide Cel. Burm. ad Valer. Flacc. 2, 488. Mox *Baccheis initiarentur* Voss. et Gaertn. Male. Supra cap. 9. *Bacchis eum se initiaturam.* et cap. 10. *Bacchis initiari velle.*

§. 9. *Paculam Miniam Campanam sacerdotem*] MS. *Paculam Anniam Campanam sacerdotem.* MOD. Pall. uterque *Paculam Aniniam Easoponam.* Vet. ed. *Paculam Miniam Esoponam.* GEBH. Insigniter variant codd. scripti. Primum nomen vel *Patulam*, vel *Paculam*, vel *Pacullam* legitur: secundum *Aniam* scribunt Voss. et Lov. 1. *Aminiam* Lov. 2. *Animiam* Harl. Mead. 1. et Naud. *Animam* Barber. *Aininiam* Lov. 3. 4. Mead. 2. et Petav. *Mimam* Gaert. *Miniam* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. primum et secundum nomen junctim *Pecculaminam* le-

Digitized by Google

ta perfidia Aebutii, qui optimi in eo ipso meriti ta-
5 lem gratiam retuliſſet, *Magnum sibi metum Deorum, quorum occulta initia enunciaret, majorem multo*, dixit, *hominum eſſe, qui se indicem manibus suis discerpturi es-*
6 *sent. itaque hoc se Sulpiciam, hoc consulem orare, ut se extra Italiam aliquo amandarent, ubi reliquum vitae de-*
7 *gere tuto poſſet. Bono animo eſſe* jubere *eam* consul,

hortari. Quin et ipsa Moguntini lectio probari poteſt *simul etiam adhortari*, nempe paventem, quae vox praeceſſit. Verum abstineo.

§. 4. *Multum incusata perfidia Aebutii, qui optime de eo ipso meritae talem*] Maluimus et hic fidem archetyporum sequi, in quibus scriptum eſt, *qui optimi in eo ipso meriti.* GELEN. Pall. uterque *incusata perfidiam Ebutii, qui optime in eo ipso meritae talem g. r.* Et posteriora sic quoque concepta habet vet. ed. GEBH. *incusata perfidiam Aebutii eſt* Voſſ. et Lov. 6. *incusata perfidiam* etiam Lovel. 1. 3. 4. et edd. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. et Tarvis. utraque. Dein *optime de eo ipso meritae*, quod Gelenius rejecit, primum adparuit in ed. Ascens. anno 1513. Priores habent *optime in eo ipso meritae*, quod supereſt in Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertner. Sed Gelenio favent Voſſ. et Lov. 1.

§. 5. *Quorum occulta enunciaret*] Membranae *quorum initia enunciaret.* Nec aliter sacra illa occulta et nocturna vocabantur; sed solenne hoc illis nomen erat. tangit de initiis Cereris, nullo magis, quam silentio, solennibus ab Alcibiade enunciatis. Trogi abbreviator Juſtinus initio lib. 5. MOD. Pall. et Vet. ed. *quorum occulta initia nunciaret.* GEBHARD. *Tὸ initia, q[illegible]t* omnes Mſti, et edd. vetuſtae, ac Moguntini ex cod. suo memorant, Froben. demum anno 1535. sed sine dubio operarum lapsu, omisit; quem nihilominus reliqui editores secuti sunt usque ad Gronov. qui vocem neglectam revocavit. Praeterea *nunciaret* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. cum edd. antt. pro quo recte Aldus ex cod. Mog. *enunciaret* adscivit. *innuntiaret* Voſſ. *initiaret* Lov. 6. Moguntina lectio verisissima eſt. De verbo *enunciare* v. ad 9, 16, 7. Mox *τὸ suis* deeſt in Voſſ.

§. 6. *Ut se extra Italiam aliquo amandarent*] Libri omnes noſtri *aliquo ablegarent.* GEBH. Similiter omnes codd. noſtri, Hearnii L. 1. et edd. priscae. Id autem verbum Livio amatum *eſſe*, conſtat ex illis, quae notavi ad 7, 13, 8. et Hadriano Card. de Serm. Lat. pag. 56. Eamdem lectionem etiam Gronov. pr. ed. not. defendit. Ejus loco *amandare* Frob. anno 1535. ex cod. Mog. adoptavit. Id autem verbum ejusdem eſt poteſtatis, atque alterum; eoque Cicero aliquoties usus eſt. Auctore vero Servio ad Virg. [illegible] *dare eſt sub* [illegible] *quem releg*[illegible] praefere[illegible] Pro [illegible] quo[illegible]

Digitized by Google

et, *sibi curae fore*, dicere, *ut Romae tuto habitaret.* Tum Hispala originem sacrorum expromit, *Primo* 8 *sacrarium id feminarum fuisse, nec quemquam virum eo admitti solitum. Tres in anno statos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarentur. Sacerdotes in vicem matronas creari solitas. Pacullam Anniam Campanam* 9 *sacerdotem omnia, tamquam Deûm monitu, inmutasse.*

vium obcurrat, *amandare* autem, nisi hoc loco, non notarim: pro altera vero *amandarent* partim auctoritas integerrimi cod. partim illud, quod mox cap. seq. in princ. utatur Liv. verbo *ablegaret*: unde suspicio oriri potest, hoc loco in margine primo notatum esse, quod nunc *amandare* dicitur, paullo post *ablegare* dictum esse; dein vero lectionem illam alterius locum invasisse. Et haec suspicio inde non nihil confirmari videtur, quod hoc loco, pro *amandarent*, in Voss. et Lov. 1. obcurrat *amandaret*, (* l. *ablegaret*) qua forma id verbum cap. seq. adhibetur. Paullo ante *hoc se Sulpicium, hoc se consulem* Harl.

§. 8. *Sacrarium id feminarum fuisse, nec quemquam virum eo admitti*] *sacrum id feminarum* Lov. 3. Tum *nec quemquam eo virum* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Paullo ante §. praec. copula *et* deest in Lovel. 2. Harl. et Mead. 1.

Tres in anno statutos dies habuisse] In archetypis est *statos dies*, non *statutos*. GELEN. *Dies tres in anno statutos* Lovel. 2. *Tres in* [illegible]*os* Lov. 1. 4. 5. 6. [illegible], ambo, Gaertn. pro quo *statu*- Ascensius. Ge- em recepit Fro- , eamque firma- . 3. qui et corrupta lectio Hearniani L. 1. qui *sanctos* exhibent. Solent passim voces *status* et *statutus* in Mssis confundi. V. ad 3, 15, 4. cap. 52, 2. 5, 46, 2. cap. 52, 2. 9, 5, 6. 21, 58, 4. 23, 35, 3. 24, 27, 1. ubi v. Gebh. 27, 23, 7. 28, 6, 10. 33, 35, 8. 34, 41, 1. 40, 4, 9. Adde viros doct. ad Val. Max. 1, 1, 11. Harduin. ad Plin. 7. H. N. 5. Cort. ad Plin. 5. Ep. 14, 6. et Cel. Burm. ad Suet. Claud. 1. V. etiam, quae notantur ad 10, 37, 2. De voce *status* vide Nic. Heins. ad Ovid. 1. Fast. 310. Quid differant autem *status* et *statutus*, vide Cel. Burm. ad Valer. Flacc. 2, 488. Mox *Bacchis initiarentur* Voss. et Gaertn. Male. Supra cap. 9. *Bacchis eum se initiaturam.* et cap. 10. *Bacchis initiari velle.*

§. 9. *Pacullam Miniam Campanam sacerdotem*] MS. *Paculiam Anniam Campanam sacerdotem.* MOD. Pall. uterque *Pacullam Aniniam Easoponam.* Vet. ed. *Pacullam Miniam Esoponam.* GEBH. Insigniter variant codd. scripti. Primum nomen vel *Patulam*, vel *Paculam*, vel *Pacullam* legitur: secundum *Aniam* scribunt Voss. et Lov. 1. *Aminiam* Lov. 2. *Animiam* Harl. Mead. 1. et Naud. *Animam* Barber. *Aninam* Lov. 3. 4. Mead. 2. et Petav. *Mimam* Gaert. *Miniam* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. primum et secundum [illegible]n junctim *Pecculaminam* le-

Digitized by Google

3 quatuor eum servis domo exegerunt. Adolescens inde ad Aebutiam se amitam contulit: causſamque ei, cur eſſet a matre ejectus, narravit. deinde ex auctoritate ejus poſtero die ad consulem Poſtumium, arbi-

et venenis imbutum] Non *excetrae*, sed *echidnae* legendum, putarunt quidam, quodnam serpentis genus excetra sit, se ignorare affirmantes: *ἔχιδναν* vero viperam foeminam eſſe, cujus mas *ἔχις* dicatur. Quibus non obſtantibus, *excetrae* lectionem retineo: nam *excetra* Hydra Lernaea eſt appellata, scribente Plauto in Pers. [1, 1, 3.] *Nam cum Leone, et cum excetra, cum cervo et cum apro Aetolico, cum avibus Stymphalicis cum Antaeo deluctari mavelim, quam cum amore.* Quae ad Herculeos labores alludens dixit Plautus. Venenatum anguem certe excetram fuiſſe dictam, ex D. Hieronymo colligere poſſumus, qui Hiberam *excetram* obtrectatorem virulentum vocavit, quomodo et Duronia, P. Aebutii mater, Hispalam, filii amasiam, *excetram* hoc in loco appellavit. MARC. DONAT. Brouhh. ad Tibull. 1, 6, 7. *delinimentis* hic pro philtris et venefiiis amatoriis poni dicit, ut ab Afranio apud Nonium voc. *Senium*:

Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Aetas, et corpus tenerum, et morigeratio,
Haec sunt venena formosarum mulierum.
Mala aetas nulla delinimenta invenit.

Videtur inspexiſſe Turnebum, qui quum 17. Advers. 21. scripsiſſet, antiquos *delinimenta* vocaſſe, quae Graeci *Θέλγητρα* dicunt, et *delinire Θέλγειν*, eoque nomine etiam venire veneficia, venena, pocula amatoria, utramque significationem probat verbis Afranii; quarum poſterior eſt in versu primo, prior in ultimo. Sed nec Turnebus hoc loco Livii *delinimenta* pro philtris et veneficiis amatoriis poni dicit, nec quidquam eſt, cur vox illa hic ita accipi debeat. *Delinimenta* in universum sunt omnia blandimenta, omnia quae animos leniunt, ac demulcent. Livius 4, 51, 5. *Aptissimum tempus erat, vindicatis seditionibus, delinimentum animis Volani agri divisionem objici.* 40, 11, 3. *Imbuti illinc et infecti Romanis delinimentis redeunt.* Quod Turnebum 30. Adv. 24. parum recte veneficiis et incantamentis interpretari arbitror: Romani enim iis non sunt usi ad capiendos animos eorum, qui a Philippo Romam mittebantur. Juſtin. 21, 1. *Quibuscumque delinimentis poteſt, animos omnium sollicitat.* Tacit. 2. Ann. 33. *Delinimentis curarum et periculorum carendum esse.* Sed saepe ita dicuntur omnes blanditiae atque illecebrae, quibus animi ad amorem incitantur et alliciuntur, ut apud Afranium, aetas, forma, corpus tenerum, et morigeratio mulierum. Syphax apud Livium 30, 13. de Sophonisba: *Illam furiam peſtemque omnibus delinimentis* (*blanditias* dixit 29, 23.) *animum suum avertisse atque alienasse.* Et eadem significatione *delinire.* Cic. pro Cluent. cap. 5. *Animum adolescentis, nondum consilio ac ratione firmatum, pelle-*

Digitized by Google

bitris remotis, rem detulit. Consul post diem ter- 4
tium ad se jussum redire dimisit: ipse Sulpiciam, gravem feminam, socrum suam, percunctatus est; *ecquam anum Aebutiam ex Aventino nosset?* quum *eam* 5 *nosse, probam, et antiqui moris feminam,* respondisset;

sit iis omnibus rebus, quibus illa aetas capi ac deliniri potest. Nec aliam hic in Livio quaerendam puto. Facilius adsentirer Broukhusio, si *venena* pro philtris poni dixisset. Sed ne hoc quidem necesse est: nam *venena* etiam per metaphoram dici possunt quum omnia, quae, itidem ut pocula amatoria, ad amorem conciliandum valent, ut in Afranio, φάρμακα dicta Plutarcho a Broukhusio laudato, tum amor ipse. Vide Cerdam, et alios ad Virg. 1. Aen. 688. DUKER. *illius externae*, vel *extere* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. vett. pro quo recte Frob. anno 1531. *excetrae* reposuit. Proprie enim, ut Marc. Donatus docuit, ita vocatur Hydra Lernaea, et hinc per convitium de quovis malo et noxio usurpatur. Plaut. Casin. 3, 5, 18. *Nam nisi ex te scio, quidquid hoc sit, cito; jam tibi istuc Cerebrum dispercutiam, excetra tu.* Praeterea *delenimentis* Lov. 1. 4. et Mead. 2. quod est a *delenire*, id est mitigare; de quo v. ad 5, 31, 1. Eodem loco docui, librarios passim commutasse *delenimentum* et *delinimentum*, ac *delenitus* et *delinitus*. Alia exempla v. 4, 13, 3. 7, 38, 5. 30, 13, 12. 40, 11, 3. Ita Davis. apud Cic. 5. Tusc. 27. in priori editione dedit *delinitum*, in altera *delenitum*. Similiter Bünem. *deleniat* edidit apud Lactant. 6, 20, 13. *deleniunt* 7, 27, 1. et *deleniti* in Epit. ejus cap. 63. in fine, ubi priores dedere *deliniat, delinirunt*, et *deliniti*. At *deliniti* servavit 1, 1, 8. Certe *delinimentum* et *delinitus* declinari non posse videntur, nisi a *delinire*, ac *linire*. Id autem verbum hoc tempore nondum usu receptum erat, ut docuit Cel. Burm. ad Quinctil Decl. 13, 5. quem etiam vide ad Ovid. 11. Met. 163 Ceterum, quod in Broukh. carpsit Cl. Dukerus, itidem carpi potest in eo, quod sub nomine Gronov. Lection. Plaut. pag. 19. editur.

Nec vitrici, nec parentis] Ita demum vulgavit Gruter. in ultima ed. quod posteriores servarunt, quum constanter non tantum priores typis, sed et omnes manu descripti codd. praeferant *nec parentis, nec vitrici*. Id igitur Livio reddidi. Mox *et jurgantes* Lov. vel. 5. et edd. vett. Sed particulam *et* omisit Frob. anno 1535. quae etiam a reliquis codd. exsulat.

§. 3. *Caussamque ei, cur esset a matre ejectus, narravit*] Libri nostri omnes *caussamque, cur ejectus esset, narravit*. GEBH. Similiter omnes nostri codd. et edd. antt. pro quo Aldus id, quod nunc exstat, ex cod. Mog. adscivit. Modo quidem dixit jurgantes *matrem et vitricum* eum domo exegisse; at soli matri hoc itidem adscribit infra hoc cap. *Qui spoliatus fortunis, a quibus minime oporteret, apud se tunc esset, ejectus a matre.* Mox *deinde auctoritate* sine praepositione Lov. 3.

§. 4. *Post diem tertium ad se jussum redire dimisit*] *redire ad se jussum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. τὸ *redire* deest in Gaert. quemadmodum etiam mox τὸ *est* in Mead. 2. Deinde *quam*,

Digitized by Google

6 opus esse sibi ea conventa dixit. *mitteret nuncium ad eam, ut veniret.* Aebutia adcita ad Sulpiciam venit. et consul paullo post, velut forte interveniset, sermo-
7 nem de Aebutio fratris ejus filio infert. Lacrimae mulieri obortae, et miserari casum adolescentis coepit, qui spoliatus fortunis, a quibus minime oporteret, apud se tunc esset, ejectus a matre, quod probus adolescens (Dii propitii essent) obscoenis, ut fama esset, sacris initiari nollet.

1 XII. Satis de Aebutio exploratum ratus consul, non vanum auctorem esse, dimissa Aebutia, socrum

pro *ecquam*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 1.

§. 5. *Quum eam nosse probam*] Hanc lectionem primum inveni in ultima Gruteri ed. Antea legebatur *quum ea, nosse probam:* quod exstat in Lov. 5. Ex reliquis codd. nihil notatum video, quos propterea *eam* praeferre credo. Utrumque ferri potest. Mox *το esse* non adparet in Gaertn.

§. 6. *Velut forte intervenisset*] Male *evenisset* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§. 7. *Miserari casum adolescentis*] *misereri* Voss. Lov. 3. et Gaertner. Deinde *caussam* quaedam ex edd. vett. pro quo Aldus ex cod. Mog. *casum* revocavit, probantibus omnibus scriptis nostris. V. ad 37, 17, 7. Dein *oportet*, pro *oporteret*, Voss. V. ad 40, 14, 10. Tum *adolescens probus* Voss. et Gaertn. Insuper *initiare nollet* Harl.

§. 1. *Satis de Aebutio exploratum ratus consul*] Pall. *Satis exploratum de Ebutio.* Statim quoque *Ebutia dimissa.* GEBH. *Satis exploratum de Aebutio* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Satis exploratum Aebutio* Lov. 3. Dein *Aebutia dimissa* omnes iidem codd. cum Voss.

Ut Hispalam, identidem ex Aventino libertinam] Legendum *indidem ex Aventino.* GELEN. Pro *itidem*, quidam reposuerunt *identidem*, quod mihi displicet. Veteres sane codices *indidem* habent. Et significatio magis hic congruit, et verbum ipsum apud hunc auctorem frequens est. GLAR. *indicem ex Aventino* Voss. Lov. 1. 6. Harl. et Gaertn. *intidem ex Aventino* Lovel. 2. *ibidem ex Aventino* Lov. 3. *in idem ex Aventino* Lov. 5. *identidem* demum inveni in edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et seqq. *itidem* in nulla. Sed recte *indidem* Gelenius; quod in Lov. 4. Mead. ambobus, et primis edd. fuisse videtur. Id optimis rationibus adstruxit Glareanus. V. ad 39, 8, 8.

Eam, quoque esse, quae percunctari vellet] Uterque Pall. assentiente vet. ed. *eam quoque esse, quam percontari vellet.* GEBH. *caussam quoque esse, qua percunctari vellet* Lovel. 3. Sed codd. Gebhardi consentiunt Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn.

Digitized by Google

rogat, ut Hispalam, indidem ex Aventino libertinam, non ignotam viciniae, arcesseret ad sese. eam, quoque esse, quae percunctari vellet. Ad cujus nuncium perturbata Hispala, quod ad tam nobilem et gravem feminam ignara causae arcesseretur: postquam lictores in vestibulo turbamque consularem et consulem ipsum conspexit, prope exanimata est. In interiorem partem aedium abductam socru adhibita consul, *Si vera dicere inducere in animum posset*, negat, *perturbari debere. fidem vel a Sulpicia, tali femina, vel ab se acciperet. expromeret sibi, quae in luco*

et edd. vett. pro quo Frob. anno 1531. *quae percunctari* reposuit.

§. 2. *Turbamque consularem et consulem ipsum*] Pal. pr. *turbamque consulemque ipsum*. GEBH. *turbamque et consulem ipsum* Lov. 3. *turbamque consulemque ipsum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et editi ante Aldum; qui, quod nunc exstat, ex cod. Mog. recepit.

§. 3. *In interiorem partem aedium abductam*] Libri omnes continent nostri *adductam*, non *abductam*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. et edd. antt. *tum adductam* Lovel. 3. *abductam* recte Aldus ex cod. Mog. recepit. Concinunt ei Lov. 2. Mead. ambo, et Gaertn. Ita 39, 25, 8. *In Macedoniam abduxisse*. c. 49, 12. *Abducto eo in curiam*. ubi vide Gronov. 41, 14, 1. *Exercitum Romam abductum*. ubi vide eumdem. 43, 19, 1. *Multitudinem omnem Stuberam abducit*. 45, 35, 1. *Romam primum reges captivi abducti*. cap. 39, 1. *De Perseo capto, in urbem cum liberis abducto, non triumphabitur?* Alia v. ad 27, 29, 1. (ubi etiam verba haec a librariis passim commutata fuisse docui) et 30, 14, 4. Adde Cortium ad Sall. Catil. 12. Praeterea *interiorem partem*, omissa praepositione, Voss. Verum ea elisa est a prima syllaba vocis sequentis. Vide ad 10, 41, 14. 38, 5, 4. et quae notavi ad 8, 33, 6. Tum *partem domus* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. quae lectio interpretis glossae tribuenda est. Mox *inducere posset in animum* Lov. 1.

§. 4. *Expromeret sibi, quae in ludo simili Bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri*] Vetusti codices habent *in luco Similae*. Opinor Semelen, detorta nonnihil voce, *Similam* tum vulgo indocto dictam, quemadmodum Graeci nonnumquam in Romanis vocibus *i* praesertim breve per *ε* reddunt, *Δομέτιον* pro *Domitio*, *Βεργίλιον* pro *Virgilio* dicentes. GELEN. Sic [*in luco Similae*] Gelenius ex MSS. nec aliter nos deprehendimus. nam ante illum *in ludo simili*. Opinatur autem, Semelen, detorta nonnihil voce, *Similam* tum vulgo indocto dictam. *Stimulam* vocat Scholiast. Juven. ad Satyr. 2, [3.] *Nam sacra Bacchanalia ex senatusconsulto condem-*

Digitized by Google

Similae Bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri.
5 Hoc ubi audivit, tantus pavor tremorque omnium membrorum mulierem cepit, ut diu hiscere non pos-
6 set; tandem confirmata, *puellam admodum se ancillam*

nata sunt, cum probatum esset senatui, honestissimas feminas ad Stimulae Deae lucum foede adulterari. Et mentio est *Stimulae* Deae apud Augustin. lib. 4. de Civ. Dei cap. 11. *de stimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur.* et eodem lib. cap. 16. *qua ad agendum ultra modum stimularet.* Quod forte non male ad fanaticorum tumultum ac turbinem accommodes. Tamen optime sacra Bacchi peraguntur in *Semeles* luco. Et, si quidem haec fuit, ita potius scripsisse Livium crediderim, non vulgi indocti, si qua fuit, pronunciationem expressisse. Sic *Semonis Sanci*, sic *Juventatis* apud nostrum corrupta ab indoctis olim fuere vocabula. J. FR. GRON. *exprimeret* Lov. 3. de quo errore v. ad 34, 61, 8. *et promeret* Harl. Neque illud probandum. *Expromere* saepius utitur Livius. Ita 22, 22, 15. *Ab iis ad Scipionem perductus, quid adferret, expromit.* 27, 51, 11. *Expromere, quae acta essent, jussit.* 33, 35, 4. *Si quid, quod in rem suam esset, expromeret.* 34, 61, 8. *Nisi expromeret, cum legatis Romam mitti.* 36, 34, 8. *Quin expromis, inquit, quid rei sit.* 37, 52, 10. *Cogendum, quae vellet, quaeque sentiret, expromere.* 39, 12, 7. *Sed et cetera eadem fide expromeret.* cap. 13, 8. *Originem sacrorum expromit.* cap. 48, 6. *Cujus belli et caussas et ordinem si expromere velim.* 42, 24, 1. *Expromeret, super qua re Romam venisset.* 45, 37, 7. *Vitia uitae tot horis expromi non possent.* Similes plures errores v. ad 31, 26, 11. Deinde *in ludo* demum inveni in edd. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et quibusdam aliis; ex codd. autem ita praeferunt Lov. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Reliqui cum edd. Camp. et Rom. anni 1472. recte *in luco.* Hinc *simili* Lovel. 5. 6. Harl. et Mead. ambo, cum edd. vett. *simul* Lov. 3. *Simulae* Lov. 2. *Simile*, vel *Similae* reliqui codd. *Semeles*, vel *Stimulae* verum esse existimat Gronov. Si prius, mallem tamen *Semelae.* Nam ita et Ovid. 6. Fast. 503.

Lucus erat; dubium Semelae Stimulaene vocetur;
Maenadas Ausonias incoluisse ferunt.

Ad quem locum vide viros doctos. Doujat. et Crevier. ad hunc locum *Stimulae* malunt. Sed Matth. Aegyptius ad SC. de Bacchan. pag. 91. rejecta Doujatii conjectura, scribendum putat *Semelae*, ejusque lucum inlustrat ex lapide apud Gruter. 643, 8. et ex P. Vict. et Sext. Rufo in regione Circi Maximi: de ipsa hac Semela videndum monet Macrob. 1. Sat. 12.

§. 5. *Tantus pavor tremorque omnium membrorum*] Pall. uterque *tantus pallor.* GEBH. *tantus pator* Voss. Lov. 2. et Harl. *tantus pallor* Lov. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. quod errori librariorum tribuendum; quamvis Cicero etiam *pallorem* et *tremorem* jungat 4. Tusc. 8. *Ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor et tremor et dentium crepitus consequatur. Pallor* enim non efficit, ne quis diu hiscere possit, sed *pavor*; quem Cic. eod. loco describit *metum mentem loco moventem.* Ut hic *pavor tremorque*, ita *pavor*

Digitized by Google

initiatam cum domina, ait. *aliquot annis, ex quo manumissa sit, nihil, quid ibi fiat, scire.* jam id ipsum 7
consul laudare, *quum initiatam se non inficiaretur. sed et cetera eadem fide expromeret. neganti ultra quidquam* 8

terrorque, cujus effectum tremorem esse Cic. loco laud. agnoscit, junguntur apud Livium 6, 22. *Passim eos pavor terrorque distulerant.* Paullo ante *Haec ubi audivit* Voss. Lovel. 2. 3. 6. Harl. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480 Tarvis. utraque, et ceterae usque ad Aldum, qui, auctore cod. Mog. dedit *Hoc ubi audivit.* Firmant autem hanc lectionem reliqui codd. et ed. Camp.

§. 6. *Ex quo manumissa sit*] *manu emissa sit* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. Terentium et Plautum ita locutos esse, lexicographi observarunt; nullus autem idem genus loquendi Livio in usu fuisse docuit; qui tamen *manu mittere* duabus vocibus dixit 41, 9. *Civitatis mutandae caussa manu non mittere.*

§. 7. *Jam id ipsum consul laudare, quod initiatam se non inficiaretur*] Libri omnes *cum initiatam se non inficiaretur*, GEBH. Naevus Moguntini codicis, quem adsperari decebat editores, et retinere aliorum scriptorum et impressorum *laudare, cum initiatam se non inficiaretur.* Usus particulae elegans. Plautus Captiv. [5, 1, 1.]

Jovi Diisque gratias ago merito magnas,
Quom te reducem tuo patri reddiderunt,
Quomque ex miseriis plurimis me exemerunt.

Menaechm. [5, 9, 87.] *Cum tu liberes, Messenio, gaudeo.* Trucul. [2, 6, 35.]
Cum tu recte provenisti, cumque es aucta liberis,
Gratulor, cum mihi tibique magnum dedisti decus.

Et saepissime apud eundem. Q. Cicero 6. Fam. 16. *Gratissimum fecisti, quum eum indignum ea fortuna amicum nobis, quam servum, esse maluisti.* J. FR. GRON. *quum*, quod etiam est in codd. nostris, cujusque loco *quod* Aldus ex cod. Mog. recepit, ferri posse non diffiteor; at simul contendo, ferri etiam posse *quod.* Nam ut hic *id ipsum quod*, ita *id quod* apud Cic. 2. ad Att. 24. *In eo tum quidem Vettius est reprehensus, quod dixerat adolescentium consilium.* et 1. ad Q. Fr. 2. §. 2. *Is dolor est, quod, quum ii te innocentia non vincunt, vincunt tamen artificio benevolentiae colligendae.* Ceterum *jam id consul* Voss. et Gaertn.

§. 8. *Non eamdem, dicere, si coarguatur ab alio, ac per se fatenti, veniam aut gratiam fore*] Uterque Pall. *non eadem dicere, si coarguatur ab alio, ac fatenti.* vet. ed. *non eandem dicere, si coarguatur ab alio, ut fatenti.* GEBH. Mallis Gebhardi concinunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *non eadem dicere ab alio ac fatenti* Lov. 3. *non eandem dicere, si coargueretur ab alio, ac fatenti* Gaertn. *non eandem dicere, si coargueretur ab alio, ut fatenti* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed proximae dederunt *ac fatenti.* Adparet itaque *ei per se* ab omnibus scriptis nostris et edd. vetustis abesse, quae primi Moguntini addiderunt: utrum vero ex cod. suo, monere neglexerunt. Interim tamen voculae illae non sunt sine emphasi. Nam

Digitized by Google

scire non eamdem, dicere, si coarguatur ab alio, ac per se fatenti, veniam aut gratiam fore. eum sibi omnia exposuisse, qui ab illa audisset.

1 XIII. Mulier, haud dubie, id quod erat, Aebutium indicem arcani rata esse, ad pedes Sulpiciae
2 procidit, et eam primo orare coepit, *Ne mulieris libertinae cum amatore sermonem in rem non seriam mo-*

qui ab alio coarguitur, fatetur etiam, verum coactus, non *per se*, id est sponte, nullo cogente. Supra 2, 42, 1. *Dulcedo agrariae legis ipsa per se subibat animos.* 6, 18, 5. *Per se accensos incitabat plebis animos.* 35, 26, 8. *Navis per se ipsa omnibus compagibus aquam acciperet.* 38, 26, 8. *Per se turbatis si legionum signa offenderet.* 39, 51, 3. *Ipse Prusias per se necandi, aut tradendi ejus* [Hannibalis] *in potestatem consilium cepit.* Ovid. 1. Met. 102. *Per se dabat omnia tellus.*

Eum sibi omnia exposuisse, qui ab illa audisset] Pall, uterque, *Tum tibi omnia exposui. Nam qui ab illa audisset alia mulier* etc. Vet. ed. *Cum nequaquam dicturam tibi omnia exposui. Nam affore, qui ab illa audisset alia.* GEBH. Veteri ed. Gebhardi, sive editioni Campani, consentit Lov. 5. at ejusdem Gebhardi Palatinis reliqui Msti nostri, et, una illa excepta, edd. principes; nisi quod codd. in nonnullis apicibus, sed minoris momenti, differant. *cum tibi esse omnia exposui, nam qui ab illa audisset alia* edidit A. scens. anno 1513. ex qua lectione in Explanat. vocabulor. Livian. hunc sensum exculpit; *ac*, supple foret, *fatenti*, *cum*, i. postquam, *exposui tibi omnia. Nam*, supple diceba, *esse qui ab illa audisset alia*, sc. quam adhuc dixerat. *ab illa*, sc. Hispala. Subjungit autem: „Verba sunt ex „induftria obscura, sicut obscu„re minantibus esse solent.“ Verum, lectionem ejus vitiosam potius dicendam esse, nemo non sponte sentit. Quanto melior, quae nunc vulgo exstat, lectio a Moguntinis ex fide cod. sui in contextum recepta!

§. 1. *Aebutium indicem arcani rata esse*] Vox *indicem* neglegentia librarii omittitur in Lov. 6. Alius aliquid deesse postea animadvertens a manu 2. ita supplevit *Aebutium arcani proditorem rata esse.* Simili neglegentia τὸ *arcani* deest in Lovel. 3. et Harl. Mox vocula *et* non adparet in Lov. 1.

§. 2. *In rem non seriam modo, sed capitalem etiam, verti vellet*] Libri omnes *sed capitale etiam*, GEBH. *non seriam, sed* Harl. Voculas *modo*, *tantum*, *solum* in his locutionibus interdum omitti, vidimus ad 38, 11, 14. At hic τὸ *modo* reliqui codd. defendunt. Dein *sed capitale etiam* Lovel. 4. unde nasci posset conjectura, legendum esse, *sed capital etiam*. V. ad 24, 37, 9. Verum et hic reliqui codd. stant pro recepta lectione. Et ita *res capitalis* supra est 3, 13, 4. *Cui rei capitalis dies dicta est.* ubi quaedam vide, 45, 16, 4. *Ad res capitales quaerendas ex senatusconsulto retentus.* Paullo ante *cum amatoribus sermonem* Lov. 1. *cum amatore fidem* Harl.

Digitized by Google

do, sed capitalem etiam, verti vellet: se terrendi ejus causſa, non quo sciret quidquam, ea locutam esſe. Hic 3 Poſtumius accensus ira, *Tum quoque*, aït, *eam cum Aebutio se amatore cavillari credere, non in domo graviſſimae feminae et cum consule loqui.* et Sulpicia adtollere paventem; simul illam adhortari, simul iram generi lenire. Tandem confirmata, multum incusa- 4

Se terrendi ejus causſa, non quod sciret quidquam, ea locutam esse] Vet. ed. *quicquam, locutam esse.* GEBH. Et haec Moguntini macula eſt. Reposuimus e scriptis: *non quo sciret quicquam.* Non ignota ratio Latine doctis. Cicero ad Atticum [16, 15.] *Sed me non sane hoc tempore movet respublica, non quo aut sit mihi quicquam carius, aut esse debeat; sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam.* A. Gellius 9, 12. *Itaque Salluſtius in hiſtoria prima metum Pompeji dixit, non quo Pompejus metueret, (quod eſt usitatius) sed quod metueretur.* Sic MSS. nam et hic editur *non quod.* J. FR. GRON. Verum eſt, editores Moguntinos notaſſe, se *non quod sciret* in cod. suo inveniſſe. at similiter praeferunt omnes usque ad Gronov. editiones, quascumque vidi, et insuper Lov. 1, 5. 6. Harl. Mead. 1. in marg. Gaertn. et Hearnii L. 1. Praefero tamen cum Gronov. *non quo*, ut exhibent Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Hearnii N. Ita supra 28, 27, 2. *Non quo verba unquam potius, quam res, exercuerim; sed quia* etc. Solent autem *quo* et *quod* confundi in Mſtis. V. ad 36, 33, 3. Praeterea *sed terrendi* Voſſ. Lov. 3. Harl. et Gaertn. Insuper *eam locutam esse* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. sed pronomen *ea* deeſt in Hearnii L. 1. et priscis excusis, quod Aldus ex cod. Mog. addidit. Et ea quidem occasione, quod pronomen exsularet ab editis, Moguntini monuerunt, se in cod. suo inveniſſe, *non quod sciret quidquam, ea locutam.* Haec igitur monitio magis ad τὸ *ea*, quam τὸ *quod*, pertinuit, quia in prioribus editur etiam *quod.*

§. 3. *Hic Poſtumius accensus ira*] *Hinc Poſtumius* Voſſ. et Lov. 3. *Huic Poſtumius* iis proxime Gaertner. Nihil muto. *Hic* enim eſt tum, tuno: quo sensu particulam illam aliquoties Servius apud Virg. interpretatus eſt. Vide etiam Viros doctos ad Phaedri 1, 14, 5. Solent autem *hic* et *hic*, vel *hinc*, confundi. V. ad 26, 13, 13. Mox τὸ *eam* omittit Harl. *se* Lov. 6. Dein *modo*, transpositis syllabis, perperam Mead. 1. Ejusdem erroris exempla vide ad 1, 1, 8. 3, 19, 4. 6, 35, 5. c. 36, 8. 30, 12, 17. Adde Bentlej. ad Horat. 1. Ep. 4, 2. et Cel. Burm. ad Ovid. 2. Art. Am. 361. et Albin. Eleg. ad Liv. vers. 50.

Simul illam adhortari, simul iram generi lenire] MS. *simul etiam adhortari.* Malo vulgatam lectionem. MOD. Tres priores voces omittuntur in Harlej. quod adscribendum eſt neglegentiae scribae, cui ansam dedit repetitio τοῦ *simul.* Vide ad 9, 11, 11. De voce *simul* geminata v. ad 3, 50, 12. Quum vero cod. Mog. legat *simul etiam adhortari*, forte legendum erit *simul eam ad-*

Digitized by Google

ta perfidia Aebutii, qui optimi in eo ipso meriti ta-
5 lem gratiam retuliſſet, *Magnum sibi metum Deorum, quorum occulta initia enunciaret, majorem multo*, dixit, *hominum eſſe, qui se indicem manibus suis discerpturi es-*
6 *sent. itaque hoc se Sulpiciam, hoc consulem orare, ut se extra Italiam aliquo amandarent, ubi reliquum vitae de-*
7 *gere tuto poſſet. Bono animo eſſe* jubere *eam* consul,

hortari. Quin et ipsa Moguntini lectio probari poteſt *simul etiam adhortari*, nempe paventem, quae vox praeceſſit. Verum abstineo.

§. 4. *Multum incusata perfidia Aebutii, qui optime de eo ipso meritae talem*] Maluimus et hic fidem archetyporum sequi, in quibus scriptum eſt, *qui optimi in eo ipso meriti*. GELEN. Pall. uterque *incusata perfidiam Ebutii, qui optime in eo ipso meritae talem g. r.* Et poſteriora sic quoque concepta habet vet. ed. GEBH. *incusata perfidiam Aebutii eſt* Voſſ. et Lov. 6. *incusata perfidiam* etiam Lovel. 1. 3. 4. et edd. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. et Tarvis. utraque. Dein *optime de eo ipso meritae*, quod Gelenius rejecit, primum adparuit in ed. Ascens. anno 1513. Priores habent *optime in eo ipso meritae*, quod supereſt in Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertner. Sed Gelenio favent Voſſ. et Lov. 1.

§. 5. *Quorum occulta enunciaret*] Membranae *quorum initia enunciaret*. Nec aliter sacra illa occulta et nocturna vocabantur; sed solenne hoc illis nomen erat. tangit de initiis Cereris, nullo magis, quam silentio, solennibus ab Alcibiade enunciatis, Trogi abbreviator Juſtinus initio lib. 5. MOD. Pall. et Vet. ed. *quorum occulta initia nunciaret*. GEBHARD. *Tὸ initia*, quod servant omnes Mſſi, et edd. vetuſtae, ac Moguntini ex cod. suo memorant, Froben. demum anno 1535. sed sine dubio operarum lapsu, omisit; quem nihilominus reliqui editores secuti sunt usque ad Gronov. qui vocem neglectam revocavit. Praeterea *nunciaret* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. cum edd. antt. pro quo recte Aldus ex cod. Mog. *enunciaret* adscivit. *innuntiaret* Voſſ. *initiaret* Lov. 6. Moguntina lectio verisisima eſt. De verbo *enunciare* v. ad 9, 16, 7. Mox *τὸ suis* deeſt in Voſſ.

§. 6. *Ut se extra Italiam aliquo amandarent*] Libri omnes noſtri *aliquo ablegarent*. GEBH. Similiter omnes codd. noſtri, Hearnii L. 1. et edd. priscae. Id autem verbum Livio amatum eſſe, conſtat ex illis, quae notavi ad 7, 13, 8. et Hadriano Card. de Serm. Lat. pag. 56. Eamdem lectionem etiam Gronov. pr. ed. not. defendit. Ejus loco *amandare* Frob. anno 1535. ex cod. Mog. adoptavit. Id autem verbum ejusdem eſt potestatis, atque alterum; eoque Cicero aliquoties usus eſt. Auctore vero Servio ad Virg. 3. Aen. 50. *amandare eſt sub specie legationis aliquem relegare*. Utra igitur lectio praeferenda sit, dubius haereo. Pro prisca lectione illud facit, quod *ablegare* saepiſſime apud Li-

Digitized by Google

et, *sibi curae fore*, dicere, *ut Romae tuto habitaret.* Tum Hispala originem sacrorum expromit, *Primo* 8 *sacrarium id feminarum fuisse, nec quemquam virum eo admitti solitum. Tres in anno statos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarentur. Sacerdotes in vicem matronas creari solitas. Pacullam Anniam Campanam* 9 *sacerdotem omnia, tamquam Deûm monitu, inmutasse.*

vium obcurrat, *amandari* autem, nisi hoc loco, non notarim: pro altera vero *amandarent* partim auctoritas integerrimi cod. partim illud, quod mox cap. seq. in princ. utatur Liv. verbo *ablegarat*: unde suspicio oriri potest, hoc loco in margine primo notatum esse, quod nunc *amandare* dicitur, paullo post *ablegare* dictum esse; dein vero lectionem illam alterius locum invasisse. Et haec suspicio inde nonnihil confirmari videtur, quod hoc loco, pro *amandarent*, in Voss. et Lov. 1. obcurrat *amandaret*, (* l. *ablegaret*) qua forma id verbum cap. seq. adhibetur. Paullo ante *hoc se Sulpicium, hoc se consulem* Harl.

§. 8. *Sacrarium id feminarum fuisse, nec quemquam virum eo admitti*] *sacrum id feminarum* Lov. 3. Tum *nec quemquam eo virum* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Paullo ante §. praec. copula *et* deest in Lovel. 2. Harl. et Mead. 1.

Tres in anno statutos dies habuisse] In archetypis est *statos dies*, non *statutos*. GELEN. *Dies tres in anno statutos* Lovel. 2. *Tres in anno dies statutos* Lov. 1. 4. 5. 6. Voss. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo *statutos dies* vulgavit Ascensius. Gelenii emendationem recepit Frobenius anno 1535. eamque firmare videntur Lov. 3. qui *statas*, et corrupta lectio Hearniani L. 1. qui *sanctos* exhibent. Solent passim voces *status* et *statutus* in Mssis confundi. V. ad 3, 15, 4. cap. 52, 2. 5, 46, 2. cap. 52, 2. 9, 5, 6. 21, 58, 4. 23, 35, 3. 24, 27, 1. ubi v. Gebh. 27, 23, 7. 28, 6, 10. 33, 35, 8. 34, 41, 1. 40, 4, 9. Adde viros doct. ad Val. Max. 1, 1, 11. Harduin. ad Plin. 7. H. N. 5. Cort. ad Plin. 5. Ep. 14, 6. et Cel. Burm. ad Suet. Claud. 1. V. etiam, quae notantur ad 10, 37, 2. De voce *status* vide Nic. Heins. ad Ovid. 1. Fast. 310. Quid differant autem *status* et *statutus*, vide Cel. Burm. ad Valer. Flacc. 2, 488. Mox *Baccheis initiarentur* Voss. et Gaertn. Male. Supra cap. 9. *Bacchis eum se initiaturam.* et cap. 10. *Bacchis initiari velle.*

§. 9. *Pacullam Miniam Campanam sacerdotem*] MS. *Pacullam Anniam Campanam sacerdotem.* MOD. Pall. uterque *Pacullam Aniniam Easoponam.* Vet. ed. *Pacullam Miniam Esoponam.* GEBH. Insigniter variant codd. scripti. Primum nomen vel *Patulam*, vel *Paculam*, vel *Pacullam* legitur: secundum *Aniam* scribunt Voss. et Lov. 1. *Aminiam* Lov. 2. *Animiam* Harl. Mead. 1. et Naud. *Animam* Barber. *Aniniam* Lov. 3. 4. Mead. 2. et Petav. *Mimam* Gaert. *Miniam* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. primum et secundum nomen junctim *Pecculaminam* le-

Digitized by Google

nam et viros eam primam suos filios initiasse, Minium et Herennium Cerrinios. et nocturnum sacrum ex diurno, et pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum feciſſe. Ex quo in promiscuo sacra sint, et permixti viri feminis, et noctis licentia acceſſerit, nihil ibi facinoris, nihil flagitii praetermiſſum. plura virorum inter sese, quam feminarum, eſſe ſtupra. Si qui minus patientes dedecoris sint, et pigriores ad facinus, pro victimis inmolari: nihil nefas fuisse, hanc summam

git Lov. 6. Tertium codd. scribunt *Sopanam, eam Sopanam, Easopanam, Esopanam, Asopanam, ac Sopanam.* Gronovius hinc censet 4. Obs. 4. pag. 48. legendum *Pacuviam Ninniam;* librarios vero dubium reliquiſſe, utrum *Campanam*, an *Soranam* malint. Licet autem antiqui lapides *Minios* memorent, hic tamen *Ninniam* probat, quia apud Liv. 23, 8, 1. ubi vulgo editur *Minios Celeres*, *Stenium Pacullumque*, omnes boni libri conſtanter servant *Ninnios* et *Pacuviumque:* quum itaque utrobique gentis unius, et quidem Campanae, homines nuncupati videantur, et membranae belli Punici sint longe certioris et probatioris fidei, earum auctoritatem utroque loco valere juſtius ducit. Haec conjectura licet haud plane displiceat, ex integerrimo tamen cod. Mog. *Anniam* recepi, quia eodem plerorumque reliquorum veſtigia ducebant.

Deûm monitu inmutasse] *imitasse* Mead. 1. V. ad 4, 4, 11. *mutasse* Harl. *invitasse* Lovel. 1. et Voſſ. a manu 1. in quo *inmutasse* emendat manus altera: quod reliqui tuentur. V ad 7, 22, 6. Mox *viros eam primum* Harl. Dein *filios suos* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

Minium et Herennium Cerrinios] Et hic nomina in Mſtis variant. Plerique servant *Minium;* sed *Nimium* praefert Mead. 1. in contextu. *Animium* in margine; quae lectio itidem obvia fuit in Lov. 2. et Harl. *Aninium* in Gaertn. Secundum nomen deeſt in Lov. 1. cujus loco *Heririnium* legit Voſſ. *Herrinium* Gaertn. *Heranium* Mead. 1. in margine. *Ereninm* Lov. 5. Tertium nomen omittunt Lov. 2. et Harl. pro quo exhibent *Tet'imos* Lov. 1. *Cerimonias* Lov. 3. et Mead. 1. in margine. *Cerrimos* Gaertn. *Crerrinios* Lov. 6. *Cerinios* Lov. 5. et edd. antiquiores. Ex Mog. cod. nihil notatur. Si tamen supra lectio ejus *Anniam* vera eſt; hic etiam legendum videtur *Annium*: sin, cum Gronov. scriberem *Ninnium*. Videtur enim id nomen ex nomine materno nactus eſſe. Praeterea Fabrett. in Inscript. pag 427. exhibet annulum signatorium indubiae vetuſtatis, in quo leguntur haec verba, Erenn. Cerin. quem ad hunc Herennium Cerrinium refert. Verum Emm. Martinus lib. 7. Ep. 1. teſtatur, se annulum eumdem poſſidere, et in ea non *Cerinium*, sed *Cerianum*, legi; et hinc conjecturam Fabretti, errore descriptoris nisam, refelli. Mox *pro diurno* Voſſ. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Dein vo-

Digitized by Google

inter eos religionem esse. Viros, velut mente capta, cum 12
jactatione fanatica corporis vaticinari; matronas Baccharum habitu crinibus sparsis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, demissasque in aquam faces (quia vivum sulphur cum calce insit) integra flamma efferre. Raptos a Diis homines dici, quos machinae inligatos ex 13
conspectu in abditos specus abripiant. eos esse, qui aut conjurare, aut sociari facinoribus, aut stuprum pati noluerint. Multitudinem ingentem, alterum jam prope 14

cem *dies* omittunt Voss. Lov. 1. et Gaertn. quasi recte ex praecedenti repeti possit.

§. 10. *Ex quo in promiscuo sacra sint*] Libri omnes *Ex quo inde promiscua sacra sint*. Perperam. *in promiscuo esse* dicitur, ut *in tuto esse*. GEBH. Similiter nostri codd. nisi quod Lov. 3. praeferat insuper *sacra promiscua sint*. Hearnii L. 1. *promiscua sint sacra*. Quod nunc vulgo editur, Aldus auspicio cod. Mog. recepit. Supra 7, 17, 7. *Dictaturam jam in promiscuo esse*. 34, 44, 5. *Antea in promiscuo spectabant*. c. 54, 6. *In promiscuo spectatum esse*. 40, 51, 7. *Habuere et in promiscuo praeterea pecuniam*. Mox *accesserint* Lov. 1. et 5.

Nihil ibi facinoris, nihil flagitii praetermissum] *nihil facinoris vel flagitii* Lov. 3. et Hearnii L. 1. Male. V. ad 2, 55, 3. et 29, 3, 14. *nihil ibi facinoris, nihil ibi flagitii* Lov. 2. 5. Harl. et edd. vett. Sed *ibi* secundo loco Aldus omisit, praeeunte cod. Mog. cui concinunt reliqui nostri. Mox *virorum inter se* editi ante Aldum. sed *inter sese*, ut substituit, scripti nostri. Tum *feminarum stupra esse* Lov. 4. τὸ *esse* exulat a Lov. 2.

§. 11. *Hanc summam inter eos religionem esse*] Vet. lib. *religionis*. SIGON. Itidem praefert Harl. Sed *hanc inter eos summam religionem esse* Lov. 6.

§. 12. *Viros, velut mente capta, cum jactatione fanatica corporis*] Budaeus ad l. 1. D. de Aedil. Edict. descripsit *captos*. Utrumque rectum est. Liv. 6, 36, 8. *Capti et stupentes animi*. 8, 18, 11. *Captisque magis mentibus, quam consceleratis, similis visa* (res.) Sed hic nihil variae lectionis adnotatum est. DUKER. Codd. etiam nihil mutant, nisi quod τὸ *corporis* exsulet ab Harl. et Lov. 2.

Crinibus passis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim] *crinibus passis* Voss. et Mead. 2. *crinibus spansis* Harl. et Mead. 1. *crinibus sparsis* Lov. 2. 3. 6. quod recepi. Supra enim ad 1, 13, 1. praeeunte Cel. Burmanno, docui, *passos crines* lugentibus et supplicibus, *sparsos* vaticinantibus ac divino furore correptis, vel bacchantibus potissimum tribui. Tum *et ardentibus facibus* Lov. 3.

Quia vivum sulphur cum calce insit] *Vivum sulphur* est, Plinio auctore lib. 35. cap. 15. quod ignem non est expertum, ἄπυρον Graecis vocatum. Nam reliqua genera coctione parantur: hoc

Digitized by Google

populum esse: in his nobiles quosdam viros feminasque. Biennio proximo institutum esse, ne quis major viginti annis initiaretur. captari aetates et erroris et stupri patientes.

1 XIV. Peracto indicio, advoluta rursus genibus
2 preces easdem, ut se ablegaret, repetivit. Consul rogat socrum, ut aliquam partem aedium vacuam faceret, quo Hispala inmigraret. coenaculum super aedes datum est, scalis ferentibus in publicum ob-
3 seratis, aditu in aedes verso. Res omnes Feceniae

glebosum solidumque effoditur, avidissimeque flammam corripit. TURNEB. 1. Advers. 25.

§. 13. *In abditos specus abripiant*] *arripiant* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. Mox *pati noluerunt* Voss. Lov. 2. et Gaertn.

§. 14. *Captari aetates et erroris et stupri patientes*] Libri omnes *captare aetates*. GEBH. Pariter omnes nostri, cum edd. vett. pro quo Moguntini ex membranis suis *captari* emendarunt. Paullo ante *prope* exsulat a Lov. 1. Tum *institum esse* legit Mead. 1. V. ad 10, 37, 2.

§. 2. *Coenaculum super aedes datum est, scalis ferentibus in publicum*] Cujac. 13. Observ. 26. et Casaub. ad Suet. Aug. 95. citant *supra aedes*. Si hoc neque scripti, neque editi ulli habent, vel ipsorum, vel operarum typographicarum error est. DUKER. Omnes scripti et editi *super aedes*. Tum *scalis in publicum ferentibus* Lov. 3. Paullo ante *socrum rogat* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Praeterea *Hispala migraret* Lov. 3. qui etiam §. praec. *genubus* legit.

§. 3. *Migrare ad consulis clientem jussus*] Lud. Dorleans ad Tacit. 3. Ann. pag. 362. legendum conjicit *ad consulis clientelam*, idque exponit ad consulis custodiam. Verum ubi tandem *clientela* pro custodia, aut *clicns* pro custode poni reperit? Id si verum foret, potius *ad consulem clientem* cum Lovel. 3. legendum esset. Sed jussus est Aebutius migrare *ad consulis clientem*, partim ut ibi ab insidiis Bacchanali initiatorum tutus lateret, partim ut index in potestate foret: ob quas causas etiam consulis socrus partem aedium Hispalae vacuam fecit. Mox *Itaque cum indices* Lov. 5. et edd. vett. Vide ad 21, 53, 7. *Ita* Frob. anno 1535. substituit, probantibus eam lectionem omnibus ceteris codd. *Ita quum ambo indices in potestatem essent* Lov. 3. Vide ad 2, 14. 4. Praeterea *refert* Harl. Male. V. ad 21, 6, 5.

Omnibus ordine expositis] Male jamdudum hic interpungi, *rà ab se* ostendunt. Scribe: *rem ad senatum defert, omnibus ordine expositis, quae delata primo, quae deinde ab se inquisita forent. Patres pavor ingens cepit.* J. FR. GRON. Gronovii interpunctionem admisi. Olim ita distinguebatur *defert. Omnibus ordine* etc. *forent, Patres pavor* etc.

Digitized by Google

extemplo translatae, et familia arcessita. et Aebutius migrare ad consulis clientem jussus. Ita quum indices ambo in potestate essent, rem ad senatum Postumius defert, omnibus ordine expositis, quae delata primo, quae deinde ab se inquisita forent. Patres pavor ingens cepit, quum publico nomine, ne quid eae conjurationes coetusque nocturni fraudis occultae aut periculi inportarent, tum privatim suorum quisque vicem, ne quis adfinis ei noxae esset. Censuit autem senatus, gratias consuli agendas, quod

Quae deinde ab se iniquisita forent] Pall. uterque, et vet. ed. *ab se investigata forent*. quod reor recipiendum. GEBH. Non aliter legunt omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *inquisita* ex cod. Mog. probavit. *Illud* autem *investigata* Gronov. in pr. ed. notarum probasse videtur; sed notam recte in altera ed. omisit. est enim potius natum vel ex glossa, vel ex §. seq. ubi idem verbum iterum adhibetur.

§. 4. *Quum publico nomine, quid eae conjurationes*] Melius legitur, *ne quid eae conjurationes*. GELEN. Solum τὸ *ne* desideratur in vet. ed. At Pall. *publico nomine quid esse conjurationes coetusque nocturni fraudis occulte aut periculum importarent*. GEBH. *tum publico nomine* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. V. ad 6, 23, 3. Praeterea vocula *ne*, recte a Gelenio addita, abest ab omnibus nostris. Sed eam hausit praecedentis dictionis syllaba finalis. V. Cel. Burm. ad Suet. Caes. 24. Deinde *eae conventiones* Lov. 4. Tum *periculum* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. De verbo *inportare* eo sensu, quo Livius hic adhibet, vide Cel. Burm. ac Gudium ad Phaedr. 1, 38, 6.

Tum privata quisque suorum vice] Melius legitur *tum privatim suorum quisque vicem*. GELEN. Bene Gelenius *vicem*, pro *vice*, ut et nos l. 1, [9, 15. et 25, 6.] restituimus. Sed vide, possitne ad haec verba intelligi *metuere*, aut quid tale? Secus scribendum *quemque*: nam ita cohaeret: *Patres pavor cepit, cum publico nomine, tum privatim suorum quemque vicem*. J. FR. GRONOV. *tum privata suorum quisque vice* Voss. Lov. 1. 5. 6. *tum privatim suorum quisque vice* Lov. 2. et Gaertn. Reliqui emendationem Gelenii firmant. Ceterum idem, quod Gronovio visum est, etiam Crevierio in mentem venit, vel supplendum esse *metuere coepit*, vel legendum esse *quemque*. Contra Clariss. Cortius ad Sallust. Catil. 30, 6. docens ex nominibus per syllepsin verba adsumi, ejus probandi causa hunc locum laudavit, in quo ex praecedenti *pavor* intelligendum ad has voces putat *pavere*, vel *metuere*.

Ne quis adfinis ei noxae esset] Pall. et vet. ed. *ne quis affinis noxiae esset*. GEBH. *adfinis eorum esset* Voss. et Lov. 1. ac 6. *adfinis [illegible] esset* Lov. 2. 3. *adfinis noxiae esset* Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque,

Digitized by Google

eam rem et cum singulari cura, et sine ullo tumul-
6 tu investigasset. Quaestionem deinde de Bacchana-

Gaertn. Hearnii L. 1. et editi ante Aldum, qui, praeeunte cod. Mog. *ei noxae* adscivit. Vide ad 2, 54, 10. Idem etiam Aldus ejusdem Msti Mog. auspicio §. seq. vocem *ullo*, quae ab omnibus scriptis, et edd. prioribus exsulabat, in contextum adoptavit.

§. 6. *Extra ordinem consulibus*] Sic quoque cap. 16. De Italorum conjurationibus adversus populum Romanum, defectionibusque ad hostes, et aliis criminibus, quaestiones ex senatusconsulto, nulla facta mentione rogationis tribuniciae, decretas fuisse, multis locis prodit Livius. Vide 9, 26. 10, 1. 28, 10. 29, 36. 30, 36. 31, 12. 32, 26. 40, 37. 43. Quibus omnibus confirmatur, quod scribit Polyb. 6, 11. *Delicta in Italia admissa, quae publica animadversione digna essent, v. g. proditiones, conjurationes, veneficia, caedes dolo malo factas, ad cognitionem senatus pertinuisse.* Ante quaestiones perpetuas factas earum de criminibus civium decernendarum non una ratio fuit. Nam, interdum a populo, interdum a senatu decretas fuisse, exempla ostendunt. Summum in ea re fuisse jus populi, non dubium est. Apud Livium 26, 33. M. Atilius in senatu dicit, *per senatum agi de civibus Romanis injussu populi non posse:* ideoque a tribunis plebis ex senatusconsulto ad plebem latum fuisse, ut senatui sententiae de civibus dicendae jus fieret. Quemadmodum igitur senatui de civibus statuendi jus non erat, ita de capite civis quaestiones decerni, nisi a populo, non poterant; a quo propterea *quaestores constitutos, qui rebus capitalibus praessent, eosque quaestores parricidii appellatos fuisse*, auctor est Pomponius in l. 2. §. 23. D. de Orig. Jur. Et hoc sine dubio est, quod eodem libro cap. 14. dicit Polybius: *senatui non esse jus gravissimas et maximas quaestiones exercendi, et in crimina capitalia adversus rempublicam animadvertendi, nisi senatusconsultum confirmasset populus.* Ejus rei autem hanc rationem fuisse, ex Livio intelligi potest, ut tribuni plebis ex senatusconsulto ad plebem de quaestionibus criminum ferrent, et plebs vel ipsa, quos vellet, quaestioni praeficeret, vel senatus arbitrium, quem is quaerere vellet, faceret. Ita quum, M. Postumio ab exercitu lapidibus obruto, tribuni militum consulari potestate per senatum quaestionem de caede collegae decernerent, tribuni plebis intercesserunt, ac deinde ipsi *ex senatusconsulto* de quaestione Postumianae caedis ad plebem tulerunt, et ut ea praeficeret quaestioni, quem vellet; a qua consulibus id negotium mandatum est. Liv. 4, 50. 51. Et rogatione Petillia quaestio de pecunia ab Antiocho capta, et in aerarium non relata, decreta, et senatui permissum est, quem praetorum, qui tunc essent, eam rem quaerere vellet. 38, 54. Quam rogationem etsi *ex senatusconsulto* latam fuisse non addit Livius, tamen non improbabile est. Nam eodem modo, quum M. Popillius senatusconsulto de reddenda Liguribus Statiellis libertate non pareret, tribuni plebis *ex auctoritate senatus* rogationem tulerunt, ut quaereretur de eo, cujus dolo malo Ligures in servitutem venissent, et in libertatem restituti non essent, et ut senatus juratus decerneret, qui eam

Digitized by Google

libus sacrisque nocturnis extra ordinem consulibus mandant: indicibus, Aebutio ac Feceniae, ne fraurem quaereret animadverteretque. 42, 21. Idem de hoc loco non obscure colligitur: nam quum senatus *consulibus quaestionem de Bacchanalibus sacrisque nocturnis*, qua noxa multi cives contacti erant, *extra ordinem mandasse* dicitur, eo ipso significatur, aliam fuisse ordinariam illius rei rationem. quae cujusmodi fuerit, si non ea fuit, quam ex Livio ostendi, non facile dici posse puto. Quod autem senatus sibi in hac re jus populi sumsisse videtur, fortassis tribunis plebis concedentibus, et de summo jure populi in tam praesenti discrimine remittentibus, factum fuit; vel quia res, ut dicunt consules, *ad summam rempublicam spectabat*, et metuebatur, *ne quid eae conjurationes coetusque nocturni fraudis occultae aut periculi importarent*; illo extremae necessitatis senatusconsulto, *viderent consules, ne quid respublica detrimenti caperet*; ut in conjuratione M. Manlii apud Livium 6, 19. Quod quaestiones etiam a senatu decretas dixi, itidem certis Livii testimoniis comprobatur. *De pecunia non relata in publicum*, jam olim senatui jus fuisse quaerere, constat ex lib. 38, 54. Nam ibi Mummii tribuni plebis, rogationi Petilliae intercedentes, dicunt, *senatum quaerere de pecunia non relata in publicum* (*peculatum* vocat Livius ibid. cap. 55.) *ita ut antea semper factum fuisset, aequum esse*. *Veneficii*, quod in urbe propiusve urbem decem millibus passuum commissum esset, quaestionem ex senatusconsulto C. Claudio praetori peregrino decretam scribit 40, 37. et P. Mucio praetori urbano ibid. cap. 44. *De pecunia* a praetoribus Hispaniae *capta*, id est, *de repetundis*, Canulejum praetorem ex senatusconsulto jussum quaerere 43, 2. ac denique A. Manlium Torquatum praetorem, cui Sardinia provincia obvenerat, *ad res capitales quaerendas ex senatusconsulto* retentum 45, 16. Quod de peculatu senatus, non populus, quaeri jubebat, hanc rationem habere potuit; quod, auctore Polybio 6, 2. aerarium in potestate senatus erat, et omnis cura illius ad senatum pertinebat: cujus jus quum primo defendissent Mummii, dein auctoritate Catonis, inimicissimi Scipionibus, deterriti, ne rogationi Petilliae, quae adversus L. Scipionem ferebatur, adversarentur, prodiderunt et imminui passi sunt. Veneficium autem non ex eo genere criminum erat, quae directo adversus rempublicam commissa existimabantur, ut ea, de quibus populus quaestiones decernebat. Ob quam causam quum in prima quaestione de veneficiis 8, 18. neque rogationis tribuniciae, neque senatusconsulti mentio fiat, eam neque a populo, neque a senatu decretam, sed matronas veneficias ab aedilibus apud populum accusatas credo, ut matronas probrosas 10, 1. et 25, 2. pecuarios 33, 42. et foeneratores 35, 41. Quo jure autem senatus praetores de repetundis et de rebus capitalibus, quo nomine multa crimina, etiam directo adversus rempublicam admissa, comprehendi possunt, quaerere jusserit, non invenio. Nam quod quis putet dici posse, de his rebus itidem, ut de illis, de quibus supra ex Livio dixi, ante ad populum latum, ab eoque senatui arbitrium, quem de iis quaerere vellet, relictum fuisse, ad-

Digitized by Google

di ea res sit, curare, et alios indices praemiis invi-
7 tare jubent. sacerdotes eorum sacrorum, seu viri seu feminae essent, non Romae modo, sed per omnia fora et conciliabula conquiri, ut in consulum po-

modum infirmum est, quum nihil in Livio legatur, e quo id colligi possit. DUKER.

Consulibus mandat, etc. *curare, et alios indices praemiis invitare jubet*] Pal. prior *et alios illicere praemiis invitare jubent.* Alter *et in alios inlicere praemiis invitari jubent.* Vet. ed. *et alios illicere ac praemiis invitari jubent.* GEBHARD. Primum vetus lectio *mandavit* et *jubent.* Magunt. *mandant* et *jubet.* Scribe igitur *mandant* et *jubent.* Quae mutarunt, quia praecessit *senatus*: at id collectivum est, et multos complectitur senatores: itaque persaepe Livius, quum illo vocabulo incepisset, in pluralia desinit, ut superius annotatum. Lib. 24, [22.] *Senatus inde haberi coeptus est, quod sicut regnante Hierone manserat publicum consilium, ita post mortem ejus nulla de re neque convocati, neque consulti fuerant.* Sic emendandum hoc libro cap. 47. *Obsidem enim se animum ejus habere, etsi patri corpus reddiderint.* Intelligitur enim τὸ *Patres*: et ideo mox *missuros.* At quia superius, *ut maxime vellet senatus*, putaverunt necesse esse, ut fieret *reddiderit.* Lib. 26, [21.] *Exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non devectus ex provincia esset, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia.* Deinde *alios indices* debemus Moguntino. Sed nostri scripti, ut antea impressum erat, *curare, et alios illicere, ac praemiis invitare.* Quod mihi sincerius. Ex *inlicere* fecerunt *indices*, quibus grave fuit ad vocem *alios* ex praecedentibus *indices* intelligere. Lib. 22, [33.] *Legati et ad Philippum regem, et alii in Ligures missi.* Caesar 5. B. Gall. [45.] *Statim nuncium in Bellovacos ad M. Crassum quaestorem mittit*, etc. Et superius eodem libro [cap. 11.] *Itaque ex legionibus fabros deligit, et ex continenti alios arcessi jubet.* Suet. Aug. 49. *Classem Misseni, et alteram Ravennae.* Tiber. cap. 37. *Cohortem ab urbe, et aliam a Cottii regno.* J. FR. GRON. Vox *consulibus* male exsulat ab omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. N. et vett. edd. Eam Aldus, auspice cod. Mog. Livio restituit. Tum *mandant* et *jubent* omnes iidem libri. Pro quo quum Moguntini *mandavit* et *jubent* edidissent, et se in cod. suo *mandant* et *jubet* invenisse monuissent, Aldus *mandat* et *jubet* edi curavit. Sed ejus loco recte Gronov. *mandant* et *jubent* vindicavit. Vocem *senatus*, ut conlectivum, cum verbo plurali construi, vidimus ad 4, 58, 4. Et quidem nomini conlectivo in primo membro verbum singulare, in altero plurale jungi, dictum est ad 36, 39, 9. Deinde *et alios illicere*, (*ilicere* legit Harl. *inlicere* Mead. ambo) *praemiis invitari* omnes nostri, praeter Lov. 5. qui cum edd. antt. legit *et alios illicere ac praemiis invitari.* Qui *et alios illicere ac praemiis invitare* legunt, et, ut Crevier. fecit, in contextum etiam admittunt, diversorum codd. lectiones jungunt; nam *illicere* ex fide multorum, τὸ *ac* ex uno

Digitized by Google

potestate essent. edici praeterea in urbe Roma, et per totam Italiam edicta mitti, *Ne quis, qui Bacchis initiatus esset, coïsse aut convenisse caussa sacrorum velit, neu quid talis rei divinae feciſſe.* ante omnia, ut quaestio de his habeatur, qui coïerint, conjuraverintve,

vel nullo cod. *invitare* auctoritate Mog. receperunt. Videant igitur, qua levitate recusent testimonium Mſti, quod mox recipere ac probare cogantur; et insuper dicant, quid differant *illicere* et *praemiis invitare.* Mihi cod. Mog. lectio praeferenda videtur; neque offendor repetitione vocis *indices*, quia paullo ante *indicibus* praeceſſit. Livium enim a repetitione vocum, quas modo usurpavit, non abhorruisse, vidimus ad 1, 3, 9. Vide etiam, quae notantur ad Epit. Liv. 115.

§. 7. *Sacerdotes eorum sacrorum*] Ultima vox perperam deeſt in Harl. Infra hoc cap. *Imperarunt, ut sacerdotes ejus sacri omnes conquirerent.* et cap. 17. *Eos maximos sacerdotes conditoresque ejus sacri esse.*

Edici praeterea in urbe Roma, et per totam Italiam edicta mitti] Libri omnes *edici praeterea et in urbe Roma.* GEBH. Eadem lectio obvia fuit in Voſſ. Lovel. 4. 6. Harl. et Mead. utroque. *in urbe Romana* Lov. 2. V. ad Epit. Liv. 49. *et in urbe Romana* Lov. 5. et edd. ante Frob. qui anno 1535. vulgati auctor exſtitit. Deinde *et per totam Italiam emittit* Mead. 1. *et per totam Italiam emitti* Voſſ. Lovel. sex, Harl. Mead. 2. et edd. antt. *et per totam Italiam mitti* Gaertn. quod Gronov. priori ed. notarum in scriptis et prioribus editis esse testatur, nec, quin ab auctore sit, dubitabat, provocans ad illa, quae notavit 8, 22. Sed rectius omnia illa iteratis curis omisit, tacite probans receptam lectionem, quam Aldus ex cod. Mog. adscivit.

§. 8. *Aut convenisse causſa sacrorum velit, neu quid talis rei divinae] sacrorum causſa* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. Tum *ne quis talis rei* Voſſ. et Lov. 1. ac 6. *ne quid talis rei* Lov. 3.

Ante omnia, ut quaestio de his habeatur, qui coïssent conjurassentve] Libri omnes *ante omnia, dum quaestio de his habeatur, qui coïssent conjuraſſentque.* GEBH. *dum quaestio de his habeatur* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *dum quaestio de his habebatur* Lov. 3. *dum quaestio de his haberetur* Lov. 5. et edd. vett. ante Aldum, vulgati auctorem, quum Moguntini se in cod. suo invenisse notaſſent *ut quaestio de iis habeatur.* Praeterea *conjuraſſent* Lov. 1. *conjuraſſentque* Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Harl. Gaertner. Hearnii L. 1. et edd. vett. *coïerint conjuraverintve* cod. Mog. quod Aldus in contextum recepit, et reliqui servarunt usque ad Gronov. *qui coïssent conjuraſſentve* edidit, priori lectione revocata, nisi quod *ve* pro *que* ex cod. Mog. servarit. Ego contra in reliquis etiam iisdem membranis adhaereo. Ceterum recte Crevierius monuit, haec verba esse senatusconsulti, non edicti; et hinc diverso formarum typographicarum charactere, quod fecit, edenda esse. Nec offendere debere orationis struendae mutationem, quod reliqua

Digitized by Google

quo ſtuprum flagitiumve inferretur. Haec senatus
9 decrevit. Consules aedilibus curulibus imperarunt, ut sacerdotes ejus sacri omnes conquirerent, comprehensosque libero conclavi ad quaeſtionem servarent; aediles plebis videre, ne qua sacra in oper-

senatusconsulti capita per infinitivum, hoc per particulam *ut*, efferuntur; id enim Livio frequens eſſe, adductis locis ex 35, 5. et 10, 43. Verum de hac re mox videbimus ad §. 9.

§. 9. *Libero conclavi ad quaeſtionem servarent*] *conservarent* Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo *servarent* dedit Frob. anno 1535. cum eo autem faciunt reliqui codd. noſtri. Paullo ante vox *curulibus* deeſt in Lov. 2. *ut* in Lov. 3. quae elisa eſt ab ultimis literis vocis praecedentis. V. ad 37, 24, 13.

Aediles plebis videre, ne qua sacra in operto fierent] Forte *aediles plebis viderent*. J. FR. GRON. V. ad 25, 1. DUK. *videre* omnes noſtri: neque Gronovium, cur mallet *viderent*, aliam cauſſam habuiſſe puto, quam quod modo praeceſſit *imperarunt*, *ut conquirerent*. Verum solet Livius hac ratione conſtructionem variare, ut poſt *jubere*, *imperare*, *decernere*, *censere*, *placere*, ac similia verba subjungat in primo membro verbum infinitum, in altero verbum infinitum resolvat per *ut*, vel *quod*, et contra. Hujus moris pluscula exempla notabo. Ita 2, 34, 11. *Audeo dicere, hoc malo domitos ipsos potius cultores agrorum fore, quam ut armati per secessionem prohibeant.* 3, 32, 6. *Placet creari decemviros sine provocatione, et ne quis eo anno alius magiſtratus esset.* 5, 25, 6. *Enimvero, illud se tacere, suam conscientiam non pati, quod ex ea tantum praeda, quae rerum moventium sit, decuma designetur; urbis atque agri capti mentionem nullam fieri.* ubi vide Cl. Duker. 21, 49, 7. *Missi legati tribunique, qui suos ad curam cuſtodiae intenderent; ante omnia Lilybaeum teneri.* 31, 44, 4, *Plebsque scivit, ut Philippi ſtatuae* etc. *tollerentur.* etc. *Loca quoque* etc. *deteſtabilia esse.* 33, 31, 11. *Decretum eſt, Corinthus redderetur, Chalcidem ac Demetriadem retineri.* 35, 6, 6. *Nunciarent, senatum* etc. *potius, quam Q. Minucius a bello integro avocaretur, interregnum iniri paſſurum.* 36, 40, 4. *Multo majus esse, quod tantum numerum Gallorum ceciderit; plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum caesum.* 38, 35, 9 *Comparare inter se aut sortiri jussi, et novos exercitus scribere, et ut sociis Latini nominis quinu dena millia peditum imperarent.* 40, 30, 4. *M. Fulvium* etc. *ad caſtra hoſtium speculatum misit, quam proxime ad vallum succedere jussum, ut viseret, quanta eſſent, pugna abstineret, reciperetque sese.* ubi vide. 41, 15, 11. *Manere cum eodem imperii jure in Hispania jussi, et ut in supplementum his tria millia* etc. *mitterentur.* 42, 31, 6. *Ad classem ire placuit, utque ibi recognoscerent socios navales.* cap. 39, 6. *Vel cum tribus venire jubebant, vel, si tantum agmen traduceret, obsides daret.* cap. 66, 2. *Primum omnium fuerat, ut, contentus fortuito succeſſu*, etc. *non teneret tempus* etc. *secundum*, etc.

Digitized by Google

to fierent. Triumviris capitalibus mandatum eſt, ut vigilias disponerent per urbem, servarentque, ne qui nocturni coetus fierent; utque ab incendiis caveretur, adjutores triumviris quinqueviri uti cis Tiberim suae quisque regionis aedificiis praeeſſent.

dum liceret intacto, abire. Pariter Cic. 13. ad Fam. 29. *Hoc mihi velim credas; si quid fecerim hoc ipso in bello minus ex Caesaris voluntate, id feci aliorum consilio*, etc. *quod fuerim moderatior, id me fecisse maxime auctoritate Capitonis.* Salluſt. Jugurth. 25. *Fuere, qui exercitum in Africam mittendum censerent*, etc. *de Jugurtha interim uti consuleretur.* V. ad 4, 41, 7. Ejusdem ferme generis sunt 2, 11, 2. *Navibus undique adcitis, et ad cuſtodiam*, etc. *et ut praedatum milites trans flumen trajicerent.* 27, 33, 9. *Cura Patres populumque inceſſit consules primo quoque tempore creandi, et ut eos potissimum crearent.* ubi vide Cl. Duker. 35, 33, 8. *Quo arceſſeretur Antiochus ad liberandam Graeciam, disceptatumque.* ubi vide Gronov. 38, 40, 10. *Poſtquam primos superasse angustias viderunt, poſtremos nondum adpropinquantes.* Vide Cortium ad Salluſt. 1. Hiſt. in orat. Lepid. 23. Simile quid in nominibus eorumque diversa conſtructione obtinere, vidimus ad 38, 39, 10. Praeterea *aedilibus plebis* Lov. 3. quomodo forte datum eſt, quod *aedilibus curulibus* praeceſſit. Sed vide ad §. seq. Dein *in aperto* Voſſ. et Lov. 1. *nisi in aperto* Lov. 6. errore scribarum, qui paſſim commutarunt *apertus* et *opertus*. Supra 23, 10, 7. N. Heins. ad Claud. 1. de Rapt. Proserp. 172. Broukh. ad Propert. 4, 8, 78. Barth. ad Statii 8. Theb. 110. et Bentl. ad Hor. 1. Sat. 2, 86. Similiter *aperire* et *operire*. V. ad 1, 56, 8. *adapertus* et *adopertus*. V. ad 5, 21, 8.

§. 10. *Utque ab incendiis caveretur*] Omnes *utique ab incendio cavebatur*. GEBH. *undique ab incendiis* Lovel. 3. *utique ab incendiis* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. Sed Aldus *utque* ex cod. Mog. dedit. Dein *caverent* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Paullo ante *servarent*, *ne qui* Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. Tum *fierent coetus* Lov. 3. et 6. *Tò fierent* non adparet in Voſſ.

Adjutores triumviris quinqueviri, uti cis Tiberim suae quisque regionis aedificiis praeeſſent] Non exſtat verbum, ad quod referatur vox illa *adjutores*; neque enim a superiore *mandatum eſt*, regi poteſt. Suspicor igitur legendum ita, *adjutores triumviris quinqueviri dati, uti cis Tiberim.* Creavit autem errorem librario vox *uti*, quae sequutura erat, poſt *dati*, atque earum alteram ob similitudinem, ut fit, praetermisit. Sic lib. 40, [38.] *Poſtulantibus tamen iis, quinqueviri ab senatu dati.* SIGON. *Tò dati* ab Sigonio infarctum in nullo codicum comparet. GEBH. Sic [*quinqueviri dati, uti cis Tiberim*] Sigonius, quum in scriptis editisque omnibus desideraretur *tò dati*, nec eſſet verbum, quo referretur vox *adjutores*. Minore licentia *tò uti* mutabimus in *dati*: ut scripserit Livius: *adjutores triumviris quinqueviri dati cis Tiberim*

Digitized by Google

1 XV. Ad haec officia dimissis magistratibus, consules in Rostra escenderunt; et, concione advocata, quum sollemne carmen precationis, quod praefari, priusquam populum adloquantur, magistratus solent, 2 peregisset consul, ita coepit: *Nulli unquam concio-*

suae quisque regionis aedificiis praeessent. Nam quod videtur deesse *ut*, commode repetimus intellectum ex praecedente *ut vigilias.* J. FR. GRON. *Quinqueviros* hos raro a veteribus memorari, indicio est, quod viri docti ad Pompon. l. 2. §. 31. D. de Orig. Jur. solum hunc locum proferre potuerunt, in quo eorum mentio facta sit. Pomponius de iis loquitur, tamquam de magistratibus ordinariis; nec ex Livio apparet, tum subito creatos fuisse. Sed hoc interest, quod Livius significat, curam eorum tantum ad regiones *cis Tiberim* pertinuisse, Pomponius *cis et ultra Tiberim. Quinqueviri*, A. V. IDXLI. muris turribusque reficiendis creati 25, 7. extraordinarii sive curatores sive magistratus fuerunt. DUK. Supra 33, 43. *P. Manlius in Hispaniam citeriorem adjutor consuli datur.* Verum, neque addito *dati*, neque *uti* in *dati* mutato opus esse, recte existimat Doujatius: ita tamen delenda est minor interpunctio post vocem *quinqueviri.* Referendum autem est ad praecedens *mandatum est*; quod fieri non posse Sigonius existimabat. Verum in Liviana lectione versato displicere non poterit, quum praecesserit, *mandatum triumviris, ut disponerent*, nunc subjungi *mandatum, ut quinqueviri praeessent.* Nam eodem modo paullo ante hoc capite, postquam dixisset Livius, *aedilibus curulibus imperarunt, ut conquirerent*, infert, *Imperarunt, aediles plebis videre.* Deinde *adjutores triumviris* similiter dictum est, atque *amicus populo Romano, collega consulibus*, et plura alia, de quibus vide ad cap. 47, 11. Ceterum *isti*, pro *uti*, Lov. 2. *ut hi*, vel *ut hii* Voss. Lov. 1. 3. 6. Gaertn. et Victor. apud Crevierium, cui illud *uti* sic positum suspectum est; pro eo vero legendum putat *uls et cis Tiberim*, atque illud *uls* inlustrat ex Varr. 4. Ling. Lat. pag. 22. *Quum ideo sacra et uls et cis Tiberim non mediocri ritu fiant.* Adde Fest. 5. *Citimus. Citimus extremus. Uls enim facit ultra, ultimus: cis, citra, citimus*, et voce *Uls. Uls Cato pro ultra posuit.* Similiter etiam Matth. Aegyptius ad SC. de Bacchan. pag. 114. *Uti cis et ultis*, vel *uls, Tiberim* ex Pompon. l. 2. §. 31. D. de Orig. Jur. Deinde quum *triumviri* et *quinqueviri* hic memorentur, et *suae quisque regionis aedificiis* praeesse jubentur, vel Livii locum mendosum putat, vel ex eo patere, hac tempestate aut quinque, aut octo urbis regiones fuisse. Ut tamen alterutrum statuamus, nulla nos subigit necessitas. Vel enim Livius indicat, hos octo non simul universae urbis curam nocturnam accepisse, sed unicuique suam adsignatam esse partem, non habito tamen respectu ad *regiones* ita proprie dictas, in quas urbs erat divisa. Eo enim sensu *regio* pro qualibet parte urbis usurpari, vidimus ad 26, 9, 9. et cap. 25, 8. Vel forte, quum urbem eo tempore in quatuor regiones divisas fuisse verisimile sit, unicuique regioni curandae duo ex quinqueviri,

Digitized by Google

*ni, Quirites, non solum apta, sed etiam necessaria, haec sollemnis Deorum comprecatio fuit; quae vos admoneret, hos esse Deos, quos colere, venerari, precarique majores vestri instituissent: non illos, qui pravis et externis religionibus captas mentes, velut furialibus stiris ac triumviris praefecti sunt; quemadmodum contra cuilibet ex septem cohortibus vigilum sub Augusto, qui urbem in quatuordecim regiones divisit, duae regiones adtributae sunt.

§. 1. *Consules in Rostra escenderunt*] Ita Gronovius edidit, quum omnes antiquiores vulgarint, *ascenderunt*, quod tantum in uno Lov. 5. qui ubique editis adsentitur, inveni. *consederunt* est in Lov. 6. *conscenderunt* in Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. *descenderunt* in Voss. et Lov. 1. quomodo saepe alibi librarii pro *escenderunt* scribere soliti fuere. *escenderunt* autem superfuisse videtur in Mead. 2. Lov. 4. et Gaertn. ex quibus nihil in excerptis notatum video, licet conlati sint cum editione eam lectionem praeferente. De hoc verbo v. ad 2, 28, 6. et 29, 11, 5. Paullo ante *divisis*, pro *dimissis*, perperam Gaertn. V. ad 37, 45, 19.

Quum sollemne carmen precationis, quod praefari, priusquam populum adloquantur, magistratus solent, peregisset consul, ita coepit] Pall. *quod fari, priusquam* etc. qui et τὸ *solent* omittunt. GEBH. *q. s. c. precationesque fari, p. p. alloquantur* (*alloquerentur* Voss.) *magistratus* (*magistratibus* Lov. 1. ea vox deest in Gaertn.) *peregisset* (*peregissent* Gaertn.) *consul ita coepit* Voss. Lovel. 1. et Gaertn. *q. s. c. precationis, quod fari solent, p. p. alloquantur magistratus, peregissent, consul tum coepit* Lov. 3. *q. s. c. precationes, quae, quas fari solent, p. p. alloquantur magistratus peregissent, consul ita coepit* Lov. 6. *solent* deest in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque. *fari* autem pro *praefari* exhibent etiam Lov. 4. 5. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et edd. vett. usque ad Moguntinos, qui *praefari* ex cod. suo admiserunt. Et recte. Supra 5, 41. *M. Fabio pontifice maximo praefante carmen.* Et ita *praefatio* 45, 5. *Quum omnis praefatio sacrorum eos, quibus non sunt purae manus, sacris arceat.* Suet. Claud. 25. *Cum regibus foedus in foro icit, porca caesa, ac vetere fecialium praefatione adhibita.* Plin. 7. H. Nat. 26. *Triumphi vero, quem duxit ante diem tertium Kalendas Octobres, M. Messala, M. Pisone consulibus, praefatio haec fuit.*

§. 2. *Nulli umquam concioni, Quirites, tam non solum apta*] Membranae, omisso τῷ *tam*, legunt, *Nulli umquàm concioni, Quirites, non solum apta.* Egregie. MOD. Libri omnes, *Nulli umquam contioni quidem tam non solum apta*, ubi tamen Modius elegantius censet abesse τὸ *tam*. GEBH. *quidem* etiam Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Mead. 2. Hearnii L. 1. et vett. edd. *et quidem* Lov. 2. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Recte. Aldus ejus deo *Quirites* ex cod. Moguntino mente adscivit. eodem vero Mso praeeunte etiam voculam *tam* delevi.

Quos colere, venerari, precarique majores vestri instituissent] *precari, venerarique* Lov. 6. *venerari, precari*, omissa particula

Digitized by Google

mulis, ad omne scelus et ad omnem libidinem agerent. 4 *Equidem, nec quid taceam, nec quatenus proloquar, invenio: si aliquid ignorabitis, ne locum neglegentiae dem; si omnia nudavero, ne nimium terroris obfundam* 5 *vobis, vereor. quidquid dixero, minus, quam pro atrocitate et magnitudine rei, dictum scitote esse. ut ad ca-* 6 *vendum satis sit, dabitur opera a nobis. Bacchanalia tota jam pridem Italia, et nunc per urbem etiam multis locis esse, non fama modo accepisse vos, sed crepitibus etiam ululatibusque nocturnis, qui personant tota urbe,*

copulante, Voss. Lov. 2. et Harl. quod satis stilum Livii sapit; qui saepius plura verba sine conjunctione proferre solet. Infra cap. 17. *Ne quis reciperet, celaret, ope ulla juvaret fugientes.* V. ad 2, 54, 4. 8, 33, 19. 9, 22, 6. 10, 21, 3. 22, 60, 10. 27, 43, 8. 28, 28, 9. aliisque locis. Tum *vestri* deest in Gaertn. *nostri* legunt Voss. Lovel. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. et edd. vett. pro quo *vestri*, jubente cod. Mog. dedit Aldus, consentientibus reliquis scriptis. V. ad 34, 2, 2. Mox §. seq. *ad omne scelus, ad omnem libidinem*, omissa iterum conjunctione, Lovel. 6.

§. 4. *Nec quid taceam, nec quatenus proloquar*] *ne* pro *nec* priori loco Voss. posteriori Harl. praeferunt. *non quid taceam* Lov. 6. *nec qui taceam* Lov. 4. Mead. 2. et Gaertn. Tum *praeloquar* Voss. *loquar* Lov. 3. Sed *proloqui* supra 4, 2. *Audeat Gaulesius in senatu proloqui, se delectum liberi prohibiturum.* 23, 5. *Malibus ex humanorum corporum struc faciendis, et (quod proloqui etiam piget) vesci humanis corporibus docuisse.*

Locum neglegentiae dem: si omnia nudavero, ne nimium terroris obfundam vobis] *locum negligentiae; deinde si omnia* Voss. et Lovel. 2. ac 6. *locum negligentiae, dein si omnia* Lov. 3. Mead. 1. et Gaertn. Tum *effundam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. et edd. vett. usque ad Moguntinos, qui *offundam* dedere; quod etiam superest in Lov. 4. et Mead. 2. Proxime accedit Gaertner. *effundam* perperam praeferens. De verbo *obfundere* v. ad 33, 7, 8. *To vobis* exsulat a Voss.

§. 6. *Non fama modo accepisse vos, sed crepitibus etiam ululatibusque*] *non fama sōlum* cod. Mog. *non fama modo vos accepisse* Gaertner. Tum *crepitibus, etiam ululatibus* Harl. *crepitibus et ululatibus* Lov. 2. *crepitibus ululatibusque* Gaertn. Si quid mutandum, mallem *strepitibus etiam ululatibusque.* Vide infra hoc cap. ad §. 9. Paullo ante *tota pridem Italia* Lov. 2. et Harl. Supra 3, 62. *Et ipsi, jam pridem avidi certaminis, procedunt.* Deinde *per urbem multis locis* Lov. 3. et Hearnii L. 1.

Ceterum, quae ea res sit] Libri omnes *quae haec res sit.* GEBH. Vulgatum Aldus auctoritate cod. Mog. admisit, quum antea ederetur *quae haec res sit*; quomodo legunt omnes nostri, nisi quod

Digitized by Google

certum habeo; ceterum, quae ea res sit, ignorare. alios 7
Deorum aliquem cultum, alios conceſſum ludum et la- 8
sciviam eſſe credere, et, qualecumque sit, ad paucos per-
tinere. Quod ad multitudinem eorum adtinet, si dixe- 8
ro, multa millia hominum eſſe, illico neceſſe eſt, exter-
reamini; nisi adjunxero, qui qualesque sint. Primum 9
igitur mulierum magna pars eſt, et is fons mali hujusce
fuit: deinde simillimi feminis mares, ſtuprati et conſtu-
pratores, fanatici vigiles; vino, ſtrepitibus, clamoribus-
que nocturnis adtoniti. Nullas adhuc vires conjuratio, 10

quae haec sit invenerim in Harl. *quae horesis* in Lov. 1. Mox §. seq. *credere eſſe* omnes Mſti noſtri, et edd. vett. usque ad Frob. qui anno 1535. *eſſe credere* subſtituit.

§. 8. *Quod ad multitudinem eorum adtinet, si dixero, multa millia hominum eſſe, illico neceſſe eſt, exterreamini*] Pall. et vet. ed. *Quod multitudinem eorum, si dixero, multa millia hominum eſſe, necesse eſt exterreri animos, nisi adjunxero, qui quales sint.* GEBH. *Quos multitudinem eorum si dixero* Voſſ. et Lov. 1. ac 6. a manu 1. *Quod multitudinem eorum, si dixero* Lovel. 2. 3. 4. 5. 6. a manu 2. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et typis excusi usque ad Moguntinos; qui, quod nunc vulgo exſtat, ex cod. suo subſtituerunt: iidem etiam in eo membranas suas secuti sunt, quod vocem *illico*, ab omnibus Mſtis noſtris, Hearnii L. 1. et edd. prioribus exsulantem, contextui inseruerint, et emendarint *exterreamini*, pro *exterreri animos*, ut praeferebant iidem scripti et editi; nisi quod *exterrui animos* sit in Voſſ. *extrui animos* in Lov. 1. et 6. Mox *qui quales sunt* Voſſ. *qui quales sint* Lov. 1. 2. 3. a manu 1. Lov. 4. 6. a manu 1. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *qui et quales sint* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Aldus ex cod. iterum Moguntino vulgatum adscivit.

§. 9. *Stuprati et conſtupratores, fanatici vigiles*] *ſtuprati, conſtupratores, fanatici* Mead. 2. Male. Non enim hi ut tres, sed ut duae species diversae proponuntur; alteri ſtuprati, alteri ſtupratores; de utrisque autem praedicatur, quod sint fanatici vigiles. Insuper Cl. Crevierius scribendum conjicit *fanatici, vigiliis, vino* etc. *vigiles* servant omnes codd. Paullo ante *magna pars eſt mulierum* Lov. 4. et Mead. 2. Tum *mali hujusmodi* Lov. 2. *mali hujuscemodi* Harl.

Vino, ſtrepitibus, clamoribusque nocturnis adsoniti] Pall. et vet. ed. *vino, ſtrepitibusque nocturnis.* GEBH. *ſtrepitibusque nocturnis*, una voce omissa, scripti noſtri, et edd. ante Aldum, vulgati, auspice codice Moguntino, auctorem. Insuper *crepitibusque nocturnis* Hearnii L. 1. sollemni scribarum errore. V. ad 38, 17, 4. ubi dictum etiam, *crepitum* usurpari de sonitu, quem edunt conlisa metalla, et hinc etiam arma: *ſtrepitus* vero dicitur de confuso multorum murmure. Supra 8,

Digitized by Google

ceterum incrementum ingens virium habet, quod in dies plures fiunt. Majores vestri, ne vos quidem, nisi quum aut, vexillo in arce posito, comitiorum caussa exercitus eductus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, forte temere coïre voluerunt: et, ubicumque multitudo esset, ibi

33, 2. *Silentio nequidquam per praeconem tentato, quum prae strepitu ac tumultu nec ipsius dictatoris vox audiretur.* 22, 14, 8. *Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum.* 44, 4, 9. *Clamorem et strepitum pugnantium audiret,* Hanc ob caussam forte supra cap. 8. legendum dixi, *Prae ululatibus, tympanorumque et cymbalorum crepitu.* Certe, *crepare* de cymbalis dici, docuit ὁ μακαρίτης Adolph. Lampe de Cymbalis vett. 2, 6. Similiter etiam conjeci supra hoc cap. *strepitibus etiam ululatibus, que nocturnis.* Cum adversantibus tamen de neutra emendatione contendam. Mox §. seq. *ingens* deest in Lov. 1.

§. 11. *Majores vestri, ne vos quidem, nisi quum aut, vexillo in arce posito, comitiorum caussa exercitus eductus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset*] His verbis centuriata comitia describit, et tributa, et concionem. Haec omnia aliorum auctoritate scriptorum comprobabo. Gell. lib. 15, 27. *Centuriata comitia intra pomerium fieri nefas, quia exercitum extra urbem imperari oporteat, intra urbem imperari jus non sit; propterea centuriata in campo haberi, exercitumque imperari praesidii causa solitum, quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus.* De vexillo in arce Janiculi posito, et Janiculo ipso, dum centuriata haberentur comitia, custodito scribit Dio lib. 47, [42.] In consulatu Ciceronis ita: Πολλῶν τὸ ἀρχαῖον παλεμίων τῇ πόλει προσοικούντων, φοβούμενοι μήποτε ἐκκλησιαζόντων σφῶν κατὰ τοὺς νόμους ἐπισωνται τινὲς τῇ πόλει τὸ Ἰανίκουλον καταλαβόντες, ἐνόμισαν μὴ πάντας ἅμα ψηφίσασθαι, ἀλλὰ τινὰς ἀεὶ ἐνόπλους τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐκ διαδοχῆς φυλάττειν. καὶ αὐτό, ἕως μὲν ἡ ἐκκλησία ἦν, ἐφρούρουν. ὁπότε δὲ διαλυθήσεσθαι ἔμελλε, τότε σημεῖον παθηρεῖτο, καὶ οἱ φύλακες ἀπηλλάσσοντο. οὐ γὰρ ἐξῆν, μὴ φρουρουμένου τοῦ χωρίου ἐκείνου, οὐδὲν ἔτι χρηματισθῆναι. τοῦτο δὲ ἐν μόναις ταῖς κατὰ τοὺς λόχους ἀθροιζομέναις ἐκκλησίαις ἐγίνετο, ὅτι τε ἔξω τοῦ τείχους, καὶ ὅτι πάντες οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες ἀνάγκην εἶχον ἐς αὐτὰς συνιέναι. De tributis comitiis, quod verius plebis concilium dicitur, sic Gellius eodem loco: *Qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubet, non comitia, sed concilium edicere debet. Tribuni autem neque advocant patricios, neque ad eos referre de re ulla possunt.* De concione lib. 13, 15. *Aliud est cum populo agere, aliud concionem habere. Nam cum populo agere est rogare quid populum, quod suffragio suo aut jubeat, aut vetet. Concionem habere est verba facere ad populum sine ulla rogatione.* Et Festus lib. 3, [voc. *Concio.*] *Concio conventus, qui a magistratu vel sacerdote aliquo per praeconem convocatur.* SIGON. De

Digitized by Google

et legitimum rectorem multitudinis censebant debere esse. Quales primum nocturnos coetus, deinde promiscuos mu- 12
lierum ac virorum, esse creditis? Si, quibus aetatibus 13
initientur mares, sciatis, non misereat vos eorum solum, sed etiam pudeat. Hoc sacramento initiatos juvenes mi-
lites faciendos censetis, Quirites? iis ex obscoeno sacra-

exercitu comitiorum centuriatorum causa imperato egit Gruchius 1. de Comit. Rom. 3. pag. 561. 4. pag. 590. et Refutat. ad poster. disput. Sigonii cap. 53. accuratissime Gronov. 1. Observ. 1. DUKER. *Majores nostri ne nos quidem* Lov. 3. 5. 6. Harl. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. *vestri* et *vos* recepit. V. ad 34, 2, 2. Tum *exercitus auditus* Lov. 1. *exercitus editus* Lov. 3. *exercitus edictus* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et editiones usque ad Gruterum, cujus postrema recte *eductus* adoptavit. Saepissime scribae perperam haec verba commutarunt. V. ad 2, 55, 1. 3, 20, 2. c. 41, 7. 4, 49, 9. c. 57, 9. 6, 12, 7. 7, 39, 1. et saepe alibi. Similiter *dicere* et *ducere*. V. ad 38, 43, 1.

Aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, forte temere coire voluerunt] Libri nostri multitudinis numero, *aut aliqui ex magistratibus ad contionem vocassent, coire noluerunt*. GEBH. *aliqui* etc. *vocassent* etiam scripti nostri, et editi antiqui; pro quo *aliquis* etc. *vocasset* Aldus, cod. Mog. secutus, emendavit. Dein (* vel *forte* vel *temere* delendum esse censet Burm. ad Suet. Aug. 10. et quidem ambae voces) *forte temere* desunt in Mead. 2. sed junctas has voces Livio aliisque in deliciis fuisse, patet ex illis, quae notantur supra ad 10, 43, 12. Praeterea *noluerunt* Gronov. anno 1665. edidit, quod superest in multis codd. et edd. vett. Ejus loco Aldus ex cod. Mog. dedit *voluerunt*, quod usque ad Gronov. obtinuit. Neque aliter est in Lovel. 4. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Crevierii Victor. Lectio, quam Gronov. reduxit, videtur eo colore excusari posse, Livium duplicem negationem *ne vos quidem noluerunt* pro simplici adhibuisse. Alteram cod. Mog. auctoritate nisam praefero. Voces *nolo* et *uolo* ob similitudinem literarum *n* et *u* in scriptura Longobardica saepissime confunduntur. V. ad 3, 15, 6. c. 40, 4. 4, 17, 5. c. 24, 8. c. 49, 16. 21, 50, 10. 37, 27, 3. ad Epit. Liv. 70. Gronov. 1. Obs. 15. pag. 126. et Bentl. ad Hor. 4, 4, 26. Eamdem ob causam commutantur *uetus* et *uatus*. V. ad 5, 13, 7. *index* et *iudex*. V. ad 5, 26, 6. *nonus* et *nouus*. V. ad 6, 39, 6. *canens* et *cauens*. V. ad 9, 9, 11. *nox* et *uox*. V. ad 5, 44, 6. *angere* et *augere*. V. ad 10, 14, 9. *nos* et *uos* V. ad 34, 2, 2. *enectus* et *euectus* V. ad 35, 11, 11. et similia multa. Mox vocula *et* deest in Lov. 3. in quo nec adparet τὸ *censebant*. Praeterea *esse debere* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. sed *debere* omittitur in Voss.

§. 12. *Nocturnos coetus, deinde promiscuos mulierum ac virorum esse*] *nocturnos, deinde promiscuos mulierum ac virorum conventus esse* Voss. Sed *coetus* in hac re proprium est vocabulum. 3, 48,

Digitized by Google

14 *rio eductis arma committenda? bi, cooperti ſtupris ſuis alienisque, pro pudicitia conjugum ac liberorum veſtrorum ferro decernent?*

1 XVI. *Minus tamen eſſet, ſi flagitiis tantum effeminati forent, (ipsorum id magna ex parte dedecus erat) a facinoribus manus, mentem a fraudibus abſtinuiſſent.* 2 *Numquam tantum malum in republica fuit, nec ad plures, nec ad plura pertinens. quidquid his annis libidine, quidquid fraude, quidquid scelere peccatum eſt, ex illo* 3 *uno sacrario scitote ortum eſſe. Necdum omnia, in quae conjuraverunt, edita facinora habent. adhuc privatis no-*

1. *Nocte tota coetus in urbe factos eſſe.* Supra cap. 14. *Ne quid eae conjurationes coetusque nocturni fraudis importarent.* Et iterum: *Servarentque, ne qui coetus nocturni fierent.* Ex ejus interpretatione nata eſt vox *conventus:* ex qua eadem cauſſa *convenire* pro *coire* in quibusdam codd. datum erat supra 3, 40, 7.

§. 13. *Non misereat vos eorum solum, sed etiam pudeat] non misereatur* Lov. 3. in quo poſt id verbum multa folia deerant, usque ad cap. 49, 7. verba *non pro vano.* Deinde *sed pudeat*, omiſſa media voce, Lov. 2. et Harl. V. ad 2, 6, 1. Mox *tò Quirites* deeſt in Lovel. 2. 4. 6. et utroque Mead. quemadmodum sequens *iis* in Voſſ. et Lov. 1. Praeterea §. seq. *conjugum liberorumque* legit Lov. 6.

§. 1. *Ipsorum id magna ex parte dedecus erat] ipsorum magna ex parte dedecus erit* Lov. 1. *erit* etiam Voſſ. et Hearnii L. 1. *dedecus erat, a facinoribus manus, mentem a fraudibus non abſtinuiſſe* Harl. *mentem et fraudibus abſtinuiſſent* Voſſ.

§. 2. *Quidquid his annis libidinibus, quidquid fraude, quidquid scelere peccatum eſt.*] Sex priora vocabula desunt in codd. noſtris, Hearnii L. 1. et edd. antt. quae Aldus ex membranis fidiſſimis Mog. addidit. Ter repetita vox *quidquid* librariis fraudi fuit. V. ad 9, 11, 11. Tum *scelere patratum eſt* Lov. 2. Supra 23, 8. *Si forte abeſſe, dum facinus patratur, malles.* Salluſt. Catil. 18. *Eo die pessimum facinus patratum foret.* ubi vide Cortium. An tamen unum teſtem audire satis tutum erit? Paullo ante voces *nec ad plures* ob τοῦ *nec* repetitionem a dormitante librario omiſſa sunt in Lov. 1. *nec ad praesens* earum loco datum eſt in Mead. 1.

§. 3. *Necdum omnia, in quae conjuraverunt] Nec omnia* omnes noſtri, Hearnii L. 1. et priscae edd. *Necdum* Frob. anno 1535. dedit. Infra 43, 1. *Coloniam suam novam et infirmam, necdum satis munitam inter infeſtas nationes eſſe.* V. ad 29, 11, 1. Tum *conjurarunt* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Sed v. ad 8, 18, 13. Mox *et adhuc privatis noxiis* Lovel. 1. Sed illud *et* natum eſt ex ultimis literis praecedentis vocis *habet.*

Digitized by Google

xiis, quia nondum ad rempublicam obprimendam satis virium est, conjuratio sese inpia tenet. crescit et serpit quotidie malum. jam majus est, quam ut capere id privata fortuna possit: ad summam rempublicam spectat. Nisi praecavetis, Quirites, jam huic diurnae, legitime 4 *ab consule vocatae, par nocturna concio esse poterit. nunc illi vos singuli universos concionantes timent: jam, ubi vos dilapsi domos et in rura vestra eritis, illi coïerint, consultabunt de sua salute simul ac vestra pernicie: tum singulis vobis universi timendi erunt. Optare igitur unus-* 5 *quisque vestrûm debet, ut bona mens suis omnibus fuerit.*

V. infra ad cap. 18, 8. *et adhuc privatis noxis* Lovel. 6. V. ad 2, 64, 10. *adhuc privatis noxis* Lov. 2. *a privatis noxiis* Harl. et Mead. 1. Praeterea *ad po. Romanum opprimendum* cod. Mog. sollemni scribarum errore. V. ad 38, 58, 6.

Crescit et serpit quotidie] Cicero lib. 3. in Verr. [76.] *Ita serpit illud insitum in natura malum consuetudine peccandi libera, finem ut audaciae statuere sibi ipse non possit.* At Naudaeanus *conserpit*. J. FR. GRON. *conserpit* etiam Lov. 2. Male. 34, 22. *Ne serpat latius contagio ejus mali.* 40, 19. *Id persecare novum praetorem, ne serperet iterum latius, Patres jusserunt.*

Quam capere id privata fortuna possit] Vetus lectio *quam ut capere*. GELEN. Lectio, quae ante Gelenium obtinuit, supereſt in omnibus noſtris et Hearnii L. 1. Mox *ad summam reipublicae* quidam codd, et omnes edd. ante Gronov. qui *ad summam rempublicam* legendum monuit ad 38, 50, 9. Error itaque inde ortus erit, quod per compendium scriptum fuerit *R P.* id autem quo casu efferendum foret, librarius nescierit. Alia ejus erroris exempla v. ad 10, 37, 16.

§. 4. *Nisi praecavetis, Quirites*] *praecaveritis* Voſſ. Lovel. 1. 2. 6. Harl. Gaertn. et edd. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et poſtea reliquae usque ad Aldum; qui *praecavetis* dedit ex cod. Mog. Cum eo faciunt ex noſtris Lov. 4. 5. Mead, ambo, et edd. Camp. ac Rom. anni 1472.

Dilapsi domos et in rura vestra eritis, illi coïerint] *dilapsi domus* Voſſ. Lovel. 6. et Gaertn. V. ad 3, 29, 5. Tum *et rura* Voſſ. et Gaertn. Sed vide Perizon. ad Sanctii 4, 6. num. 4. Praeterea *illi coëgerint* Voſſ. et Lov. 1. *illico hi erint* Lov. 6. *illico coïerint* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Aldus *illi coïerint* vulgavit; neque aliter reliqui noſtri, nisi quod *illa coïerint* sit in Harl. Mox *simul* deeſt in Voſſ.

§. 5. *Optare igitur unusquisque vestrûm debet, ut bona mens suis omnibus fuerit*] *unusquisque noſtrûm* Lov. 4. Harl. et cod. Mog. V. ad 34, 2, 2. *unusquisque vestrumque* Voſſ. unde suspicio nasci posset, legendum esse *unusquisque ve-*

Digitized by Google

Si quem libido, si furor in illum gurgitem abripuit, illorum eum, cum quibus in omne flagitium et facinus con-
6 *juravit, non suum judicet esse. Ne quis etiam errore labatur, vestrûm quoque non sum securus. nihil enim in*
7 *speciem fallacius est, quam prava religio. Ubi Deorum numen praetenditur sceleribus, subit animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis divini juris aliquid inmixtum violemus. Hac vos religione innumerabilia decreta pontificum, senatusconsulta, aruspicum denique responsa*
8 *liberant. Quoties hoc patrum avorumque aetate negotium est magistratibus datum, ut sacra externa fieri vetarent, sacrificulos vatesque foro, circo, urbe prohiberent, vaticinos libros conquirerent comburerentque, om-*

strûm, Quirites, debet; quia librarii saepe vocem *Quirites* in *que* mutarunt. Verum vox illa modo praecessit. Ad alterum igitur scribarum errorem refero, quo saepe illud *que* perperam addidere. V. ad 41, 23, 6. Deinde *bona mens vestris omnibus* male Voss. His enim verbis indicat Livius, unicuique civium optandum esse, ne sui insaniverint, ut locum exponit Gronov. ad Senec. 4. Controv. 25. V. etiam Cl. Duker. ad Flori 2, 6, 20.

Si quem libido, si furor in illum gurgitem] Posterius *si* deest in Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Male. Supra 7, 13. *Sicubi loco cessum, si terga data hosti, si signa foede amissa objici nobis possent.* 27, 9. *Si ulla pietas, si memoria antiquae patriae esset.* Alia exempla vide ad 3, 17, 3. Mox *judicem esse* Voss. Lov. 1. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *indicem esse* Lov. 2. *vd esse* omisit Frob. 1535. quod ed. Paris. anni 1573. revocavit, omnesque nostri tuentur.

§. 6. *Ne quis etiam errore labatur vestrûm quoque, non sum securus*] *quod*, pro *quoque*, legunt Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *quidem* Voss. Lovel. 2. 4. 5. 6. Mead. 2, Gaertner. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1535. *quoque* recepit. Verum, ea lectione admissa, interpunctio, quae nunc obtinet, servari nequit. Illam igitur mutavi.

§. 7. *Ubi Deorum numen praetenditur, celerius subit animum timor*] Lege *praetenditur sceleribus*. GELEN. A Gelenio rejecta lectio supersit in Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. at recte *praetenditur sceleribus* legunt Lov. 1. et Voss. in margine. Supra 3, 45, 1. *Legem declarare, quam Virginii amici postulationi suae praetendant.* cap. 47, 5. *Quem decreto sermonem praetenderit.* 34, 3, 8. *Quid honestum dictu saltem seditioni praetenditur.* 39, 28, 11. *Decem legatorum decretum calumniae impudentissimae praetendit.* Cic. in

Digitized by Google

nem disciplinam sacrificandi, praeterquam more Romano, abolerent? Judicabant enim prudentissimi viri omnis divini humanique juris, nihil aeque dissolvendae religionis esse, quam ubi non patrio, sed externo ritu sacrificaretur. Haec vobis praedicenda ratus sum, ne qua superstitio agitaret animos vestros, quum demolientes nos Bacchanalia discutientesque nefarios coetus cerneretis. Omnia, Diis propitiis volentibusque, ea faciemus: qui, quia suum numen sceleribus libidinibusque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt. nec patefieri, ut impunita essent, sed ut vindicarentur et obprimerentur, voluerunt. Senatus quaestionem extra ordinem de ea re mihi collegaeque meo man-

9 10 11 12

Vatin. 6. *Hominis doctissimi nomen tuis inmanibus et barbaris moribus praetendere.* Mox *aliquid mixtum* edd. princ. pro quo Froben. anno 1535. *immixtum* dedit, adstipulantibus scriptis nostris. Primam itaque syllabam secunda hauserat.

§. 8. *Quoties hoc patrum avorumque aetate negotium est magistratibus datum, ut sacra*] Hac de re scribit lib. 4, [30.] et l. 25, [1.] SIGON. Pall. *magistratibus negotium est datum, uti sacra.* GEBHARD. Similiter Lovel. 4. et Mead. ambo. *magistratibus negotium datum est, uti sacra* Lovel. 2. et Harl. *uti sacra* etiam in Voss. Lov. 6. et Gaertn.

Foro, circo, urbe prohiberent, vaticinos libros] Vide Torrent. ad Suet. Aug. 40. et ad Horat. 1. Sat. 6, 113. De libris vaticinis conquirendis dixit Livius 25, 1, 7. et 12. Adde Suet. Aug. 31. et Tacit. 6. Ann. 12. DUKER. *foro, circulo, urbe* Gaertn. *foro circa urbem* pejus Harl. et Mead. 1. Deinde *et acimos libros* Lov. 5. et ed. Camp. *et arcimos libros* Lov. 1. *et acinios libros* Lovel. 4. *echativos libros* Lov. 2. *echatimos libros* Lovel. 6. *heccatinos libros* Gaertn. *ethatinios libros* Voss. *etacinios libros* Harl. Mead. ambo, et reliquae edd. priscae, quarum nonnullae in margine conjiciunt legendum *ethnicos libros*; quod perperam Ascens. recepit in contextum, et recte Froben. anno 1531. in *vaticinos libros* mutavit. Eam enim veram lectionem esse, docent loca a Cel. Dukero ad h. loc. laudata.

§. 11. *Ut vindicarentur et obprimerentur, voluerunt*] *ut judicarentur* Harl. V. infra ad c. 47, 2. Voces *et opprimerentur* desunt in Harl. et Lovel. 2. Paullo ante *libidineque* Lov. 2.

§. 12. *Quaestionem extra ordinem de ea re mihi collegaeque meo mandavit*] *extra ordinem quaestionem* Lovel. 4. et Mead. 2. Tum *mihi de ea re* Harl. sed voces *de ea re* desunt in Lov. 2. Insuper *demandavit* Lov. 2. Harl. et Mead.

Digitized by Google

davit: nos, quae ipsis nobis agenda sunt, inpigre exse-
13 *quemur. Vigiliarum nocturnarum curam per urbem*
minoribus magistratibus mandavimus. Vos quoque, aequum est, quae vestra munia sunt, quo quisque loco positus erit, quod imperabitur, inpigre praestare, et dare operam, ne quid fraude noxiorum periculi aut tumultus oriatur.

1 XVII. Recitari deinde senatusconsulta jusserunt, indicique praemium proposuerunt, si quis quem ad
2 se deduxisset, nomenve absentis detulisset. *Qui nominatus profugisset, diem certam se finituros; ad quam nisi citatus respondisset, absens damnaretur. si quis eorum,*

1. At reliqui recte *mandavit*. Nam supra dixit cap. 14. *Quaestionem deinde de Bacchanalibus sacrisque nocturnis extra ordinem consulibus mandant*. Mox *nos quae ipsi nobis* dederunt edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae, pro quo Ascens. anno 1513. vulgavit *nos ipsi, quae nobis*. Sed recte Froben. anno 1535. *nos, quae ipsis nobis*: id enim probant omnes codd. nostri, et edd. principes. V. ad 2, 43, 4.

§. 13. *Quo quisque loco positus erit*] Lege *quo quisque loco positus erit*, non *quo quis loco*. GELEN. Ita etiam Moguntini se in membranis suis inveniſſe testati sunt; neque aliter praeferunt codd. nostri. Pariter *quae* pro *quaeque* male librarios dediſſe, vidimus ad 5, 41, 5. Adde infra ad 42, 5, 10. et 44, 8, 3. *quis* pro *quisque*. V. ad 27, 35, 5. Mox *periculi ac tumultus* Harl.

§. 1. *Indicique praemium proposuerunt*] *posuerunt* Voſſ. Ita supra 29, 6. *Oppidani urbem habebant, victoribus praemium in medio positum*. 41, 23. *In Romanos odii regnum posuerat praemium*. Silius 4, 269. *Jam nunc tibi praemia pono*. 16, 458.

— — *positisque accendit pectora donis.*

Virg. 5. Aen. 292.

Invitat pretiis animos, et praemia ponit.

et vers. 485.

Invitat, qui forte velit, et praemia ponit.

Terent. Hecyr. 4, 2, 8. *Ut apud me praemium esse positum pietati scias*. Sall. Catil. 20. *Fortuna ea omnia victoribus praemium posuit*. Apul. 1. Metam. *Haec tibi merces posita est*. V. Cel. Burm. ad Phaedr. 1, 14, 9. Nec aliter Graeci utuntur verbo τιθέναι. unde θέμα in Gloſſ. Labb. redditur *Praemium*. Ita enim, non *Prooemium*, legendum esse, docuit Kuhn. ad Polluc. 3. §. 153. Hic tamen unum testem audiendum, ejusque fide receptam scripturam mutandam esse, non judico. Nam, et *proponere* proprium in hac re verbum esse, vidimus ad Livii 21, 45, 7.

Digitized by Google

qui tum extra terram Italiam essent, nominaretur, ei laxiorem diem daturos, si venire ad caussam dicendam vellet. Edixerunt deinde, *ne quis quid fugae caussa* 3
vendidisse, neve emisse vellet: ne quis reciperet, celaret, ope ulla juvaret fugientes. Concione dimissa, terror 4
magnus urbe tota fuit: nec moenibus se tantum urbis aut finibus Romanis continuit; sed passim per totam Italiam, literis hospitum de senatusconsulto, et concione, et edicto consulum acceptis, trepidari coeptum est. Multi ea nocte, quae diem insecu- 5
ta est, quo in concione res palam facta est, custodiis circa portas positis, fugientes a triumviris com-

Nomenve de absentibus detulisset, qui nominatus profugisset] Lege *nomenve absentis detulisset*, non *de absentibus*. GELEN. Pal. prior *a praesentibus detul.* Vet. ed. *nomenque de absentibus detul.* Statim Pall. *diem se certam finituros.* GEBH. Vera est lectio a Gelenio restituta, quae etiam in quibusdam meorum codd. supereſt. Sed *nomenve absentibus detulisset* praeferunt Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. eodem genere erroris, de quo actum est ad 22, 8, 7. in eo autem quum sensus deesset, alii fecerunt *de absentibus*, quod supereſt in Lovel. 5. et omnibus edd. antt. alii pro *absentibus* sive *apsentibus* minima mutatione fecerunt *a ipsentibus*, id est *a praesentibus*, ut legunt Pal. Gebhardi, et ex meis Harl. ac Mead. ambo. *nomenve* constanter omnes scripti. Mox *diem certam finituros* Lov. 5. et edd. vett. Aldus addita voce ex cod. Mog. emendavit *diem certam se finituros*; neque aliter codd. nostri reliqui, nisi quod voce trajecta legant *diem se certam*. Ceterum Crevier. aliter locum distinguendum, ac legendum putavit *detulisset. Qui nominatus.* Idem etiam Cl. Dukero visum fuit; quorum judicium secutus sum.

§. 2. *Si quis eorum, qui tum extra terram Italiam essent*] *extra Italiam* Lov. 1. 2. 6. et Harl. Male. V. ad 25, 7, 4. Dein *esse* Mead. 1. *esset* Voss. Lovel. 1. 5. Harl. Mead. 2. Gaertner. et edd. vett. pro quo recte Frob. 1535. dedit *essent*, quod firmant reliqui codd. Mox *ei laxiorem se diem* Lov. 5. et edd. principes. *ei se laxiorem diem* proximae. Sed pronomen Frob. anno 1535. omisit; quod et in reliquis scriptis deest. Praeterea *latiorem* Lovel. 2. et Harl. Solent *latus* et *laxus* a librariis commutari. V. ad 10, 5, 6. Gronov. ad 24, 2, 9. et Bentl. ad Hor. Art. Poët. 209. Tandem *daturum diem* Harl. *daturos diem* Lov. 2. 4. et Mead. ambo. Mox *velit* Lovel. 6.

§. 4. *Terror magnus urbe tota fuit*] *magnus terror tota urbe fuit* Lov. 2. et Harl. *magnus terror* etiam Lov. 4. et Mead. ambo. *tota urbe* autem Gaertn. Mox *nec moenibus tantum se urbis* Harl.

Digitized by Google

prehensi et reducti sunt: multorum nomina delata. quidam ex iis viri feminaeque mortem sibi consci-
6 verunt. Conjuraſſe supra septem millia virorum ac mulierum dicebantur. capita autem conjurationis con-

§. 5. *Multorum delata quidem nomina, ex iis viri*] Incorruptior lectio *multorum delata nomina, quidam ex iis viri.* GELEN. *multorum quidem nomina delata* Lov. 1. *multorum delata quidem nomina* Voſſ. Lov. 5. 6. et Gaertn. *multorum nomina delata quidem; ex iis* Lov. 4. et Mead. 2. Quamvis autem Gelen. mutandum monuerit *multorum delata nomina; quidam ex iis*, Frob. tamen, qui editionem anni 1535. ex ejus mente interpolavit, edidit *multorum nomina delata; quidam ex iis.* Et ita praeferunt Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Solent voces *quidem* et *quidam* paſſim confundi. V. ad 1, 50, 3. c. 51, 7. c. 57, 5. 2, 20, 3. 3, 7, 2. 7, 8, 6. c. 14, 6. c. 17, 3. 8, 21, 5. c. 39, 11. 9, 6, 9. c. 26, 15. c. 44, 15. 10, 38, 11. et multis aliis locis. Paullo ante *circa portam* Lov. 1. 6. et Voſſ. Deinde *a triumviris compressi* Lovel. 4. et Mead. 2. V. ad 30, 10, 5.

§. 6. *Conjuraſſe supra septem millia virorum*] *Conspiraſſe* Lov. 5. et edd. vett. cujus loco Aldus ex cod. Mog. *Conjurasse* emendavit. Cum eo faciunt reliqui codd. noſtri. Infra cap. seq. *Precationes fecerant, in quibus nefanda conjuratio in omne facinus ac libidinem continebatur.* Verba autem *conjurare* et *conspirare* commutantur etiam supra 8, 3, 3. Praeterea *supra decem millia* legit Lovel. 1. Mox *capita autem conjurationis dicebantur, et satis conſtabat eſſe* Lov. 6.

M. et L. Catinios de plebe Romana] Vet. lib. *M. et Catinium.* Hinc ego *M. et C. Atinios*, ut supra. *Plebejus homo* dicitur, qui e gente plebeja eſt, id eſt, non patricia: *de plebe* autem is, qui non eſt e senatorio ordine. SIGON. Pall. *M. Cacinios de plebe Romana.* GERH. Placet Sigonii conjectura: nam non modo primae editiones *M. Catinium;* sed et Voſſ. *M. Catinios;* hoc eſt, *M. et C. Atinios.* J. FR. GRON. Si hoc eſt discrimen inter homines *plebejos*, et *de plebe*, sequitur primo, omnes *plebejos*, id eſt non patricios, etiam *de plebe* fuiſſe, quo tempore nondum alii, quam patricii, senatores erant: deinde, poſtquam ex plebe quoque senatores legi coeperunt, omnes senatores, qui non erant patricii, homines *plebejos* quidem, sed non *de plebe* fuiſſe. Illud facile admitti, hoc multis locis Livii refelli poteſt. Nam poſtquam plebs in senatum et ad honores admiſſa fuit, omnes non modo senatores, verum etiam magiſtratus non patriciae gentis, *ex* et *de plebe* eſſe dicti sunt. C. Licinius Calvus vetus senator primus *ex plebe* tribunus militum cons. pot. Liv. 5, 12. 6, 37. C. Licinius magiſter equitum *de plebe.* 6, 39. Q. Publilius Philo praetor primus *de plebe.* 8, 15. L. Sextius *de plebe* primus consul. 6, 42. C. Marcius Rutilus dictator et censor primus *de plebe.* 7, 17. et 10, 8. Hi omnes ergo et *plebeji* et *de plebe*, et senatorii ordinis fuerunt. Sed interdum aliter dicuntur *plebis* et *de plebe homines*, nempe, tenues et infimi civium ex eo genere, quae plebs urbana

Digitized by Google

constabat esse, M. et C. Atinios de plebe Romana, et Faliscum L. Opiternium, et Minium Cerrinium Campanum: ab his omnia facinora et flagitia orta: 7 eos maximos sacerdotes conditoresque ejus sacri esse. Data opera est, ut primo quoque tempore com-

dicebatur, in qua erant opifices, artifices, apparitores magistratuum, aliique humiles et obscuri cives. Liv. 2, 55. *Quatuor et viginti lictores apparere consulibus, et eos ipsos plebis homines.* 3, 14. *Alloqui plebis homines.* 8, 33. *Nec a se quemquam, ne plebis quidem hominem, non centurionem, militem, violatum.* 5, 32. *M. Caedicius de plebe quum nunciasset tribunis militum, se vocem audivisse Gallos adventare, id propter auctoris humilitatem spretum est.* Ibid. cap. 39. *De plebe multitudo.* et cap. 40. *L. Albinius de plebe Romana homo.* Ovid. 1. Am. 7, 29.

An, si pulsassem minimum de plebe Quiritem,
Plecterer?

Suet. Aug. 51. *Junium Novatum et Cassium Patavinum e plebe homines.* Et Claud. 13. *E plebe homo deprehensus est.* DUKER. *M. Catinium* Lov. 2. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. Camp Rom. anni 1472. ac Parm. *M. Catanium* tempore proximae. *M. Catinios* Lov. 1. *M. Cacinios* Lov. 4. *tres Catinios* Gaertn. *M. et L. Catinios* cod. Mog. quod Aldus recepit, et Sigonius, probantibus Gronovio ac Crevierio, in *M. et C. Atinios* mutavit, praenomen nomini gentili perperam cohaesisse judicans. V. ad 38, 35, 2. Cogita, num propter cod. Mog. auctoritatem legendum sit *M. et L. et C. Atinios.*

A. Faliscum, L. Opiternium, et Minium Cerrinium] Incorrupta lectio non est *A. Faliscum*, sed *Faliscum L. Opiternium.* GELEN. Pall. *ut Faliscum L. Opitemium.* aliter tamen *L. Opiternium.* GEBH. Tolle distinctionem [minorem post *Faliscum*,] quae doctum virum [Casp. Barthium] in magnum errorem conjecit. Legendum puto, inquit, *Sex. Faliscum*, ne ei suum praenomen nebuloni desit, ad lib. 4. Theb. Statii vers. 397. At *Faliscus* hic non est nebulonis nomen, sed patriae ejus. Sunt Atinii Romae, Opiternius Faleriis, Cerrinius Capuae oriundi. J. FR. GRON. *ut Faliscum* Lov. 1. *ut Faliscum* Lov. 4. In eodem, in quo Barthius, errore fuerunt quidam librarii, credentes *Faliscum* non patrium, sed proprium hominis nomen esse. Hinc *M. Faliscum* datum in Voss. et Gaertn. *A. Faliscum* in Lov. 5. et Mead. 2. Ex Gelenio quidem colligi nequit, eum copulam *et*, pro *A.* praenomine, in cod. suo inveniisse, id tamen credibile est, partim quia Frob. anno 1535. ex mente ejus edidit *et Faliscum L. Opiternium*, partim quia ita praeferunt ex nostris Lov. 2. 6. Harl. et Mead. 1. Minorem distinctionem post *Faliscum*, quae Barthio fraudi fuit, primus addidit Modius in ed. Francof. anni 1588. Praeterea Gronov. 4. Obs. 4. pag. 48. testatur, se in cod. Petav. inveniisse *Nirroium Cerrinium*, idque proxime accedere ad *Ninnium*; quomodo scribendum existimat. V. ad cap. 13, 9. Nostri nihil mutant, nisi quod *Mimium Cerrinium* legat Lov. 2. *Minium Cerinium* Lov. 6. et Gaertn.

Digitized by Google

prehenderentur. Adducti ad consules, fassique de se, nullam moram judicio fecerunt.

1 XVIII. Ceterum tanta fuga ex urbe facta erat, ut, quia multis actiones et res peribant, cogerentur praetores T. Maenius et M. Licinius per senatum res in diem trigesimum differre, donec quaestiones
2 a consulibus perficerentur. Eadem solitudo, quia Romae non respondebant, nec inveniebantur, quorum nomina delata erant, coëgit consules circa fora proficisci, ibique quaerere et judicia exercere.
3 Qui tantum initiati erant, et ex carmine sacro, prae-

§. 7. *Datam operam esse, ut primo quoque tempore comprehenderentur*] Ita habent vetustiores codices quidam, in aliis tamen asterisco notata. Quidam emendarunt *Data opera est*. Quod si ex vetusto codice fecerunt, perplacet. Sin, qua nunc plerique omnia audent, propria temeritate, male eis precandum. Ingentem enim fenestram aperiunt ad audacter corrumpendos authores, cum alioqui diligentius inspecta fuissent vetera exemplaria. GLAREAN. *Datam operam esse, ut* Voss. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et priscae edd. pro quo Frob. anno 1531. *Data opera est, ut* emendavit. Illa quidem lectio in nullo mihi codice obvenit, ei tamen proxima *Data opera, ut* in Lov. 2. 4. Harl. et Mead. utroque. Paullo ante *eos maxime sacerdotes* Voss. et Lov. 2.

Adducti ad consules, fassique de se, nullam moram judicio fecerunt] *ad consulem* Lovel. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et editiones, postrema Gruteri priores; nisi quod quaedam earum per compendium dederint *ad cos.* quod ipsum errori causam dedisse videtur. V. ad 10, 10, 2. Deinde *indicio* Lovel. 1. 4. Harlej. Mead. ambo, Gaertn. et cod. Mog. Passim eas voces commutari vidimus ad 7, 39, 5. utraque lectione juncta *in judicio* praefert Voss. V. ad 3, 44, 4. Pari modo quidam codd. supra 2, 52, 8. exhibent *profuit in judicium*; quorum librarii indicare voluerunt, se partim *profuit indicium*, partim, quae vera est scriptura, *profuit judicium* in codd. suis invenisse.

§. 1. *Multae sationes et res peribant*] Ridiculum erratum. Lege *multis actiones et res peribant*. GELEN. *multae santiones*, vel *sanctiones* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *multae sationes*, ut ante Gelenium edebatur, Lov. 5. et Mead. 2. Paullo ante *tanta fuga ex urbe fuit* Gaertner.

Per senatum res in diem trigesimum differre] Nisi scripsit, ut plerumque loqui solent, *proferre*. J. FR. GRON. Cic. tamen *dilatum vadimonium* dixit pro Quinct. 5. Insuper *res* exsulat ab Harl. et Mead. 2. Male, ut monet Gronov. ad 2, 18, 2. Eorum tamen codd. posterior in

Digitized by Google

sunte verba sacerdote, precationes fecerant, in quibus nefanda conjuratio in omne facinus ac libidinem continebatur, nec earum rerum ullam, in quas jurejurando obligati erant, in se aut alios admiserant, eos in vinculis relinquebant: qui stupris aut caedibus violati erant, qui falsis testimoniis, signis adulterinis, subjectione testamentorum, fraudibus aliis contaminati, eos capitali poena adficiebant. Plures necati, quam in vincula conjecti sunt. magna vis in utraque causa virorum mulierumque fuit. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent,

margine exhibet *rem per senatum*. at *per senatum rem* Lovel. 5. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1535. vulgavit *per senatum res*, concinentibus ceteris meis.

§. 2. *Quia Romae non respondebant*] Pall. *possidebant*. Vet. ed. *qua Romae non possidebant*. GEBHARD. *qua Romae non possidebant* Lov. 5 et ed. Camp. *quia Romae non possidebant* reliqui Mſti, et edd. ante Aldum; qui *respondebant* fide codicis Mog. vindicavit. Mox *circa proficisci*, *ibi quaerere* Lov. 5. et ed. Camp. *ibi quaesere* etiam ceterae edd. ante Aldum. Sed copulativa *que* intercepta erat a prima syllaba vocis sequentis. V. ad 41, 2, 11.

§. 3. *Et ex carmine sacro, praeeunte verba sacerdote*] *et examine sacro* Voſſ. Male. *Carmen* eſt formula sollemnibus verbis concepta. 10, 41, 3. *Dira exsecratio, ac furiale carmen, detestandae familiae stirpique compositum*. 31, 17, 9. *Se facinus perpetraturos, praeeuntibus exsecrabile carmen sacerdotibus, jurejurando adacti*. 39, 15, 1. *Quum sollemne carmen praefationis, quod praefari, priusquam populum adloquantur, magistratus solent, praegisset consul*. V. etiam ad 1, 26, 6. Tria ultima verba nulli Mſtorum meorum, nec vett. edd. nec etiam Hearnii L. 1. agnoscunt. Aldus ex cod. Mog. inseruit. De locutione *praeire verba* v. ad 8, 9, 4.

Nec earum rerum ullam rem in quas] Pall. *nec earum rerum ullam, in quas*, omisso illo *rem*. GEBH. Scripti omnes *ro rem* ignorant, ut supra indicatum. J. FR. GRON. V. Gronov. ad 2, 18, 2. ubi *ro rem* in tribus tantum membranaceis deesse testatur. Sane deest quidem in quibusdam etiam meorum; sed vocem illam servant Voſſ. Lov. 1, 5. 6. Gaertner. et Hearnii L. 1. Servat etiam cod. Mog. sed errore librarii exhibens *nec earum rerum ulla res*. Considerandum igitur, an prisca lectio servanda sit. V. ad Liv. Epit. 115. Mox *in se aut in alios* Voſſ. Lovel 1. 4. et Gaertn. quod Livianum esse, docuimus ad 6, 28, 6.

§. 4. *Qui stupris aut caedibus violati erant*] Vide, ut id verbi *violati* accipiat, quasi dicas Inquinati, et qui alios violarint: nisi si quis corruptum putet locum.

Digitized by Google

tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas. si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico
7 animadvertebatur. Datum deinde consulibus negotium est, ut omnia Bacchanalia Romae primum, deinde per totam Italiam, diruerent; extra quam si qua
8 ibi vetusta ara aut signum consecratum esset. in re-

Sed sunt talia etiam apud Sallustium. GLAR. *violati stupris* erant, quae vel ipsi passi erant, vel aliis intulerant. Ita Lucretia a Tarquinio stuprata marito fatetur supra 1, 58. *Corpus est tantum violatum, animus insons.* At *caedibus violati* erant, qui alterum interfecerant. Supra 25, 18. *Ne hospitali caede dextram violet.* Mox *qui falsis testimoniis, qui signis adulterinis* Lov. 6.

§. 6. *Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu*] Quae ad hunc locum notarat Modius. delevi; quia legi possunt apud Lipsium ad Taciti 2. Ann. 50. Ceterorum *in quorum manibus* Voss. et Gaertn. Mox *ipsi privato animadverterent in eas* Lov. 6. Sed praepositionem *i*, vel *in*, hausit praecedentis vocis litera finalis. V. ad 37, 41, 8. Supra 9, 7, 12. *Consules, in privato abditi, nihil quo magistratu agere.*

§. 7. *Extra quam sicubi vetusta ara*] Quidam emendarunt hunc locum, pro *sicubi* ponentes *si qua ibi:* quod mihi quidem placeret, si *ubi*, non *ibi*, reposuissent: quanquam cum nemine ea de re contendero. GLAR. Moguntini sunt, qui *si qua ibi* ex cod. suo receperunt: cum quo faciunt Voss. Lovel. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *si qua*, vel *si quae ubi* Lov. 2. 5. et edd. vett. *sicubi* primus Ascens. anno 1513. Sed *ibi* est in Bacchanalibus. *Extra* est praeter, *extra quam* praeterquam. Supra 26, 34, 3. *Ipsos liberosque eorum et conjuges vendendas, extra filias, quae enupsissent.* 38, 38, 9. *Neve navigate circa Calycadnum, aut Sarpedonem promontoria; extra quam, si quis navis pecuniam, stipendium, aut legatos, aut obsides portabit.* Vide Briss. de Form. 5, 404.

§. 8. *Senatusconsulto cautum est*] Senatusconsultum illud hodie adhuc supereſt, quod ex tabula aenea descriptum edidit Gronov. post praefat. Cicer. et deinde Fabrett. in Inscript. pag. 427. Quum vero alterum ab altero in nonnullis literarum apicibus differret, denuo edidit, et, lectionum varietatibus diligenter adnotatis, quorumdam verborum explicationem addidit Hearnius ad finem Livii tom. 6. pag. 237. Idem senatusconsultum ex Fabretto descripsit Scipio Maffaeus in Histor. art. Diplom. pag. 125. et aliquot conjecturis inlustravit. Postea vir Amplissimus Corn. van Bynkersh. Curiae supremae Hollandorum ac Zelandorum praeses dignissimus, ejusque aeternum decus, illud dissertationi de Relig. Peregr. quae exstat inter opuscula, inseruit, et pag. 259. notis inlustravit. Ultimo loco idem hoc monumentum, denuo ad ipsam tabulam diligentissime exactum, notis exposuit Matth. Aegyptius Neapoli anno 1729. Pleraque haec in appendice Liviana recudi curavi.

Ne qua Bacchanalia Romae, neve in Italia essent] *Roma, ne in*

Digitized by Google

liquum deinde senatusconsulto cautum est, *Ne qua Bacchanalia Romae, neve in Italia essent. si quis tale sacrum sollemne et necessarium duceret, nec sine religione et piaculo se id omittere posse, apud praetorem urbanum profiteretur, praetor senatum consuleret. si ei per-* 9 *missum esset, quum in senatu centum non minus essent,*

Italia Voss. *Romae, ne in Italia* Lov. 1. *Romae, vel in Italia* Hearnii L. 1. *Romae, nec in Italia* Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *Romae, neve in Italia* substituit Aldus, neque aliter Lov. 2. 6. et Gaertn.

Necessarium duceret, nec sine religione] et nec sine religione omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Ascens. qui primus anno 1513. voculam *et* omisit: quae etiam errore scribarum ex *ultimis* literis vocis praecedentis repetita est. Alia exempla v. ad 2, 5, 8. c. 12, 2. c. 15, 2. 3, 11, 8. 4, 7, 7. c. 59, 11. 5, 50, 5. 6, 18, 3. 7, 4, 5. c. 37, 11. 9, 16, 5. c. 19, 6. c. 22, 6. c. 23, 6. c. 25, 2. c. 37, 5. et saepissime alibi. Adde Cort. ad Plinii 5. Ep. 19, 2. Additur etiam haec vocula post vocem, quae desinit literis *ēt*, sive *ent*. V. ad 2, 30, 13. Similiter intercipitur etiam *τὸ et* a voce praecedente, quae finitur literis *ēt*, vel *ent*. V. ad 35, 41, 7.

Se id dimittere posse] Lege *se id omittere posse*. GELEN. *se dimittere* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Aldus ex Mog. cod. *se id dimittere* vulgavit.

Apud praetorem urbanum profiteretur] Ita Aldus ex cod. Mog. Antea edebatur *apud praetorem ut profiteretur*, quod servant Lov. 2. 4. 5. Mead. 2. et Gaertn. *apud praetorem ubi profiteretur* Hearnii L. 1. cujus scriba *uti profiteretur* dare voluisse videtur. *aut praetorem ut profiteretur* Mead. 1. unde credi posset, forte legendum esse *ad praetorem*. Saepe enim *aut* et *ad* commutantur. V. ad 6, 3, 6. 39, 34, 4. et Nic. Heins. ad Nas. 3. Fast. 238. *ad* autem usurpari pro apud, Livio est familiarissimum. V. ad 7, 7, 4. *apud praetorem profiteretur* Voss. Lov. 1. et Harl. similiter etiam dare voluit scriba Lov. 6. nisi quod *populum R.* pro *praetorem* dederit, de quo errore v. ad 31, 10, 4. At vox *urbanum* omitti nequit. Expresse enim in senatusconsulto cautum fuit, *utei. ad. pr. urbanum. Romam. veniret.*

§. 9. *Senatum consuleret, si ei permissum esset*] *ei* intelligo, qui tale sacrum sollemne et necessarium duceret, nec sine religione et piaculo se id omittere posse. Id ideo moneo, quod videam, Zamosc. 2. de Senat. Rom. 9. verba haec ita accepisse, quasi foret, si praetori permissum esset senatum consulere.

Quum in senatu centum non minus essent] Dudum ostenderunt viri docti ex Festo v. *Numera*, ex Livio 38, 44. 39, 4. et aliis scriptoribus antiquis, non potuisse fieri senatusconsultum, nisi certus adfuisset senatorum numerus. Sed, quo numero eos adesse oportuerit ad faciendum SCtum, non satis constat. Legi possunt, quae de ea re tradiderunt Manutius de Senatu Rom. cap. 10. et ad Cicer. 1. Epist. famil. 9. et

Digitized by Google

ita id sacrum faceret, dum ne plus quinque sacrificio interessent, neu qua pecunia communis, neu quis magister sacrorum, aut sacerdos esset.

1 XIX. Aliud deinde huic conjunctum, referente Q. Marcio consule, senatusconsultum factum est, *Ut de iis, quos pro indicibus consules habuissent, integra*

Sigon. sub nomine Zamoscii de Senat. Rom. 2, 5. et 2. de Ant. jur. civ. Rom. 2. cujus sententia probabilis est. Quod Turneb. 30. Advers. 25. scribit, auctore Livio, ut SCtum fieret, saltem centum senatores in curia esse debuisse, benigne interpretandum est, eum de hac aetate dictum voluisse. Nam nemo dubitare potest, eum sciviſſe, deinde majorem numerum requisitum fuisse. DUKER. *non minus esset* Harl. et Mead. 1. In ipso senatusconsulto aliquoties haec formula obcurrit, *dum. ne. minus. senatoribus. c. adesent.* Hinc etiam hoc loco *dum in senatu* legendum conjicit Aegypt. pag. 133. An insuper legendum *ne minus?* de quo vide ad 38, 24, 5.

Dum ne plures, quam quinque, sacrificio adesſent] Lege *dum ne plus quinque*, elegantius quam *plures quam quinque*. GELEN. Libri noſtri *dum ne plus, quam qui sacrificio essent*. GEBH. Similiter Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes. *dum ne plus quam sacrificio essent* Harl. *dum ne plus quam qui sacrificio interesſent* Voſſ. *essent*, pro *interesſent*, etiam Hearnii L. 1. *dum ne plus quam quinque qui sacrificio essent* Mediolani datum est anno 1505. *dum ne plures sacrificio adesſent* ab Ascensio anno 1513. Quum autem interim Moguntini in cod. suo inveniſſent *dum ne plus quinque sacrificio interesſent*, ipsi in contextum receperunt *dum ne plures, quam quinque, sacrificio adessent*; Aldus *dum ne plures, quam quinque sacrificio interessent*; Frob. anno 1535. ex mente Gelenii lectionem cod. Moguntini. In ipso SCto verba ita concipiuntur: *Censuere. homines. plous.* v. *oinuorsei. virei. atque. mulieres. sacra. ne. quisquam. fecise. velet. neve. inter. ibei. virei. plous. duobus. mulieibribus. plous. tribus. arfuise. velent.* Unde patet, recte Gelenium ex Mſto Mog. emendaſſe *ne plus quinque*. De ea locutione v. ad 41, 12, 8. ex *arfuise*, quod antique dictum est pro *adfuisse*, colligendum videtur, rectius Ascens. *adessent*, quam *interesſent*, ut nunc ex cod. Mog. legitur, dediſſe.

Neu qua pecunia communis, neu quis magister sacrorum, aut sacerdos esset] *Magister* videtur velut princeps, et sacri ipsius pontifex, aliisque sacerdotibus major. Apud Capitol. quoque in Antonini vita [cap. 4.] de Saliorum sacerdotio: *Fuit in eo sacerdotio et praesul, et vates, et magister.* Et in inscriptione antiqua [apud Grut. 318, 2.] legitur: *Salius Albanus, idem magister Saliorum.* TURN. 1. Advers. 25. *ne quae pecunia communis, ne quis* Lov, 1. et 6. *ne qua pecunia communis, ne quis* Voſſ. *ne qua pecunia communis, neu quis* Gaertn. *neu quae pecunia* Lov. 2. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. Primus Aldus *neu*

Digitized by Google

res ad senatum referretur, quum Sp. Postumius, quaestionibus perfectis, Romam rediisset. Minium Cerrinium 2 Campanum Ardeam in vincula mittendum censuerunt, magistratibusque Ardeatium praedicendum, ut intentiore eum custodia adservarent; non solum ne effugeret, sed ne mortis consciscendae locum haberet.

qua pecunia substituit, quod probat Lov. 4. Expositio vocis *magister*, quam Turneb. dedit, inde confirmari posset, quod *magister* hic ante *sacerdotem* memoretur, nisi alius ordo observaretur in SCto his verbis: *Sacerdos nequis. vir. eset. magister. neque. vir. neque. mulier. quisquam eset.* Similiter in collegio Saliorum *magister* memoratur apud Val. Max. 1, 1, 9. non autem is, sed *praesul*, primus ejus collegii sacerdos erat, teste Aur. Vict. in Vir. Inl. 3. *Salios Martis sacerdotes, quorum primus praesul vocatur, instituit.* Et hinc in eodem collegio post *praesulem* et *vatem* tertio demum loco memoratur *magister* apud Capitol. loco a Turneb. laudato. Similiter *magister fratrum Arvalium* memoratur in lapide apud Philipp. a Torre in Monum. vet. Antii pag. 390. et *promagister* apud Gruter. 120, 1. et Fabrett. in Inscr. pag. 442. Ejusdem collegii *flamen* et *proflamen* apud Philipp. a Torre pag. 390. Notandum est, in senatus consulto prohiberi, ne quis vir sacerdos vel magister, item ne qua mulier *magistra* foret: de mulieribus magistris vide Phil. a Torre d. l. pag. 809.

§. 1. *Aliud deinde huic conjunctum, referente Q. Marcio consule*] To *deinde* exsulat a Gaertn. Tum *Q. Apatio consule* Voss. Lov. 1. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Nec aliter Harl. nisi quod insuper vocem *consule* omittat. Mox *rediisset* Gaertn.

§. 2. *Ut in intentiore eum custodia adservarent*] Placeret magis, ut est in vet. cod. sine particula *in*, *ut intentiore*. URSIN. Sine praepositione *in* Pall. uterque, et vet. ed. *ut intentiore eum custodia asservarent*, ut censuit quoque Fulv. Ursinus. GEBH. Parum abest, quin adsentiar libris apud Hearnium, a quibus abest *in*: non quod putem *adservare aliquem in custodia* minus recte dici, quam *adservare in carcere*; sed quod adjectum *intentiore* ad eos pertinet, quibus custodia committebatur; non ad custodiam, in qua eum adservari volebant. Ita quemadmodum non bene dici credo *adservare aliquem in intento carcere*, ita non melius *in intenta custodia*. 5, 47. *Inde intentiores utrimque custodiae esse.* id est, ut lib. 8, 8. loquitur, *custodiae intentioris curae erant.* DUKER. Virorum doctorum sententiam, praepositionem *in* delendam esse, firmant Msti nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. quibus etiam consentit Crevierius. Primus eam addidit Froben. anno 1535. qua vero auctoritate, non constat. Si tamen jubente Gelenio id fecit, isque cod. Mog. secutus fuit, dicendum erit, eum hic malam manum passum, et τὸ *in* ex prima syllaba vocis seq. perperam repetitum esse. Vide ad 4, 6, 11. Similiter *servare* et *adservare custodia* supra 24, 45.

Digitized by Google

3 Sp. Postumius aliquanto post Romam venit. eo referente, de P. Aebutii et Hispalae Feceniae praemio, quod eorum opera indicata Bacchanalia essent, se-
4 natusconsultum factum est, *Ut singulis his centena millia aeris quaestores urbani ex aerario darent. Utique consul cum tribunis plebis ageret, ut ad plebem primo*

Eum libere custodia haud procul a castris placere in aliqua fida civitate servari. Cic. 5. in Verr. 30. *Populi Romani hostis privatis custodiis adservabitur?* 3, 24. *Biduum Leontinis in foro custodiis Apronii retentum atque servatum.* Praeterea *interiore cum custodia* Voss. et Lov. 6. quod ex librariorum interpolatione natum puto. Supra 23, 19. *Deinde intentiore custodia cautum, ne quid falleret.* ubi etiam codd. plures *interiore*, quod et quaedam praeferunt edd. Alteram lectionem ibi adstruxeram; sed, quae notaram, nescio quo casu, eo loco interciderunt, cum aliis igitur ultimo tomo inserui. *interiore cum custodia* Gaertn. *intentiore cum custodia* Harl. Mead. 1. et edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et nonnullae aliae. Sed et hoc errantibus librariis tribuendum. V. ad 4, 19, 2. Mox *mortis consciendae* Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo. Sed *conscíscere* in hac re est usitatissimum. V. supra ad 9, 26, 7.

§. 4. *Ut singulis his centena millia aeris*] Sic a Moguntino. Andreas dederat *ut in singulis centena.* Scribe: *uti singula his centena millia aeris quaestores urbani ex aerario darent.* Sic enim loquebantur. Tacitus 1. Ann. [18.] *Ut singulos denarios mererent.* Et in testamento Augusti [ibid. cap. 8] *Praetoriarum cohortium militibus singula nummûm millia.* Ut et Sueton. in eodem. Idem Tiberio cap. 48. *Singula millia denariorum praetorianis, quod Sejano se non accommodassent.* Tale et Lucilii: *et primum his abdomina thynni Priva dabo.* J. FR. GRON. In hac emendatione, fateor, scrupuli aliquid mihi est, et dubito, an sic locuti fuerint Romani. Probe novi, dixisse eos, *singula millia nummûm dare militibus, singula millia aeris*, et quae sunt similia: sed *singula bina, singula dena millia, singula centena millia*, nusquam legi, et vellem virum Cl. simile attulisse exemplum, quo duo numeralia distributiva eodem casu ponuntur, et ambo referuntur ad *nummos*, vel *aes*, vel aliud quid, quod distributum dicitur. Nullum enim ex allegatis Taciti et Suetonii exemplis est simile huic Livii. Quando autem adjectivum numeri distributivi additur substantivo, solet τὸ *singuli* ad personas referri. Cicero ad Attic. *Sane commode Pompejus distribuit binos singulis patribus familiarum.* Quare vulgatam lectionem ego potius servaverim. LAMB. BOS. *aeris gravis* putat Perizon. de Aere gravi §. 24. DUK. *ut in singulis centena* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii Oxonn. et edd. vett. *ut singulis centena* edd. Mediol. anni 1505. et mox Ascens. anni 1513. *uti singulis centena* Lov 2. et ed. Mog. Gronovii emendationem probavit Crevierius; malim tamen cum Boss. Msti Moguntini lectionem *ut singulis his centena millia* tueri.

Digitized by Google

quoque tempore ferrent, ut P. Aebutio emerita ſtipendia eſſent, ne invitus militaret, neve cenſor ei equum publicum adſignaret. Utique Feceniae Hispalae datio, deminutio, gentis enuptio, tutoris optio item eſſet, quaſi ei vir teſtamento dediſſet. Utique ei ingenuo nubere liceret: neu quid ei, qui eam duxiſſet, ob id fraudi igno-

Utique conſul cum tribunis plebis ageret, ut ad plebem] Pall. *utique conſuli cum tribunis placere, uti ad plebem.* GEBH. *utique ad plebem*, ceteris omnibus omissis, Voſſ. Pro *conſul* per compendium scriptum fuerat *cos.* Hinc librarii indocti, nescientes quo modo id efferendum foret, fecerunt *conſul*, *conſuli*, *conſules*, et *conſulibus.* Deinde *cum tribunis placere* Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. *cum tribunis placeret* Lov. 1. 5. et edd. principes. Hinc *utique ad plebem* Lov. 1. 2. et Gaertn. *uti ad plebem* Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn, et edd. vett. *cum tribunis ageret, ut ad plebem* dederunt Moguntini, qui insuper monuerunt, *cum tribunis plebis ageret* in cod. suo se inveniſſe.

Ut P. Aebutio emerita ſtipendia eſſent] De vacatione militiae, et a quibus ea daretur, vide Sigon. 1. de Ant. jur. Civ. Rom. 15. et Lips. 1. de Milit. Rom. 4. e Livio 23, 20. Cic. 2. de Nat. Deor. 2. et Philipp. 5, 19. DUK. *merita ſtipendia* Lov. 1. 6. et Gaertner. scribarum errore.

Neve cenſor ei equum publicum adſignaret] Libri omnes *neve cenſores equum publicum adsignarent.* GEBH. Causam, cur a censoribus adsignaretur equus publicus, ostendit Lips. 1. de Milit. Rom. 5. Equum publicum habere honori quidem, sed simul oneri fuiſſe, observarunt Casaub. ad Suet. Aug. 38. Gronov. 3. de Pec. vet. 2. et Graevius in Prolegom. tom. 1. Thes. Antiq. Rom. DUKER. *neve cenſores equum publicum adsignarent* Voſſ. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. neque aliter Lov. 1. nisi quod insuper omittat vocem *publicum. neve cenſor Licinius equum publicum assignaret* cod. Mog. Verum nullus eo tempore Licinius censuram geſſit. Froben. igitur, qui anno 1535. ejus lectionem admisit, pro *Licinius* tamen *ei* emendavit.

§. 5. *Utique Feceniae Hispalae datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio item esset, quasi ei vir teſtamento dedisset. Utique ei ingenuo nubere liceret*] Quae ad hunc locum viri docti notarunt, prolixiora sunt, quam ut commode contextui Liviano subjici potuerint. Quare ad calcem hujus editionis rejeci, ubi consuli poſſunt. Hic varias meorum codd. lectiones memorabo. *deminutio* legunt Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. 2. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. V. ad 2, 1, 7. 21, 17, 8. Similiter Flor. praefert 28, 13, 10. Adde Celeb. Burm. ad Ovid. 1. Triſt. 5, 44. *minutio* Lovel. 6. Tum *genti se nuptio*, literis inperite in voces diſtributis, Lov. 4. Harlej. et Mead. ambo. *gentis sui nuctio* Mead. 1. in margine, *genti sui nuptio* Voſſ. et Lov. 1. *genti suae nuptie* Gaertn. *gentis suae innuptio* Lov. 6. Deinde e-

Digitized by Google

6 miniaeve esset. Utique consules praetoresque, qui nunc essent, quive postea futuri essent, curarent, ne quid ei mulieri injuriae fieret, utique tuto esset. id senatum vel-
7 le, et aequum censere, ut ita fieret. Ea omnia lata ad plebem, factaque sunt ex senatusconsulto; et de ceterorum indicum inpunitate praemiisque consulibus permissum est.

1 XX. Et jam Q. Marcius, quaestionibus suae regionis perfectis, in Ligures provinciam proficisci parabat; tribus millibus peditum Romanorum, centum quinquaginta equitibus, et quinque millibus Latini nominis peditum, ducentis equitibus in sup-

ptio ita esset Voss. Lov. 1. 5. 6. Lovel. 2. in marg. et edd. ante Frob. qui, probantibus reliquis scriptis, *item* pro *ita* anno 1535. substituit. Solent autem hae voces confundi. Exempla obcurrunt ad 3, 22, 7. et 36, 4, 10. Plaut. Poen. 1, 2, 31.

Soror cogita, amabo, item nos perhiberi,
Quasi salsa muriatica esse autumantur.

in Rud. 3, 4, 27.

Quasi murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam.

Insuper *ne quid ei* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum. V. ad 34, 35, 9. Sequentia *qui eam duxisset* etc. *ne quid ei* desunt in Harl. ob vocum *ne*, vel *neu*, *quid ei* iterationem. Vide ad 9, 11, 11.

§. 6. *Uti ita fieret. Ea omnia lata ad plebem*] Ita Frob. anno 1535. edidit. *ut ea fierent. Omnia lata* Lov. 5. et edd. principes usque ad Aldum. Quum enim Mog. monuissent, se in cod. suo reperisse, *ut ita fierent, ea omnia lata*, Aldus partem hujus lectionis probans excudi curavit, *ut ea fierent. Ea omnia lata;* quomodo etiam legunt Voss. Lov. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *uti ea fierent. Ea omnia lata* est in Lov. 2. *uti fierent ea. Omnia lata* in Harl. et utroque Mead. *ut ita fierent ea. Omnia lata* in Lov. 4. Paullo ante *Utique consules, praetores, qui* Voss. et Lov. 1. sed copulam *que* intercepit vox seq. *qui*. Vide ad Livii Epit. 101.

§. 7. *Et de ceterorum indicum inpunitate praemiisque consulibus permissum est*] Vet. ed. habet *et de caeterorum indicium impunitate praemiisque permissum est consuli.* Pall. omissa copula *et*, legunt *praemiisque consuli permissum est.* GEBH. Particula connectens *et* deest quoque in Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii L. 1. Dein *permissum est consuli* Lov. 5. et priscae edd. *consuli permissum est* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. uterque; Gaertn. et Hearnii L. 1. quod etiam Aldus ejusque traduces receperunt. *permissum est consulibus* cod. Mog. Hinc Frob.

Digitized by Google

plementum acceptis. Eadem provincia, idem nu- 2
merus peditum equitumque et collegae decretus erat. Exercitus acceperunt, quos priore anno C. Flaminius et M. Aemilius consules habuerunt. duas prae- 3
terea legiones novas ex senatusconsulto scribere jussi sunt: et viginti millia peditum sociis et nomini Latino imperarunt, et equites mille trecentos, et tria millia peditum Romanorum, ducentos equites. totum hunc exercitum, praeter legiones, in supple- 4
mentum Hispaniensis exercitus duci placebat. itaque consules dum ipsi quaestionibus inpediebantur, T. Maenium delectui habendo praefecerunt. Perfectis 5

anno 1535. ordine tantum mutato, dedit *consulibus permissum est;* quod et in Lov. 2. superfuisse videtur; ex quo in excerptis nihil notatur.

§. 1. *Et jam Q. Marcius*] Prima vox deest in Lov. 2. *Etiam Q. Marcius* legunt Lov. 1. 6. et Gaertn. Vide ad 1, 47, 9. *Ita Q. Marcius* cod. Mog. Mox *τὰ et quinque millibus Latini nominis peditum, ducentis equitibus* desunt in Lov. 5. et edd. vetustis ob vocis *equitibus*, quae modo praecessit, repetitionem. V. ad 9, 11, 11. Primus ea adscivit Aldus fide cod. Mog. cui consentiunt reliqui nostri.

§. 3. *Et equites mille trecentos*] Pall. *et equites octingentos.* nec dissentit vet. ed. GEBH. Similiter praeferunt omnes nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum, qui vulgatum ex auctoritate cod. Mog. recepit. Notas numerales ∞ vel *CIↃ* et *IↃ* perperam librarii confuderunt. Vide ad 40, 36, 10. Puto vero recte Aldum lectionem cod. Mog. adoptasse: nam viginti millibus peditum eadem fere proportione observata mille trecenti equites adduntur, qua mox tribus millibus peditum ducenti equites. Ceterum paullo ante *decem millia*, pro *viginti millia*, praeferunt Harlej. et Lovel. 2. qui ambo etiam *sociis et Latini nominis* legunt. *sociis et nominis Latini* Mead. 1. ut forte scribendum sit *sociis nominis Latini.* Sed utraque locutio, *socii et Latinum nomen* ac *socii Latini nominis*, in usu est. V. ad 21, 55, 4. Ad verba sequentia *et tria millia peditum Romanorum, ducentos equites* supplendum esse *scripserunt*, quum de Romanis agatur, non *imperarunt*, recte monuit Crevier.

§. 4. *Praeter legiones*] Nempe duas illas ex senatusconsulto scriptas, quas urbanas fuisse puto. DUKER.

T. Maenium delectui habendo praefecerunt] *C. Menium* Voss. At supra cap. 6. recte ei *Titi* praenomen uno ore omnes codd. tribuunt. *T. Menius* Lovel. 2. et Harl. Similitudo literarum *n* et *u* in scriptura Longobardica er-

Digitized by Google

tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas. si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico
7 animadvertebatur. Datum deinde consulibus negotium est, ut omnia Bacchanalia Romae primum, deinde per totam Italiam, diruerent; extra quam si qua
8 ibi vetusta ara aut signum consecratum esset. in re-

Sed sunt talia etiam apud Sallustium. GLAR. *violati stupris* erant, quae vel ipsi passi erant, vel aliis intulerant. Ita Lucretia a Tarquinio stuprata marito fatetur supra 1, 58. *Corpus est tantum violatum, animus insons.* At *caedibus violati* erant, qui alterum interfecerant. Supra 25, 18. *Ne hospitali caede dextram violet.* Mox *qui falsis testimoniis, qui signis adulterinis* Lov. 6.

§. 6. *Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu*] Quae ad hunc locum notarat Modius. delevi; quia legi possunt apud Lipsium ad Taciti 2. Ann. 50. Ceterorum *in quorum manibus* Voss. et Gaertn. Mox *ipsi privato animadverterent in eas* Lov. 6. Sed praepositionem *i*, vel *in*, hausit praecedentis vocis litera finalis. V. ad 37, 41, 8. Supra 9, 7, 12. *Consules, in privato abdisi, nihil ipsi magistratu agere.*

§. 7. *Extra quam sicubi vetusta ara*] Quidam emendarunt hunc locum, pro *sicubi* ponentes *si qua ibi:* quod mihi quidem placeret, si *ubi*, non *ibi*, reposuissent: quanquam cum nemine ea de re contendero. GLAR. Moguntini sunt, qui *si qua ibi* ex cod. suo receperunt: cum quo faciunt Voss. Lovel. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *si qua*, vel *si quae ubi* Lov. 2. 5. et edd. vett. *sicubi* primus Ascens. anno 1513. Sed *ibi* est in Bacchanalibus. *Extra* est praeter, *extra quam* praeterquam. Supra 26, 34, 3. *Ipsos liberosque eorum et conjuges vendendas, extra filias, quae enupsissent.* 38, 38, 9. *Neve navigato circa Calycadnum, aut Sarpedonem promontoria; extra quam, si quis navis pecuniam, stipendium, aut legatos, aut obsides portabit.* Vide Briss. de Form. 5, 404.

§. 8. *Senatusconsulto cautum est*] Senatusconsultum illud hodie adhuc supereſt, quod ex tabula aenea descriptum edidit Gronov. post praefat. Cicer. et deinde Fabrett. in Inscript. pag. 427. Quum vero alterum ab altero in nonnullis literarum apicibus differret, denuo edidit, et, lectionum varietatibus diligenter adnotatis, quorumdam verborum explicationem addidit Hearnius ad finem Livii tom. 6. pag. 237. Idem senatusconsultum ex Fabretto descripsit Scipio Maffaeus in Histor. art. Diplom. pag. 125. et aliquot conjecturis inlustravit. Postea vir Amplis. Corn. van Bynkersh. Curiae supremae Hollandorum ac Zelandorum praeses dignissimus, ejusque aeternum decus, illud dissertationi de Relig. Peregr. quae exstat inter opuscula, inseruit, et pag. 259. notis inlustravit. Ultimo loco idem hoc monumentum, denuo ad ipsam tabulam diligentissime exactum, notis exposuit Matth. Aegyptius Neapoli anno 1729. Pleraque haec in appendice Liviana recudi curavi.

Ne qua Bacchanalia Romae, neve in Italia essent] *Roma, ne in*

Digitized by Google

liquum deinde senatusconsulto cautum est, *Ne qua Bacchanalia Romae, neve in Italia essent. si quis tale sacrum sollemne et necessarium duceret, nec sine religione et piaculo se id omittere posse, apud praetorem urbanum profiteretur, praetor senatum consuleret. si ei per-* 9 *missum esset, quum in senatu centum non minus essent,*

Italia Voss. *Romae, ne in Italia* Lov. 1. *Romae, vel in Italia* Hearnii L. 1. *Romae, neu in Italia* Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *Romae, neve in Italia* substituit Aldus, neque aliter Lov. 2. 6. et Gaertn.

Necessarium duceret, nec sine religione] *et nec sine religione* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Ascens. qui primus anno 1513. voculam *et* omisit: quae etiam errore scribarum ex ultimis literis vocis praecedentis repetita est. Alia exempla v. ad 2, 5, 8. c. 12, 2. c. 15, 2. 3, 11, 8. 4, 7, 7. c. 59, 11. 5, 50, 5. 6, 18, 3. 7, 4, 5. c. 37, 11. 9, 16, 5. c. 19, 6. c. 22, 6. c. 23, 6. c. 25, 2. c. 37, 5. et saepissime alibi. Adde Cort. ad Plinii 5. Ep. 19, 2. Additur etiam haec vocula post vocem, quae desinit literis *ēt*, sive *ent*. V. ad 2, 30, 13. Similiter intercipitur etiam τὸ *et* a voce praecedente, quae finitur literis *ēt*, vel *ent*. V. ad 35, 41, 7.

Se id dimittere posse] Lege *se id omittere posse*. GELEN. *se dimittere* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Aldus ex Mog. cod. *se id dimittere* vulgavit.

Apud praetorem urbanum profiteretur] Ita Aldus ex cod. Mog. Antea edebatur *apud praetorem ut profiteretur*, quod servant Lov. 2. 4. 5. Mead. 2. et Gaertn. *apud praetorem ubi profiteretur* Hearnii L. 1. cujus scriba *uti profiteretur* dare voluisse videtur. *aut praetorem ut profiteretur* Mead. 1. unde credi posset, forte legendum esse *ad praetorem*. Saepe enim *aut* et *ad* commutantur. V. ad 6, 3, 6. 39, 34, 4. et Nic. Heins. ad Nas. 3. Fast. 238. *ad* autem usurpari pro apud, Livio est familiarissimum. V. ad 7, 7, 4. *apud praetorem profiteretur* Voss. Lov. 1. et Harl. similiter etiam dare voluit scriba Lov. 6. nisi quod *populum R.* pro *praetorem* dederit, de quo errore v. ad 31, 10, 4. At vox *urbanum* omitti nequit. Expresse enim in senatusconsulto cautum fuit, *ut ei. ad. pr. urbanum. Romam. veniret.*

§. 9. *Senatum consuleret, si ei permissum esset*] *ei* intelligo, qui tale sacrum sollemne et necessarium duceret, nec sine religione et piaculo se id omittere posse. Id ideo moneo, quod videam, Zamosc. 2. de Senat. Rom. 9. verba haec ita accepisse, quasi foret, si praetori permissum esset senatum consulere.

Quum in senatu centum non minus essent] Dudum ostenderunt viri docti ex Festo v. *Numera*, ex Livio 38, 44. 39, 4. et aliis scriptoribus antiquis, non potuisse fieri senatusconsultum, nisi certus adfuisset senatorum numerus. Sed, quo numero eos adesse oportuerit ad faciendum SCtum, non satis constat. Legi possunt, quae de ea re tradiderunt Manutius de Senatu Rom. cap. 10. et ad Cicer. 1. Epist. famil. 9. et

Digitized by Google

ita id sacrum faceret, dum ne plus quinque sacrificio interessent, neu qua pecunia communis, neu quis magister sacrorum, aut sacerdos esset.

1 XIX. Aliud deinde huic conjunctum, referente Q. Marcio consule, senatusconsultum factum est, *Ut de iis, quos pro indicibus consules habuissent, integra*

Sigon. sub nomine Zamoscii de Senat. Rom. 2, 5. et 2. de Ant. jur. civ. Rom. 2. cujus sententia probabilis est. Quod Turneb. 30. Advers. 25. scribit, auctore Livio, ut SCtum fieret, saltem centum senatores in curia esse debuisse, benigne interpretandum est, eum de hac aetate dictum voluisse. Nam nemo dubitare potest, eum sciviſse, deinde majorem numerum requisitum fuisse. DUKER. *non minus esset* Harl. et Mead. 1. In ipso senatusconsulto aliquoties haec formula obcurrit, *dum. ne. minus. senatoribus. c. adesent.* Hinc etiam hoc loco *dum in senatu* legendum conjicit Aegypt. pag. 133. An insuper legendum *ne minus?* de quo vide ad 38, 24, 5.

Dum ne plures, quam quinque, sacrificio adesſent] Lege *dum ne plus quinque*, elegantius quam *plures quam quinque*. GELEN. Libri nostri *dum ne plus, quam qui sacrificio essent*. GEBH. Similiter Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes. *dum ne plus quam sacrificio essent* Harl. *dum ne plus quam qui sacrificio interesſent* Voſſ. *essent*, pro *interesſent*, etiam Hearnii L. 1. *dum ne plus quam quinque qui sacrificio essent* Mediolani datum est anno 1505. *dum ne plures sacrificio adesſent* ab Ascensio anno 1513. Quum autem interim Moguntini in cod. suo inveniſſent *dum ne plus quinque sacrificio interesſent*, ipsi in contextum receperunt *dum ne plures, quam quinque, sacrificio adessent*; Aldus *dum ne plures, quam quinque sacrificio interessent*; Frob. anno 1535. ex mente Gelenii lectionem cod. Moguntini. In ipso SCto verba ita concipiuntur: *Censuere. homines. plous. v. oinuorsei. virei. atque. mulieres. sacra. ne. quisquam. facise. velet. neve. inter. ibei. virei. plous. duobus. muliebribus. plous. tribus. arfuise. velent.* Unde patet, recte Gelenium ex Msto Mog. emendaſſe *ne plus quinque*. De ea locutione v. ad 41, 12, 8. ex *arfuise*, quod antique dictum est pro *udfuisse*, colligendum videtur, rectius Ascens. *adessent*, quam *interessent*, ut nunc ex cod. Mog. legitur, dediſſe.

Neu qua pecunia communis, neu quis magister sacrorum, aut sacerdos esset] *Magister* videtur velut princeps, et sacri ipsius pontifex, aliisque sacerdotibus major. Apud Capitol. quoque in Antonini vita [cap. 4.] de Saliorum sacerdotio: *Fuit in eo sacerdotio et praesul, et vates, et magister.* Et in inscriptione antiqua [apud Grut. 318, 2.] legitur: *Salius Albanus, idem magister Saliorum.* TURN. 1. Advers. 25. *ne quae pecunia communis, ne quis* Lov. 1. et 6. *ne qua pecunia communis, ne quis* Voſſ. *ne qua pecunia communis, neu quis* Gaertn. *neu quae pecunia* Lov. 2. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. Primus Aldus *neu*

Digitized by Google

res ad senatum referretur, quum Sp. Postumius, quaestionibus perfectis, Romam rediisset. Minium Cerrinium 2 Campanum Ardeam in vincula mittendum censuerunt, magistratibusque Ardeatium praedicendum, ut intentiore eum custodia adservarent; non solum ne effugeret, sed ne mortis consciscendae locum haberet.

qua pecunia substituit, quod probat Lov. 4. Expositio vocis *magister*, quam Turneb. dedit, inde confirmari posset, quod *magister* hic ante *sacerdotem* memoretur, nisi alius ordo observaretur in SCto his verbis: *Sacerdos nequis. vir. eset. magister. neque. vir. neque. mulier. quisquam esit.* Similiter in collegio Saliorum *magister* memoratur apud Val. Max. 1, 1, 9. non autem is, sed *praesul*, primus ejus collegii sacerdos erat, teste Aur. Vict. in Vir. Inl. 3. *Salios Martis sacerdotes, quorum primus praesul vocatur, instituit.* Et hinc in eodem collegio post *praesulem* et *vatem* tertio demum loco memoratur *magister* apud Capitol. loco a Turneb. laudato. Similiter *magister fratrum Arvalium* memoratur in lapide apud Philipp. a Torre in Monum. vet. Antii pag. 390. et *promagister* apud Gruter. 120, 1. et Fabrett. in Inscr. pag. 442. Ejusdem collegii *flamen* et *proflamen* apud Philipp. a Torre pag. 390. Notandum est, in senatus consulto prohiberi, ne quis vir sacerdos vel magister, item ne qua mulier *magistra* foret: de mulieribus magistris vide Phil. a Torre d. l. pag. 809.

§. 1. *Aliud deinde huic conjunctum, referente Q. Marcio consule*] *Tò deinde* exulat a Gaertn. Tum *Q. Apatio consule* Voss. Lov. 1. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Nec aliter Harl. nisi quod insuper vocem *consule* omittat. Mox *rediisset* Gaertn.

§. 2. *Ut in intentiore eum custodia adservarent*] Placeret magis, ut est in vet. cod. sine particula *in*, *ut intentiore.* URSIN. Sine praepositione *in* Pall. uterque, et vet. ed. *ut intentiore eum custodia asservarent*, ut censuit quoque Fulv. Ursinus. GEBH. Parum abest, quin adsentiar libris apud Hearnium, a quibus abest *in*: non quod putem *adservare aliquem in custodia* minus recte dici, quam *adservare in carcere*; sed quod adjectum *intentiore* ad eos pertinet, quibus custodia committebatur; non ad custodiam, in qua eum adservari volebant. Ita quemadmodum non bene dici credo *adservare aliquem in intento carcere*, ita non melius *in intenta custodia.* 5, 47. *Inde intentiores utrimque custodiae esse.* id est, ut lib. 8, 8. loquitur, *custodiae intentioris curae erant.* DUKER. Virorum doctorum sententiam, praepositionem *in* delendam esse, firmant Mstri nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. quibus etiam consentit Crevierius. Primus eam addidit Froben. anno 1535. qua vero auctoritate, non constat. Si tamen jubente Gelenio id fecit, isque cod. Mog. secutus fuit, dicendum erit, eum hic malam manum passum, et *tò in* ex prima syllaba vocis seq. perperam repetitum esse. Vide ad 4, 6, 11. Similiter *servare* et *adservare custodia* supra 24, 45.

Digitized by Google

3 Sp. Postumius aliquanto post Romam venit. eo referente, de P. Aebutii et Hispalae Feceniae praemio, quod eorum opera indicata Bacchanalia essent, se-
4 natusconsultum factum est, *Ut singulis his centena millia aeris quaestores urbani ex aerario darent. Utique consul cum tribunis plebis ageret, ut ad plebem primo*

Eum libero custodia haud procul a castris placere in aliqua fida civitate servari. Cic. 5. in Verr. 30. *Populi Romani hostis privatis custodiis adservabitur?* 3, 24. *Biduum Leontinis in foro custodiis Apronii retentum atque servatum.* Praeterea *interiore cum custodia* Voss. et Lov. 6. quod ex librariorum interpolatione natum puto. Supra 23, 19. *Deinde intentiore custodia cautum, ne quid falleret.* ubi etiam codd. plures *interiore*, quod et quaedam praeferunt edd. Alteram lectionem ibi adstruxeram; sed, quae notaram, nescio quo casu, eo loco interciderunt, cum aliis igitur ultimo tomo inserui. *interiore cum custodia* Gaertn. *intentiore cum custodia* Harl. Mead. 1. et edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et nonnullae aliae. Sed et hoc errantibus librariis tribuendum. V. ad 4, 19, 2. Mox *mortis consciendae* Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo. Sed *conscíscere* in hac re est usitatissimum. V. supra ad 9, 26, 7.

§. 4. *Ut singulis his centena millia aeris*] Sic a Moguntino. Andreas dederat *ut in singulis centena.* Scribe: *uti singula his centena millia aeris quaestores urbani ex aerario darent.* Sic enim loquebantur. Tacitus 1. Ann. [18.] *Ut singulos denarios mererent.* Et in testamento Augusti [ibid. cap. 8] *Praetoriarum cohortium militibus singula nummûm millia.* Ut et Sueton. in eodem. Idem Tiberio cap. 48. *Singula millia denariorum praetorianis, quod Sejano se non accommodassent.* Tale et Lucilii: *et primum his abdomina thynni Priva dabo.* J. FR. GRON. In hac emendatione, fateor, scrupuli aliquid mihi est, et dubito, an sic locuti fuerint Romani. Probe novi, dixisse eos, *singula millia nummûm dare militibus, singula millia aeris*, et quae sunt similia: sed *singula bina, singula dena millia, singula centena millia*, nusquam legi, et vellem virum Cl. simile attulisse exemplum, quo duo numeralia distributiva eodem casu ponuntur, et ambo referuntur ad *nummos*, vel *aes*, vel aliud quid, quod distributum dicitur. Nullum enim ex allegatis Taciti et Suetonii exemplis est simile huic Livii. Quando autem adjectivum numeri distributivi additur substantivo, solet τὸ *singuli* ad personas referri. Cicero ad Attic. *Sane commode Pompejus distribuit binos singulis patribus familiarum.* Quare vulgatam lectionem ego potius servaverim. LAMB. BOS. *aeris gravis* putat Perizon. de Acre gravi §. 24. DUK. *ut in singulis centena* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii Oxonn. et edd. vett. *ut singulis centena* edd. Mediol. anni 1505. et mox Ascens. anni 1513. *uti singulis centena* Lov 2. et ed. Mog. Gronovii emendationem probavit Crevierius; malim tamen cum Bossio Mss Moguntini lectionem *ut singulis his centena millia* tueri.

Digitized by Google

quoque tempore ferrent, ut P. Aebutio emerita ſtipendia eſſent, ne invitus militaret, neve cenſor ei equum publicum adſignaret. Utique Feceniae Hiſpalae datio, de- 5
minutio, gentis enuptio, tutoris optio item eſſet, quaſi ei vir teſtamento dediſſet. Utique ei ingenuo nubere liceret: neu quid ei, qui eam duxiſſet, ob id fraudi igno-

Utique conſul cum tribunis plebis ageret, ut ad plebem] Pall. *utique conſuli cum tribunis placere, uti ad plebem.* GEBH. *utique ad plebem*, ceteris omnibus omissis, Voſſ. Pro *conſul* per compendium ſcriptum fuerat *cos.* Hinc librarii indocti, nescientes quo modo id efferendum foret, fecerunt *conſuſ*, *conſuli*, *conſules*, et *conſulibus.* Deinde *cum tribunis placere* Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. *cum tribunis placeret* Lov. 1. 5. et edd. principes. Hinc *utique ad plebem* Lov. 1. 2. et Gaertn. *uti ad plebem* Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn, et edd. vett. *cum tribunis ageret, ut ad plebem* dederunt Moguntini, qui insuper monuerunt, *cum tribunis plebis ageret* in cod. suo se inveniſſe.

Ut P. Aebutio emerita ſtipendia eſſent] De vacatione militiae, et a quibus ea daretur, vide Sigon. 1. de Ant. jur. Civ. Rom. 15. et Lips. 1. de Milit. Rom. 4. e Livio 23, 20. Cic. 2. de Nat. Deor. 2. et Philipp. 5, 19. DUK. *merita ſtipendia* Lov. 1. 6. et Gaertner. scribarum errore.

Neve cenſor ei equum publicum adſignaret] Libri omnes *neve cenſores equum publicum adſignarent.* GEBH. Causam, cur a censoribus adsignaretur equus publicus, ostendit Lips. 1. de Milit. Rom. 5. Equum publicum habere honori quidem, sed simul oneri fuiſſe, observarunt Casaub. ad Suet. Aug. 38. Gronov. 3. de Pec. vet. 2. et Graevius in Prolegom. tom. 1. Thes. Antiq. Rom. DUKER. *neve cenſores equum publicum adſignarent* Voſſ. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. neque aliter Lov. 1. nisi quod insuper omittat vocem *publicum. neve cenſor Licinius equum publicum assignaret* cod. Mog. Verum nullus eo tempore Licinius censuram gessit. Froben. igitur, qui anno 1535. ejus lectionem admisit, pro *Licinius* tamen *ei* emendavit.

§. 5. *Utique Feceniae Hiſpalae datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio item eſſet, quaſi ei vir teſtamento dediſſet. Utique ei ingenuo nubere liceret*] Quae ad hunc locum viri docti notarunt, prolixiora sunt, quam ut commode contextui Liviano subjici potuerint. Quare ad calcem hujus editionis rejeci, ubi consuli possunt. Hic varias meorum codd. lectiones memorabo. *deminutio* legunt Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. 2. et edd. Camp. ac Rom. anni 1472. V. ad 2, 1, 7. 21, 17, 8. Similiter Flor. praefert 28, 13, 10. Adde Celeb. Burm. ad Ovid. 1. Triſt. 5, 44. *ſminutio* Lovel. 6. Tum *genti ſe nătio* Lov. 2. *genti ſe nuptio*, literis inperite in voces distributis, Lov. 4. Harlej. et Mead. ambo. *gentis ſui nuctio* Mead. 1. in margine, *genti ſui nuptio* Voſſ. et Lov. 1. *genti ſuae nuptio* Gaertn. *gentis ſuae innuptio* Lov. 6. Deinde e-

Digitized by Google

6 miniaeve esset. Utique consules praetoresque, qui nunc essent, quive postea futuri essent, curarent, ne quid ei mulieri injuriae fieret, utique tuto esset. id senatum vel-
7 le, et aequum censere, ut ita fieret. Ea omnia lata ad plebem, factaque sunt ex senatusconsulto; et de ceterorum indicum inpunitate praemiisque consulibus permissum est.

1 XX. Et jam Q. Marcius, quaestionibus suae regionis perfectis, in Ligures provinciam proficisci parabat; tribus millibus peditum Romanorum, centum quinquaginta equitibus, et quinque millibus Latini nominis peditum, ducentis equitibus in sup-

ptio ita esset Voss. Lov. 1. 5. 6. Lovel. 2. in marg. et edd. ante Frob. qui, probantibus reliquis scriptis, *item* pro *ita* anno 1535. substituit. Solent autem hae voces confundi. Exempla obcurrunt ad 3, 22, 7. et 36, 4, 10. Plaut. Poen. 1, 2, 31.

Soror cogita, amabo, item nos perhiberi,
Quasi salsa muriatica esse autumantur.

in Rud. 3, 4, 27.

Quasi murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam.

Insuper *ne quid ei* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum. V. ad 34, 35, 9. Sequentia *qui eam duxisset* etc. *ne quid ei* desunt in Harl. ob vocum *ne*, vel *neu*, *quid ei* iterationem. Vide ad 9, 11, 11.

§. 6. *Uti ita fieret. Ea omnia lata ad plebem*] Ita Frob. anno 1535. edidit. *ut ea fierent. Omnia lata* Lov. 5. et edd. principes usque ad Aldum. Quum enim Mog. monuissent, se in cod. suo reperisse, *ut ita fierent, ea omnia lata*, Aldus partem hujus lectionis probans excudi curavit, *ut ea fierent. Ea omnia lata;* quomodo etiam legunt Voss. Lov. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *uti ea fierent. Ea omnia lata* est in Lov. 2. *uti fierent ea. Omnia lata* in Harl. et utroque Mead. *ut ita fierent ea. Omnia lata* in Lov. 4. Paullo ante *Utique consules, praetores, qui* Voss. et Lov. 1. sed copulam *que* intercepit vox seq. *qui*. Vide ad Livii Epit. 101.

§. 7. *Et de ceterorum indicum inpunitate praemiisque consulibus permissum est*] Vet. ed. habet *et de caeterorum indicium impunitate praemiisque permissum est consuli*. Pall. omissa copula *et*, legunt *praemiisque consuli permissum est*. GEBH. Particula connectens *et* deest quoque in Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii L. 1. Dein *permissum est consuli* Lov. 5. et priscae edd. *consuli permissum est* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. quod etiam Aldus ejusque traduces receperunt. *permissum est consulibus* cod. Mog. Hinc Frob.

Digitized by Google

plementum acceptis. Eadem provincia, idem numerus peditum equitumque et collegae decretus erat. Exercitus acceperunt, quos priore anno C. Flaminius et M. Aemilius consules habuerunt, duas praeterea legiones novas ex senatusconsulto scribere jussi sunt: et viginti millia peditum sociis et nomini Latino imperarunt, et equites mille trecentos, et tria millia peditum Romanorum, ducentos equites. totum hunc exercitum, praeter legiones, in supplementum Hispaniensis exercitus duci placebat. itaque consules dum ipsi quaestionibus inpediebantur, T. Maenium delectui habendo praefecerunt. Perfectis

2 3 4 5

anno 1535. ordine tantum mutato, dedit *consulibus permissum est;* quod et in Lov. 2. superfuisse videtur; ex quo in excerptis nihil notatur.

§. 1. *Et jam Q. Marcius*] Prima vox deest in Lov. 2. *Etiam Q. Marcius* legunt Lov. 1. 6. et Gaertn. Vide ad 1, 47, 9. *Ita Q. Marcius* cod. Mog. Mox *τὰ et quinque millibus Latini nominis peditum, ducentis equitibus* desunt in Lov. 5. et edd. vetustis ob vocis *equitibus*, quae modo praecessit, repetitionem. V. ad 9, 11, 11. Primus ea adscivit Aldus fide cod. Mog. cui consentiunt reliqui nostri.

§. 3. *Et equites mille trecentos*] Pall. *et equites octingentos.* nec dissentit vet. ed. GEBH. Similiter praeferunt omnes nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum, qui vulgatum ex auctoritate cod. Mog. recepit. Notas numerales ↀ vel *CIↃ* et *IↃ* perperam librarii confuderunt. Vide ad 40, 36, 10. Puto vero recte Aldum lectionem cod. Mog. adoptasse: nam viginti millibus peditum eadem fere proportione observata mille trecenti equites adduntur, qua mox tribus millibus peditum ducenti equites. Ceterum paullo ante *decem millia*, pro *viginti millia*, praeferunt Harlej. et Lovel. 2. qui ambo etiam *sociis et Latini nominis* legunt. *sociis et nominis Latini* Mead. 1. ut forte scribendum sit *sociis nominis Latini.* Sed utraque locutio, *socii et Latinum nomen* ac *socii Latini nominis*, in usu est. V. ad 21, 55, 4. Ad verba sequentia *et tria millia peditum Romanorum, ducentos equites* supplendum esse *scripserunt*, quum de Romanis agatur, non *imperarunt*, recte monuit Crevier.

§. 4. *Praeter legiones*] Nempe duas illas ex senatusconsulto scriptas, quas urbanas fuisse puto. DUKER.

T. Maenium delectui habendo praefecerunt] *C. Menium* Voss. At supra cap. 6. recte ei *Titi* praenomen uno ore omnes codd. tribuunt. *T. Menius* Lovel. 2. et Harl. Similitudo literarum *n* et *u* in scriptura Longobardica er-

Digitized by Google

quaestionibus, prior Q. Marcius in Ligures Apuanos
6 est profectus. Dum penitus in abditos saltus, quae latebrae receptaculaque semper illis fuerant, persequitur; in praeoccupatis angustiis, loco iniquo est
7 circumventus. quatuor millia militum amissa; et legionis secundae signa tria, undecim vexilla sociûm Latini nominis in potestatem hostium venerunt, et arma multa, quae, quia inpedimento fugientibus
8 per silvestres semitas erant, passim jactabantur. prius sequendi Ligures finem, quam fugae Romani, fece-

roris ejus causa fuit. Vide ad 5, 13, 7. 6, 39, 6. et h. l. cap. 16, 11. Tum *delectu habendo* Harl. quod defendi posset ex illis, quae notantur ad 24, 19, 6. Verum omnes codd. stant pro vulgato, nisi quod *dilectûi* legant Voss. Lov. 4. Mead. 1. et Gaertn. V. ad 37, 51, 7.

§. 5. *Perfectis quaestionibus, Q. Marcius in Ligures Apuanos*] Lege addendo *Perfectis quaestionibus, prior Q. Marcius.* GELEN. Cur dicit *prior*, quum Postumium deinde in eam venisse non memoret, et cap. 23. quaestionibus per Italiam habendis retentum in provinciam non potuisse proficisci significet? DUR. Vocem *prior*, quam cum edd. vett. omittit etiam Lov. 5. et Gelenius ex cod. Mog. interposuit, servant quoque reliqui nostri. Insuper male *Aprianos* Harl. litera *u* in *ri* mutata. V. ad 22, 1, 10.

§. 6. *In abdito saltus (quae latebrae receptaculaque semper illis fuerant) persequitur*] Ita operarum errore datum est in ed. Gronov. anni 1665. quod non tantum servarunt posteriores Gronoviorum, et Doujatii, sed etiam Amstelaedamensis Clerici. Errorem recte deprehenderunt Hearnius, et Crevierius. Dein *qua latebrae* Lov. 4. et Mead. 2. quod exponi posset, qua parte. V. ad 1, 38, 6. et alibi. *qui latebrae* Lovel. 2. ut referatur ad praecedens *saltus*. At reliqui servant *quae latebrae*. Et solet more Livii relativum potius convenire nomini sequenti. V. ad 32, 30, 6. Tum *illis semper fuerant* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et priscae edd. ante Aldum, qui ordinem mutavit. Hinc *sequitur* Lov. 2. 4. Harl. et ambo Mead.

§. 7. *Undecim vexilla sociûm ac Latini nominis in potestatem hostium venerunt*] Vet. lib. *sociûm Latini nominis.* Utraque forma dicendi usitata. SIGON. *quadraginta vexilla* cod. Mog. qui numerus fidem superat. Forte error ortus est ex confusis notis numeralibus *XI* et *XL*. V. ad 40, 52, 4. Tum copulam *ac* servat solus Lov. 5. Reliqui Sigoniani eam delentibus concinunt. V. ad §. 3. Hinc *in potestate hostium venerunt* Voss. Lovel. 6. et Gaertn. Sed v. ad 9, 25, 3. Paullo ante *amissa* deest in Hearnii L. 1. pro quo *amisit* legunt edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et sequentes usque ad Aldum, qui *amissa* dedit ex cod. Mog. probantibus Mss. nostris.

Digitized by Google

runt. Consul, ubi primum ex hostium agro evasit, 9
ne, quantum deminutae copiae forent, adpareret,
in locis pacatis exercitum dimisit. Non tamen ob- 10
literare famam rei male gestae potuit. nam saltus,
unde eum Ligures fugaverant, Marcius est adpella-
tus.

XXI. Sub hunc nuncium ex Liguſtinis vulgatum 1
literae, ex Hispania mixtam gaudio triſtitiam adfe-
rentes, recitatae sunt. C. Atinius, qui biennio an- 2
te praetor in eam provinciam profectus erat, cum

§. 8. *Nec prius sequendi Ligures finem, quam fugae Romani, fecerunt*] *nec* abest a vet. lib. optimo sensu; id est, ante desiisse insequi Ligures, quam Romanos fugere. ut infra [cap. 30.] *Nec insistere perculsis hostes*. Neque enim verisimile est, Romanos, qui plerique arma abjecerant, proelium instauraſſe, nec Ligures compressa fuga Romanorum esse regressos. Verum tantam fuisse Romanorum fugam significat, ut ante Ligures defatigati sint in sequendo, quam Romani in fugiendo. SIGON. Voculam *nec* ignorant etiam omnes nostri, et edd. vett. quam Aldus, praeeunte Mog. cod. adscivit. Tum vox *finem* exsulat ab Harl. *Romani* a Lovel. 4. et Mead. utroque.

§. 9. *Ne, quantum diminutae copiae forent*] Pall. *deminutae*. GEBHARD. Similiter Lov. 4. V. ad cap. praec. §. 5. Mox *divisit* Lovel. 1. V. ad 37, 45, 19. Ita autem legere malebat Cl. Dukerus, et locum hoc modo capiebat: Postquam ex hostium agro evasit, et in loca pacata venit, in iis exercitum divisit. Si vero *dimisit* retinendum, id ita accipiebat: Postquam in loca pacata venit, passim per ea, vel in ea, dimisit exercitum.

§. 10. *Non tamen obliterare famam*] Pal. pr. *a littore*. Alter vero *ablitterare*. GEBH. *abliterare* etiam Lovel. 4. Sed vide ad 3, 71, 6.

§. 1. *Sub hunc nuncium ex Liguſtinis vulgatum*] *ex Liguris*, forte pro *Liguribus*, Voss. At reliqui nihil mutant. V. ad 32, 31, 4. Deinde *volatum* Lovel. 4. et Mead. 2. Forte librarii scribere voluerunt more antiquo *volgatum*, vel ita scriptum adsequi non potuerunt. V. infra ad cap. 53, 2. Mox *triſtitiam adferentes venerunt* cod. Mog.

§. 2. *C. Atinius, qui biennio*] *C. Carinius* Voss. *C. Catinus* Lovel. 6. *Gneus Catinius* Lov. 2. *C. Catinius* Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. omnesque typis descripti usque ad Sigonium, qui *C. Atinius* recte vulgari curavit. V. ad 38, 35, 2. et mox hoc cap. §. 6.

Cum Lusitanis in agro Haſtensi signis conlatis pugnavit] Ita plerique habent codices, sed hoc alii emendarunt. *Asiam* etiam absque adspiratione Ptolomaeus [2, 4.] in Baetica ponit, ut et alii, quo Lusitani facile pervenire poterant. At in Lusitania ne-

Digitized by Google

Lusitanis in agro Astensi signis conlatis pugnavit. ad sex millia hostium sunt caesa: ceteri fusi, fuga-
3 ti, castrisque exuti. Ad oppidum deinde Astam obpugnandum legiones ducit. id quoque haud multo majore certamine cepit, quam castra: sed, dum incautius subit muros, ictus ex vulnere post dies pau-
4 cos moritur. Literis de morte propraetoris recitatis, senatus censuit mittendum, qui ad Lunae portum C. Calpurnium praetorem consequeretur; nunciaretque, senatum aequum censere, ne sine im-

mo ponit neque Astam, neque Hastam. GLAR. Non dicit etiam Livius *in Lusitania*, sed *cum Lusitanis* signis conlatis Atinium pugnasse. *Hastensi*, quod praeferunt antt. edd. in uno tantum Lov. 5. obvium fuit; quum tamen plures mox §. 3. *Hastam* praeferant. *Extensi* est in Lov. 2. *Assensi* in Harl. *Astensi* in reliquis nostris; sed *Oscensi* praefert cod. Mog. Duas urbes, quibus *Oscae* nomen erat, in Hispania memorat Ptolemaeus, alteram in Tarraconensi lib. 2, 6. quae hic intelligi nequit; alteram in Baetica, et quidem ἐν τῇ ἐνδοτέρῳ παρὰ τὴν Λουσιτανίαν lib. 2, 4. unde etiam constat, eam haud longe ab Asta remotam fuisse. *Oscensis ager* igitur aeque atque *Astensis* hic intelligi potest: facile enim Atinius ex agro Oscensi copias ad vicinam urbem Astam admovere potuit. Similiter Plinius populos *Oscenses* memorat in Hispania citeriori 3, 3. at urbem *Oscam* in Baetica 3, 1. Ab alterutrius nomine *argentum Oscense* dictum videtur, de quo vide ad 34, 10, 4. Id ad Oscam Hispaniae Tarraconensis retulerunt ibid. Marc. Donatus, et Marca in Marca Hisp. 2, 28. Ceterum utrum *Astensi*, an *Oscensi* legendum sit, id dubitationem augere potest, quod alibi apud Livium neque *Asta*, vel *ager Astensis*, neque *Osca*, vel *ager Oscensis* memorentur.

Ceteri fusi, fugati, castrisque exuti] Libri omnes *ceteri fusi, et fugati, castrisque exuti*. GEBH. *fusi, et fugati, castris exuti* Gaertner. *fusi, et fugati, castrisque exuti* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et editi ante Froben. qui anno 1535. *τό et* ejecit. Si ex cod. Mog. fecisse constaret, de veritate lectionis non dubitarem. Nunc dissimulare nequeo, non displicere lectionem Lov. 2. *fusi, fugatique, et castris exuti*. V. ad 2, 31, 1. Paullo ante *millia hominum* Hearnii L. 1. qui contra *hostium*, pro *hominum*, praefert infra §. 9. V. ad 24, 40, 14.

§. 3. *Ad oppidum deinde Astam obpugnandum*] *Hastam* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et primae edd. Sed adspirationem a capite hujus vocis abjiciunt scriptores. Vide ad §. praec. Vox *oppugnandum* exsulat ab Harl. Mox *per dies paucos* Lov. 1. et Gaertner.

§. 4. *Maturare eum proficisci*]

Digitized by Google

perio provincia esset, maturare eum proficisci. Quarto die, qui missus erat, Lunam venit. paucis 5
ante diebus Calpurnius profectus erat. Et in cite- 6
riore Hispania L. Manlius Acidinus, qui eodem tempore, quo C. Atinius, in provinciam ierat, cum Celtiberis acie conflixit. incerta victoria discessum 7
est, nisi quod Celtiberi castra inde nocte proxima moverunt: Romanis et suos sepeliendi, et spolia legendi ex hostibus potestas facta est. Paucos post 8
dies, majore coacto exercitu, Celtiberi ad Calagur-

maturare constanter omnes codd. et edd. principes; pro quo Veneti anno 1498. et hinc Moguntini, dederunt *maturate eum proficisci*: quod obtinuit usque ad Frob. qui anno 1535. veterem scripturam revocavit; quam probavit et inlustrat Gronov. infra hoc lib. ad cap. 45, 5. Paullo ante *de morte praetoris* Voss. Lovel 1. 4. 6. Gaertner. et Hearnii L. 1.

§. 6. *Eodem tempore, quo C. Atinius, in provincia erat*] Lege *in provinciam ierat*, pro *in provincia erat*. GELEN. In *C. Atinii* nomine hic fere similiter erraverunt codd. ac supra notatum est ad §. 2. nisi quod *C. Acinius* dederint Lov. 5. et edd. vett. *C. Catinius* ed. Mog. *C. Atinius* iterum Sigonius. Tum *in provincia erat* servant omnes scripti, et typis vulgati usque ad Frob. qui anno 1535. verae Gelenii emendationi locum in contextu dedit. Solent *ea erat* et *ierat* in Mstis confundi. V. ad 2, 6, 6. c. 27, 3. 3, 29, 8. c. 33, 5. 5, 43, 4. 8, 32, 13. 21, 46, 6. c. 50, 7. 31, 19, 5. ad Epit. Liv. 29. et 49. aliisque locis.

Cum Celtiberis acie conflixit] Hic locus ostendit, Celtiberos in citeriore Hispania esse, qui tamen sunt trans Iberum: nisi quis dicat, eos Iberum transgressos in Romanorum citeriorem provinciam. Atqui de citerioris, ulteriorisque Hispaniae veris terminis vix certum est definire. Annixus est hoc Plinius lib. 3. cap. 1. sed obscure admodum. Imo paulo post cap. 3. fatetur, veterem citerioris formam mutatam. Primum equidem, meo judicio, amnis Iberus fuit limen utriusque provinciae: at posterioribus deinde annis multum adjectum fuit citeriori. GLAR.

§. 7. *Castra inde nocte proxima moverunt*] *castra ibi* Lovel. 5. et edd. principes. *castra inde* emendavit Aldus, adstipulantibus aliis nostris. Mox voces *spolia legendi ex* perperam deerant in Lov. 1.

§. 8. *Celtiberi ad Calagurrim oppidum*] MS. *ad Calagurium oppidum*. MOD. *Calagranum* Hearnii L. 1. *Calagurram* Lov. 5. et edd. principes. *Calagurtim* Harl. *Galligurim* Lov. 6. *Carragurim* Lov. 2. et Gaertn. *Caligurym* Lov. 1. *Calagurium* Moguntini ex cod. suo. *Calagurim* ed. Frob. 1531. *Calagurrim* idem Frob. quadriennio post, probantibus Voss.

Digitized by Google

rim oppidum ultro lacessiverunt proelio Romanos. 9 Nihil traditur, quae causa numero aucto infirmiores eos fecerit. superati proelio sunt. ad duodecim millia hominum caesa, plus duo capta: et castris 10 Romanus potitus. et, nisi successor adventu suo inhi-

Lov. 4. et Mead. utroque. Sed una litera canina *Calagurim* probat Cellar. 2. Orb. Ant. 1. pag. 72. Nititur autem auctoritate Graecorum et unius inscriptionis. Sed, in scriptis et editis Latinis variari, et in optimis nunc fere duplicem *rr* adhiberi, auctor est Clariss. Duker. ad Flori 3, 22, 9. Paullo ante *majore coacto exercitu* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum, qui *coacto majore exercitu* dedit: qua auctoritate tamen nescio. Codices nostros secutus sum.

§. 9. *Millia hominum caesa, plus duo capta: et castris Romanus potitus*] *millia hostium* Lovel. 2. et Hearnii L. 1. V. ad §. 2. Tum *sunt caesa* Harl. Reliqui *ea sunt*, quod modo praecessit, repellunt. Deinde *potitur* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. Paullo ante *firmiores eos fecerit* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *firmiores eos non fecerit* Harl.

§. 10. *Novi praetores ambos exercitus in hiberna deduxerunt*] Pall. uterque *Novi praetores ambo in hiberna exercitus deduxerunt*. Vet. quoque ed. praefert *ambo*. GEBHARD. *ambos* primum vidi in Sigonii ed. Veneta anni 1572. priores omnes cum scriptis nostris *ambo*, quod Gronov. recte restituit. V. ad 35, 21, 5. Praeterea *in hiberna exercitus deduxerunt* Lovel. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 1. *Ludi Taurilia per biduum facti religionis caussa*] Ludos Taurios, Festus Pompejus tradit lib. 18. [v. *Taurii*] olim institutos, et Diis inferis consecratos, quod, regnante Tarquinio Superbo, magna in mulieres gravidas incidisset pestilentia, ob diuturnam taurinae carnis esitationem. An vero *Taurilia* et *Taurii ludi* iidem essent, non sat scio, quamvis minime diversa fuisse existimem. Aliam tamen appellationis causam assignari posse, non abnuerim, quam Festus scriptam reliquit. Denominationem autem puto desumptam a tauris, quibus in hujusmodi ludi genere uterentur. Sicuti *Taurinam* Romae *portam*, Esquilinam etiam dictam legimus, a bovis capite, quod supra erat insculptum, et *Taurobolium* sacrificium taurorum, et *Suovetaurilia* sacrificium ex ove, sue, et tauro paratum. Quod autem in ludis Romani taurorum pugnam frequenter spectandam praeberent, veluti et hodiernis temporibus fieri videmus in alma urbe Venetiis, Florentiae, et alibi, deprehendimus ex Plutarcho in lib. de Fortuna Alex. [Conjugal. praecept. pag. 144.] et Seneca lib. 3. de Ira 30. ubi pugnantes tauros in ludis phoeniceo colore et rubicundo irritari efferarique scribunt. Et Plinius 8, 45. de tauris verba faciens, ait: *Thessalorum gentis inventum est, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice taurum necare: primus id spectaculum*

Digitized by Google

hibuiſſet inpetum victoris, subacti Celtiberi forent. Novi praetores ambo exercitus in hiberna deduxerunt.

XXII. Per eos dies, quibus haec ex Hispania nunciata sunt, ludi Taurii per biduum facti religionis cauſſa. [per dies] decem adparatos deinde ludos

dedit Romae Caesar dictator. Varro lib. 1. aut, aliorum computatione 4, [37.] *In Tauriis ludis*, inquit, *consuetum*, *metas circumcurrere*, quod nec a tauris alienum, scribente Plinio eodem in loco haec de tauris verba: *bigarumque etiam cursu citato, velut aurigas, insiſtere.* Quod autem dicit Livius, hos ludos *religionis causa* factos, explicandum, Diis praesertim inferis dicatos, ex Feſto superius adnotavi. Praeterea scribit Athenaeus [2. pag. 38.] tauro Bacchum aſſimulari. Lycophron Jovem *taurum* vocavit. In Periegesi Dionys. Afer [vers. 610.] Dianam *Tauropolon*, et *Ταύρια* Graecis, Latinis *Diana Taurica* vocata. Et Diodorus [2. pag. 91.] Martis et Dianae sacrificia *Tauropolia* nuncupata. Unde jure Plinius loco jam citato scripsit de tauris. *Hinc victimae optimae et lautissimae Deorum placatio.* *Ταύρειος* quoque Graecis Neptunus dictus, et *Ταύρια* Neptuni feſtum. In ludis itaque religionis causa factis, id eſt in Deorum honorem, *tauriis* vel *tauriliis* appellatis, tauris usos fuiſſe Romanos, ob idque ita appellaſſe, non solum ex dictis patere puto, sed et antiquorum numismatum fide probare possumus. Sebaſtianus Erizus, Caesaris Auguſti argenteum nummum, in cujus adversa parte inſculpta eſt pugnantis tauri effigies, enarrans, inquit, cum cusum ob memoriam ludorum Tauriorum ab Auguſto creberrime factorum. Ego argenteos nummos antiquos binos vidi, similes undiquaque. In parte una impreſſum habet caput Minervae galeatae, et galeae cono criſtam adjectam, vel plumeam, vel ex cauda equina, vel ex alia re consimili, quales saepe describuntur ab Homero in Iliade: in altera taurus integer impreſſus erat, eo ſtatu et situ, ut videatur colluctari, atque aliquem cornu petere velle. Habet enim caput oblique demiſſum, et cornua ad feriendum accomodata et composita; pedes autem inflexos et incurvatos, quasi eis terram fodere, et pulverem spargere conetur, juxta illud Virgilianum 9. Aen. [629.]

Jam cornu petat, et pedibus qui spargat arenam.

In ora infima inscriptum eſt Σουριων. Hos nummos eadem de causa cusos, affirmare poſſumus. Nam Graeci dicunt Σορεῖν, quod Latini impetum facere, seu impetu insilire. Et Θούριος dictus eſt Mars. quod eſt bellicosus seu pugnax. Σουραῖος potens, audax, Σοῦρος impetuosus. Quamvis et aliter tum Auguſti prius numisma et posteriores hi nummi dici poſſint cusi a Thuriis populis Italiae, quorum meminere Aemilius Probus, et Plutarchus in Alcibiade, Thucydides lib. 5. et Diodorus Sic. lib. 13. et Stephanus de Urbib. in haec verba: Θούριοι πόλις Ἰταλίας, ἣ πρότερον Σύβαρις. id eſt, *Thurii*

Digitized by Google

2 M. Fulvius, quos voverat Aetolico bello, fecit. Multi artifices ex Graecia venerunt honoris ejus cauſſa. Athletarum quoque certamen tum primo Romanis spectaculo fuit, et venatio data leonum et pantherarum; et prope hujus seculi copia ac varietate lu-
3 dicrum celebratum eſt. Novemdiale deinde sacrum tenuit, quod in Piceno per triduum lapidibus pluerat, ignesque coeleſtes multifariam orti aduſſiſſe

urbs Italiae, quae prius Sibaris dicebatur. MARC. DONAT. *Ludi Taurilia* primum editum inveni ab Ascens. anno 1513. quum primi editores dediſſent *Taurii*, Veneti anno 1498. et quidam alii *Tauri*. Eadem varietas in Mſtis obvia fuit, ita tamen ut nullus eorum *Taurilia* praeferat. Certe *ludi Taurii* legunt Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *ludi Tauri* Lov. 1. 6. et Voſſ. Quamvis autem contendi poſſit, *ludi Taurilia* eadem forma dici, qua *ludi Consualia* supra 1, 9, 6. et *ludi Cerealia* 30, 39, 8. quibus locis locutio illa pluribus inluſtrata eſt; ea tamen lectio hic ferri nequit, partim ob diſſensum omnium, quos excuſſi, codicum; partim quod nulli veterum, qui horum ludorum meminerunt, eos *Taurilia* adpellarint. Contra *Taurios ludos* vocat Feſt. ea voc. *Taureos ludos* Serv. ad Virg. 2. Aen. 140. *Tauricos ludos* Varr. 4. de Ling. Lat. 37. ubi in margine ed. Scaligeri eſt *ludeis Taureis*; Turneb. vero se *ludis Tauriis* in Mſto inveniſſe teſtatur 22. Advers. 16. Si quis vero ex similitudine vocis *suovetaurilia* hos ludos *Taurilia* dici potuiſſe contendat, eos tamen ita vocatos eſſe, nondum conſtare respondebo. Godices igitur aliosque scriptores secutus *ludi Taurii* Livio reddidi. Paullo ante *in Hispania* Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Moguntini auspicio cod. sui emendarunt *ex Hispania*, quod firmant omnes noſtri.

Adparatos deinde ludos etc. *fecit*] Vet. lib. habent *Decem apparatos deinde ludos*. Ex quo suspicor scripsiſſe Livium: *Per dies decem apparatos*, ut sit *per dies decem fecit ludos*. Nam de Taurilibus dixerat *per biduum*. Sic autem de ludis ejusmodi loquitur ubique, ut paulo poſt: *L. Scipio ludos eo tempore, quos bello Antiochi vovisse sese dicebat, ex collata ad id pecunia ab regibus civitatibusque, per dies decem fecit.* Et lib. 42, [20.] *Ludos per dies decem Jovi optimo maximo primo quoque die faciendos.* Et lib. 40, [45.] *Ludi votivi Q. Fulvii consulis per dies decem magno apparatu facti.* SIGON. *decem adparatos deinde ludos* ex noſtris legunt Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. usque ad Frob. qui anno 1535. vocem *decem* abjecit, consentiente ex Mſtis noſtris Lov. 6. Contra duabus ex conjectura vocibus additis *per dies decem apparatos deinde ludos* scribendum existimat Sigonius. Durum videri poſſet, vocem *deinde* in quintam sedem rejici, cui nonnihil medebimur, si cum Lov. 2. legemus *deinde apparatos ludos*. Ita enim ordine quarta periodi erit, ut

Digitized by Google

complurium levi adflatu vestimenta maxime dicebantur. Addita et unum diem supplicatio est ex decreto 4
pontificum, quod aedes Opis in Capitolio de coelo tacta erat. hostiis majoribus consules procurarunt, urbemque lustraverunt. Sub idem tempus et ex 5
Umbria nunciatum est, semimarem duodecim ferme annos natum inventum. id prodigium abominantes, arceri Romano agro necarique quamprimum jusserunt.

supra 3, 3. *In Aequis nihil deinde memorabile actum.* Si tamen Frobenium lectionem cod. Mog. expressisse constaret, ei adhaerere mallem. Ceterum voces a Sigonio additas, ut a Livii verbis distinguerentur, uncis inclusi.

§. 2. *Multi artifices ex Graecia venerant honoris ejus caussa. Athletarum quoque certamen*] *Artifices* saepe simpliciter dicuntur, qui in scenam prodeunt artis ludicrae faciendae caussa. 5, 1. 7, 2. infra hoc cap. et 41, 20. tum Phaedr. 5, 5. *artifices scenici* Ciceroni pro Arch. 5. Suet. Caes. 84. *artifices saltationis* idem in Tito cap. 7. Horum ferax erat Graecia. Vide Freinsh. Ind. Curt. voc. *Artifices.* Liv. 41, 20. de spectaculis Antiochi, *copia Graecorum artificum.* DUK. *ex Graecia venerunt* cod. Mog. quod recepi. Tum *honoris ejus gratia* Gaertn. quod est ex interpretis glossa. V. ad 36, 10, 13. Praeterea *Athletarumque certamen* Lov. 6. Sed vide ad 5, 27, 1. Mox *prope unius seculi copia* male Harl.

§. 3. *In Piceno per triduum lapidibus pluerat*] *lapides* Harl. Utroque modo Livium aliosque locutos esse, vidimus ad 3, 10, 6. Hic tamen nihil mutandum, tum quod reliqui codd. receptam lectionem firment, tum quod Jul. Obseq. qui sua plurimam partem ex Livio hausit, prodigia hujus anni referens similiter dixerit cap. 56. *Sacrum novemdiale factum, quod in Piceno lapidibus pluit.* Insuper *pluverat* Voss. Lov. 4. et ed. Camp. V. ad 1, 31, 1.

Adussisse complurium levi adflatu vestimenta maxime dicebantur] *adussisse quam plurimum* Harlej. quod vitiosum esse, subsequens *levi adflatu* ostendit. Forte tamen dare voluit librarius *quampluri-um*, quod est in Lov. 2. V. ad 4, 31, 2. Sed nihil mutandum. Jul. Obseq. cap. 56. *Ignesque coelestes, multifariam orti, levi adflatu complurium vestimenta adusserunt.*

§. 4. *Addita et unum diem supplicatio est*] *addita in unum diem* Hearnii L. 1. omnibus meis recte dissentientibus. Supra 10, 41. *Unum diem Aesculapio supplicatio habita est.* 27, 23. 29, 14. *Diem unum supplicatio fuit.* 40, 19, 5. *Per totam Italiam triduum supplicatio et feriae essent.* cap. 45, 5. *Ut supplicatio diem unum esset.* 41, 9, 7. *Diem unum circa omnia pulvinaria supplicatio fuit.* cap. 13, 3. *In Crustumino diem unum in ipso loco supplicatio fuit.* cap. 21, 11. *Biduum ferias ac supplicationem se habiturum.* cap. 28, 1. *Exitu prope anni diem unum supplicatio fuit.* 42, 20, 6. *Supplicatio unum diem feriaeque habitae.*

Aedes Opis in Capitolio de coelo

Digitized by Google

6 Eodem anno Galli Transalpini, transgressi in Venetiam sine populatione aut bello, haud procul inde, ubi nunc Aquileja est, locum oppido condendo ce-
7 perunt. Legatis Romanis, de ea re trans Alpes missis, responsum est, *Neque profectos ex auctoritate*
8 *gentis eos, nec, quid in Italia facerent, se scire.* L. Scipio ludos eo tempore, quos bello Antiochi vovisse sese dicebat, ex conlata ad id pecunia ab regibus

tacta erat] Jul. Obseq. de Prod. 56. *Aedes Jovis in Capitolio fulmine icta est.* ubi Scheff. ex Livio *Aedes Opis* legendum conjecit. At *aedis Opis* legunt Lov. 1. 2. 4. 6. et Mead. 2. V. ad 4, 25, 3.

§. 5. *Abominantes, arceri Romano agro* etc. *jusserunt*] Jul. Obseq. cap. 56. *In Umbria semimas duodecim ferme annorum natus, aruspicumque jussu necatus.* An ejus auctoritate etiam apud Livium legendum *abominantes aruspices arceri Romano agro?* Nisi enim ita legas, quinam *jusserunt?*

§. 6. *Eodem anno Galli Transalpini, transgressi in Venetiam*] *in Venetiam* dicit, quod authores *in Venetos* frequentius dicunt: nisi quis locum corruptum putet, quod ego tamen non existimo. GLAR. Ambigit de hac voce Glareanus, quae tamen est apud Patercul. lib. 2, [76.] Florum de bello Cimbrico [3, 3.] Eutropium in Dionysium, et Liv. 41, [27.] †. „Glareanus dicit, frequentius „dici *in Venetos*, quam *in Vene-*„*tiam*; idque verum est. non ne-„gat, alterum non dici.“ †. SIGON. Admonet Glareanus, non defuisse, qui mendum *in* textu esse dixerint, legendumque *in Venetos*, quum haec locutio frequentior authoribus sit: ego tamen *Venetiam* legendum non dubito. Nam, sicuti *Venetiae* urbs appellatur, ita *Venetia* provincia seu regio, cujus populi seu incolae *Veneti* nuncupati. Scribit Livius idem per initia lib. 1. Antenorem *cum multitudine Henetum, qui, seditione ex Paphlagonia pulsi, et sedes et ducem, rege Pylaemene ad Trojam amisso, quaerebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum, Euganeisque, qui inter mare Alpesque incolebant, pulsis, Venetos Trojanosque eas tenuisse terras, et in quem primum egressi sunt locum, Troja vocatur, pagoque inde Troja nomen est; gens universa Venesi appellati.* Hoc pariter tradit Cornelius Nepos, si Plinio credimus id affirmanti lib. 6. cap. 2. qui lib. 2. cap. 72. inquit. *In parte Italiae, quae Venetia appellatur, eisdem horis umbra gnomoni par sit.* Clarius vero lib. 3. cap. 18. Venetiam decimam Italiae regionem describit. Et Livius ipse lib. 41, §. 27.] *Ex iis M. Aemilio senatus negotium dedit, ut Patavinorum in Venetia seditionem comprimeret.* Hanc regionem *Venetorum angulum* vocavit Livius lib. 5, [33.] Quod vero hoc in loco scribit idem author, Gallos, scilicet Transalpinos, sine populatione aut bello in Venetiam transgressos, in eam me trahit sententiam, ut existimem, horum partem quoque postea, vel patrii soli amore motam, vel suae gentis authoritate revocatam, cum de ea re Romani per legatos conquesti essent, in Gal-

Digitized by Google

civitatibusque per dies decem fecit. Legatum eum post damnationem et bona vendita missum in Asiam, ad dirimenda inter Antiochum et Eumenem reges certamina, Valerius Antias est auctor. tum conlatas ei pecunias, congregatosque per Asiam artifices: et, quorum ludorum post bellum, in quo votos diceret, mentionem non fecisset, de iis post legationem demum in senatu actum.

liae maritimam oram reversos, quae Britanniae opponitur, Venetorum etiam nomen retinuisse. Horum non semel meminit Caesar in comm. de B. Gall. lib. 2. et 3. inquiens, eorundem civitatis amplissimam authoritatem esse omnis orae maritimae regionum earum, quod naves habent Veneti plurimas, quibus in Britanniam navigare consueverunt, et scientia atque usu nauticarum rerum caeteros antecedunt, et in magno impetu maris atque aperto, paucis portubus interjectis, quos tenent ipsi omnes fere, qui eodem mari uti consueverunt, habent vectigales. De iis quoque meminit Livius in Epit. lib. 104. scribens: *C. Caesar gentem oceano junctam Venetos navali proelio vicit.* Ita Plinius non damnandus, quod Venetos populos lib. 4, 18. in Gallia reposuerit: illud tamen non recipiendum ex ipso, quod ibidem in Lugdunensi Gallia locarit, cum id Caesaris scriptis minime conveniat. Nisi lata appellatione Galliam Lugdunensem acceperimus pro Gallia Celtica, cujus Ptolemaeus fuse lib. 2. cap. 8. verba facit, et cujus pars occidentalis mari oceano alluitur. MARC. DONAT. *Eodem quoque anno* Lov. 5. et edd. primae usque ad Frob. qui anno 1535. primus omisit. Mox *Aquilegia* Voss. Lov. 1. 6. Harl. et Gaertn. Tum *est Aquileja* Lov. 5. et editi ante Aldum.

§. 7. *Nec, quid in Italia facerent, se scire*] Pall. *sese scire.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Gaertn. et Mead. ambo. Insuper *in Italia quid facerent* Lov. 1. 6. et Gaertn.

§. 8. *Ludos eo tempore, quos bello Antiochi vovisse sese dicebat*] *eo tempore ludos* Lov. 5. et edd. ante Aldum; qui ordinem vocabulorum vulgo receptum induxit, concinentibus reliquis meis. Tum *vovisse se dicebat* Voss. *vovisse sese dicebatur* Mead. 1. An voluit librarius *vovisse dicebatur*? Sed potius nihil muto. Innumeris enim locis librarii terminum finalem verbi passivi, vel notam, qua scribi solebat, perperam addiderunt. V. ad 1, 17, 6. 2, 5, 7. c. 7, 2. c. 30, 13. c. 45, 8. c. 64, 11. 3, 26, 4. c. 34, 4. c. 36, 8. c. 60, 6. 4, 3, 6. c. 61, 7. 5, 35, 2. c. 40, 8. c. 41, 4. c. 49, 9. 6, 7, 5. c. 14, 12. c. 25, 3. c. 41, 4. et passim. Alibi eamdem perperam illos omisisse vidimus ad 10, 10, 1. Mox §. seq. *ad dirimendam inter Antiochum et Eumenem reges certamina* Harl. Videri posset, legendum esse *ad dirimendum certamina.* V. ad 40, 49, 1. Potius tamen nihil muto, et existimo literam *m* finalem adscitam esse ex similitudine literarum initialium *in* vocis sequentis. V. ad 3, 48, 5.

§. 10. *Congregatosque per Asiam*

Digitized by Google

1 XXIII. Quum jam in exitu annus esset, Q. Marcius absens magistratu abiturus erat. Sp. Postumius, quaestionibus cum summa fide curaque perfectis, 2 comitia habuit. creati sunt consules Ap. Claudius

artifices] Habent Pall. *corrogatosque*. GEBH. *conrogatosque* Mead. 1. *corrogatosque* Lov. 2. 4. Mead. 2. et Gaertn. V. ad 33, 48, 5. Mox *quorum ludorum post bellum votorum diceret mentionem non feciſſe* Voſſ. et Lov. 1. ac 6.

§. 2. *Postero die praetores facti P. Cornelius Cethegus*] Hoc *Cethegus* nuper est additum. Sed et anno sequenti [cap. 32.] *P. Cornelius Cethegus* fit praetor. Quare hoc mihi suspectum, ut multa alia hoc loco, maxime quod praetorum sors omissa est hoc anno, et provinciarum ordinatio, praeter hujus decados et morem et consuetudinem. GLAR. Certe *Cethegus* deest quidem a Lov. 5. et edd. antt. non tamen ex ea causa cognomen id Glarcano suspectum fieri debuit. Addidit enim Aldus auspiciis cod. Moguntini, cum quo faciunt Lovel. 1. 4. 6. Voſſ. Mead. 2. et Gaertn. Reliqui autem mei Lov. 2. Harl. et Mead. 1. legunt *P. Cornelius Celsus*. Proximi autem anni praetorem hujus fratrem patruelem fuisse, conjicit Pighius in Ann. ad ann. IↃLXIX. pag. 312. Praeterea *praetores creati* Lov. 1. et 6. sed *creati* modo praecessit. Paullo ante *creati consules sunt* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

C. Afranius Stellio] Pall. et vet. ed. *Arranius Stellio*. GEBH. *C. Aranius* Lov. 2. et Harl. *C. Arranius* Voſſ. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo recte Frob. anno 1531. *C. Afranius* emendavit. Dein *Stellio* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. 1. et Gaertn. *C. Afranius Stellio* triumvir coloniae deducendae infra memoratur cap. 55, 9. ubi quidem etiam variant libri; sed quidam tamen ita praeferunt; aliorum vestigia eam lectionem probant. Sequens praetor *A. Atilius Sarranus* vocatur in Voſſ. *Auli* praenomen ei etiam datur in Lov. 6. et Gaertn. cognomen autem *Sarranus* in Lov. 1. et 6. *Sarra* in Lov. 4. V. ad 34, 54, 3.

L. Postumius Tempsanus] *Tumpanus* scribit Pighius in Ann. ad A. V. IↃLIV. et IↃLXVIII. e Livii 34, 47, 2. credo, ubi *L. Postumius quaestor, cui Tympano* (non *Tumpano*) *cognomen erat*, a Bojis occisus dicitur. Sed hoc non satis argumenti est, pro *Tempsanus* hic legendum esse *Tympanus*. Cognomen *Tempsanus* fortassis nusquam alibi legitur; sed potuit id Postumius ob causam aliquam habuisse a Tempsa in Bruttiis, quo A. V. IↃLIX. coloniam civium Romanorum deductam scribit Livius 34, 45, 4. Sic Valerios cognomen *Antias*, et Atilios *Calatinus*, ab *Antio* et *Calatia* accepisse, probabile est. Et Augusto infanti cognomen *Thurinus* a *Thuriis* inditum fuit. Suet. Aug. 8. Illud hic animadvertendum est, quod adnotat Pighius, Livium omnium hujus anni praetorum sortes provinciarum praeter morem suum omittere, sed deinde cap. 29. et 41. indicare, L. Postumio Tarentum provinciam fuisse. Hoc ille taedio, quod aliquando in laboribus auctori obrepit, tribuit. Vix credo omnes ita judicaturos. DUK. Codd. manu et typis descripti nihil mu-

Digitized by Google

Pulcher, M. Sempronius Tuditanus. Poſtero die praetores facti P. Cornelius Cethegus, A. Poſtumius Albinus, C. Afranius Stellio, C. Atilius Serranus, L. Poſtumius Tempsanus, M. Claudius Marcellinus.

tant, nisi quod perperam *Poſtumus* sit in Harl. *Tensanus* in Lovel. 2.

M. Claudius Marcellus] Pall. et vet. ed. *M. Claudius Marcellinus*. GEBH. Non vereor id [*Marcellinus*] vitiosum appellare, et, recisis literis, quae abundant, censere scribendum *Marcellus*. Idem ipse eſt, qui consul creatur cap. 45. Accedit, τὸ *Marcellinus* eſſe cognomen Lentulorum, non Claudiorum. JAC. GRONOV. *Marcellus* habet unus liber Hearnii, e quo intelligo, id etiam probaſſe Sigonium. Propter auctoritatem plurimorum MSS. tamen non temere damnem *Marcellinus*. Quod *Marcellinus* cognomen Lentulorum fuit, ex eo non sequitur, id hujus Claudii quoque non potuiſſe eſſe. *Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus*, qui anno V. ıɔcxcvıı. patre Claudio Marcello plebejae gentis natus, quod ex Cic. 15. Epiſt. fam. 10. et Ascon. in Divin. in Verr. cap. 4. intelligitur, a Cn. Cornelio Lentulo adoptatus, se Cn. Cornelium Lentulum, non *Claudianum* a nomine gentis, qua natus erat, ut alii solebant, sed *Marcellinum* a nomine familiae patris naturalis appellari voluit, ne, ut putat Manutius ad Cic. 1. Epiſt. fam. 1. e Claudiis Pulchris aut Neronibus patriciis videretur eſſe, qui e Claudiis Marcellis plebejis erat. Fingamus jam hunc M. Claudium, quum patre Claudio Marcello plebejae gentis natus eſſet, a M. Claudio quodam, non dico patricio, quia hoc illa aetate rarum fuiſſe puto, sed plebejo, verbi gratia Asello, Flamine, aliove quodam Claudiorum plebejorum, quorum multae familiae erant, adoptatum fuiſſe. Hic sibi non dissimili ratione cognomen Marcellini adsciscere potuit, ut sciretur, qua familia Claudiorum plebejorum natus per adoptionem in aliam veniſſet. Non multum tamen huic hariolationi tribuo, neo valde contendo, retinendum eſſe *Marcellinus*. Sed, quod hic pro certo ponitur, hunc *M. Claudium Marcellum* eumdem eſſe, qui biennio poſt A. V. ıɔlxx. consul fuit, id non admodum certum eſt. Auctor Indicis Faſtorum Pighianorum hujus anni consulem putavit eſſe *M. Claudium Marcellum*, quem A. V. ıɔlxv. praetorem memorat Livius lib. 38, 35. Nec video quidquam dici poſſe, cur is eſſe non potuerit. Vir doctiſſimus eo in hanc opinionem veniſſe videtur, quod saepe tantum biennium inter praeturam et consulatum interjectum erat. Sed, hoc non perpetuum fuiſſe, vel uno Q. Fabii Labeonis exemplo, quum multa in promtu sint, oſtendi poteſt. Nam hic quum A. V. ıɔlxıv. praetor fuiſſet, Livius 37, 47. poſt sex annos demum cum M. Claudio Marcello consul factus eſt infra cap. 45. DUK. *Marcellus* Lovel. 1. Harl. et Hearnii L. 1. Ita etiam olim edidit Frob. anno 1535. quod poſt eum reliqui servarunt usque ad J. Fr. Gronov. qui anno 1665. priorem lectionem *Marcellinus* revocavit. Et favet Clariſſ. Jac. Perizonius, qui haec ad marginem cod. sui notavit. „*Marcellus* legendum Jac. Gro„nov. adfirmat, maxime quum

Digitized by Google

3 Extremo anni, quia Sp. Poſtumius conſul renuncia-
verat, peragrantem ſe propter quaeſtiones utrumque
litus Italiae desertas colonias, Sipontum supero,
4 Buxentum infero mari, inveniſſe; triumviri ad colo-
nos eo scribendos ex senatusconsulto ab T. Maenio
praetore urbano creati sunt, L. Scribonius Libo,
5 M. Tuccius, Cn. Baebius Tamphilus. Cum Perseo
rege et Macedonibus bellum, quod inminebat, non
unde plerique opinantur, nec ab ipso Perseo caus-

„sit idem, qui cap. 45. consul „creetur: quod tamen incertum. „Nam et lib. praec. cap. 35. M. „Claudius Marcellus praetor ur„banus fuit, et potuit hic ad di„ſtinctionem illius dictus eſſe „*Marcellinus.*“ Haec ille. Quam sententiam defendenti quemadmodum pertinaciter adversari nolo, ita tamen Clariſſ. Gronovio *Marcellus* legenti potius consentio, partim ob codicum trium, emendationem ejus probantium, fidem; partim quod Froben. anno 1535. ita vulgarit; quem id auspiciis, ut solet, Gelenii feciſſe, Gelenium vero cod. Mog. secutum fuiſſe, suspicor. Nec tamen temeritatis accuser, in contextu nihil mutavi, licet id Cl. Crevierium feciſſe videam.

§. 3. *Extremo anni, quia Sp. Poſtumius conſul*] *Poſtremo anni* Lovel. 2. et Harl. *Extremo anno* edd. vett. pro quo Aldus ex cod. Mog. *Extremo anni* reſtituit. Nec aliter reliqui noſtri. Et recte. Supra 3, 24. *Extremum anni jam erat.* 35, 11. *Extremo ejus anni bis in magnum periculum res adducta eſt.* 39, 6. *Extremo anni* etc. *Cn. Manlius Vulso de Gallis, qui Asiam incolunt, triumphavit.* Similiter *extremum autumni, hiemis.* V. ad 32, 32, 1. *extremum aeſtatis.* V. ad 26, 20, 7. *extremum spei* 43, 16. *extremum pontis* 44, 5. Vide etiam supra ad 37, 58, 8. Praeterea vox *conſul* deeſt in Voſſ.

Sipuntem supero, Buxentum infero mari, inveniſſe] *Sipontum* dixit, non *Sipuntem*, quemadmodum *Buxentum* Latinis dicitur, qui Graecis *Pyxus.* GELEN. *Sipuntem*, pro *Sipuntum*, operarum errore dedit Froben. anno 1531. Id autem oppidum *Sipuntum* et *Sipontum* scriptoribus antiquis dictum eſſe, docuerunt Cluver. 4. Ital. ant. 11. pag. 1212. et Cellar. 2. Orb. Ant. 9. pag. 565. Vox *mari* deeſt in Lov. 5.

§. 4. *Triumviri ad colonos eo scribendos*] *ad colonos eos scribendos* Lovel. 1. Harl. et Mead. 1. litera initiali ultimae vocis in fine praecedentis perperam repetita. V. ad 28, 25, 2. *ad colonias eo scribendas* Voſſ. Lov. 5. et editi ante Aldum, qui vulgatum ex fide Mſti Mog. admisit. Similiter legunt reliqui noſtri. Mox praetoris urbani praenomen eſt *L.* in omnibus scriptis noſtris, Hearnii L. 1. et edd. antt. pro quo *T.* Moguntini ex cod. suo recte dederunt. Certe supra cap. 6, 2. nihil mutarunt codd.

§. 5. *Bellum, quod inminebat, non unde plerique opinantur, nec ab ipso Perseo caussa coepit*] Pall.

Digitized by Google

sas cepit. inchoata initia a Philippo sunt: et is ipse, si diutius vixiſſet, id bellum geſſiſſet. Una eum res, quum victo leges inponerentur, maxime angebat; quod, qui Macedonum ab se defecerant in bello, in eos jus saeviendi ademtum ei ab senatu erat: quum, quia rem integram Quinctius in conditionibus pacis distulerat, non desperaſſet impetrari posse. Antiocho rege deinde bello superato ad Thermopylas, divisis partibus, quum per eosdem dies

et vet. ed. *caussas cepit*, ut referatur *τὸ cepit* ad *bellum*. GEBHARD. *bellum imminebat, ut id plerique opinantur, nec ab ipso Perseo caussa cepit* admodum corrupte Voſſ. *bellum, quod imminebat, ut id pplique opinantur* Lov. 1. *bellum, quod imminebat, ut plerique opinantur* Lov. 6. *ut*, pro *unde*, in L. 1. Hearnius invenit. *caussas cepit* reliqui omnes codd. conſtanter; neque aliter editum eſt usque ad Paris. qui anno 1573. *caussas coepit* vulgarunt, *caussa cepit* Modius, *caussa coepit* Gruter. Sed recte Gronov. priscam lectionem *caussas cepit* servandam eſſe in prima ed. notarum monuit. Terent. Andr. 1, 3, 8. *Si lubitum fuerit, caussam ceperit, quo jure, quave injuria praecipitem me in piſtrinum dabit.*

Inchoata initia a Philippo sunt] Vet. lib. *ab ipso Philippo sunt.* SIGON. Similiter Lov. 2. et Harl. At mox sequitur *et is ipse.* Sed *inchoata a Philippo initia sunt* Gaertn.

Et is ipse, si diutius vixisset] Libri omnes *et ipse si diutius vixisset*. GEBH. Non aliter inveni in Voſſ. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et priscis edd. *et is ipse* Aldus dedit fide cod. Mog. Eodem nos ducit scriptura, licet vitiosa, cod. Lov. 2. *et si ipse si diutius.*

§. 6. *Una ea res, quum victo leges*] Vet. lib. *Una eum res.* SIG. Codicibus Sigonii consentiunt noſtri, ut et edd. vett. usque ad Frob. qui anno 1531. alteram lectionem male invexit. Praeterea *devicto* Harl. Mox vero *maxime angebat* Mead. 1. V. ad 10, 14, 9. *maxime agebat* Lov. 1. V. ad 29, 6, 7. Tum *defecerunt* Lov. 4. ac tandem *in senatu* Voſſ.

§. 7. *Tamen quia rem integram Quinctius* etc. *distulerat, non desperasset impetrari posse*] Lego *cum, quia rem.* GELEN. Quod recte Gelenio displicuit, in uno tantum Lov. 5. inveni. *tum quia rem* Voſſ. Lov. 1. 6. Harl. Gaertn. et Lov. 2. in contextu. Ex his patet origo erroris. Pro *quum*, sive *cum*, aut *cū*, primo datum erat *tum*, vel *tū*. Vide ad Epit. Liv. 48. circa finem. Illud autem *tū* deinde ulterius corruptum eſt in *tm̄*, id eſt *tamen*. V. ad 22, 17, 5.

§. 8. *Antiocho deinde bello superato ad Thermopylas, regi divisis*] Ordinem sic reſtituimus *Antiocho rege deinde bello superato ad Thermopylas, divisis partibus* etc. GELEN. Ut ante Gelenium edebatur, exhibent Lov. 5. et Mead.

Digitized by Google

consul Acilius Heracleam, Philippus Lameam ob-
9 pugnaſſet; capta Heraclea, quia juſſus abscedere a moenibus Lamiae erat, Romanisque oppidum dedi-
10 tum eſt, aegre eam rem tulerat. permulsit iram ejus consul, quod, ad Naupactum ipse feſtinans, quo se ex fuga Aetoli contulerant, Philippo permisit, ut Athamaniae et Amynandro bellum inferret, et urbes, quas Theſſalis Aetoli ademerant, regno ad-
11 jiceret. Haud magno certamine et Amynandrum Athamania expulerat, et urbes aliquot receperat.

ambo. Neque differunt multum reliqui. *superato bello* legunt Voſſ. Lov. 1. 6. et Gaertn. Tum *rege, divisis* Lov. 2. in contextu, et Lov. 4. *regni divisis partibus* Voſſ. Lov. 1. 6. Harl. Gaertn. et Lov. 2. in margine. Mox vocabulum *dies* non adparet in Voſſ. Lov. 1. 2. 4. Mead. utroque, et Gaertn.

§. 9. *Abscedere a moenibus Lamiae erat, Romanisque oppidum deditum eſt*] *Romanis oppidum* Harl. Ceterum a Lamiae moenibus abscedere jubetur Philippus apud Liv. 36, 25. non vero eodem anno, quo a Philippo obpugnata erat, sed demum anno sequenti, Romanis tradita eſt 37, 4. et 5.

§. 10. *Permisit, ut Athamaniae et Amynandro bellum inferret; et urbes*] Libri omnes *permisit, Athamaniae et Amynandro bellum inferret; urbes, quas Thessalis Aetoli ademerant, regno adiceret.* GEBH. Vocula *ut* non adparet in Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Eam Livius poſt verbum *permittere* partim omittere, partim addere solitus eſt. V. ad 33, 45, 3. Verius tamen videtur, eam hic interceptam eſſe a literis ultimis vocis praecedentis. V. ad 24, 16, 17. Deeſt etiam particula *et* a Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, et editis ante Aldum. Sed et illam eliserunt literae finales proximae dictionis. V. ad 35, 41, 7. Paullo ante *ad Naupatum* Lovel. 2. *ad Upanatum* Lov. 6. *ad Natum* Voſſ. Lov. 1. 4. et Mead. ambo; sed in margine Mead. 1. *ad Naupactum* adscribitur. Tum *contulerunt* Harl.

§. 11. *Et urbes aliquot ceperat*] Pall. et vet. ed. *et urbes receperat aliquot.* GEBH. Sic [*ceperat*] Frobenius: sed priores et noſtri scripti: *et urbes aliquot recepgerat.* Nec puto jure mutatum. Nam et alibi Livius *recipere urbem* pro simplici *capere* usurpat. Lib. 28, [17.] de Scipione: *Parvum inſtar eorum, quae spe et magnitudine animi concepisset, receptas Hispanias ducebat.* J. FR. GRON. Livius 3, 29. *Caſtris hoſtium receptis.* 36, 10. *Cypaeram, et Metropolim, et iis circumjecta caſtella recepit.* Sic saepe etiam alii. Vide Freinsh. Ind. Flori. DUK. *Tò aliquot* deeſt in Hearnii N. Eam vocem sequenti poſtponunt Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. Deinde *ceperat* legunt Lov. 6. et Gaertn. In editis autem non Frob. sed Aldus, id primus admisit. Sed reliqui noſtri,

Digitized by Google

Demetriadem quoque, urbem validam et ad omnia 12
opportunam, et Magnetum gentem suae ditionis fecit.
inde et in Thracia quasdam urbes, novae atque in- 13
suetae libertatis vitio, seditionibus principum tur-
batas, partibus, quae domestico certamine vincerentur, adjungendo sese, cepit.

XXIV. His sedata in praesentia regis ira in Roma- 1
nos est. numquam tamen remisit animum a colligendis
in pace viribus, quibus, quandoque data fortuna
esset, ad bellum uteretur. Vectigalia regni non fru- 2

cum Hearnii L. 1. et N. melius praeferunt *receperat*. Recte enim viri docti observarunt, Livium *recipere* pro capere, vel accipere, usurpare solitum fuisse. Supra 2, 39, 4. *Inde Lavinium recepit*. 8, 19, 1. *Orantes, ut in fidem reciperentur*. 23, 44, 3. *Abstulit spem Hannibali per proditionem recipiendae Nolae*. 32, 13, 13. *Acharras per deditionem receperunt*. 36, 13, 4. *Praesidiisque per recepta oppida dispositis Philippo se conjungit*. 38, 39, 3. *Telmissum eadem expeditione recepit*. cap. 42, 12. *Perfecto Aetolico bello, recepta ab Antiocho Asia, devictis Gallis*. 42, 63, 12. *Inde Thebas ductus exercitus: quibus sine certamine receptis, urbem tradidit exsulibus*. 44, 7, 5. *Agassam urbem, tradentibus sese ipsis, recepit*. Auct. Epit. Liv. 61. *Allobroges in deditionem recepti*. quomodo ibi legendum videbimus. Eodem modo saepe Justinum locutum esse, constat ex Indice Freinsh.

§. 12. *Magnetum gentem suae ditionis fecit*] *magnas tum gentes* Lov. 2. *magnae tum gentes* Harl. et Mead. 1. *Magnetum gentes* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. qui recte anno 1535. *gentem* dedit. Pariter errarant multi Msti supra 34, 56, 10.

§. 13. *Partibus, quae domestico certamine vincerentur, adjungendo se, cepit*] *parti quae domestico certamine vinceretur* Lov. 2. *parti quae domestico certamine vincerentur* Voss. *partimque domestico certamine vincerentur* Harl. et Mead. 1. *partim quae domestico certamine vincerentur* Lov. 1. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. Tum *adjungendos cepit* Mead. 1. *adjungendas cepit* Mead. 2. *adjungendo sese cepit* cod. Mog.

§. 1. *Quibus, quandocumque data fortuna esset*] Libri nostri omnes *quandoque data fortuna esset*. GEBHARD. Primus apud me sic [*quandocumque*] Curio. Vetustiores: *quibus quando data fortuna esset*. Quod ut facile tolerem, ita vereor, ne scriptum olim fuerit, *quibus quandoque data fortuna esset*. V. ad 1, 24. J. FR. GRON. Non primus est Curio, qui *quandocumque* edidit; sed ita ante Curionem invenio apud Frob. anno 1535. Basil. anno 1539. Vascos. et Gryph. anno 1548. *quando* legunt Voss. Lovel. 2. 6. Harl. et Gaertn. *quandoque*, ut Gronov. ἐυσοχῶς conjecerat, Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N.

Digitized by Google

ctibus tantum agrorum portoriisque maritimis auxit; sed metalla etiam et vetera intermissa recoluit, et 3 nova multis locis instituit. Ut vero antiquam multitudinem hominum, quae belli cladibus amissa erat, restitueret; non sobolem tantum stirpis parabat, cogendis omnibus procreare atque educare liberos, 4 sed Thracum etiam magnam multitudinem in Macedoniam traduxerat, quietusque aliquamdiu a bellis, omni cura in augendas regni opes intentus fuerat. 5 Rediere deinde cauſſae, quae de integro iram mo-

(nam *qnq*; quod praefert L. 1. *quandoque* exponendum est) et edd. principes: cui in contextu locum dedi. V. ad 1, 31, 4. Utrum *quandocumque*, an *quando*, an denique *quandoque* scribatur, se non videre, quid intersit, fatetur Doujatius. Certe, quod ad sensum, nihil interest: at stilo Livii adaueti, *quandoque* tot Mstorum fide firmatum ei convenire, facile videbunt.

§. 2. *Portoriisque maritimis auxit*] *portoriisque maritimisque* Voss. Male. *Portorium maritimum* dixit, quia portorium non tantum solvebatur in portubus, sed etiam in pontibus et itinere; ad cujus distinctionem id, quod in portubus exactum est, hic *portorium maritimum* vocavit. V. ad Cel. Burm. de Vectig. cap. 5. pag. 53. Mox *metalla etiam vetera*, omissa copula, Lov. 6. Vide ad 2, 44, 3. Tum *recoluit*, *nova*, omissa iterum media copula, Voss. Lov. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Eadem cum voce sequenti *nova* etiam deest in Lov. 1. *Metalla* autem sunt loca, unde metalla effodiuntur. V. ad 42, 12, 9.

§. 3. *Antiquam multitudinem hominum, quae belli cladibus amissa erat*] Pall. uterque *quae amissa belli cladibus erat*. GEBH. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. Praeterea *multitudinem antiquam* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Mox *non stirpis tantum sobolem* Gaertn.

Cogendis omnibus procreare atque educare liberos] An hoc est, eum prohibuisse illos exponi? quemadmodum Dionys. Hal. 1, 15. de Romulo loquitur, *εἰς ἀνάγκην κατέστησε τοὺς οἰκήτορας αὐτῆς* (Romae) *πᾶσαν ἄῤῥενα γενεὰν ἐκτρέφειν*. DUK. *cogendis hominibus* Voss. Lovel. 1. 6. et Gaertn. V. ad 3, 54, 6.

§. 4. *Quietusque aliquamdiu a bellis, omni cura in augendas regni opes intentus fuerat*] Omnia haec, quae in reliquis codd. supersunt, male defuerunt in Harl. Tum *augendas belli opes* Mead. 2, legit; cujus scribae menti vox, quae modo praecesserit, obversabatur. Mox §. seq. vox *iram* deest in Gaertn.

§. 6. *Thessalorum et Perrhaeborum querelae de urbibus suis ab eo possessis*] Vide Polyb. Exc. Legat. num. 40. *querelae urbibus suis ab eo possessis* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. Adparet, ultimas literas vocis praecedentis

Digitized by Google

verent in Romanos. Theſſalorum et Perrhaeborum querelae de urbibus suis ab eo poſſeſſis, et legatorum Eumenis regis de Thraciis oppidis per vim occupatis, traductaque in Macedoniam multitudine, ita auditae erant, ut eas non neglegi satis adpareret. Maxime moverat senatum, quod jam Aeni et Maroneae adfectari poſſeſſionem audierant; minus Theſſalos curabant. Athamanes quoque venerunt legati, non partis amiſſae, non finium jacturam querentes, sed totam Athamaniam sub jus judiciumque

6 7 8

elae, vel, ut scribebant, *ele*, elisisse praepositionem *de. querelae urbibus suis eo possessis* Lovel. 1. 4. 6. et Mead. ambo. *querelae urbibus sub eo postessis* Lovel. 2. Mox *Thregiis oppidis* Voss. Lov. 4. et Gaertn. *Threciis oppidis* Lov. 1. V. ad 37, 33, 3.

§. 7. *Maxime moverat senatum, quod eum Aeni et Maroneae adfectare possessionem audierant*] Vetus lectio *quod jam Aeni et Maronae affectari poss. aud.* GELEN. MS. *Maxime moverat senatum, quod eum Aenei et Maroneae affectare possessionem audierat.* MOD. Vet. ed. *quod jam Henum et Maroneam affectari possessione audierant.* Pal. pr. *quod jam eum et Maroneam affectari possessione audierant.* Alter, *quod jam Aenum et Maroneam affectari possessionem audierant.* GEBH. *jam eum et Maroniae affectari possessionem audierant*, quatuor praecedentibus vocibus omiſſis, Voſſ. *M. m. s. quod jam Enum* (vel *Henum*) *et Maroneam affectari possessionem audierant* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. nec aliter Lovel. 4. nisi quod *possessione* legat. *M. m. s. quod Jameũ et Maroneũ affectari possessionem audierat* Mead. 1. *M. m. s. quod Jamerium et Maronea affectari possessionem audierat* Lov. 2. *M. m. s. quod Enum et Maronea affectari possessionem audierat* Mead. 1. *M. m. s. quod emulati et Maroniae affectari possessionem audierant* Lov. 1. et 6. *M. m. s. quod aevi jam et Maroniae affectari possessionem audierant* Gaertn. *M. m. s. quod Enei et Maroneae affectari possessionem audierant* Harl. *M. m. s. quod eum Aeni et Maroniae affectare possessionem audioret* cod. Mog. non quod ex eo profert Modius; unde Aldus formavit, quod ad caput notae Gelenianae reperitur. Ex codicis Mog. lectione vitiosa *audieret* nolim emendari *audierat*. Nam *senatus audierant* Livianum eſt. V. ad 4, 58, 4. Nisi quis forte inter modos, quibus Livius orationem variare solitus eſt, referre malit, quod voci *senatus* primo respondeat verbum singulare *audierat*, mox plurale *curant*. V. ad 4, 16, 8. et 30, 42, 16.

§. 8. *Non partis amissae, non finium jacturam querentes, sed totam Athamaniam sub jus judiciumque regis venisse*] Qua ratione Athamania omnis in jus ditionemque Philippi conceſſerit, narrat Livius 36, 14. At poſtea Amynandrum regnum suum Athamaniam

Digitized by Google

9 regis veniſſe. Et Maronitarum exsules (erant pulsi, quia libertatis caussam defendiſſent ab regio praesidio) ii non Maroneam modo, sed etiam Aenum in 10 poteſtate nunciabant Philippi eſſe. Venerant et a Philippo legati ad purganda ea: qui nihil, nisi permiſſu Romanorum imperatorum, factum adfirmabant. 11 *Civitates Thessalorum, et Perrhaeborum, et Magnetum, et cum Amynandro Athamanum gentem, in eadem caus-* 12 *sa, qua Aetolos, fuiſſe. Antiocho rege pulso, occupa-*

recepiſſe, miſſisque legatis pacem a Romanis petiiſſe, similiter retulit lib. 38, 1. 2. 3. accepta etiam fide venit in caſtra eorum cap. 9. apud quos Athamaniam sibi ereptam queritur Philippus cap. 10. Poſtea Philippum Athamaniam recepiſſe non adparet: quomodo ergo hic Athamanes non partis amiſſae, non finium jacturam queruntur, sed totam Athamaniam sub jus judiciumque regis veniſſe? Difficultatem auget, quod additur cap. seq. *Athamanes libertatem repetebant, et castella Athenaeum et Poeneum.* Unde scilicet fit, ut, qui duo tantum caſtella, quorum alterum finibus Macedoniae subjectum fuiſſe dicitur 38, 1. sibi deeſſe queruntur, reliquam omnem regionem receperant, tamen *libertatem* repetant? Hinc me non expedio. Athamanum legatos tantum urbes occupatas repetiiſſe, teſtatur Polyb. Exc. Leg. num. 40. Ἅμα δὲ τούτοις Ἀθαμᾶνες, Περῥαιβοί, Θετταλοὶ φάσκοντες, κομίζεσθαι δεῖν αὐτοὺς τὰς πόλεις, ἃς παρείλετο Φίλιππος ἀντῶν κατὰ τὸν Ἀντιοχικὸν πόλεμον. Paullo ante *venerant legati* Lov. 2. *venerunt legati* Voſſ. Lovel. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et editi ante Aldum, qui voces trajecit.

§. 9. *Et Maronitarum exsules erant pulsi, quia libertatis caussam defendissent, ab regio praesidio. ii non Maroneam modo*] *quia libertatis caussa descendissent ab regio praesidio* Voſſ. Lovel. 6. et Harl. *descendissent* etiam Mead. 1. errore scribarum, qui haec verba commutare soliti fuerunt. V. exempla 8, 29, 12. 21, 32, 5. et apud Nic. Heins. ad Val. Flacc. 2, 109. Sed aliud latet. *Et Maronitarum exsules qui erant* legunt Lov. 4. et Mead. 2. Hinc legendum conjeci. *Et Maronitarum exsules venerant, pulsi, quia* etc. *venerant*, ut modo praeceſſit *Athamanes quoque venerunt legati.* Et mox sequitur *Venerant et a Philippo legati.* Hanc conjecturam etiam Crevierio subnatam video. Venit etiam mihi in mentem, legi poſſe: *Et Maronitarum exsules (erant pulsi, quia libertatis caussam defendissent ab regio praesidio) ii non Maroneam modo* etc. In locutione *Maronitarum exsules ii nunciabant* abundat pronomen *ii*, a Livio perspicuitatis caussa additum propter illa, quae sunt interjecta. V. ad 25, 27, 1. *caussam libertatis*, id eſt, libertatem. Phaedrus 1, 1, 4. *Jurgii caussam intulit*, quod Gudius exponit, jurgium intulit. Deinde *defendissent ab praesidio* pro adversus praesidium. Salluſt. Fragm. lib. 1. Hiſt. in Orat. Lepidi: *Quid a*

Digitized by Google

tum obpugnandis Aetolicis urbibus consulem ad recipiendas eas civitates Philippum misisse. armis subactos parere.
Senatus, ne quid absente rege statueret, legatos ad 13
eas controversias disceptandas misit, Q. Caecilium Metellum, M. Baebium Tamphilum, Ti. Sempronium. quorum sub adventum ad Thessalica Tempe omni- 14
bus iis civitatibus, quibus cum rege disceptatio erat, concilium indictum est.

XXV. Ibi quum Romani legati disceptatorum lo- 1

Pyrrho, Hannibale, Philippoque et Antiocho defensum est aliud, quam libertas et sua cuique sedes. Valer. Flacc. 1, 35. *Olim Lernae defensus ab angue Arcas.* Potest et ipsum id, quod in duobus codd. me invenisse dixi, servari, hac distinctione admissa: *Et Maronitarum exsules, qui erant pulsi, quia libertatis caussam defendissent ab praesidio regio. Ii non Maroneam modo* etc. Ita ad initium horum verborum *Et Maronitarum exsules* intelligendum vel *venerunt*, quod praecessit; vel *venerant*, quod sequitur. Huic conjecturae firmandae facere potest, quod similiter Polybius, de Maronitarum exsulibus verba faciens, omittit τὸ ἦκον, quod de reliquis legatis et in praecedentibus et in sequentibus adhibuerat, in Exc. Legat. num. 40. Ἦκον εἰς τὴν Ῥώμην παράτε τοῦ βασιλέως Εὐμένους πρεσβευταὶ, etc. καὶ παρὰ Μαρονιτῶν οἱ φυγάδες etc. ἅμα δὲ τούτοις Ἀλαμᾶνες, Περραιβοὶ, Θετταλοὶ etc. ἦκον δὲ καὶ παρὰ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις. Praeterea *ei non Maroneam* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *nunciabant in potestate Philippi esse* Lov. 2. *in potestate narrabant esse Philippi* membranae Mog. Sed praefero vulgatum, cujus alterum glossema esse existimo.

§. 10. *Venerant et a Philippo legati ad purganda ea*] *Venerant etiam a Philippo* Gaertn. Tum voces *ad purganda ea* desunt in Lovel. 2. Mox *permissu imperatorum Romanorum* legit Harl.

§. 11. *Civitates Thessalorum, Perraeborum, et Magnetum, et cum Amynandro Athamanum gentem*] Ita Gronov. anno 1665. edidit, quum antea passim legeretur *civitates Thessalorum, et Perraebiorum.* Recte *Perraebiorum* in *Perraeborum* mutavit. V. ad 33, 32, 5. Cur tamen simul delevit particulam *et?* quam, praeter omnes editiones priores, tuentur Voss. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. Eamdem itaque restitui.

§. 12. *Occupatum obpugnandis Aetolicis urbibus*] Secunda vox male exsulat ab Hearnii L. 1. Deinde *Aetolorum urbibus* legit Lov. 6. *Aetolis urbibus* Voss. et Lov. 1. Mox §. seq. *absente re statueret* Lovel. 4. Tum *dimisit*, pro *misit*, Gaertn.

§. 14. *Quorum sub adventum ad Thessalica Tempe omnibus iis civitatibus, quibus*] *sub adventu* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Frobenium, qui anno 1535. *sub adventum* emendavit. V. ad 2, 55, 1. Tum *omnibus civitatibus, quibus*

Digitized by Google

co, Theſſali Perrhaebique et Athamanes haud dubii accusatores, Philippus ad audienda crimina tam-
2 quam reus, consediſſent; pro ingenio quisque eorum, qui principes legationum erant, et gratia cum
3 Philippo aut odio, acerbius leniusve egerunt. In controversiam autem veniebant, Philippopolis, Tricca, Phaloria, et Eurymenae, et cetera circa eas op-

Gaertn. *omnibus his, quibus* Lovel. 6. Vocem *quibus* male omittunt Voſſ. Lov. 1. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 1. *Philippus ad audienda crimina tamquam reus, consedissent*] *et Philippus* Lov. 1. Praeterea *consedisset* Voſſ. Lov. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *conscendisset* Lov. 2. et Harl. Fruſtra.

§. 2. *Acerbius leniusve egerunt*] *leviusve* Lov. 1. 6. et Harl. solito scribarum errore. Vide, quae notantur ad 36, 31, 8. Locutio *leniter agere* supra inluſtratur ad 3, 50, 12.

§. 3. *In controversiam autem veniebant Philippo Polyſtricta, Phaloria et Euronome*] Lege *Philippopolis, Tricca, Phaloria, et Eurymenae.* GELEN. *Trica, Phaloria, et Eurymenae* tria Theſſaliae oppida sunt, auctore Stephano. De *Phaloria* autem ita aït: Φαλώρη πόλις Θετταλίας, ταύτην Ῥιανὸς Φαλωρίαν καλεῖ. SIG. Omnes codd. *Philippo Poliſtrica*, vel *Poliſtricta*. Dein *Pholoria* Harlej. *Phalaria* Voſſ. *Phaleria* Gaertner. Praeterea *Eutonom* Harlej. *Euronom* Voſſ. Lov. 1. et Mead. 1. *Eurononse* Lov. 2. *Euronomem* Gaertn. *Euronomen* Lov. 4. 5. 6. et Mead. 1. Sed recte Gelenius locum emendavit. Per *Philippopolim*, priori loco memoratam, Doujatius intelligendam censuit Beſſicae urbem hujus nominis in Thracia ad fluvium Ebrum sub Haemo monte: quod numquam ei excidere potuiſſet, si potius ad seriem narrationis Livianae, quam ad sonum literarum, animum adtendiſſet. Intellexiſſet enim ex verbis sequentibus, talem innui urbem, de qua controverti potuit, utrum Thessalorum juris, an Aetolicum antiquitus oppidum fuerit; quod Philippopoli Thraciae convenire nequit. Innuitur igitur Thessaliae urbs Thebae Phthioticae. Eam urbem, quam Aetoli possidebant, illis eripuit Philippus supra 28, 7. expugnatam autem ex suo nomine Philippopolim vocavit. Polyb. 5, 100. Γενόμενος δὲ κύριος τῶν Θηβῶν, τοὺς μὲν ὑπάρχοντας οἰκήτορας ἐξηνδραποδίσατο· Μακηδόνας δὲ εἰσοικίσας Φιλίππου τὴν πόλιν ἀντὶ Θηβῶν κατωνόμασεν. Eadem urbs *Φίλιπποι* vocatur apud Stephan. Byz. voce *Φίλιπποι*. Ἐκλήθησαν Φίλιπποι καὶ αἱ Θῆβαι Θεσσαλίας, καὶ Γόμφοι Θεσπρωτίας. Et quidem haec illa urbs Philippi esse putatur, ad quam quidam veterum proelium inter Caesarem et Pompejum commiſſum fuiſſe scripserunt; quod tamen plerique ad Pharsalum decertatum tradiderunt. Id ita componere conatur Holſten. ad Steph. Byz. voce *Θῆβη*, Thebas, sive Philippos parum a Phar-

Digitized by Google

oppida; utrum Thessalorum juris, quum vi ademtae 4
possessaeque ab Aetolis forent, (nam Philippum Aetolis ademisse eas constabat) an Aetolica antiquitus ea oppida fuissent. *ita enim Acilium regi concessisse,* 5 *si Aetolorum fuissent, et si voluntate, non si vi atque armis coacti, cum Aetolis essent.* Ejusdem formulae 6 disceptatio de Perrhaeborum Magnetumque oppidis fuit. omnium enim jura possidendo per occasiones

salo abfuisse: unde sequitur, proelium, campis vicinis factum, aeque huic atque illi urbi adscribi posse. Pharsalo vicinas fuisse Thebas, indicare videtur Polyb. 5, 99. Ἐπίκειται δὲ ἐυκαιρῶς (sc. πόλις Θῆβαι) τῇ τε Μαγνησίᾳ καὶ τῇ Θετταλίᾳ· καὶ μάλιστα τῆς μὲν Μαγνησίας τῇ τῶν Δημητριέων χώρᾳ. τῆς δὲ Θετταλίας τῇ τῶν Φαρσαλίων καὶ Φεραίων. Adde, quae notavit Clariss. Dukerus ad Flori 4, 2, 43. Per *Philippopolim* autem hic intelligendas esse Thebas Phthioticas Doujatium docere potuissent, aut debuissent, quae de Thebis infra hoc cap. subjiciuntur, et adprime conveniunt iis, quae de illis narrantem Polyb. audivimus. De *Tricca* vide ad 36, 13, 6. De *Phaloria* v. ad 32, 15, 2. *Eurymenas*, praeterquam apud Stephanum et Livium, non facile obcurrere, caussatus Doujatius, ex Ptolem. 3, 13. *Ctemenae* scribendum conjicit, quod erat Estiaeotidis oppidum inter Triccam et Pialam. Verum, ne memorem nunc dissensum Mstorum, quorum vestigia potius voci *Eurymenae*, quam *Ctemenae*, favent, *Eurymenarum* praeter Livium et Stephanum meminit etiam Scylax Caryand. pag. 60. Ἐξῶ δὲ τοῦ κόλπου Παγασητικοῦ Μελίβοια, Πίζοῦς, Εὐρυμέναι. Cum eo loco si conferas verba Plinii 4. H. N. 9. *Oppida Meliboea, Rhizus, Erymnae*, cuique verisimile videbitur, hunc ex illo sua hausisse, et *Erymnas* vocasse, quas Scylax *Εὐρυμέναs*, quod alii jam suspicati sunt.

Et cetera circa eas oppida] Ita primus Aldus edidit ex cod. Mog. quum in prioribus excusis vulgatum foret *circa ea oppida*; quod in uno tantum inveni Lovel. 5. Reliqui enim omnes Msti consentiunt Moguntino. Cl. Crevierius ex conjectura malebat *et cetera circa oppida*. Sed vide ad 21, 62, 1. et 36, 14, 12. Forte Livius hic *circa eas* dicere maluit, ne tres voces vocali *a* finientes jungerentur.

§. 4. *Nam Philippum ademisse eas constabat*] Adde *Aetolis, nam Philippum Aetolis ademisse eas constabat*. GELEN. Emendatio haec niti videtur vestigiis cod. Mog. quem corrupte praeferre, *Nam Philippum et edisse ac dimisisse ea constabat*, testantur, qui eum excusserunt.

§. 5. *Et si voluntate, non vi atque armis coacti*] Praecisa *et* copula, libri nostri omnes *si voluntate, non si vi atque armis coacti*. GEBH. Copulam *et* ignorant etiam omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. quam primus Froben. anno 1535. addidit. Ea excidisse videtur ob ultimas literas vocis praecedentis *fuissēt*.

Digitized by Google

7 Aetoli miscuerant. Ad haec, quae disceptationis erant, querelae Theſſalorum adjectae, *quod ea oppida, si jam redderentur sibi, spoliata ac deserta redditurus eſſet.* 8 *nam, praeter belli casibus amiſſos, quingentos principes juventutis in Macedoniam abduxiſſe, et opera eorum in servilibus abuti miniſteriis: et, quae reddiderit coactus* 9 *Thessalis, inutilia ut redderet, curaſſe. Thebas Phthias unum maritimum emporium fuiſſe, quondam Thessalis quaeſtuosum et frugiferum. Ibi navibus onerariis comparatis, regem, quae praeter Thebas Demetriadem cursum dirigerent, negotiationem maritimam omnem eo avertis-* 10 *se. Jam ne a legatis quidem, qui jure gentium sancti sint, violandis abstinere. insidias positas euntibus ad T.* 11 *Quinctium. Itaque ergo in tantum metum omnes Thessalos conjectos, ut non in civitatibus suis, non in com-*

V. ad 37, 59, 1. Praeterea *si voluntate, non si vi* Lovel. 2. 4. 5. Mead. ambo, et edd. ante Aldum, qui *si* poſteriori loco omiſit. Id iterum recipiendum putavi.

§. 6. *De Perrhaebiorum Magnetumque oppidis*] *Perrhaebiorum Magnetumque de oppidis* Lovel. 5. *et Magnetum* Lov. 2. et Harl. Mox *jurâ* non adparet in Mead. 2. *jura olim possidendo*, addita media voce, legunt Lov. 5. et edd. ante Frob. anni 1535. quae eam omiſit, conſentientibus ceteris Mſtis. Tandem *Aetoli per occasiones miscuerant* Voſſ. Lov. 1. 6. et Gaertn.

§. 8. *In Macedoniam abduxisse*] *adduxisse* Lov. 5. Harl. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo jam ed. Ven. anni 1495. recte *abduxisse* dedit. V. ad 27, 29, 1. Mox *opera eorum servilibus uti miniſteriis* Gaertn.

§. 9. *Thebas Pthias unum maritimum*] *Thebaſthias* Lov. 2. *Thebaspthias* Mead. 1. *Thebasptias* Lov. 4. *Thebaſtias* Lov. 1. Mead. 2. *Theaſtias* Lov. 6. *Cebaſtias* Voſſ. et Gaertn. *Thebas Phitias* Harl. V. ad 32, 33, 16. Mox *frugiferum et quaeſtuosum* Lov. 5. et editi ante Aldum; cui voces transponenti in eum, quo nunc eduntur, ordinem favent reliqui Mſti.

Praeter Thebas Demetriadem cursum dirigerent] *praeter Thebaſtis et Triadem* Mead. 1. *praeter Thebaſtem et Triadem* Lovel. 2. 4. et Mead. 2. *praeter Thebasdem et Triadem* Harl. *praeter Thebaïdem et Triadem* Lov. 6. Tum *cursum dirigerent* Lovel. 4. et Voſſ. V. ad 37, 27, 4. Mox *omnem inde avertisse* Lov. 2. *omnem in eo vertisse* Gaertn. *omnem in eo advertisse* Voſſ. *omnem in eo avertiſſe* Lov. 1. 6. Harl. et Mead. 1. Sed illud *in* natum eſſe videtur ex praece-

Digitized by Google

munibus gentis conciliis, quisquam biscere audeat. procul enim abesse libertatis auctores Romanos: lateri adhaerere gravem dominum, prohibentem uti beneficiis populi Romani. Quid autem, si vox libera non sit, liberum esse? Nunc se fiducia et praesidio legatorum ingemiscere magis, quam loqui. nisi provideant aliquid Romani, quo et Graecis Macedoniam adcolentibus metus, et audacia Philippi minuatur, nequidquam et illum victum, et se liberatos esse. Ut equum tenacem, non parentem frenis asperioribus castigandum esse. Haec acerbe postremi: quum priores leniter permulsissent iram ejus, petentes, *Ut ignosceret pro libertate loquentibus; et ut, depositā domini acerbitate, adsuesceret socium atque amicum sese praestare; et imitaretur populum Romanum, qui caritate, quam metu, adjungere sibi socios mallet.* Thessalis

dentis vocis litera finali. V. ad 37, 11, 4. Insuper §. seq. *sancti sunt* Voss. Lov. 5. 6. et edd. Aldo priores.

§. 13. *Ut equum tenacem non parentem, frenis asperioribus castigandum esse*] Potest esse, ut equum tenacem, qui parere non velit. Sed vide, an distinguendum sit, *ut equum tenacem, non parentem frenis asperioribus c. e.* ut *non parentem* referatur ad Philippum, hac sententia, eum, non parentem decretis Romanorum, asperioribus frenis, ut equum tenacem, castigandum esse. Alioqui verba *non parentem* suspecta esse possent, tamquam glossa interpretandae voci *tenacem*. DUK. Omnia haec verba, quae a codd. nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiquis absunt, Aldus ex cod. Mog. adjecit. In iis *sternacem*, pro *tenacem*, legendum conjicit Doujatius, cujus conjecturam probat Crevierius, et illustrat loco Virg. 12. Aen. 364. Addi potest Silius Ital. 1, 261. et quae ibi notavi. Deinde *tā non parentem* deleri posse existimat, tamquam quae sapiunt glossema, additum interpretandae parum tritae voci *sternacem*. Verum vulgatum *tenacem* probum esse, docet locus Ovidii 3. Am. 4, 13.

Vidi ego nuper equum, contrā sua frena tenacem,
Ore reluctanti fulminis īre modo.

Ubi commode Cel. Burmannus illustrando Ovidio hunc Livii locum advocavit. Ne etiam *tā non parentem* deleri necesse videatur, Cl. Dukerus, locum aliter interpungendo, cujus distinctionem recepi, providit. In §. praec. *audacia Philippo minuatur* legit Lov. 2. Vide ad 7, 7, 4. Reliqui omnes *Philippi* tuentur.

§. 14. *Haec acerbe postremi*] Hoc

Digitized by Google

auditis, Perrhaebi Gonnocondylum, quod Philippus Olympiadem adpellaverat, Perrhaebiae fuisse, et ut sibi restitueretur, agebant. et de Malloea et
17 Ericinio eadem postulatio erat. Athamanes libertatem repetebant, et castella Athenaeum et Poetneum.

1 XXVI. Philippus, ut accusatoris potius, quam rei, speciem haberet, et ipse a querelis orsus, *Me-*

acerbe Lov. 2. 6. et Harl. Tum *postremum* Mead. 1. *postremo* edd. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et proximae usque ad Aldum; qui, consentientibus ceteris scriptis, dedit *postremi*. Mox *leviter permulsissent* Harlej. reliquis invitis. Vide ad §. 2. Praeterea vox *domini* deest in Lovel. 2. et paullo post copulativa *et* in Lov. 1.

§. 16. *Perrhaebi Connocondylum*] Neque hoc oppidum, nec quae sequuntur, Malloeam, Certinium, Menelaïda, Petram, Xinias ac Parachcloïda facile reperias. Citinium, oppidum Doridos, nihil ad hunc locum. Xiniarum etiam lib. 32, [13.] mentio, non item apud alios. GLAR. Nusquam legisse se hoc oppidum aït Glareanus. Ego *Gonnocondylum* legendum puto, voce juncta ex duobus oppidorum nominibus, quorum meminit Livius lib. 44, [6, 9. 10.] *Hic locus, tam suapte natura infestus, per quatuor distantia loca praesidiis regis fuit insessus. unum in primo aditu ad Gonnum erat; alterum Condylon castello inexpugnabili.* De *Gonnis*, vel *Gonno*, oppido Perraebiae, supra etiam meminit Livius. „†. Glareanus aït, non facile in„veniri haec nomina: atque id „quoque verum est.“ †. SIGON. *Connocondylum*, ut ante Sigonium edebatur, tenent Voss. Lov. 1. 4. 5. et Mead. 2. *Conocondylum* Harl. et Mead. 1. *Conocondillum* Gaertn. *Somocordillum* Lov. 6.

Et de Malloea et Ericinio eadem postulatio erat] *de Malea* Harl. et edd. vett. *de Maldea* Lov. 2. *de Marloca* Lov. 6. *de Malcea* Gaertn. *de Maronea* Mead. 1. *de Malloea* recte dedit Frob. anno 1531. V. ad 36, 13, 3. Tum *Ethicinio* Lov. 6. *Eritineo* Voss. et Gaertn. *Herycinio* Lovel. 5. et edd. Camp. Mediol. anni 1480. et Ven. anni 1495. *Hercynio* edd. Rom. anni 1472. Parm. Tarv. utraque, et plures usque ad Ascens. qui anno 1513. *Cercynio* dedit; *Certinio* Moguntini. *Ericinio* Frob. anno 1535. V. ad 36, 13, 6.

§. 17. *Castella Athenaeum et Poetneum*] *Poetneum* castellum Athamaniae an usquam alibi memoretur, non scio. *Athenaeum* castellum et *Theïum* oppidum Athamaniae habet Liv. 38, 1. DUK. *Athenum* Lov. 1. 5. et ed. Camp. Tum *Peneum* Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 1. *Penneum* Lovel. 1. et Mead. 2. *Peneneum* Voss. *Paneneum*, vel *Panaeneum*, reliquae edd. ante Frob. qui anno 1535. primus *Poetneum* vulgari curavit.

§. 1. *A querelis orsus, Menelaïdem in Dolopia*] *a Thessalis orsus* perperam Lov. 2. et Harl. Tum *in Colopiam* Lov. 2. *in Tolopiam* Lov. 4. et Gaertn. *in Tholopia* Lovel. 1. et 6. *in Tholopiam* Mead. 2. *in Etholopia* Voss. *Nitolopiam*

Digitized by Google

nelaïdem in Dolopia, quae regni sui fuisset, Thessalos vi atque armis expugnasse, questus est: *item Petram in Pieria ab iisdem Thessalis Perrhaebisque captam. Xynias* 2
quidem, haud dubie Aetolicum oppidum, sibi eos contribuisse; et Paracheloïda, quae sub Athamania esset, nullo jure Thessalorum formulae factam. Nam quae sibi crimina objiciantur, de insidiis legatorum, et maritimis 3

Harl. et Mead. 1. Mox *conquestus est* Lov. 2.

Petram in Pieria] *Petram* oppidum negat uspiam reperiri Glareanus. At Plutarch. in Paullo (pag. 262.) aït: διὰ Περραιβίας παρὰ τὸ Πύθιον καὶ τὴν Πέτραν. SIGON. *Petram Hiperiam* Lov. 6. *Petram Isperiam* Lov. 2. *Petram Imperiam* Lov. 1. *Petram Imperiam* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1531. *Petram in Pieria* dedit. *Pieria* regio fuit Macedoniae, memorata etiam infra 44, 9, 10. et 20, 3. In ea sita erat *Petra*, cujus etiam meminit Livius 44, 32, 9. et 45, 41, 4.

§. 2. *Xynias quidem, haud dubie Aetolicum oppidum*] *Xyniae* quid sint, se nescire aït Glareanus. At Stephanus aït tamen Ξυνία, Θετταλίας πόλις. Πολύβιος ἐννάτῳ· τὸ ἐθνικὸν Ξυνιεύς. „†. Glareanus aït, non facile in„veniri haec nomina, atque id „quoque verum est.“†. SIGON. Pal. pr. *Exynias quidem haud dubie Aetolicum sibi contribuisse oppidum eos.* GEBH. *Xyniarum* mentio est 32, 13, 13. et 33, 3, 8. De hoc oppido verba sunt Is. Vossii ad Catull. pag. 233. *Huic* (Boebeïdi paludi) *vicinum erat Xynias oppidum, non ignotum poëtis.* Haec, opinor, habet e Scholiaste Apollonii Rhodii ad 1. Argon. 67. Ξυνιάς, λίμνη τῆς Θεσσαλίας. τινὲς δὲ πόλιν παρακειμένην τῇ Βοιβηΐδι λίμνῃ. Sed vellem non invidisset nobis loca Poëtarum, quibus hoc oppidum singulari numero est *Xynias*. DUK. *Hebtinias quidem* Harl. et Mead. 1. *Exynias quidem* Lov. 4. et Mead. 2. Tum *sibi contribuisse eos oppidum* Lov. 4. *sibi contribuisse oppidum eos* Mead. 2. *oppidum sibi contribuisse eos* Voss. Lovel. 1. 2. 5. 6. Mead. 1. Gaertn. et edd. Frobeniana anni 1535. priores.

Et Paracheloïda] Ne *Paracheloïda* quidem novit Glareanus, cum *Paracheloïtas* statuat Strabo et inter Thessalos, et inter Aetolos. Sic enim lib. 9, [434.] Ἐρέτριαν ὁμώνυμον τῇ Εὐβοϊκῇ, Παραχελωΐτας· καὶ τούτους ὁμωνύμους τοῖς Αἰτωλικοῖς· καὶ γὰρ ἐνταῦθά ἐστιν Ἀχελῶος ποταμὸς πλησίον Λαμίας, παρ' ὃν οἰκοῦσι οἱ Παραχελωΐται. De Thessalica hic loquitur. SIG. Utriusque meminit etiam Steph. Byz. v. Παραχελωΐται. Paracheloïtidis Aetolicae Strabo 10, 458. Ceterum *Parecheloyda* Lov. 1. *Pareloïda* Lovel. 6. *Parahseloïda* Gaertn. *per Achseloïda* Mead. 1. et Harl. Mox *super Athamania* idem Harl.

Nullo jure Thessalorum formulae factam] Id est, inique juris Thessalorum factum, credo a formulis juris translatione ducta, aut formulis foederum, societatum, pactionum. TURNEB. 1. Advers. 25. V. ad 26, 24, 6. et 38, 9, 10.

Digitized by Google

4 *portubus frequentatis aut desertis; alterum deridiculum esse, se reddere rationem, quos portus mercatores aut*
5 *nautici petant; alterum mores suos respuere. Tot annos esse, per quos numquam cessaverint legati, nunc ad imperatores Romanos, nunc Romam ad senatum crimi-*
6 *na de se deferre. quem umquam verbo violatum esse? Semel ad Quinctium euntibus insidias dici factas. sed, quid*

formulam factam Voss. Harl. et Gaertn. *formulae faciat* Lov. 6. *formulae faciam* Mead. ambo. De usu voculae *Nam* in initio §. sequentis vide ad 29, 8, 9.

§. 4. *Alterum deridiculum esse*] Vet. lib. *alterum ridiculum esse*, SIGON. Libri omnes *alterum ridiculum*. GEBH. *ridiculum* etiam unus scriptus, et vetus ed. apud Hearnium. Non est, cur hoc vulgato praeferri debeat. *deridiculum* est valde ridiculum, ut in aliis compositis, in quibus praepositione *de* intendi significationem dicunt Grammatici. Utuntur eo multi, quorum loca adnotarunt Guyetus et alii ad Ter. Heaut. 5, 1, 79. ubi eadem varietas est. Varro 1. de Re rust. 18. *Sequetur, ut duos villicos et duas villicas habeat, quod est deridiculum.* DUK. *ridiculum* omnes nostri, Hearnii L. 1. et editi ante Aldum, qui *deridiculum* ex Mog. cod. adoptavit; ex quo eodem adscivit sequens *se*, quod in iisdem omnibus deerat, sed excideratob ultimam syllabam praecedentis *esse*. Vide ad 34, 11, 7.

Alterum molestum pravos mores, tot annos esse] Antiqua lectio *alterum mores suos respuere*. GEL. Pall. uterque *alterum mores pueros vos, Tot annos esse*, Vet. ed. *alterum molestum, praeteritos tot annos esse*. GEBH. Barberin. et Petav. *alterum mores pueros vos*, Significant transpositionem vocum duarum: *alterum mores respuere suos*. J. FR. GRON. *alterum mores pueros vos* Lov. 4. Mead. uterque et Hearnii N. *alterum molestum pueros vos* Lov. 1. 2. Harl. et margo Mead. 1. *alterum molestum pueros nos* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *alterum molestum praeteritos tot annos* Lov. 5, et ed. Camp. *alterum molestum pravos mores tot annos* reliquae edd. ante Frob. qui anno 1535, emendationem Gelenii recepit.

§. 5. *Per quos numquam cessaverint*] *cessaverant* Voss. et Lov. 1, *cessaverunt* Lov. 2. et Gaertn. Mox *de se ferre* Voss. *de se referre* Gaertn.

§. 6. *Sed, quid iis acciderit, non adjici*] Pal. pr. *sed, quid acciderit, non adici*. Alter *Semel euntibus ad Quintium insidias dici factas, sed, quid his acciderit, non adici*. Vet. ed. *sed, quid iis acciderit, non adduci*. GEBH. *sed, quid id acciderit* Voss. et Lov. 1. *sed, quid iis accidit* Mead. 2. *sed, quid his accidit* Lov. 4. Quum per epitomen *accid'it* scriptum esset, additam notam non animadverterunt librarii. Vide ad 10, 12, 4. Antea *euntibus ad Quinctium* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. quem ordinem primus Aldus inmutavit.

Quaerentium, quid falso objiciant] Sic omnes libri. Scribendum tamen *quod falso objiciant*.

Digitized by Google

iis acciderit, non adjici. Quaerentium, quod falso objiciant, quum veri nihil habeant, ea crimina esse. Insolenter et inmodice abuti Thessalos indulgentia populi Romani, velut ex diutina siti nimis avide meram haurientes libertatem. Itaque, servorum modo praeter spem repente manumissorum, licentiam vocis et linguae experiri, et jactare sese insectatione et convitiis dominorum. Ela-

Neque enim *quaerentium* est interrogantium, sed undique conquirentium. J. FR. GRON. Plerique etiam meorum stant pro vulgata lectione; qua ejecta Clericus, ne monito quidem contra fidem datam lectore, Gronovii conjecturam recepit. *Quaerentium quid id falso* Lov. 1. *Quaerentibus quid falso* Gaertn. *Quaerentibusque id quod falso* Lov 6. *quod* etiam Crevierius in Victor. invenit, ejusque fide locum illi in contextu dedit; ut ego unius mei. Scribae duplicem lectionem ita servare voluerunt *Quaerentium, quid, od*, et hinc variae lectiones Mstorum ortae sunt.

§. 7. *Insolenter et inmodice abuti*] Sine copula Pall. *Insolenter, inmodice.* GEBH. Similiter Lov. 4. Harl. et Mead. 2.

Ex diutina siti nimis avide meram haurientes libertatem] Pulchre, ita me Musae ament. Sed contaminat paullisper Pal. pr. *eram haurientes libertatem.* magis posterior *auream haurientes libertatem.* GEBH. Cicero pro Domo [cap. 11.] *Si ut de reipublicae fuit, haurire me unum pro omnibus illam indignissimam calamitatem.* Naudaeanus quidem non inepte *seram*; sed tamen vulgatum non moverim: indicat enim nimiam et non temperatam. Plato lib. 8. de Republ. [pag. 499. ed. Lugd. anni 1590.] Ὅταν, οἶμαι, δημοκρατουμένη πόλις, ἐλευθερίας διψήσασα, κακῶν οἰνοχόων προστατούντων τύχῃ, καὶ πορρωτέρω τοῦ δέοντος ἀκράτου αὐτῆς μεθυσθῇ. Plutarch. in Quaest. Graec. [pag. 295.] de Megarensibus: Ὀλίγον χρόνον ἐσωφρόνησαν κατὰ τὴν πολιτείαν. εἶτα πολλὴν (κατὰ Πλάτωνα) καὶ ἄκρατον ἐλευθερίαν τῶν δημαγωγῶν οἰνοχοούντων διαφθαρέντες παντάπασι. Sic Augustin. lib. 1. de Civ. Dei cap. 30. *Eaque ipsa libido dominandi, quae inter alia vitia generis humani meracior inerat universo populo Romano.* Sic MS. non *immoderatior*, quod illius est interpretatio. Arnobius lib. 2, [47.] *O meraco sapientiae tincti et saturi potu.* Eunapius in vita Maximi [pag. 85.] ὥσπερ οἱ κατὰ τὸν μῦθον τῆς διψάδος δηχθέντες χανδὸν καὶ ἀμυδὶ τῶν μαθημάτων ἔλκειν ἐβούλετο. J. FR. GRON. *serum haurientes libertatem* Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. *seram anuentes libertatem* Mead. 1. *eram haurientis libertatem* Lov. 4. *erant haurientes libertatem* Voss. *auream haurientes libertatem* Mead. 2. Recte Gronov. vulgatum defendit. Vide etiam Gifan. in Indice Lucret. v. *Merum lac.*

§. 8. *Ita servorum modo, praeter spem repente manumissorum*] Pall. uterque, et vet. ed. *Itaque servorum modo praeter spem repente manumissorum licentiam vocis et linguae experiri sese insectatio-*

Digitized by Google

tus deinde ira adjecit, *Nondum omnium dierum solem occidisse.* Id minaciter dictum, non Thessali modo in
10 sese, sed etiam Romani acceperunt. et quum fremitus post eam vocem ortus, et tandem sedatus esset, Perrhaeborum inde Athamanumque legatis respondit, *Eamdem, de quibus illi agant, civitatium causam esse.*
11 *consulem Acilium et Romanos sibi dedisse eas, quum hos-*
12 *tium essent. Si suum munus, qui dedissent, adimere velint, scire se, cedendum esse: sed meliori ac fideliori amico, in gratiam levium et inutilium sociorum, injuriam eos esse facturos. Nec enim ullius rei minus diuturnam esse gratiam, quam libertatis: praesertim apud eos,*

ne et convictis dominorum. GEBH. *Itaque servorum modo* omnes scripti, et edd. quibus usus sum, usque ad Frob. qui anno 1535. *Ita* reposuit. In his commutandis passim lapsos esse librarios, supra vidimus ad 21, 53, 7. Mallem hic *Itaque*. Insuper *repente* male deest in Harl. Deinde voces *et jactare*, quae desunt in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. priscis, Aldus ex cod. Mog. adjecit. Ascensius vero, quum videret, *experiri sese insectatione* etc. sensui Philippi adversari, anno 1513. *experiri eos* in contextum recepit, *sese* in marginem rejecto. Mox §. seq. *non Thessali modo in se, sed Romani* Lov. 5. et ed. Camp. *in se* etiam Gaertn. et *sed Romani* ed. Rom. anni 1472. ac Parm. Vide ad 2, 6, 1.

§. 12. *Scire se cedendum esse*] Priore voce omissa, *si rescendum esse* Harl. et Mead. 1. *se recedendum esse* Lov. 2. *scire cedendum esse* Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. et edd. ante Aldum, qui τὸ *se* interposuit. Paullo ante §. praec. *civitatium* ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11.

Sed meliori ac fideliori amico, in gratiam levium et inutilium sociorum, injuriam eos esse facturos] Prima vocula male abest ab Harlej. et Mead. 1. Excidisse autem videtur ob similitudinem ultimae syllabae dictionis praecedentis *esse*. Vide ad Epit. Liv. 49. circa finem. Deinde *et fideliori* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. et edd. vett. pro quo Aldus *ac fideliori* substituit. Tum voces *levium et* desunt in Mead. 2. Insuper *mutabilium sociorum* praeferunt Voss. et edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Tarv. utraque, easque secutae usque ad Frob. qui anno 1535. *inutilium* excudit, consentientibus reliquis scriptis, et ed. Camp. Praeterea *injurias eos facturos*, omisso τῷ *esse*, Lov. 2. *injuriam eos facturos* Voss. Lovel. 1. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Denique observandum est genus loquendi *in gratiam sociorum injuriam facturos*, quo Livius hic usus est; ne, *facere aliquid in honorem*,

Digitized by Google

qui male utendo eam corrupturi sint. Causſa cognita, 14
pronunciaverunt legati, *Placere, deduci praesidia Macedonum ex iis urbibus, et antiquis Macedoniae terminis regnum finiri. De injuriis, quas ultro citroque inlatas querantur, quo modo inter eas gentes et Macedonas disceptetur, formulam juris exsequendi conſtituendam esſe.*

XXVII. Inde, graviter obfenso rege, Theſſalo- 1
nicen ad cognoscendum de Thraciae urbibus proficiscuntur. ibi legati Eumenis: *Si liberas esſe Aenum* 2
et Maroneam velint Romani, nihil sui pudoris esſe ultra dicere, quam ut admoneant, re, non verbo, eos liberos relinquant, nec suum munus intercipi ab alio patiantur.

in gratiam alterius cadentis Latinitatis esſe, temere credamus Vavaſſ. de Vi et us. quorumd. verb. in voce *In honorem*. De locutione *in honorem alicujus* vidimus ad 8, 14, 10. At *in gratiam alicujus* apud Livium etiam saepius obcurrit. Ita 8, 22, 4. *Data visceratio in praeteritam judicii gratiam.* 28, 21, 4. *Professi, se pugnaturos in gratiam ducis.* c. 39, 12. *Quorum in gratiam Saguntum deleverat.* 35, 2, 6. *Ad rumores, a privatis temere in gratiam magiſtratuum conſictos, senatusconsulta facienda esſe.* 40, 17, 2. *Agrum in gratiam soceri Hasdrubalis Karthaginiensibus dono dederat.* 42, 43, 2. *Gravate et in magnam gratiam petentis concessit.* Non dubito, quin plura apud alios obcurrant exempla, modo viri doeti animum advertant.

§. 13. *Minus diuturnam esſe gratiam*] *minus duraturam* Lov. 6. Deinde *corrupturi sunt* Lov. 1. et 2.

§. 14. *Cauſſa cognita, pronunciaverunt legati*] *pronunciarent legati* Lov. 1. *pronunciarant legati* Gaertner. *pronunciarunt legati* Voſſ. Lov. 4. et Mead. ambo. Reliqui codd. vulgatum servant. V. igitur, quae dicta sunt ad 29, 37, 1.

Quas ultro citroque inlatas querantur] *querebantur* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. et edd. vett. pro quo recte *querantur* Frob. anno 1535. dedit. Mox voces *et Macedonas* desunt in Lov. 1.

§. 1. *Thessalonicen ad cognoscendum de Thraciae urbibus proficiscuntur*] *Thessalonicenses* Lov. 1. et 6. *Thessalonicem* Lov. 4. 5. et edd. principes; nisi quod in quibusdam sit *Thessalonicē*. Hinc videri poſſet legendum *Thessalonicam*, ut praefert Voſſ. Et ita effertur infra 40, 4. 42, 67. et bis 44, 10. Paſſim etiam *Thessalonica* et *Thessalonicae*. At *Thessalonicen*, ut Ascens. dedit anno 1513. in reliquis supereſt Mſtis. quomodo etiam editum invenio 45, 30. Similiter *ab Thessalonice* plures codd. praeferunt 40, 24, 3. ubi nunc *ab Thessalonica* vulgo exſtat. Tum *Threciae urbibus* Lov. 4. V. ad 37, 33, 3.

§. 2. *Quam ut admoneant, re,*

Digitized by Google

3 *Sin autem minor cura sit civitatium in Thracia posita-*
rum, multo verius esse, quae sub Antiocho fuerint, prae-
4 *mia belli Eumenem, quam Philippum, habere; vel pro*
patris Attali meritis bello, quod adversus Philippum
ipsum gesserit populus Romanus; vel suis, quod Antio-
chi bello terra marique laboribus periculisque omnibus in-
5 *terfuerit. Habere eum praeterea decem legatorum in*
eam rem praejudicium; qui quum Chersonesum Lysima-
chiamque dederint, Maroneam quoque atque Aenum
profecto dedisse, quae ipsa propinquitate regionis velut
6 *adpendices majoris muneris essent. Nam Philippum qui-*

non verbo, eos liberos relinquant] Perperam, ut censeo, Pall. et Vet. ed. *quam ut admoneant regem, ut non verbo eos liberos relinquant.* GEBH. Edd. Gronoviorum anni 1665. et 1679. operarum errore legunt *admoneat;* quod fideliter Doujatius et Clericus servarunt, licet Jac. Gronov. in minori edd. *admoneant* substituisset. Deinde *admoneant regem, ut non verbo* omnes codd. et edd. antt. quod tandem Moguntini mutarunt, ex membranis suis amplexi *ut admoneant, re, non verbo.* Id autem recte Gebhard. probavit. Post verbum *monere* saepius particula *ut* omitti solet. Supra 2, 54, 4. *Suadent, monent, honoribus et administratione reipublicae abstineant.* 21, 49, 6. *Monetque, Lilybaeum firmo teneret praesidio.* Elegans etiam est *re, non verbo.* Ita 35, 46, 6. *Liberandae Graeciae causa in Europam trajecisse, et liberandae re, non verbis et simulatione* 37, 53, 4. *Tanto obligatos beneficio, verbo socios, re vera subjectos imperio et obnoxios habituri sint.* 45, 13, 13. *Ita locutus est, ut, quae rebus grata erant, gratiora verbis faceret.* Terent. Andr. 5, 2, 5.

Ut beneficium, verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Ovid. 19. Heroïd. vers. 1.

Quam mihi misisti verbis, Leandre, salutem,
Ut possim missam rebus habere, veni.

Justin. 9, 4. *Quoniam rebus nequeunt ulcisci, verbis usurpant libertatem.* Sallust. Jugurth. 48. *Quippe cui verbis pax nunciabatur, ceterum re bellum acerrimum erat.* ubi vide Cort. Tum *liberos eos* Harl. et quidem *liberos*, licet praecedat *Aenum et Maroneam.* V. ad 38, 29, 9. Mox *nec suum munus ab ullo intercipi* Gaertn. *nec munus suum ab alio intercipi* Lov. 6.

§. 3. *Minor cura sit civitatum in Thracia*] *sit minor cura* Lov. 6. Tum *civitatium* ed. Mediol. anni 1480. hic, et mox §. 6. V. ad 33, 20, 11. Dein *in Thracia* Lov. 4. V. ad 37, 33, 3. Hinc *sub Antiocho quae fuerunt* Voss. et Lov. 6. *fuerunt* etiam Gaertn.

§. 4. *Vel suis, quod Antiochi bello terra marique laboribusque periculisque omnibus interfuerit*] O-

Digitized by Google

dem quo aut merito in populum Romanum, aut jure imperii, quum tam procul a finibus Macedoniae absint, civitatibus his praesidia inposuisse? Vocari Maronitas juberent. ab iis certiora omnia de statu civitatium earum scituros. Legati Maronitarum vocati, *Non uno loco* 7 *tantum urbis praesidium regium esse, sicut in aliis civitatibus,* dixerunt, *sed pluribus simul, et plenam Macedonum Maroneam esse. itaque dominari adsentatores* 8 *regios. his solis loqui et in senatu et in concionibus licere. eos omnes honores et capere ipsos, et dare aliis. Optimum quemque, quibus libertatis, quibus legum cura sit,* 9

lim *quo*. Scribe: *vel suis, qui Antiochi*. J. FR. GRON. Conjecturam hanc probat etiam Crevier. *suis, quo* legunt Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. principes usque ad Moguntinos, qui primi dederunt *suis, quod;* se tamen ita in membranis suis inveniſſe, non monuerunt. Quamvis autem, *quo* et *quod* saepius a librariis commutari, monuerim ad 36, 33, 3. hic tamen *qui* praeſtare exiſtimo, et *quod* vel ex operarum errore ortum videtur, vel ita dedita opera datum eſſe, quia praeceſſerat *quod adversus Philippum*. Dein *laboribus periculisque* tantum non omnes scripti noſtri, et typis exarati ante Gronovium, cujus prima editio *laboribusque periculisque* exhibuit; nescio tamen qua auctoritate, quum ipse Gronov. mutationis rationem numquam reddiderit. Priorem igitur lectionem revocavi. Paullo ante voces *populus Romanus* exsulant ab omnibus scriptis noſtris, Hearnii L. 1. et editis Aldo prioribus. Is autem duas has voces, fide cod. Mog. nisus, in contextum recepit.

§. 5. *Lysimachiamque dederint, Maroneam quoque atque Aenum profecto dedisse*] *dederunt sibi* Voſſ. et Gaertn. Tum *Maroneamque atque Aenum dedisse* Harl. *profecto* etiam deeſt in Lov. 2.

§. 6. *Quo aut merito in populum Romanum, aut jure imperii*] *quo merito*, exclusa media vocula, Mſti mei, Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. qui *τὸ aut* anno 1535. addidit. Deinde *ab finibus* Lov. 5. et edd. principes. *a finibus* dedit Aldus, probantibus reliquis codd.

§. 7. *Non uno loco tantum urbis praesidium regium esse*] Ita Aldus ex membranis Mog. edidit. Antea vulgabatur *non uno tantum loco praesidium esse regium:* et ita omnes noſtri, nisi quod corruptius Lov. 5. et Mead. 1. *regnum*, pro *regium*, praeferant. Vocem *urbis* itidem Hearne in L. 1. deeſſe teſtatur. An vox *urbis* librariis displicuit, quia mox sequitur *civitatibus?* At, similiter poſt vocem *respublica τὸ civitatem* inferre Livium, Gronov. observat ad Praef. §. 11.

§. 8. *Itaque dominari adsentatores regios*] *dominari apud senato-*

Digitized by Google

aut exsulare pulsos patria, aut inhonoratos et deterioribus obnoxios silere. De jure etiam finium pauca adjecerunt: *Q. Fabium Labeonem, quum in regione ea fuisset, direxisse finem Philippo veterem viam regiam, quae*

res Lov. 1. 6. et Voss. *dominari ad senatores* Mead. 1. *dominari senatores* Lov. 2. et Harl. Sed reliqui recte stant pro vulgato. Liv. 31, 25, 10. *Inter adsentatores regios ante eam diem habitus.* 45, 10, 11. *Decreta plena adsentationis regiae facisse.* Mox *honores et capere, et captos dare* Lov. 2. Dein §. seq. *deterioribus noxios* Voss. Lovel. 1. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et primae, quas vidi, edd. pro quo tamen *obnoxios* jam exhibet ed. Ven. anni 1495. adstipulantibus reliquis Mstis.

§. 10. *Direxisse finem Philippo veterem, regiamque Thraciae Paroreiam. Sub ea nusquam ad mare ferentem deflexisse viam*] Sincera lectio *direxisse finem Philippo veterem viam regiam, quae ad Thraciae Paroreiam subeat, nusquam ad mare declinantem. Philippum novam postea deflexisse viam.* GELEN. In nova Frobenii editione bene habent haec loca. Caeterum *Parorei* qui sint, non admodum constat. Plinius tamen lib. 4. c. 10. ubi de Axio: *Ab hoc* (inquit) *amne Paeoniae gentes Parorei, Heordenses, Almopii* etc. Quidam codices Pliniani *Parocei* habebant. Videri etiam potest appellativum nomen *Parorei*, quasi dicas montibus vicini: quod intelligitur quidem, obscurum tamen est. GLAR. Quid sit *Paroreia*, sibi non constare, scribit Glareanus. Duas tamen *Parorias* prodit Stephanus, unam Arcadiae, alteram Macedoniae. Quae causa effecit, ut Livius dixerit *Paroreiam Thraciae*, ut eam ab Arcadica distingueret. „† Glarea„nus primo fatetur, non satis „constare: sed postea adducit Pli„nium de *Paroreis.*“ † SIG. *Parorea* Macedoniae pars est, et tractus vicinus Thraciae, montibus subjectus: ut lib. 42, [51.] *Parstrymonia* regio vicina Strymoni amni. TURNEB. 30. Advers. 37. Pall. *direxisse finem Philippo veterem Regiam, quae Threcie parore jam sub ea nusquam ad mare ferentem deflexisse viam.* GEBH. Ab Sigismundo Gelenio correctus e Moguntino locus. Vetus lectio editionum et membranarum a nobis inspectarum: *veterem regiam, quae Thraciae Paroreiam sub ea nusquam ad mare ferentem deflexisse viam.* Hic bene *subeat* reposuit Gelenius: bene *Philippum novam postea* immisit, quae aut omnino, aut aliquo modo necessaria sunt. Sed nec priore loco *vò viam* desidero, nec *ferentem* tolli velim, Livio tamen frequens. Lib. 25, [25, 2.] *Tumulus est in extrema parte urbis versus a mari, viaeque imminens ferenti in agros.* Lib. 26, [44, 3.] *Patefacta deinde porta, eos, quos in via ferente ad castra hostium instruxerat, mittit.* Lib. 36, [11, 7.] *Via quae praeter Chalcidem fert ad Stratum.* Lib. 41, [1, 7.] *Via quae Aquileiam fert.* Sinceram proxime ad apices scripturae veteris accedentem hanc habe. *Q. Fabium Labeonem, quum in regione ea fuisset, direxisse finem Philippo veterem regium, quae Thraciae Paroreiam subeat, nusquam ad mare ferentem: Philippum novam postea deflexisse viam, qua Maronitarum urbem agrosque amplectatur.* Sic finalium quaestionum observandarum causa faciem locorum

Digitized by Google

ad Thraciae Paroreiam subeat, nusquam ad mare declinantem. Philippum novam postea deflexisse viam, qua Maronitarum urbes agrosque amplectatur.

XXVIII. Ad ea Philippus longe aliam, quam ad-

converterat, ut loquitur Callistratus l. 3. de Termino moto. J. FR. GRON. Membranis Gronovii consentiunt nostrae, ut et quas Hearnius consuluit; nisi quod pro *regiam quae* Mead. 1. habeat *regum quae;* Lov. 5. et ed. Camp. *reginaque:* et pro *nusquam* Voss. Harl. et Gaertn. *nunquam.* Illud *fert via* Livio frequens esse, facile adsentior. Exemplis, quae Gronov. hoc loco, et Sigon. ad 25, 9, 16. laudavit, adde lib, 7, 6, 6. *Si qua ad verum via inquirentem ferret.* c. 30, 22. *Viam hinc ferentem prospectantes.* 8, 8, 19. *Qua via ad Viserim ferebat.* cap. 26, 4. *Via ad Nolam ferente effugiunt.* 22, 60, 13. *Viam, non ad gloriam magis, quam ad salutem ferentem, demonstrat.* 26, 40, 8. *Portam ad mare ferentem Numidae quum occupassent.* 29, 33, 3. *Leni clivo ferente ad hostem per adversum montem erectam aciem ducit.* 35, 30, 9. *Duarum portarum itineribus, quae Pheras, quaeque Barbosthenem ferunt.* Si quis ob haec et similia, quae apud Livium obcurrunt, loca pertinaciter contenderet, *ferentem,* cujus loco Gelenius *declinantem* substituit, servandum esse, haud multum adversarer. Interim tamen diffiteri nolo, lectionem Gelenii, si ex cod. Mog. profecta est, potius probandam videri. Vox *viam* excidisse potuit ob similitudinem praecedentis *veterem,* quod per compendium scribebatur *vet'em.* In sequentibus *quae ad Thraciae Paroreiam subeat* praepositio *ad* similiter intercepta fuisse videtur partim a litera ultima prioris, partim a litera prima sequentis vocis. Verbum autem *subire* pro prope accedere saepe cum ea praepositione constrai solet. Liv. 26, 42, 10. *Ut subeunti saepe ad moenia urbis recursus pateret.* 28, 36, 8. *Ad muros tumultu majore, quam vi, subiere.* 34, 16, 2. *Instructamque subire ad portam castrorum jussit.* 36, 19, 1. *Flacco non eadem fortuna ad Tichiunta et Rhoduntiam, nequidquam subire ad ea castella conato, fuerat.* 38, 51, 6. *Per mediam concionem ad Rostra subiit.* Etiam sine praepositione *Trasimenus subit montes Crotonienses* supra dixit 22, 4, 2. ubi vide. Gronovius in pr. ed. notarum vocibus *novam postea,* quas itidem Gelenius addidit, opus non esse, immo eas ipsos fartores parentes habuisse, putabat: quibus tamen rectius in curis secundis locum reliquit. *Paroreia* est regio in ea parte Macedoniae, quae trans Axium sita Paeonia vocatur. Liv. 42, 51, 5. *Paeones, et ex Paroreia et Parstrymonia, (sunt autem ea loca subjecta Thraciae) et Agrianes, admixtis etiam Thracibus incolis, trium millium ferme et ipsi expleverunt numerum.* Adde Plinium 4, 10. Illa hic vocatur *Paroreia Thraciae,* non quod pars sit Thraciae, ut quidam volunt; sed quod, ut Livius inquit, subjecta sit Thraciae. Et quidem Livius illud epitheton adjecit, non ut eam distingueret a Paroreia Arcadica; cum ea enim ne confunderetur, quae tanto terrarum tractu hinc remota erat, metus esse non poterat; sed potius ut doceret, aliam, quam Epiroticam, indicari. Ejus autem meminit Strabo 7, 325. ubi docet Arachthum amnem,

Digitized by Google

versus Theſſalos Perrhaebosque nuper, ingreſſus diſſerendi viam, *Non cum Maronitis*, inquit, *mihi aut cum Eumene diſceptatio eſt; ſed jam vobiscum, Romani; a quibus nihil aequi me impetrare jam diu animadverto.* 2 *Civitates Macedonum, quae a me inter inducias defecerant, reddi mihi aequum cenſebam; non quia magna acceſſio ea regni futura eſſet, (ſunt enim et parva oppida, et in finibus extremis poſita) ſed quia multum ad reliquos Macedonas continendos exemplum pertinebat. ne-* 3 *gatum eſt mihi. Bello Aetolico Lamiam obpugnare juſſus a conſule M.' Acilio, quum diu fatigatus ibi proeliis operibusque eſſem, transcendentem me jam muros a capta prope urbe revocavit conſul, et abducere copias inde* 4 *coëgit. Ad hujus ſolatium injuriae permiſſum eſt, ut Theſſaliae Perrhaebiaeque et Athamanum reciperem quae-*

qui Ambraciam adluit, profluere ἐκ Στύμφης ὄρους καὶ τῆς Παρωρείας. et pag. 326. Ἠπειρῶται δ' εἰσὶ καὶ Ἀμφίλοχοι, καὶ οἱ ὑπερκείμενοι καὶ συνάπτοντες τοῖς Ἰλλυρικοῖς ὄρεσι, τραχεῖαν οἰκοῦντες χῶραν, Μολοττοίτε καὶ Ἀθαμάνες, καὶ Αἴσικες, καὶ Τυμφαῖοι, καὶ Ὀρέσται, Παρωραῖοί τε καὶ Ἀτιντάνες, οἱ μὲν πλησιάζοντες τοῖς Μακεδόσι μᾶλλον, οἱ δὲ τῷ Ἰωνικῷ κόλπῳ.

§. 1. *Sed etiam vobiscum, Romani*] Libri omnes *sed jam vobiscum*. GEBH. At haec oratio demonſtrat, Philippum cum ſolis Romanis ſibi rem eſſe opinari; atque adeo omiſſis Maronitis et Eumene ipſos aggreditur; de illis vero obiter ita loquitur, ut Romanis tamen ſolis invidiam faciat. Eam ſententiam egregie explicat ſcriptura membranarum, *ſed jam vobiscum, Romani*, quam cupide recipio. JAC. GRONOV. *ſed jam vobiscum* non tantum ſcripti noſtri, Hearnii Oxonn. et Victor. Crevierii, ſed et typis inpreſſi usque ad Modium; cujus ed. Francof. prima *ſed etiam* dedit. Inde vero recentiores hauserunt. Sed priſcam lectionem cum Crevierio revocavi. Doujatius, vel Gronovii emendationem probans, vel diviſis vocibus legens *ſed et jam vobiscum*, ad rationem emendationis a Gronovio additam non ſatis diligenter adtendit. Ea enim admiſſa conjecturam ſuam ſtare non poſſe, eadem vero rejecta illa opus non eſſe ſponte vidiſſet. In verbis praecedentibus, *Non cum Maronitanis, inquit, mihi* legunt Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. neque aliter Lov. 5. et edd. principes, quam quod insuper omittant *το inquit*. Moguntini dederunt *Non cum Maronitis mihi;*

Digitized by Google

dam caſtella magis, quam urbes. ea quoque ipsa vos mihi, Q. Caecili, paucos ante dies ademiſtis. Pro non du- 5
bio paullo ante, ſi Diis placet, legati Eumenis sumebant, quae Antiochi fuerunt, Eumenem aequius eſſe, quam me, habere. id ego aliter longe judico eſſe. Eumenes enim, non niſi viciſſent Romani, sed niſi bellum gessissent, manere in regno suo non potuit. Itaque ille veſtrum meri- 6
tum habet, non vos illius: mei autem regni, tantum aberat, ut ulla pars in discrimine fuerit, ut tria millia talentûm, et quinquaginta tectas naves, et omnes Graeciae civitates, quas antea tenuiſſem, pollicentem ultro Antiochum in mercedem societatis ſim adspernatus. ho- 7
ſtemque ei me eſſe prius etiam, quam M.' Acilius exercitum in Graeciam trajiceret, prae me tuli: et cum eo consule belli partem, quamcumque mihi delegavit, geſſi.

Aldus vero *inquit* interposuit. Mox *nihil aequi impetrare*, sine τῷ *me*, Harl.

§. 2. *Ad reliquos Macedonas continendos*] *detinendos* Voſſ. et Gaertner. *Detinere* interdum pro *continere* poni, docuit Salmas. ad Solin. pag. 14. At hic nihil mutandum. *Continere* eſt in officio continere. Supra 30, 20, 5. *Oppida Bruttii agri magis metu, quam fide, continebantur.* Juſtin. 5, 8. *Quasi parvus hic ad continendam civitatem exercitus eſſet.* Vide Cel. Burm. ad Phaedri Praef. lib. 2. vers. 1. Similiter *continere disciplinam* eſt operam dare, ne degeneret, et in pejus mutetur, supra h. lib. c. 1, 2. *Is hoſtis velut natus ad continendam militarem disciplinam erat.* Florus 3, 12. *Hoſtium inminens metus disciplinam veterem continebat.* In praecedentibus *defecerunt* legunt Lov. 4. et Mead 2. Praeterea *et parva oppida, finibus extremis poſita* Lov. 1. 6. et Voſſ.

§. 3. *Quum diu fatigatus ibi proeliis operibusque eſſem*] Pall. *operibus proeliisque.* GEBH. Non aliter Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quorum ultimus insuper praefert *fatigatus in operibus.* Mox etiam §. seq. *Perrhaebiae et Athamanum* Voſſ. Sed vide ad 2, 31, 1.

§. 5. *Id ego aliter longe judico eſſe. Eumenes enim, non nisi viciſſent*] Pall. *id ego longe aliter judico eſſe. Eumenes enim, non solum nisi vicissent.* GEBH. *id ego aliter judico esse* Voſſ. *id longe ego aliter judico esse* Lov. 6. *id ego longe aliter judico eſſe* Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Dein *non ni vicissent Romani* Voſſ. V. ad 23, 1, 8. *non solum nisi vicissent Romani* Lov. 4. et Mead. 2. quod librarii eſſe exiſtimo. V. ad 38, 22, 9. *non nisi Romani vicis-*

Digitized by Google

8 *et insequenti consuli L. Scipioni, quum terra statuisset*
ducere exercitum ad Hellespontum, non iter tantum per
regnum nostrum dedi, sed vias etiam munivi, pontes fe-
9 *ci, commeatus praebui: nec per Macedoniam tantum,*
sed per Thraciam etiam, ubi inter cetera pax quoque
10 *praestanda a barbaris erat. Pro hoc studio meo erga vos,*
ne dicam merito, utrum adjicere vos, Romani, aliquid,
et amplificare et augere regnum meum munificentia ve-
stra oportebat, an, quae haberem aut meo jure, aut be-
11 *neficio vestro, eripere? id quod nunc facitis. Macedo-*
num

sent Harl. Paullo ante *quae diu Antiochi fuerunt* Lov. 2. Tum *Eumenis aequius esse* Harlej. et Gaertn. quod quamvis defendi posset, reliquis tamen codd. vulgatum servantibus adhaereo. Mox §. seq. *in discrimen fuerit* Harl.

§. 7. *Exercitum in Graeciam trajiceret, prae me tuli*] Pall. habent *praetuli*. GEBH. Eadem lectio superest in Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. V. ad 27, 34, 5. Deinde *in Graeciam exercitum trajiceret* Lov. 2. qui etiam paullo ante legit *hostemque me ei fuisse, priusquam.*

§. 9. *Sed per Thraciam, ubi etiam inter cetera pax quoque praestanda*] *sed* post particulas *non modo, non solum, non tantum*, pro sed etiam, Livio familiarissimum esse, vidimus ad 2, 6, 1. hic tamen cum Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambobus, trajectis vo culis, lego ac distinguo, *sed per Thraciam etiam, ubi inter cetera; nam ubi etiam inter cetera pax quoque* a Livio profectum esse, in animum inducere nequeo.

§. 10. *Pro hoc studio meo erga vos, ne dicam merito, utrum adjicere*] *ut dicam merito* Harl. *nec dicam merito* Lov. 1. Insuper *num adjicere* Lov. 1. et 6. *unde adjicere* Voss.

§. 11. *Eumenes, tamquam ad Antiochum, spoliandum me venit*] Commodius foret *Eumenes ad me, tamquam Antiochum, spoliandum venit*. J. FR. GRON. Minori mutatione legi posset *tamquam ad Antiochum, ad spoliandum me venit*. Quod quum in Lov. 2. invenerim, eidem etiam locum in contextu dedi. Paullo ante *regni mei quas fuisse* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn.

Decem legatorum decretum, specimen calumniae impudentissimae praetendit; in quo maxime] Antiquior scriptura *decretum calumniae impudentissimae praetendit, quo maxime*. GELEN Pall. *decretum pecuniae calumniae*. Vet. ed. *decretum specimen calumniae*. Tum omnes libri *quo maxime*. GEBH. *decretum pecunie calumniae imprudentissimae* Voss. Lov. 1. et Gaertner. *decretum pecunie calumniae impudentissimae* Lov. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *decretum peccine calumniae impudentissimae* Hearnii L. 1. sed notis voci secundae subjectis, quibus librarii aliquid

Digitized by Google

num civitates, quas regni mei fuisse fatemini, non restituuntur. Eumenes, tamquam ad Antiochum, ad spoliandum me venit, et, si Diis placet, decem legatorum decretum calumniae inpudentissimae praetendit; quo maxime et refelli et coargui potest. Disertissime enim planissimeque in eo scriptum est, Chersonesum et Lysimachiam Eumeni dari. Ubi tandem Aenus, et Maronea, et Thraciae civitates adscriptae sunt? quod ab illis ne postulare quidem est ausus, id apud vos, tamquam ab illis impetraverit, obtinebit? Quo in numero me apud vos esse velitis, refert. Si tamquam inimicum et hostem

perperam scriptum, ac delendum esse indicare solent. *decretum plenum calumniae inpudentissimae* Lov. 2. Contendi posset, veterum editionum lectionem, quam Gelenius damnavit, et solus Lov. 5. servat, hoc sensu accipiendam esse, ut Philippus id inpudentissimae calumniae specimen vocet, quod Eumenes praetextu decem legatorum decreti Aenum et Maroneam eripiat, sibique vindicet: *praetendere decretum* autem dici, ut *praetendere titulum* 37, 54, 13. *Licet ergo vobis meminisse, quem titulum praetenderitis*. et saepe alibi. Quum tamen vocem *specimen* in nullo alio cod. quam in uno Lov. 5. qui ex editis descriptus videtur, invenerim, recte eam a Gelenio ejectam puto, et jungo *decretum praetendit calumniae*, ut 39, 16, 7. *Ubi Deorum numen praetenditur sceleribus.* ad quem locum alia vide. *inprudentissimae* autem, pro *inpudentissimae*, natum est ex aberratione scribarum, qui et alibi has voces confuderunt. Exempla vidimus ad 30, 42, 14. Adde supra ad 38, 47, 8. Proprium enim calumniatoris potius est *inpudentia*, quam *inprudentia*.

Maxime et refelli et coargui potest] Libri omnes *maxime repelli*. GEBH. Ita et omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *maxime et refelli* ex cod. Mog. recepit. Utraque illa verba junxit Cic. pro Ligar. 5. *In tanto discrimine et periculo civis refellere, et coarguere nostrum mendacium.* lib. 2. Tuscul. 2. *Nosque ipsos redargui et refelli patiamur.* Etiam alibi ea verba librarii commutarunt. V. Cel. Burm. ad Nason. 1. Met. 759. Causa fuerunt similes literarum *F* et *P* ductus. Vide ad 39, 6, 5. De particula *et* priori loco omissa vide ad 2, 44, 3. Mox §. seq. *enim* deest in Gaertn. *est* in Lov. 1.

§. 13. *Quo in numero me apud vos esse velitis, refert*] Vet. lib. *referte*; quod placet, quia sequitur, *pergite, ut coepistis facere.* SIGON. Pall. et vet. ed. *quo in numero me esse apud vos velitis, referte.* GEBH. Illud *referte* haud placet. neque Latinum puto: nam praesens praesentes alloquitur. Dico libere: legendum puto *refert*. Quasi diceret: Volo scire, quo me in numero habeatis: id enim scire mea refert. TAN. FA-

Digitized by Google

insectari propositum est, pergite, ut coepistis, facere.
14 *Sin aliquis respectus est mei, ut socii atque amici regis, deprecor, ne me tanta injuria dignum judicetis.*

1 XXIX. Movit aliquantum oratio regis legatos. itaque medio responso rem suspenderunt: *Si decem legatorum decreto Eumeni datae civitates eae essent, ni-*
2 *hil se mutare. si Philippus bello cepisset eas, praemium victoriae jure belli habiturum. si neutrum eorum foret, placere cognitionem senatui reservari: et, ut omnia in integro manerent, praesidia, quae in iis urbibus sint,*
3 *deduci.* Hae caussae maxime animum Philippi alie-

BER. Sic [*referte*] legebatur olim, deinde ex Mog. coeptum est legi *refert*: quod Sigonius loco movit, revocato altero. Sed male. Vide ad Senecae 1. de Benefic. 6. J. FR. GRON. *Quo numero* Lov. 6. Dein *me apud vos velitis* Lov. 1. *me esse apud vos velitis* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. Tum *referre* Voss. et Lov. 1. *referte* Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *me esse apud vos velitis*, *referte* edd. principes. *me esse apud vos refert* mutavit Asc. anno 1513. *me apud vos esse velletis*, *refert* Moguntini in cod. suo invenerunt: unde Aldus *me apud vos esse velitis*, *refert* recepit. Infra cap. 36, 16. *Nec*, *jure an injuria tassi sint*, *argumentari refert*. Ita *quid refert*, de quo vide ad 4, 49, 16. Mox §. seq. *aliquis est respectus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo.

§. 1. *Movit aliquantum oratio regis legatos*] *aliquantulum* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. V. ad 7, 36, 5. qui iidem codd. cum Lov. 4. legunt *civitates essent*, omisso medio pronomine.

§. 2. *Ut omnia in integrum manerent*] Antiquior scriptura *in integro manerent*. GELEN. *in integrum manerent* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *in integrum remanerent* Voss. Lov. 6. et Gaertn. neque aliter Lov. 1. nisi quod in eo etiam desit praepositio *in*, quam prima syllaba vocis sequentis elisit. V. ad 34, 28, 3. Videtur autem olim juncta duplici lectione *in integrum*, *ro*, *manerent* scriptum fuisse: v. ad 3, 44, 4. et hinc tandem factum esse *in integrum remanerent*. Paullo ante *cognitionem placere senatui reservari* Voss. Lov. 1. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. *cognitionem eorum placere s. r.* Lovel. 2. et Mead. 1. *cognitioni eorum placere s. r.* Harl. Illud *eorum* ex verbis praecedentibus properam repetitum est.

§. 3. *Hae caussae maxime animum Philippi alienaverunt ab Romanis*] *Hae res maxime* Voss. Lovel. 1. 6. et Gaertn. Tum *alienarunt* Lov. 2. et Harl. *alienat* Gaertn. Paullo post *nulla Macedonici belli suspicio* Voss Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *nulla suspicio belli Macedonici* Lov. 5. et edd. vett. Aldus vocabula

Digitized by Google

naverunt ab Romanis: ut non a Perseo filio ejus novis cauſſis motum, sed ob has a patre bellum relictum filio videri poſſit. Romae nulla belli Macedonici suspicio erat. L. Manlius proconsul ex Hispa- 4
nia redierat. cui poſtulanti ab senatu in aede Bellonae triumphum rerum geſtarum magnitudo impetrabilem faciebat, exemplum obſtabat; quod ita 5
comparatum more majorum erat, ne quis, qui exercitum non deportaſſet, triumpharet, nisi perdomitam pacatamque provinciam tradidiſſet succeſſori. medius tamen honos Manlio habitus, ut ovans urbem iniret.

ea serie, qua nunc leguntur, edidit. Nec aliter Lov. 6. et Gaertner. nisi quod in poſteriori invenerim *nulli belli Macedonici suspicio.*

§. 4. *L. Manlius proconsul*] Hic praetor A. V. IOLXV. Hispaniam citeriorem sortitus, 38, 35. eamdem anno sequente imperio prorogato obtinuerat, 39, 7. 21. Cur eum *proconsulem*, non *propraetorem*, vocet, mihi non liquet: sed eos, qui Hispaniis praeerant, saepius *proconsules* appellari video, quam qui alias provincias habebant. V. 33, 25. 35, 22. 37, 46. 41, 15. Sed Livius sibi in eorum appellatione non conſtat. Nam modo eos poſt prorogationem imperii *praetores*, modo *propraetores* vocat: *praetores* hoc lib. cap. 21. 38. 42. 40, 30. 31. 34. *propraetores* infra cap. 56. 40, 16. 72. modo, quod majoris inconſtantiae eſt, eumdem *proconsulem* et *propraetorem*, *propraetorem* et *praetorem*, *proconsulem* et *praetorem* dicit. M. Fulvius *proconsul* 35, 22. *propraetor* 36, 2. P. Sempronius *propraetor* infra cap. 56. 40, 16. *praetor* 40, 1. M. Titinius *proconsul* 41, 15. *praetor* ibid. cap. 26. Non dubito, quin scribae saepius errarint in nominibus *praetor*, *propraetor* et *proconsul*. V. ad 33, 25. et 35, 22. DUKER. Clariſſ. Jac. Perizon. *L. Manlius propraetor* ad marginem Livii legendum conjecit. Codices nihil mutant. V. ad 40, 39, 1.

§. 5. *Quod ita comparatum more majorum erat*] *quo ita comparatum* Gaertn. V. ad 36, 33, 3. *quod ita compertum* Voſſ. frequenti scribarum errore. V. ad 4, 13, 8. 8, 17, 2. 9, 26, 15. 22. et 34, 25. c. 45, 3. 10, 10, 4. et alibi. Similiter commutantur *incompertum* et *incomperatum*. V. ad 4, 23, 3. *partus* et *paratus*. V. ad 5, 6, 1. Mox *captamque provinciam* Voſſ. Lov. 1. et 6.

Medius tamen honos] Infimus honos, iis habitus, qui republica bene geſta Romam redierant, et nec triumphum, nec ovationem impetrabant, erat, ni fallor, quod, urbem ingressi, praedam ac spolia hoſtium praeferentes populo Romano conspicui erant, ut 28, 38. 32, 7. 33, 27. DUKERUS.

Digitized by Google

6 Tulit coronas aureas quinquaginta duas: auri praeterea pondo centum triginta duo: argenti sedecim
7 millia trecenta: et pronunciavit in senatu, decem millia pondo argenti, et octoginta auri Q. Fabium quaestorem advehere. id quoque se in aerarium inla-
8 turum. Magnus motus servilis eo anno in Apulia fuit. Tarentum provinciam L. Postumius praetor
9 habebat. Is de pastorum conjuratione, qui vias latrociniis pascuaque publica infesta habuerant, quae-

§. 6. *Tulit coronas aureas quinquaginta duas*] Initio hujus libri, [capp. 5. et 7.] duorum imperatorum, M. Fulvii et Cn. Manlii, triumphi memorantur: in quibus numerus non est ipsarum coronarum, quot numero eae fuerint, sed potius pondo, quot in universum eae coronae habuerint auri libras, etiamsi in Fulvii triumpho post eum numerum, et post argenti pondo, auri quoque pondo subjiciuntur. In Cn. Manlii triumpho post coronarum pondo, nulla deinde auri pondo numerantur. At hoc in triumpho L. Manlii coronarum est numerus, non pondo, nisi codex erret. Deinde auri ac argenti numerus subjectus est. Haec a nobis notata sunt, ut lectori suum sit judicium. Neque enim ego eam rem valde urgeo, sed exemplaria vetusta conspicienda sunt. GLAR. Codices nostri omnes in hanc lectionem conspirant, uno excepto Gaertn. qui legit *aureas coronas.*

Auri praeterea pondo centum viginti duo] Primam vocem non agnoscit Hearnii L. 1. et insuper *pondo CXXXIII* legit. *pondo centum triginta duo* Lov. 2. *pondo centum XXXII* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii N. et edd. omnes ante ultimam Gruteri; cui qui praefuit, totidem literis exhibiturus, quod priores tantum notis numeralibus perscriptum exhibent, perperam *XXX* reddit *viginti*; quem errorem recentiores omnes adoptarunt. Priscam igitur lectionem restitui. Mox *argenti. et pronunciavit*, tribus mediis vocibus omissis, Lov. 1. *argenti trecenta. et pronunciavit* Lov. 2. 6. et Harl. *argenti XVI. CCC. et pronunciavit* Lov. 4. et Gaertn. omissa voce *millia*, cujus notam librarii non adsecuti sunt. Vide ad c. 42, 3. *argenti CCC. XVI. pronumptiavit* Hearnii L. 1. *argenti XVI D. CCC. et pronunciavit* ejusdem N. cujus scriba notas ∞ et *IↃ* vel *D* confudit. V. ad 40, 36, 10.

§. 7. *Decem millia pondo argenti*] *quinque millia* Mssti nostri, Hearnii L. 1. et editi ante Aldum, qui cod. Mog. lectionem *decem millia* probavit. Solent passim notae numeri quinarii *V* et denarii *X* a scribis confundi. Sigon. ad 2, 44, 6. Jac. Gronov. ad 9, 34, 14. Adde, quae notavi ad 3, 8, 10. 10, 30, 2. c. 43, 9. 28, 41, 14. 30, 10, 20. 34, 10, 1. 37, 1, 6. et 44, 40, 7. Mox *et LXX Q. Fabium* Hearnii L. 1.

Id quoque se in aerarium inlaturum] Libri omnes *delaturum.* GEBH. Non aliter etiam Voss.

Digitized by Google

ſtionem severe exercuit. ad septem millia hominum condemnavit: multi inde fugerunt, de multis sumtum eſt supplicium. Consules, diu retenti ad urbem delectibus, tandem in provincias profecti sunt.

XXX. Eodem anno in Hispania praetores C. Calpurnius et L. Quinctius, quum primo vere ex hibernis copias eductas in Baeturia junxiſſent, in Carpetaniam, ubi hoſtium caſtra erant, progreſſi sunt, communi animo consilioque parati rem gerere.

Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertner. Hearnii L. 1. et primae edd. pro quo Froben. anno 1535. excudi curavit *illaturum*. *Deferre in aerarium* obeurrit supra 37, 57. *Praedae aliquantum captae in Antiochi caſtris neque in triumpho tuliſſet, neque in aerarium detuliſſet.* Videnda sunt, quae ad eum locum notavi, et ad 5, 25, 8. Si tamen Froben. *inlaturum* ex cod. Mog. accepit, ejus rejiciendi cauſſa non. eſt. V. ad 38, 55, 12.

§. 8. *L. Poſtumius praetor habebat*] *habebat praetor* Gaertn. Sed vox *praetor* neglegitur in Harlej. Mox §. seq. *multi fugerunt*, omissa media voce *inde*, scribendum conjicit Crevierius. Praeterea *sumtum eſt judicium* perperam legit Harl.

§. 1. *Progressi sunt, communi animo consilioque parati rem gerere*] *Tò sunt* abeſt ab omnibus libris, qui et continent *parati communi animo consilioque rem gesserunt*. GEBH. E Moguntino eſt. Scripti et antea editi: *in Carpetaniam, ubi hoſtium caſtra erant, progressi, communi animo consilioque rem gesserunt*. Quod meis auribus multo magis altero Livianum sonat. 22, [22, 3.] *Ibi militе exposito, profectus Scipio fratri conjungitur, ac deinde communi animo consilioque gerebant bellum.* 34, [22, 7.] *Bellum adversus Philippum non magis communi animo consilioque Romani et Graeci gesserunt.* 42, [26, 2.] *Uno animo vivere Macedonum atque Illyriorum regem, communi consilio parare Romanis bellum.* J. FR. GRON. Lectionem, quae nunc exſtat, Aldus, auspice integerrimo cod. Mog. recepit: quam vero Gebhardus et Gronovius in scriptis et edd. suis se inveniſſe teſtati sunt, mihi quoque obvia fuit in omnibus fere meis, et Crevierio in Victor. Unus tamen meorum *progressi sunt, communi animo consilioque rem gerere*. Quod vero Gronovius codicum suorum scripturam magis Livianum sonare pronunciat, id non probat adscriptis exemplis; unde nihil aliud colligitur, quam locutiones *communi consilio*, vel *communi animo consilioque rem*, sive *bellum gerere*, aut *parare* a Livio usurpari; quae recepta codicis Mog. lectione non inmutantur, et hinc pro hoc aeque contra reliquos codd. quam pro illis contra hunc laudari poſſunt. Omnis diversitas utriusque lectionis in eo consiſtit, quod ceteri Mſti praeferant *progressi rem gesserunt*, membranae Moguntinae *progressi sunt, parati rem gerere*: jam vero licet Livius saepe ita orationem ordinaverit, ut praecedenti partici-

Digitized by Google

2 Haud procul Hippone et Toleto urbibus inter pabulatores pugna orta est. quibus dum utrimque subvenitur a castris, paullatim omnes copiae in aciem
3 eductae sunt. in eo tumultuario certamine et loca sua et genus pugnae pro hoste fuere. duo exercitus Romani fusi atque in castra compulsi sunt. non in-
4 stitere perculsis hostes. Praetores Romani, ne po-

pio casus recti verbum finitum subjungat, negari tamen nequit, eumdem saepe etiam verbo finito participium ejusdem casus ultimo loco adposuisse. Innumera exempla adferri possent, sed paucis, ex duobus tribusve libris petitis, contentus ero. supra 35, 4, 4. *Sequebantur silenti agmine, locum insidiis quaerentes.* cap. 5, 10. *Obstabant duces, hastilibus caedentes terga trepidantium, et redire in ordines cogentes.* Hoc lib. cap. 49, 1. *Philopoemen praetor eorum capitur, ad praeoccupandam Coronen profectus, quam hostes petebant, in valle iniqua cum equitibus paucis obpressus.* Eodem c. §. 3. *Quibus dum locum ad evadendas angustias praebet, sustinens impetus hostium.* cap. 51, 4. *Talem exitum vitae suae Hannibal prospexerat animo, et Romanorum inexpiabile odium in se cernens, et fidei regum nihil sane confisus.* 40, 11, 3. *Romam eunt, Philippum regem se habere credentes.* Sed, quod magis ad hujus loci lectionem, in cod. Mog. obviam, illustrandam facit, saepe Livius verbo finito subjungit participium *paratus* casu recto, eique adjungit verbum infinitum. Supra 26, 17, 15. *Ut se dolo captum sensit, instituit sequi, paratus confligere acie.* et 35, 3, 5. *In aciem exibant, parati de summa rerum decernere.* Quum igitur Livius utroque modo orationem formare consuerit, me praestantissimi Mssti, qui tot numero locis Livio laboranti opem tulit, testimonio fidem habere, neminem vitio versurum confido. Paullo ante *ex hibernis copias ductas* Harl. Male. V. ad 37, 30, 9.

§. 2. *Haud procul Hippone et Toleto urbibus*] Nemo, quod sciam, in Carpetanis *Hipponis* meminit. Quidam codices *Dipponem* habuerunt, unde *Hippone* factum. Ptolemaeus Carpetanorum *Liboram* et *Hispinon* numerat. Tu vide, quid sequaris. GLAR. Vet. ed. *Haud procul Dippone et Toleto*; cui consentit Pal. alter. Prior vero exhibet *Haud procul Toleto et Dipone.* GEBH. *Tolecto et Dypone* Voss. *Tholecto et Dypone* Lovel. 1. *Toleto et Dipone* Lov. 4. et Mead. ambo. *Tolleto et Dipone* Harl. *Tolleto et Diopone* Lov. 6. *Dypone et Toleto* Lov. 2. *Dypone et Toletto* Gaertn. *Dippone et Tolleto*, vel *Toleto* Lovel. 5. et edd. vett. *Hippone* primum obcurrit in ed. Mogunt. Ortelius in Thes. Geogr. urbem innui existimat, quae *Hippo nova* vocatur Plinio 3. H. Nat. 1. Verum quum addat Plinius, oppida ibidem memorata esse *omnia Bastitaniae vergentis ad mare*, aliam ibi urbem indicari existimo; quod illa, cujus hic Livius meminit, vicina fuerit Toleto, quae ad Tagum sita longo satis terrarum tractu a Bastitania ad mare vergente distat. Quaenam tamen sit, aliis

Digitized by Google

ſtero die caſtra obpugnarentur, ſilentio proximae noctis tacito ſigno exercitum abduxerunt. Luce prima Hispani acie inſtructa ad vallum acceſſerunt, vacuaque praeter spem caſtra ingreſſi, quae derelicta inter nocturnam trepidationem erant, diripuerunt: regreſſique in sua caſtra, paucos dies quietis ſtativis manserunt. Romanorum sociorumque, in proelio

indagandum relinquo. Ὑσπίνου, quam memorat Ptolem. 2, 6. situs convenit; sed ductus literarum admodum sunt diversi. Poteſt etiam vulgatum servari, licet alibi ejus mentio non obcurrat. Neminem enim contendere velle confido, omnia ἅπαξ λεγόμενα, praeſertim in locorum et urbium nominibus, vitiosa ac mutanda eſſe.

Omnes copiae in aciem eductae sunt] *adductae sunt* Lov. 6. *deductae sunt* ed. Ascens. anni 1513. unde mox Moguntini se *eductae sunt* in membranis suis inveniſſe teſtati sunt; quam lectionem firmant reliqui, quorum copia mihi fuit, Mſti. V. ad 3, 62, 5. Mox §. seq. *in caſtra pulsi sunt* Harl. Vide ad 35, 41, 7.

§. 4. *Silentio proximae noctis tacito signo exercitum abduxerunt*] *Tacitum signum* accipio non vocale, quod tuba, aut claſſico, aut cornu dari solebat, sed mutum clandeſtinumque, sine ullo sono ſtrepituque, ne hoſtis exaudiret. TURNEB. 1. Advers. 25. Teſſera nimirum per caſtra data. Silius 15, 478.

— — *tacitum dat teſſera signum,*
Dimiſſa in colles pugna silvasque ferantur
Dispersi.

Vide Lipsium 5. de Milit. 9. Idem eſt, quum milites dicuntur signo dato juſſi fuiſſe, taciti vasa colligere, ac proficisci, 21, 47. DUKER.

§. 5. *Quae derelicta inter nocturnam trepidationem erant, diripuerunt*] Ita Aldus edidit ex cod. Mog. Priores excusi cum omnibus codd. noſtris *quae relicta.* Alibi Livium verbo *derelinquere* usum eſſe, nondum observavi. Ciceronem tamen saepius id adhibuiſſe, Lexica aliique monuerunt. Et ita in uno cod. Cortii Salluſt. in Jug. 21. *Ut regnum aut derelinquendum eſſet, aut armis retinendum.* Idem obcurrit apud Caes. 3. Gall. 13. *Ab aeſtu derelictae nihil saxa et cautes timerent.* ubi etiam plures Mſti *relictae* praeferunt, sed Cl. Oudend. conjecturam Nic. Heinsii, *rejectae* legentis, comprobat. Tum *diruperunt* Harl. Eaedem voces culpa librariorum commutantur etiam supra 5, 20, 6. et 31, 45, 16. Similiter *correptus* et *corruptus.* V. ad 3, 37, 8. *raptus* et *ruptus.* V. ad 8, 39, 12. Mox *in caſtra sua* Lov. 1. 2. 4. 6. Voſſ. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Praeterea *quietis his ſtativis* cod. Mog. *quieti ſtativis* Lov. 2. An forte legendum *quieti his ſtativis?* Poteſt tamen in poſteriori cod. ultima litera τοῦ *quietis* a prima sequentis elisa eſſe. Vide ad 37, 29, 5. Ut hic *quieta ſtativa*, ita *quieta aeſtiva* supra 37, 15, 3. *Omnia Asiae praedente quieta aeſtiva acturos.*

Digitized by Google

fugaque, ad quinque millia occisa; quorum se spoliis hostes armarunt. inde ad Tagum flumen profecti
7 sunt. Praetores interim Romani omne id tempus contrahendis ex civitatibus sociis Hispanorum auxiliis, reficiendisque ab terrore adversae pugnae mili-
8 tum animis, consumserunt. ubi satis placuere vires, et jam miles quoque, ad delendam priorem ignominiam, hostem poscebat; duodecim millia passuum ab
9 Tago flumine posuerunt castra. inde tertia vigilia sublatis signis, quadrato agmine principio lucis ad
10 Tagi ripam pervenerunt. Trans fluvium in colle hostium castra erant. extemplo, qua duobus locis va-

Ita *quietas stationes* inlustravi ad 7, 26, 1.

§. 6. *Ad quinque millia occisa; quorum se spoliis hostes armarunt*] *ocisa* Lov. 1. Hinc *occisa* praefert Lov. 2. *concisa* Harl. Tum *quorum spoliis se hostes* Lov. 2. Mead. ambo, et Harl. quorum ultimus etiam *armaverunt*.

§. 7. *Omne id tempus contrahendis*] *id omne opus* Lov. 4. et Mead. 2. *omne id temporis* Lov. 2. et Harl. quod in Naud. Mſto inventum probavit Gronov. ad 32, 37, 5. Mox *reficiendis ab terrore* Voſſ. Lovel. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertner. *et reficiendis ab terrore* Lov. 2. et Harl. Vox *adversae* deeſt in Lov. 2.

§. 8. *Duodecim millia passuum ab Tago flumine posuerunt castra*] Pall. habent *profecti duodecim millia passuum ab Tago f. p. c.* GEBHARD. *profecti duodecim millia ab Tago* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. principes. *profecti duodecim milliaria ab Tago* Lov. 6. *profecti XI. millia ab Tago* Hearnii L. 1. Lectionem, quae nunc vulgo recepta eſt, Aldus, praeeunte cod. Meg. adscivit. Paullo ante *etiam miles* Lov. 1. et Mead. 1. *et miles* Lov. 2. et Harl.

§. 10. *Exercitum traduxerunt*] Libri omnes *exercitus traduxerunt*. GEBH. Non aliter etiam Lovel. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Nec male. Supra enim hoc cap. dixerat: *Duo exercitus Romani fusi, atque in castra compulsi sunt*. Ita variant etiam codd. supra 9, 3, 6. ubi itidem ambo consules, ut hic duo praetores, junctis castris communi animo consilioque rem gerebant. Sed nec vulgatum damno. Videntur enim praetores ita copias junxisse, ut ex duobus exercitibus unum effecerint, ac milites iisdem castris continuerint. Et hinc etiam hoc cap. *exercitum abduxerunt*. Mox etiam proelium commissuri unam et continuam aciem instruunt. Supra vero loco laudato *duo exercitus* dixit, ad indicandam Romanorum, qui in fugam conjecti erant, multitudinem. In praecedentibus *trans*

Digitized by Google

da nudabat amnis, dextera parte Calpurnius, laeva Quinctius exercitum traduxerunt; quieto hoste, dum miratur subitum adventum, consultatque, qui tumultum injicere trepidantibus in ipso transitu amnis potuisset. Interim Romani, inpedimentis quoque 11
omnibus traductis contractisque in unum locum, quia jam moveri videbant hostem, nec spatium erat castra communiendi, aciem instruxerunt. in medio 12
locatae quinta Calpurnii legio et octava Quinctii. id robur toto exercitu erat. Campum apertum usque ad hostium castra habebant, liberum a metu insidiarum.

flumen Lov. 2. Vide ad 38, 15, 7. Tum *vada nudavit* Harl.

Qui tumultum injicere trepidantibus in ipso transitu amnis potuisset] *quam tumultum* Voss. *quem tumultum* Harl. Dein vocem *amnis*, quae non adparet in prioribus excusis, Aldus ex cod. Mog. addidit. Eamdem agnoscunt omnes scripti nostri; at ea transposita *in ipso amnis transitu* legit Gaertn. Mox §. seq. *videbant moveri castra hostemque* Lovel. 6.

§. 12. *Id robur totius exercitus erat*] Omnes nostri libri *id robur toto exercitu erat*. GEBH. Et hoc Moguntini, Priores *toto exercitu*. Neque hoc illi ego cedere velim. 26, [38, 12.] *Longe fortissimi equitum toto Punico exercitu erant*. 37, [41, 2.] *Hoc et roboris in regiis copiis erat*. Florus 1, 16. *Omnium non modo Italiae, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniae plaga est*. J. FR. GRON. *toto exercitu* etiam Hearnii L. 1, N. et omnes nostri, nisi quod Voss. mendose *ad robur totu exercitu*; Lovel. 1. et 6. etiam *ad robur* praeferant, quorum Lov. 1. insuper ignorat vocem *erat*. Locutionem hanc saepe per praepositionem *in* efferre solet Livius. 27, 14, 5. *Id roboris in omni exercitu erat*. 28, 14, 19. *Quod roboris in acie hostium erat*. 33, 28? *Quod roboris in juventute erat*. 34, 38, 6. *Quod roboris in exercitu erat*. 37, 7? *Quod roboris in juventute fuerat*. Non displicet tamen cod. Mog. lectio, quam primus editorum Aldus admisit. Supra 22, 2, 3. *Id omne veterani erat robur exercitus*. 33, 4, 4. *Decem et sex millia militum haec fuere, robur omne virium et regni*. In praecedentibus *in medio locata* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Mead. ambo, Gaertner. Hearnii L. 1. et editi ante Frobenium, qui anno 1535. *locatae* substituit.

Campum apertum usque ad hostium castra habebant, liberum a metu insidiarum] Pariter supra 27, 12, 8. *Aperta erat regio sine ullis ad insidias latebris*. Ceterum *liberum insidiarum*, omissis mediis vocibus, Voss. Ita 26, 38, 2. *Nec de deductis praesidiis spei liberam*

Digitized by Google

1 XXXI. Hispani, postquam in citeriore ripa duo Romanorum agmina conspexerunt, ut, priusquam se jungere atque instruere possent, occuparent eos, 2 castris repente effusi cursu ad pugnam tendunt. Atrox in principio proelium fuit, et Hispanis recenti victoria ferocibus, et insueta ignominia milite Roma- 3 no accenso. acerrime media acies, duae fortissimae

vel obnoxiam timori sociorum relinquere fidem. V. ad Silii 2, 441. Hic tamen voces duas neglegentia scribae omissas esse, potius existimo, quia reliqui constanter eas agnoscunt.

§. 1. *Cursu ad pugnam tendunt*] Ita Aldus, cod. Moguntinum secutus, edidit. Neque aliter omnes nostri, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. cujus loco *tenderunt* habent edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et reliquae ante Aldum. V. ad 10, 12, 4. Paullo ante *se injungere* Lovel. 6.

§. 2. *Atrox in principio proelium fuit, et Hispanis recenti victoria inflatis*] Libri omnes, *Atrox in principio pugna fuit, et Hispanis recenti victoria ferocibus.* GEBH. Moguntini est. Sed num satis juste uni condonatum est, quod servant omnes alii, *et Hispanis recenti victoria ferocibus?* L. 21, [53, 8.] *Quum alterius ingenium fama prius, deinde re cognitum, perciti animi ac ferox sciret esse, ferociusque factum prospero cum praedatoribus suis certamine crederet.* L. 25, [39, 9.] *Calentes adhuc ab recenti pugna, ferocesque victoria.* Persaepe sic Livius. J. FR. GRONOV. *in principio fuit pugna* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *in principio pugna fuit* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui cod. Mog. lectionem *in principio proelium fuit* admittendum censuit. Eaedem voces etiam supra a scribis commutantur ad 8, 8, 9. Licet vero cod. Mog. lectiones haud temere spernendas putem, in reliqua tamen parte horum verborum eum deserendum, et potius cum vulgatis, quibus omnes nostri, et Hearnii L. 1. ac N. consentiunt, *victoria ferocibus*, quam cum eo *victoria inflatis*, legendum censeo. Non damno quidem locutionem *victoria inflatis*; vide ad 37, 12, 4. sed tamen eruditior est reliquorum codd. lectio *ferocibus*, quam ut ex indoctorum scribarum ingenio profecta esse censeri queat. Vocabulum illud duplici inprimis sensu usurpari solet, vel pro forti, strenuo, bellicoso; vel pro superbo, inflato, fero: unde varie ab interpretibus antiquis in margine codd. exposita est; quas expositiones postea alii pro veris lectionibus in contextum receperunt. Hinc factum, ut commutentur *ferox* et *fortis.* V. ad 28, 42, 4. *ferox* et *bellicosus.* V. ad 36, 17, 5. Similiter nunc culpa scribae codicis Mog. *ferox* et *inflatus.* *Ferox* autem eo sensu obcurrit supra 1, 7, 5. *Cacus viribus ferox.* et apud Cic. 4. ad Fam. 9. *Miserius nihil, quam ipsa victoria; quae, tametsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores inpotentioresque reddit.* V. Lambin. ad Horat. 1. od. 15, 13.

§. 3. *Acerrime media acies, duae*

Digitized by Google

legiones, dimicabant; quas quum aliter moveri loco non posse hostis cerneret, cuneo instituit pugnare: et usque plures confertioresque, medios urgue- 4
bant. Ibi postquam laborare aciem Calpurnius praetor vidit, T. Quinctilium Varum et L. Juventium Thalnam legatos ad singulas legiones adhortandas propere mittit. Docere et monere jubet, *in illis spem* 5

fortissimae legiones, dimicabant] *media acie duae fortissimae legiones dimicabant* Lov. 2. et 6. Sed recte reliqui vulgatum servant. Nam *media acies, duae legiones* positum est per adpositionem. Supra 29, 25, 10. *Laevum* cornu, *totidem rostratas, onerariis futurum praesidio.* 38, 35, 9. *Jussi novos exercitus, binas legiones, scribere.* 42, 59, 2. *In dextrum cornu, Italicos equites, incurrerunt.* V. ad 40, 36, 8. et Gronov. ad 22, 41, 7. Mox *hostes cernerent* Harl. Sed vide ad 5, 50, 2.

Et usque plures confertioresque, medios urguebant] Pall. et vet. ed. *sed plures confertioresque*, eliso illo *usque*. GEBH. Pariter omnes nostri, nisi quod *sic plures* praeferat Lov. 2. *sed plures* etiam edd. ante Aldum, qui, quod nunc exstat, ex cod. Mog. adoptavit. Illud *usque* continuum temporis aut morae notare, monuit Gronov. 3. Obs. 19. Supra 10, 12. *Longius usque a navibus procedunt.*

§. 4. *T. Quinctilium Varum, L. Juventium Talvam*] *Thalnam* ex consulibus Capitolinis. SIG. Pall. *praetor vidit, Quintilium Varum et Juventium Talnam.* Vet. ed. *Calvam* vocat. GEBH. Utriusque legati praenomen omittunt Voss. Lovel. 2. 3. 4. 6. Harl. Gaertner. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. prioris tantum Lov. 1. Praeterea *et Juventium* legunt Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et eaedem edd. *et L. Juventium* edd. illis proximae. Copulam omisit demum ultima Gruteri, reliquis recentioribus tacite probantibus; quam loco restitui. Tum *Talnam* Voss. Lovel. 1. 6. et Gaertn. *Talanam* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *Calnam* Hearnii L. 1. *Calvam* Lov. 5. et primae edd. usque ad Frob. qui anno 1531. *Talvam* dedit. Id reliqui editores retinuerunt usque ad Sigonium, qui *Thalnam* legendum esse etiam supra monuit ad 34, 42, 4. Paullo ante *Ubi postquam*, pro *Ibi*, Voss. Lov. 6. et Gaertn. sollemni aberratione scribarum. Vide ad 27, 5, 2. Sed *ibi* est tum. V. ad 7, 23, 4.

Ad singulas legiones adhortandas propere mittit] *prope mittit* Voss. et Gaertn. errore passim in Mstis obvio. V. ad 2, 23, 10. c. 40, 5. 4, 46, 9. c. 47, 2. c. 58, 7. 6, 17, 8. c. 42, 10. pluribusque locis. Adde Jac. Gronov. ad Liv. 30, 11, 10. Viros doctos ad Suet. Tib. 72. Galb. 16. et Torren. ad Val. Max. 1, 1, 17. Scriptum fuerat *prope*, et librarii lineam per caudam literae *p* traductam neglexerunt. Eamdem ob causam commutantur *superant* et *supererant* 1, 25, 11. *pactus* et *peractus* 5, 50, 7. *suapte* et *sua per te* 6, 15, 12. *pro spe* et *prospere* 7, 11, 4. *ope* et *opere* 8, 16, 4. *suppositus* et *superpositus*

Digitized by Google

omnem vincendi et retinendae Hispaniae esse. Si illi loco cedant, neminem ejus exercitus non modo Italiani, sed ne Tagi quidem ulteriorem ripam, umquam visurum. 6 Ipse, cum equitibus duarum legionum paullulum circumvectus, in cuneum hostium, qui mediam ur- 7 guebat aciem, ab latere incurrit. Quinctius cum suis equitibus alterum hostium latus invadit: sed longe acrius Calpurniani equites pugnabant, et prae- 8 tor ipse ante alios. nam et primus hostem percussit,

21, 27, 5. *aptus* et *apertus* 31, 22, 8. et similia ubique. *prospere* hic legit Lov. 1. V. ad 10, 2, 10.

§. 5. *Si illi loco cedant, neminem ejus exercitus*] *Si in illo loco* Gaertn. Tum *hujus exercitus* omnes nostri, Hearnii L. 1. et editi ante Aldum, qui ex cod. Mog. probavit *ejus exercitus*. Mox *umquam* primum obcurrit in ed. Frob. anni 1535. pro quo *usquam* praeferunt typis descripti antiquiores, omnesque Mstι mei, et Hearnii L. 1. nisi quod *usque* sit in Lov. 1. Solent autem *usquam* et *umquam* in membranis commutari. V. ad 1, 53, 7. 6, 25, 11. 8, 29, 11. 21, 22, 6. 22, 58, 1. c. 61, 13. 23, 18, 14. 25, 39, 2. 29, 31, 2. 40, 33, 7. et alibi. Mox §. seq. *paullum circumvectus* Voss. Mead. 1. et Gaertn. *paullum circumvectis* Lovel. 1. 4. et Mead. 2. Vide ad 36, 9, 8. *circumvectis* etiam Lov. 6. et Harl.

§. 7. *Et praetor ipse ante alios. nam et primus hostem percussit, et ita se inmiscuit mediis*] Pall. *et praetor ante alios. nam et primus hostem percussit.* quamquam *το et* respuat Pal. pr. qui et praefert *et ita se immiscuit medius*. GEBHARD. *Το ipse* deest etiam in Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Tum *nam primus*, sine medio *et*, Mead. 2. Praeterea *ita se miscuit mediis* Voss. *ita se inmiscuit medius* Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. Paullo ante *Calpurni equites* Voss. et Lov. 1. *Calpurnii equites* Lovel. 6. et Gaertn.

§. 9. *Pudor movit primos centuriones, qui inter tela hostium praetorem conspexerunt*] *movit centuriones*, media voce exsulante, Harl. *movit primo centuriones* Lovel. 1. 2. 6. et Gaertn. Male. Supra 34, 14, 6. *Equites primos ab utroque cornu in pugnam educit.* ubi vide, quae notantur. Hinc vox *hostium* deest in Voss. Lov. 5. et primis edd. quam Moguntini ex cod. suo addiderunt. Eamdem etiam agnoscunt reliqui scripti. Dein *conspexere* Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. pro quo Aldus ex fide cod. Mog. *conspexerunt* vulgari curavit, adstipulantibus Voss. Lov. 2. et Mead. 1. Mox *intrare signa* perperam Harl. Vide ad 2, 53, 1.

§. 10. *Impetus fit velut ex superiore loco*] Praepositio *ex* deest in omnibus scriptis meis editisque vetustis. Aldus eam primus ex auctoritate membranarum Mogunt. adscivit.

Nec sustinere alii super alios inferentes sese possunt] Non potest accipi de Hispanis, quia *inferre*

Digitized by Google

et ita se inmiscuit mediis, ut vix, utrius partis esset, nosci posset. et equites praetoris eximia virtute, et 9
equitum pedites accensi sunt. Pudor movit primos centuriones, qui inter tela hostium praetorem conspexerunt. Itaque urguere signiferos pro se quisque, jubere inferre signa, et confestim militem sequi. Renovatur ab omnibus clamor. inpetus fit vel- 10
ut ex superiore loco. Haud secus ergo, quam torrentis modo, fundunt sternuntque perculsos, nec sus-

sese est urgentium: nec bene dicitur de Romanis, quibus nihil erat necesse *sustinere* se *posse*, impetum suum maxime efficacem et irrevocabilem esse optantibus. Forte: *nec sustinere alii super alios inferentes sese patiuntur.* Verbum sic eleganter, ut lib. 29, [6, 17.] *Ipse postremo veniebat Annibal. nec sustinuissent Romani, nisi Locrensium multitudo, exacerbata superbia atque avaritia Poenorum, ad Romanos inclinasset.* Cicero 11. Famil. 6. *Brutus enim Mutinae vix jam sustinebat.* Caesar 2. Gall. [6.] *Id oppidum ex itinere magno impetu Belgae oppugnare coeperunt. Aegre eo die sustentatum est.* J. FR. GRON. Non opus nisi mutatione unius literae. Scribe *sustineri.* Romani alii super alios vehementi impetu in hostem illati, sustineri non poterant. Sic supra 1, 41, 4. *Cum impetus multitudinis vix sustineri posset.* 29, 34, 12. *Sustineri ultra nequivere.* 30, 11, 8. *Multitudo Masaesylorum, ingentia agmina Syphace emittente, sustineri vix poterat.* 40, 40, 3. *Ut, quacumque parte perculere impetu suo, sustineri nequeant.* JAC. PERIZ. Nihil mutandum deinde censuerunt Viri Eruditissimi, et *sustinere* hoc sensu interpretati sunt: Romanos alios super alios inferentes *se sustinere*, id est, *impetum sistere*, etsi vellent, non potuisse; quemadmodum undae torrentes, aliae super alias instantes, se sustinere nequeunt. Non quaero, an, si hic sensus est, reciprocum *se* hoc loco apte supprimatur? nam *sese*, quod expressum est, sine dubio refertur ad *inferentes*, ut 2, 14, 6. *Adeo concitato impetu se intulerant Etrusci.* et ibid. cap. 50. et 33, 36. Haec videnda puto. primum, an, qui impetu ex superiore loco facto in hostes ruunt, ea spe ac mente, ut illos fundant sternantque, credi possint impetum suum velle sistere, nec efficacem esse? quod Gronovio non sine ratione parum credibile visum est. Deinde, an in describenda violentia torrentium hi dicantur se non sustinere, an obvia vim et impetum illorum sustinere non posse? Mihi non dubium est, quin illud rarius inveniatur, hoc quam plurimis locis, quibus torrentes omnia obvia *rapere, trahere, sternere*, ac *ferre* dicuntur, significetur. Virgilius 2. Aen. 305.

— — *aut rapidus montano flumine torrens*
Sternit agros, sternit sata laeta boumque labores,
Praecipitesque trahit silvas.

ubi plura in hanc sententiam congessit Cerda. Perizonii con-

Digitized by Google

tinere alii super alios inferentes sese possunt. Fugientes in castra equites persecuti sunt, et permixti turbae hostium intra vallum penetraverunt. ubi ab relictis in praesidio castrorum proelium instauratum: coactique sunt Romani equites descendere ex equis. Dimicantibus iis, legio quinta supervenit: deinde, ut quaeque potuerant, copiae adfluebant. Caeduntur passim Hispani per tota castra; nec plus quam quatuor millia hominum effugerunt. inde tria millia fere, qui arma retinuerant, montem propinquum ceperunt: mille semiermes maxime per agros palati sunt. Supra triginta quinque millia hostium fuerant,

jectura mihi admodum probabilis videtur. Addo hoc Livii 24, 16, 1. *Renovato clamore, velut alii repente facti tanta vi se in hostem intulerunt, ut sustineri ultra non possent.* DUK. *fternuntque perculsos inferentes sese. Post fugientes*, reliquis omissis, Voss. et Lov. 1. *nec sustineri aliis super alios inferentes sese possunt* Harl. *sustineri*, ut Periz. conjecit, se etiam Hearnius in N. reperisse testatur. Gronovii conjectura nimis a vulgato recedit, quam ut placere possit. Id caussatus Clericus scribendum conjecit *alios super alios*, ut Hispani dicantur non potuisse sustinere Romanos, sese alios super alios inferentes: quomodo jam ante Clericum conjecit Doujatius. Neutri tamen animadverterunt, haec non posse recte de Hispanis intelligi, quia praecedentia referenda sunt ad Romanos, neque aliquid additur, unde constet, Livium nunc de aliis, quam de quibus modo locutus erat, verba facere. Eamdem ob caussam probare nequeo conjecturam viri docti, qui me monuit, legendum videri *fternuntque perculsos. Nec sustinere, aliis super alios inferentibus sese, possunt.* Nihil propius videtur, quam ut cum Cl. Periz. *sustineri* legamus, cujus conjecturam etiam Cl. Crevierius probavit. Supra 2, 19, 4. *Quia Tarquinios esse in exercitu Latinorum auditum est, sustineri ira non potuit.* ubi quaedam vide. 3, 63, 4. *Nec deinde Romana vis sustineri potuit.* 4, 39, 1. *Quum jam parte nulla sustinerentur.* 10, 20, 14. *Proelium jam profligatum integratum est, nec diutius sustineri potuit.* 37, 26, 2. *Duos Scipiones imperatores videbat sustineri non posse.*

§. 11. *Fugientes in castra equites persecuti sunt, et permixti turbae*] Vox *equites* deest in Lov. 1. Dein *ut permixti turbae* etc. *penetrarint* Lov. 6. *penetrarunt* Lov. 2. et Harl. Sed v. ad 8, 18, 13. Mox *et coacti sunt Romani* Voss. *coacti sunt Romani*, abjecta copulativa, reliqui scripti mei, Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. qui anno 1535. recepit *coactique sunt.*

§. 13. *Quatuor millia hominum*

Digitized by Google

ex quibus tam exigua pars pugnae superfuit. signa capta centum triginta tria. Romani sociique paullo plus sexcenti, et provincialium auxiliorum centum quinquaginta ferme ceciderunt. tribuni militum quinque amissi, et pauci equites Romani, cruentae maxime victoriae speciem fecerunt. In castris hostium, quia ipsis spatium sua communiendi non fuerat, manserunt. Pro concione postero die laudati donatique a C. Calpurnio equites phaleris. pronunciavitque, eorum maxime opera hostes fusos, castra capta et expugnata esse. Quinctius alter praetor suos equites catellis ac fibulis donavit. donati et centuriones ex utrius-

effugerunt] *quatuor millia equitum* Gaertner. *quatuor millia hostium* Lov. 2. et Harl. V. ad 23, 37, 11. Vox *hominum* deerat in Lov. 5. et edd. ante Frob. qui anno 1535. vocem fugitivam ope cod. Mog. retraxit; in quo ipsi conciunt reliqui nostri. Mox etiam τὸ *maxime*, quod abest a Lov. 5. et editionibus vett. primus contextui addidit Aldus; cujus lectionem probant ceteri, quibus usus sum, Msti.

§. 14. *Supra triginta quinque millia hostium fuerant*] *supra CCC. V. millia* Gaertn. *supra CCC millia* Voss. *supra XXX millia* Lov. 6. *supra triginta millia* Lovel. 1. Harl. et Hearnii L. 1. Tum *fuerunt* Lov. 1. Mox *centum triginta duo* scripti nostri, Hearnii L. 1. N. et editi ante Moguntinos, qui primi *centum triginta tria* dederunt, et tamen nihil ex cod. suo monuerunt.

§. 15. *Romani sociique paullo plus sexcenti*] *Socii Romanique* Voss. Lov. 1. et Gaertn. *Socii Romani* Lov. 6. Tum *plus sexcentis* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Sed v. ad 41, 12, 8. Mox *occiderunt* Voss. V. ad 36, 36, 6.

§. 17. *Eorum maxime opera hostes*] Vocem *maxime*, quae hic iterum deest in Lov. 5. 6. et edd. antt. Moguntini ex cod. suo adjecerunt, subfragantibus ceteris membranis meis. V. ad §. 13.

§. 18. *Suos equites catellis ac fibulis donavit*] *Catellos* quidam exponunt fuisse telorum speciem, more Theutonico fabrefactos, Virgilii authoritate moti lib. 7. Aeneïd. 741.]

Theutonico ritu soliti vibrare cateias.

Quo in loco scribit Pierius, in Romano cod. et quibusdam aliis legi *catelas*, non *cateias*. Servius ibi Gallicum telum exponit. Sed quamvis haec expositio rationi videtur consentire, nam teli munus equitibus proportionatum videtur, nihilominus, quum in Liviano textu *catellis* per duplex *l* scriptum legamus, apud Virgilium per simplex, non penitus hanc interpretationem literae convenire dicere possumus. Alii

Digitized by Google

que exercitu permulti; maxime qui mediam aciem tenuerunt.

XXXII.

existimarunt, legendum esse *catillis*, quum *catillus* diminutivum sit *catinae*. Colum. 12. cap. 57. *Hanc misturam quum in catillo composueris, oleum superinfundito.* et Cato de Re rust. cap. 84. suillam jubet poni in mensa cum catillo et ligulis. Hos autem catillos ornamenti genus fuisse dicunt, bullis similes, quibus utebantur praetextati pueri nobiles, quae bullae rotundae erant, et in media parte protuberantes, quales catilli prominentes videntur in rotundum, ita ut id generum ornamenti simile esset ei, quod vulgo *medaglia* vocatur. Ego sane puto, *catellum* fuisse ornamenti speciem circulare quidem, quo collum vel brachium circumdarent; quod ex Plauto discere licet, scribente in Curculione [5, 3, 13.]

Delicatum te hodie faciam, cum catello ut accubes
Ferreo.

Horat. lib. 1. [Epist. 17, 55.]

Nota refert meretricis acumina, saepe catellam,
Saepe periscelidem raptam sibi flentis.

Ex quibus patere potest, *catillum*, seu *catillam* diminutivum esse *catenae*, sicuti et *catenula*. Huic expositioni favet verbi Graeci significatio: nam κατειλεῖν est in orbem globari, et colligi in arctum. Alios autem, ait Livius, equites victores *fibulis* donatos, quod pariter ornamenti speciem fuisse, non dubitandum; nec tantum a catellis distantem. Namque fibula non solum est, qua cingulum conjungitur ad vestem subligandam, sed et circulus, quo collum circumdare solebant in ornamentum. Colum. lib. 6. cap. ult. de bobus verba faciens: *Aenea fibula pars auriculae circumscribitur, ita ut manante sanguine tanquam O literae ductus appareat.* Jurisconsultus l. 25. §. 2. D. de Auro argento leg. inquit, fibulas esse magis ornamentum, quam vestem. Plinius lib. 33. cap. 1. ex Homero scribit, Fabricam Deam fibulas et alia muliebris cultus, sicut inaures, in primordio factitasse. Virg. 7. Aeneïd. [815.] *ut fibula crinem Auro involvebat.* Philostratus, imaginem Cupidinis describens, eum effingit cum fibulis aureis. Quod vero fibulae non solum mulierum et delicatorum essent ornamentum, sed et militare quoque, constat non solum ex hoc Livii loco, sed et alio lib. 27, [19, 12.] ubi habet: *Puero annulum aureum, tunicam lato clavo cum Hispano sagulo, et aurea fibula, equumque ornatum donat.* Plinius quoque lib. 33. c. 3. scribit: *Sed in militia quoque in tantum adolevit haec luxuria, ut M. Bruti in Philippicis epistolae reperiantur frementes, fibulas tribunicias ex auro geri.* Trebellius Pollio in Claudio 2. [cap. 14.] tradit, a Valeriano Imp. Zosimo Syriae procuratori praeceptum, ut Claudio inter cetera dona daret fibulas argenteas inauratas duas, et fibulam auream. Flavius Vopisc. in Aurel. [cap. 46.] testatum reliquit, illum concessisse, ut fibulas aureas gregarii milites haberent. Quod si quis hoc in loco fibulas communissima significatione recipiendas contenderit, non refragabor; ut scilicet fibula esset instrumentum illud, quo extremae cinguli partes conjunguntur, vel ad

Digitized by Google

XXXII. Consules, delectibus aliisque, quae Romae agendae erant, peractis rebus, in Ligures provinciam exercitum duxerunt. Sempronius, a Pisis 1 2

vestes connectendas parantur, juxta illud Virgilianum [4. Aen. 139.].

Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

Et Papinii [Statii] dictum [6,570.]

Emicat, et torto chlamydem diffibulat auro.

Ita de fibulis vestium meminere JCti l. 2. C. Nulli licere in fren. Sic et apud medicos legimus *fibulis labia vulnerum conjungi*, et hujusmodi operatio ab eisdem *infibulatio* appellatur. Ita et *fibulis parietes conjungere* docet Colum. lib. 1. et *tigna conjungere fibulis* demonstrat Caesar. B. Gall. 4, [17.] et Cato de Re rust. cap. 152. *fibulas* appellat clavos, quibus tigna connectuntur, et c. 31. *fibulas* vocat illud, quo aliquid colligatur; has enim praecipit in stercus aut aquas conjici, ut lentiore et flexibiliore sint vimine, ne in adstringendo rumpantur. Hinc *fibulam imponere* est coërcere et reprimere, ex Seneca in Moralibus, tradente Laetantio lib. 1. cap. 16. de salacissimo Jove verba faciens, cujus oppositum est *laxare fibulam*, hoc est ansam praebere. Ita Tertull. de Corona milit. *Ut etiam voluntariis delictis fibulam laxet.* Natus autem uterque dicendi modus a fibula cinguli, qua vestis astringitur, si fluxior sit, aut remittitur, si fuerit adstrictior. Nisi malimus dicere, derivari a fibula, qua adolescentulorum genitale trajiciebant antiqui conservandae vocis gratia, cujus operationis rationem describit Corn. Celsus lib. 7. et de qua Martial. lib. 7, [81.]

Menophili penem tam grandem fibula nectit.

Et lib. 14. [215.]

Dic mihi simpliciter, concedis et citharoedis,
Fibula, quid praestas? Ut carius futuant.

MARC. DONAT. Livii locum non de catenulis intelligo, quibus Romani milites ad ornatum nullis utebantur, sed ornamentis militaribus, ad effigiem canini capitis effictis, quibus chlamydum fibulae innectebantur: qualia etiam in gladiorum capulis, et caligarum fastigiis sub genibus (ut in vetustis monumentis cernimus) apponebantur. TORRENT. ad Horat. 1. Epist. 17, 55. Torques *catellas* dici, putat Lipsius 5. de Milit. Rom. 17. quod ex annulis aut catellis plecterentur. Nonio *Catellae diminutivum catenarum* sunt. Glossae Cyrilli *Catella, κατίνα.* De *fibulis* inter dona militaria nihil habet Lipsius. Sed vide Casaub. ad Vopisc. Aurel. cap. 46. Livius 27, 19. 36, 17. DUK. *Catenas* aureas inter mundum mulicbrem memorat Plinius 33. Hist. Nat. 3. *Aurum habeant feminae in armillis digitisque totis, collo, auribus, spiris; discurrant catenae circa latera, et inserta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendeant.* ubi Harduinus per *catenas* intelligit cingula ex auro. Ita igitur hic quoque per *catellas* intelligenda sunt cingula seu balthei militares, quae cum *fibulis* conjunguntur, quia fibulis adstringi solebant. Vide Rhodium de Acia cap. 5. pag. 35. Ceterum *custellis* legunt Lov. 2. et 6. *cate-*

Digitized by Google

profectus in Apuanos Ligures, vaſtando agros, urendoque vicos et caſtella eorum, aperuit saltum usque
3 ad fluvium Macram et Lunae portum. Hoſtes montem, antiquam sedem majorum suorum, ceperunt: et inde, superata locorum iniquitate, proelio deje-
4 cti sunt. Et Ap. Claudius felicitatem virtutemque collegae in Liguribus Ingaunis aequavit secundis aliquot proeliis. sex praeterea oppida eorum expugnavit: multa millia hominum in iis cepit: belli aucto-

tis Lov. 1. Tum *fiſtulis*, pro *fibulis*, omnes codd. et edd. priscae. Primi Moguntini *fibulis* reposuerunt; de lectione vero cod. sui nihil monent. Dein mox *centuriones ex utriusque exercitus* Harl. unde quis suspicari posset, legendum *centuriones utriusque exercitus*. Sed reliqui Mſti ſtant pro vulgato. Insuper *qui mediam aciem maxime tenuerunt* Voſſ. Lovel. 1. 6. et Gaertn.

§. 1. *Delectibus aliisque, quae Romae agendae erant, peractis rebus*] Copula *que* deeſt in Lov. 1. 6. et Mead. 2. pronomen *quae* in Voſſ. et Gaertn. Sed altera earum vocum alteram elisit. Prioris erroris exempla v. ad 41, 2, 11. poſterioris ad 29, 6, 8. Dein *agenda erant* Lov. 2. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. *agenda*, sequenti voce exsulante, Lov. 1. Primi Moguntini, quod nunc editur, reſtituerunt: sed codicis sui nullam mentionem fecerunt. Insuper *paratis rebus* Lov. 2. V. ad 34, 28, 1. Mox *deduxerunt* Voſſ. Lov. 1. 2. 6. et Gaertn.

§. 2. *A Pisis profectus in Apuanos Ligures, vaſtando agros, urendoque vicos*] *a Sypis*, vel *a Sipis*, *profectus*, literis perperam transpositis, Voſſ. et Lov. 1. 4. ac 6. Nec aliter Mead. 2. in contextu, qui tamen *a Pisis* in margine praefert. Tum *vaſtandoque agros ac urendo* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui vulgatum reſtituit; quod firmant reliqui, quibus usus sum, codd. nisi quod *vaſtandos agros* legat Mead. 2. et *vicosque urendo* Gaertn. In proximis vocibus *τὸ eorum* ignorat Harl.

Usque ad fluvium Macram] MS. *usque ad fluvium Macras*. MOD. Pal. prior *usque ad Marsas fluvium*. Vet. ed. *usque ad Meras fluvium*. Pal. alter *usque ad Macram fluvium*. GEBH. *Menia Cereas*, pro *Macram*, Hearnii L. 1. *usque ad Metras fluvium* Gaertn. *usque ad Metas flumiu* Lov. 1. *usque ad Metas fluminum* Lov. 2. *usque ad Metas fluvium* Voſſ. *usque ad Meras fluvium* Harl. Lov. 4. 5. Mead. ambo, et edd. vett. *usque ad fluvium Macras* Aldus ex cod. Mog. *usque ad Macras fluvium* Lov. 6. et ed. Saveter. cujus margini adjectum erat *Macram*. Unde tandem Froben. anno 1531. vulgari curavit *usque ad fluvium Macram*. Et recte. Semper enim nomen hujus fluminis numero singulari effertur. Eodem numero etiam infra obcurrit 40, 41. *Circa Macram fluvium incolebant*.

§. 3. *Hoſtes montem, antiquam sedem majorum suorum, ceperunt*] Mirum videtur Cluverio lib. 1.

Digitized by Google

res tres et quadraginta securi percussit. Jam comi- 5
tiorum adpetebat tempus. prior tamen Claudius, quam Sempronius, cui sors comitia habendi obtigerat, Romam venit; quia P. Claudius frater ejus consulatum petebat. Competitores habebat patricios 6
L. Aemilium, Q. Fabium, Ser. Sulpicium Galbam, veteres candidatos, et ab repulsis eo magis debitum, quia primo negatus erat, honorem repetentes. etiam, 7
quia plus quam unum ex patriciis creari non licebat,

Ital. Ant. 10. pag. 76. Livium non nominasse montem, nec tempus vel bellum, quibus majores eorum eum occuparint, indicasse; ideoque nomen interiisse suspicatur, aut saltem huc pertinere, quae supra hoc lib. cap. 2 retulit. Mox *proelio quingenti icti sunt* Hearnii L. 1.

§. 4. *In Liguribus Ingaunis*] Strabo *Albigaunum Ingaunorum* oppidum vocat. Similiter et Ptolemaeus, quamquam plerique ejus codices habent *Albitaunum*, facili permutatione γ in τ. GLAR. *Ingauniis* Voss. et Gaertn. Mox *secundis aliquotiens proeliis* Lov. 1. Tum *oppida eorum oppugnavit* Voss. V. ad 21, 57, 6. Hinc *belli auctores tria millia et quadraginta* idem Voss.

§. 5. *Cui sors comitia habendi obtigerat*] Vocem *obtigerat* in ed. Rom. principe deesse, monet Hearnius. *cui sors contigerat comitia habendi* legunt Lov. 5. et edd. quas mihi videre contigit, usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo dederunt id, quod nunc vulgo exstat. Neque aliter praeferunt reliqui nostri. Paullo ante *comitiorum adpetebat dies* obfert Gaertner. Utrumque Livio in usu fuit. *tempus comitiorum adpetit* dixit 25, 2. 28, 10. 29, 10. *dies comitiorum adpetit* 35, 8, 1. Ratio ergo postulat, ut vulgatum, cui reliqui omnes codd. adhaerent, servemus.

§. 6. *Quia P. Claudius* etc. *Competitoresque habebat*] Vox *quia* exsulat a Lov. 2. et Harl. quae tamen necessaria est. Ea enim Livius rationem reddit, cur Ap. Claudius ante collegam, cui sors comitia habendi obvenerat, Romam redierit. Praeterea *Competitores habebat*, sine copulativa, codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. quarum prima eam exhibuit Paris. anni 1573. Eamdem igitur iterum ejeci, reducta etiam distinctione antiqua.

Q. Fabium Labeonem, Ser. Sulpicium Galbam] Vocem *Labeonem* ignorant omnes nostri Mssti. *Seranum Sulpicium Galbam* Lov. 5. et edd. principes; nisi quod quaedam earum *Serranum* habeant. Hinc primo Frob. anno 1531. *Q. Fabium Labeonem, Sulpicium Galbam* reposuit, et quadriennio postea Galbae praenomen *Ser.* addidit. Id quidem recte, quum, uno excepto, in reliquis supersit Mssti. Ex ejus autem non intellecta nota *Ser.* in uno illo et in edd. antt. natum est *Seranum* et *Serranum*, quod pejus ed. Frob. prior in vocem *Labeonem* mutavit. Illa igitur quum careant omnes membranae, eam ite-

Digitized by Google

8 artior petitio quatuor petentibus erat. Plebeji quoque gratiosi homines petebant, L. Porcius, Q. Terentius Culleo, Cn. Baebius Tamphilus. et hi repulsi, in spem impetrandi tandem aliquando honoris 9 dilati. Claudius unus ex omnibus novus candidatus erat. Opinione hominum haud dubie destinaban- 10 tur Q. Fabius Labeo et L. Porcius Licinus. sed Claudius consul sine lictoribus cum fratre toto foro vo-

rum expunxi; nam et Aemilii cognomen omittitur; et quis *Q. Fabius* memoretur, ex sequentibus constat; ubi additum cognomen *Labeo* id hic non necessarium reddit.

§. 7. *Etiam, quia plus quam unum*] *etiam quod plus* Voss. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. et edd. ante Aldum, qui *quia* ex cod. Mog. adscivit. V. ad 38, 36, 4. *liceat* etiam Lov. 1. Paullo ante vocem *honorem* ignorat Voss.

§. 8. *Et ii repulsi, in spem impetrandi tandem aliquando honoris, dilati*] Non oblitus eorum sum, quae principio hujus libri notavi, [ad cap. 2.] Scribendum tamen censeo: *et hi repulsis in spem impetrandi tandem aliquando honoris dilati.* J. FR. GRON. *et hi* vel *et hii repulsi* Lovel. 4. 6. et Gaertn. id etiam Crevier. in Victor. invenit, et in contextum recepit: *repulsus* autem simpliciter de eo, qui, quum honorem a populo peteret, eum consequi non potuit, dici, ex Cic. de Harusp. Resp. 26. docuit. Praeterea *aliquando tandem* Lov. 1. 6. et Voss. *aliquando tamen* Gaertn. V. ad 22, 2, 11. Insuper Doujatius, minima distinctione inter penultimam vocem sublata, arcte jungebat *honoris delati.* quod probavi. Repulsi erant in spem tandem aliquando impetrandi honorem dilatum.

Claudius unus ex omnibus nobilis candidatus erat] Lege *novus*, non *nobilis*. GELEN. *P. Claudius* Voss. et Gaertn. Tum *ex omnibus unus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Dein *nobilis candidatus* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. antt. pro quo recte *novus candidatus* dedit Gelenius, ut opponatur illis, quos *veteres candidatos* modo vocarat. Similiter legendum monuit Pighius in Annal. ad ann. CCLXIX. pag. 309.

§. 9. *Opinione hominum haud dubie destinabantur*] Voss. *Opinione hominum pro non dubie destinabantur.* An *pro non dubiis.* J. FR. GRON. Sic 6, 40, 17. *Possetisne ferre, Sextium haud pro dubio consulem esse.* Posset etiam conjici *haud dubii.* h. l. cap. 39, 12. *Ut haud dubius praetor esset, si consul accipere nomen vellet.* Et 1, 42, 3. *Haud dubius rex, seu Patrem, seu plebis animos periclitaretur.* Vulgatum *haud dubie* tamen defendi potest. 10, 22, 1. *Nemini dubium erat, quin Q. Fabius omnium consensu destinaretur.* DUK. *pro non dubie* etiam Lov. 1. et Crevierii Victor. unde Gronovio *pro non dubiis* legenti Crevierius adsentitur. V. ad 34, 43, 5.

L. Porcius Licinius] *Licinus* ex consul. Cap. SIGON. Eam lectionem ipse quidem Sigonius

Digitized by Google

litando, clamitantibus adversariis et majore parte senatus, *meminisse eum debere prius, se consulem populi Romani, quam fratrem P. Claudii, esse: quin ille, sedens pro tribunali, aut arbitrum, aut tacitum spectatorem comitiorum se praeberet;* coërceri tamen ab effuso studio nequiit. Magnis contentionibus tribunorum quoque plebei, qui aut contra consulem, aut pro studio ejus pugnabant, comitia aliquoties turba- 11. 12

recepit; sed nemo exemplum ejus imitatus est ante Gruterum; cujus ultima editio eamdem probavit, quia similiter Pighius emendandum monuerat in Annal. ad ann. IDLXIX. pag. 309. Nihilominus Clericus iterum hic et §. 11. *Licinius* vulgari voluit. Praeterea *Q. Porcius* male Harl. Intelligitur enim *L. Porcius Licinus*, qui praetor memoratur 34, 54. *L. Porcius* etiam in Fastis Capitol. dicitur.

§. 10. *Cum fratre toto foro volitando, clamantibus adversariis*] Quo illud *volitando* referri debeat, non video. An itaque legendum *volitare*, vel *volitabat?* Deinde *clamitantibus* cod. Mog. quod Aldus admisit, et reliqui editores probarunt usque ad Gruter. cujus postrema ἔκδοσις *clamantibus* substituit. Licet autem id praeferant Msti nostri, et typis descripti ante Aldum, lectionem tamen Moguntinam revocavi. In frequentativo enim emphasis est ad exprimendum ardorem et inpetum, qua omnia acta sunt. Solent autem librarii frequentativa eaque verba, unde deducuntur, confundere. V. ad 5, 40, 3. et 21, 1, 3. Paullo ante vox *consul* deest in Lov. 2.

§. 11. *Meminisse eum debere prius, se consulem*] *debere, se prius consulem* inperite Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Neque placet Hearnii distinctio *debere, prius se consulem.* Illud *prius* hic ponitur pro potius: quo sensu utraque vocabula junguntur cap. 47, 4. *Nihil prius, nec potius visum est, quam regis ipsius de singulis responsa accipere.* Similiter *prior potiorque.* V. ad 5, 25, 4. Perperam mox *quam fratrem P. Claudium esse* Voss. *esse* deest in Gaertner.

Sedens pro tribunali, aut arbitrum, aut tacitum spectatorem comitiorum] Consulem, qui comitiis centuriatis praecrat, pro tribunali in sella curuli sedisse, ostendit Livius 10, 15. et 26, 22. Alterum consulem, si adesset, in eodem tribunali sedere solitum, ex hoc loco intelligitur. Vide Gruch. 1. de Comit. Rom. 4. pag. 610. tom. 1. Thes. Graev. Sed qui comitia habebat, plus quam arbiter aut tacitus spectator eorum erat. DUK. Ita ed. Jac. Gronov. anni 1679. praefert, adstipulantibus Hearnii L. 1. omnibusque Mstis nostris, excepto Lov. 5. qui cum editionibus prioribus, etiam Gronoviana anni 1678. exhibet *comitiorum tacitum spectatorem.*

Ab effuso studio nequiit] *ne quidem* Voss. et Lov. 1. ac 6. *nequid* Mead. 1. et Gaertn. *nequit* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. 2. et edd. ante Froben. anni 1531. Ita sae-

Digitized by Google

ta: donec pervicit Appius, ut, dejecto Fabio, fra-
13 trem traheret. Creatus P. Claudius Pulcher praeter spem suam et ceterorum, locum suum tenuit L. Porcius Licinus, quia moderatis ſtudiis, non vi Claudiana, inter plebejos certatum eſt. Praetorum in-
14 de comitia sunt habita. C. Decimius Flavus, P. Sempronius Longus, P. Cornelius Cethegus, Q. Nae-

pius variant scripti. Exempla habuimus 10, 19, 7. 32, 30, 8. et alibi. V. ad 5, 10, 10. et 36, 20, 3.

§. 12. *Tribunorum quoque plebei*] Ita Jac. Gronovius, eumque secutus Crevierius ediderunt. Priores legunt *plebis*, concinentibus Voſſ. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambobus, et Gaertner. Reliqui ambigue *pl.* vel *pleb.* Mox *pro ſtudio ejus expugnabant* Voſſ. Lovel. 1. 6. et Gaertn.

§. 13. *Moderatis ſtudiis, non ut Claudianis*] Lege *non vi Claudiana*. GELEN. Vet. ed. *non ut Claudianis, inter plebejos certatum eſt.* Pall. quoque pro *inter* habent *inde*. GEBH. *non ut Claudianis* Lovel. 5. *non ut Claudina* Voſſ. *non ut Claudius ana*, duplici lectioni juncta, Lov. 2. *non ut Claudiana* Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Voculae *vi* et *ut* saepe commutantur. V. ad 4, 51, 6. Paullo ante *locum secundum tenuit* Lov. 6. a manu altera in margine, *locum suum obtinuit* Gaertn.

§. 14. *C. Decimius Flavus*] Ita primus edidit Frob. anno 1531. ante quem vulgabatur usque ad Moguntinos *C. Decimus Flaccus*, ii vero codicem suum secuti dederunt *C. Decimius Flavius*. Variant etiam codd. noſtri. *C. Decimus Flaccus* Lov. 5. et 6. *C. Decimius Flaccus* Lov. 4. et Mead. 2. *C. Decimius Flaus* Lov. 1. Harl. et Mead. 1. *C. Decinius Flavus* Voſſ. *C. Decimus Flavius* Lov. 2. *C. Decius Flavius* Hearnii L. 1. Unus Gaertn. Frobenio consentire videtur; certe in excerptis nihil ex eo adferri video. V. ad 27, 14, 8. *Decimius* pro *Decius* emendandum, etiam infra monuit Sigonius ad 42, 35, 7.

P. Cornelius Cethegus, Q. Naevius Matho, C. Sempronius Blaesus, A. Terentius Varro] De P. Cornelio Cethego vide ad cap. 23, 2. Tum *Mato* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad cap. 38, 3. Dein *C. Sempronius Varro*, reliquis omiſſis, Voſſ. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. Moguntini poſtea vulgarunt *C. Sempronius Blaesus, C. Terentius Varro*; sed *A. Terentius Varro* in cod. suo scribi monuerunt. *Publius Sempronius Blaesus, L. Terentius Varo* eſt in Lovel. 2. Vide etiam ad cap. 38, 3. et cap. 42, 1. Mox §. seq. *fuerant* Voſſ. et Gaertn. Prior caret etiam voce *consules*.

§. 1. *Principio insequentis anni, quo P. Claudius*] *Τοῦ insequentis* neque vola neque veſtigium eſt in noſtris libris. Paullo poſt in iisdem omnibus habetur *legationem renunciarunt*, pro *renunciassent*. GEBH. Hunc quoque locum et mutaverunt, et adjectis particulis inſtruxerunt perversi correctores. Omnes ab Andrea ad Ascensium nec quel habent,

Digitized by Google

vius Matho, C. Sempronius Blaesus, A. Terentius Varro, praetores facti. Haec eo anno, quo Ap. Claudius, M. Sempronius consules fuerunt, domi militiaeque gesta.

XXXIII. Principio insequentis anni P. Claudius, L. Porcius consules, quum Q. Caecilius, M. Baebius, et Ti. Sempronius, qui ad disceptandum in-

nec *quum* membri proximi, (Moguntiae sunt addita) sed hoc modo: *anni P. Claudius, L. Porcius consules erant: Q. Caecilius.* deinde *renuntiaverunt* (quidam *renuntiarunt*) non *renuntiassent.* Atque haec plane secundum scriptas membranas, nisi quod illae etiam *το erant* respuunt omnes. Integerrimum puto servatum in Naudaeano. *Principio insequentis anni, P. Claudio, L. Porcio consulibus, Q. Caecilius, M. Baebius, et Ti. Sempronius, qui ad disceptandum inter Philippum et Eumenem reges Thessalorumque civitates missi erant, legationem renuntiarunt: regum quoque eorum civitatiumque legatos in senatum introduxerunt.* J. FR. GRON. Locus hic ita in edd. antt. legitur: *Principio anni P. Claudius, L. Portius consules erant: Q. Caecilius, M. Bebius, T. Sempronius, qui ad disceptandum* etc. *missi erant, legationem renunciaverunt: regum quoque eorum civitatumque legatos in senatum introduxerunt.* In prima ejus parte plurimum variant Mſti. Editis illis unus consentit Lov. 5. *anni P. Claudius, L. Porcius consules* legunt Harl. Mead. ambo, et Lov. 2. ac 4. *anni quo P. Claudius, L. Portius consules* Lovel. 1. 6. et Voſſ. *anni P. Claudius, L. Portius consules sunt* Gaertn. *anni quo P. Claudius, L. Portius consules erant* ed. Moguntina, et omnes recentiores usque ad Gronov. In reliquis verbis nihil variant, nisi quod *renunciaverint* legat Lov. 1. et *eorum* desit in Lov. 1. et 2. Conjecturam suam Gronov. in contextum recepit; qua ejecta ita legendum censui. *Principio insequentis* (hanc vocem, quam codd. noſtri, Hearnii, et antiquae edd. ignorant, recte Moguntini ex cod. suo adsciverunt, nemine poſtea adversante) *anni P. Claudius, L. Porcius consules, quum* (hanc vocem ex membranis Mog. recepi) *Q. Caecilius, M. Baebius, et* (copulativam, quae exsulabat a Lov. 1. 2. 4. 5. 6. et cdd. vett. Aldus interposuit) *Ti. Sempronius, qui ad disceptandum* etc. *missi erant, legationem renunciassent,* (ita ex Mſto Mog. lego) *regum quoque eorum civitatiumque legatos in senatum introduxerunt.* Exciderat primo vocula *quum* ob sequentis praenominis literam initialem Q. ob quam cauſſam etiam *qui* intercidiſſe vidimus ad 29, 21, 2. copulam *que* ad 24, 11, 2. Contra ipsum praenomen *Q.* hauſtum eſt a praecedenti *quo.* V. ad 8, 29, 9. a praecedenti *quum.* V. ad 10, 9, 10. a praecedenti *quam.* V. ad 22, 27, 2. Ejecto autem *quum* sequentia prioribus non cohaerebant; hinc *renunciassent* in *renunciaverunt* mutatum. Cauſſa vero, cur Gronovii conjecturam probare nequeo, illa eſt, quod secundum eam, Romam reversi legati a senatu miſſi legatos regum et civitatium in se-

Digitized by Google

ter Philippum et Eumenem reges Theſſalorumque
2 civitates miſſi erant, legationem renunciaſſent, regum quoque eorum civitatiumque legatos in senatum introduxerunt. Eadem utrimque iterata, quae dicta
3 apud legatos in Graecia erant. Aliam deinde legationem novam Patres, cujus princeps Ap. Claudius fuit, in Macedoniam et in Graeciam decreverunt ad visendum, redditaene civitates Theſſalis et Perrhae-
4 bis eſſent. Iisdem mandatum, ut ab Aeno et Maronea praesidia deducerentur, maritimaque omnis Thraciae ora a Philippo et Macedonibus liberaretur.

natum introduxiſſe dicantur, quod muneris eorum non fuit. Nam ipsi quidem, qui senatores erant, sponte senatum intrare, ac legationem renunciare potuerunt; sed legatos aliorum Romam missos vel consules, vel, iis absentibus, praetor urbanus in senatum introducere debuerunt. Ita consules id faciunt supra 3, 4. 32, 8. 38, 43. 39, 46. aliisque locis. Praetor urbanus 10, 45. 34, 57. Recepta vero lectione, quam probavi, idem illud nunc consules fecerunt. Verba enim ita cohaerent *P. Claudius, L. Porcius consules regum quoque eorum civitatiumque legatos in senatum introduxerunt, quum Q. Caecilius* et collegae *legationem renunciassent.* Firmat conjecturam meam fragmentum Polybii, a Livio Latine hic versum, Exc. Legat. num. 42. Ὅτι τῶν περὶ τὸν Καικίλιον ἀνακεχωρηκότων ἐκ τῆς Ἑλλάδος, καὶ διαδεδαφηκότων τῇ συγκλήτῳ περί τε τῶν κατὰ Μακεδονίαν καὶ τῶν κατὰ Πελοποννήσου, εἰσῆγον εἰς τὴν σύγκλητον τοὺς περὶ τούτων γεγονότας πρεσβευτάς. Verborum conſtructio docet, εἰσῆγον ad reversos legatos referri non poſſe: neque tamen nomen adparet, unde hoc verbum pendeat; sed illud omissum eſſe censeri debet ab imperatore Conſtantino, vel alio, quum fragmentum hoc ex integro Polybio excerperet. Praecessiſſe autem videtur vel vox Ὕπατοι, vel ipsa nomina consulum, qui εἰσῆγον.

§. 3. *Redditaene civitates Rhodiis, et Thessalis, et Perrhaebis eſſent*] Voces *Rhodiis et* in solo inveni Lov. 5. a reliquis omnibus exsulant: quas etiam ex contextu delevi. Supra enim cap. 24. ubi variorum populorum de Philippo querelae, quarum cauſſa senatus legatos mittendos censuerat, exponuntur, nulla tamen *Rhodiorum* mentio fit. Neque eorum meminit Polyb. in Exc. Legat. num. 40. vel 42. Quin etiam legatio haec tantum *in Macedoniam et in Graeciam*, sive, ut Polyb. inquit, πρὸς τὸν Φίλιππον decreta fuiſſe dicitur. Rhodii autem vel in Graecia, vel in Macedonia, vel in vicinis regionibus nihil poſſederunt, de quo controversia cum Philippo nasci potuit; sed omnis eorum regio in Asia sita fuit, quo ab-

Digitized by Google

Peloponnesum quoque adire jussi, unde prior legatio discesserat incertiore statu rerum, quam si non venissent. nam super cetera etiam sine responso dimissi, nec datum petentibus erat Achaeorum concilium. De qua re querente graviter Q. Caecilio, simul Lacedaemoniis deplorantibus, moenia diruta, abductam plebem in Achajam et venundatam, ademtas, quibus ad eam diem civitas stetisset, Lycurgi leges, Achaei maxime concilii negati crimen excusabant, recitando legem, quae, nisi belli pacisve causa, et quum legati ab senatu cum literis aut

5 6 7

eundi mandata legati non acceperunt. Crevierius etiam easdem voces quas in Victor. suo non invenit, delendas esse deprehendit. Paullo ante *novam legationem* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *in Graeciam et Macedoniam* Lovel. 2. 4. 5. Harl. et Mead. 2. Sed praepositio *in* posteriori loco intercepta est a sequentis litera initiali. V. ad 37, 1, 2. Solet autem Livius praepositiones easdem repetere. V. ad 6, 28, 6.

§. 5. *Unde prior legatio discesserat incertiore statu rerum, quam si non venissent*] *inde prior legatio* Voss. solito scribarum lapsu. V. ad Praefat. §. 10. l. 1, 38, 3. 4, 33, 10. 5, 47, 11. 7, 40, 5. et passim alibi. Vide etiam ad 27, 5, 2. Tum *in deteriore statu* Voss. et Harlej. Praeterea *non venisset* Lov. 5. et edd. principes. Ferre non potuerunt vocem *legatio* tamquam conlectivam adsciscere verbum plurale. Sed v. ad 35, 26, 9. Et quidem priori membro orationis verbum singulare, posteriori plurale; quod et ipsum Livio frequens esse, vidimus ad 30, 42, 16. et 36, 39, 9.

Nam super cetera etiam sine responso dimissi] Perizon. ad marginem Livii observavit, nihil de eo in superioribus dictum esse, sed rem prolixe narrasse Polyb. in Exc. Legat. num. 41. Mox *erat et Achaeorum*, Lovel. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 6. *Simul Lacedaemoniis deplorantibus, moenia diruta*] Haec minime cohaerent cum sequentibus, et malim: *simul Lacedaemonii deplorabant*. J. FR. GRON. Cl. Ant. Perizonius recte ad Livii marginem monuit, haec optime cum sequentibus cohaerere hoc modo, *querente graviter Q. Caecilio, simul Lacedaemoniis deplorantibus*, etc. *Achaei maxime excusabant*. Idem etiam visum est Cl. Dukero, praesertim si *simul* accipiatur pro et, de quo v. ad 9, 2, 5. *et simul Lacedaemoniis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *moenia dirupta* Lov. 1. 2. et Voss. V. ad 9, 45, 17. Mox *ad eamdem diem* Voss.

§. 7. *Cum literis, aut scriptis mandatis*] Libri omnes *aut scriptis mandatisve*. GEBH. Similiter praeferunt Lov. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et excusi antiquiores, pro quo Frob. anno

Digitized by Google

scriptis mandatis venirent, vetaret indici concilium.
8 Ea ne postea excusatio esset, ostendit senatus, curae iis esse debere, ut Romanis legatis semper adeundi concilium gentis potestas fieret; quemadmodum et illis, quoties vellent, senatus daretur.
1 XXXIV. Dimissis iis legationibus, Philippus, a suis certior factus, cedendum civitatibus, deducendaque praesidia esse, infensus omnibus, in Maro-
2 nitas iram effundit. Onomasto, qui praeerat maritimae orae, mandat, ut partis adversae principes interficeret. Ille per Casandrum quemdam, unum ex regiis jam diu habitantem Maroneae, nocte Thra-

1535. *aut scriptis mandatis* dedit, reliquis Mstis meis eam lectionem recte firmantibus. Caecilius enim *cum mandatis* senatus, sed *non scriptis*, venerat; et hinc concilium Achaeorum ipsi negatum est. Id ita exprimit Polyb. Exc. Leg. num. 42. Νόμον γὰρ εἶναι παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς, μὴ συγκαλεῖν τοὺς πολλοὺς, ἐὰν μὴ περὶ συμμαχίας ἢ πολέμου δέῃ γενέσθαι διαβούλιον. ἢ παρὰ συγκλήτου τις ἐνέγκῃ γράμματα. Ubi generali voce γράμματα comprehendit *literas* et *scripta mandata*. Sed *literas* et *scripta mandata* sive γράμματα et ἐντολὰς ἐγγράπτους distincte memorat paullo post eodem loco: Κωλύεσθαι δ' ὑπὸ τῶν νόμων, διὰ τὸ μήτε γράμματα φέρειν αὐτὸν παρὰ συγκλήτου, μήτε τὰς ἐντολὰς ἐγγράπτους ἐθέλειν δοῦναι τοῖς ἄρχουσιν. Mox *concilium* deest in Harl. quasi ex praecedenti repetendum. Sed in reliquis omnibus supersit.

§. 8. *Ea ne postea excusatio esset*] *esset excusatio* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Tum *legatis Romanis* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 1. *Dimissis iis legationibus*] Polyb. Exc. Legat. num. 44. Φίλιππος ὁ βασιλεὺς διαπεμψαμένων πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς Ῥώμης τῶν ἰδίων πρεσβευτῶν καὶ δηλούντων, ὅτι δεήσει κατ' ἀνάγκην ἀποβαίνειν ἀπὸ τῶν ἐπὶ Θράκης πόλεων.

Infensus omnibus, in Maronitas iram effundit] Vox *omnibus* non adparet in Harl. Tum *in Maronitanos* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. ambo Mead. Gaertn. et edd. ante Moguntinam. *in Maronitis* Harl. *Maronitanos* etiam omnes mei mox §. 4. Dein *effundit* Frob. anno 1535. ex cod. Mog. recepit, quum antea ederetur *effudit*; quod servant Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. Polybius loco laud. id exprimit, ἐναπῳρείσατο τὴν ὀργὴν εἰς τοὺς ταλαιπώρους Μαρωνίτας. Mox §. seq. *Cassandrum* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Gaertn. et ed. Camp. praeferunt, et passim hoc cap. scribunt. Similiter etiam edi curavit Cl. Crevierius.

§. 3. *Abnuebat, quidquam eorum ad se, aut quemquam suorum*

Digitized by Google

cibus intromiſſis, velut in bello capta urbe, caedem fecit. Id apud Romanos legatos querentes tam crudeliter adversus innoxios Maronitas, tam superbe adversus populum Romanum factum, ut, quibus libertatem reſtituendam senatus censuiſſet, ii pro hoſtibus trucidarentur, abnuebat, *quidquam eorum ad se, aut quemquam suorum pertinere. Seditione inter ipsos dimicatum, quum alii ad se, alii ad Eumenem civitatem traherent. id facile scituros esse. percunctarentur ipsos Maronitas*: haud dubius, perculsis omnibus terrore tam recentis caedis, neminem hiscere adversus se ausurum. Negare Appius, *Rem evidentem*

pertinere] Libri noſtri omnes *abnuerat*. GEBH. Similiter omnes noſtri Mſti, et edd. principes, pro quo Aldus ex cod. Mog. dedit *abnuebat*. Polyb. id exprimit loco laud. ἐβούλετο ἀπολογεῖσθαι, φάσκων μὴ κεκοινωνηκέναι τῆς παρανομίας. Praeterea *ad se; ad quemquam suorum* Harl. quod defendi poſſet exemplo eorum, quae notantur ad 38, 18, 12. Reliquis tamen codd. vulgatum tuentibus, unius librarium perperam lapsum eſſe credere malo. Solent autem et alibi voculae *aut* et *ad* confundi. V. ad cap. 18, 8. nisi quis praeferendum exiſtimet *ad se, aut ad quemquam*. V. ad 6, 28, 6. Paullo ante *apud legatos Romanos* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner.

§. 4. *Quum alii ad se, alii ad Eumenem*] *quum ad se alii, alii ad Eumenem* Lov. 2. et Harl. *cum ad se, alii ad Eumenem* Lov. 1. et Mead. 1. Supra 3, 37, 8. *Jam ne tergo quidem abſtinebatur: virgis caedi, alii securi subjici.* Ubi vide, quae notantur. Sed reliqui ſtant a vulgato.

Id facile scituros esse, si percunctarentur ipsos Maronitas] Libri noſtri omnes, *id facile scitu eſſe; percunctarentur ipsos Maronitanos*. GEBH. Olim edebatur *id facile scitu esse, percunctarentur*. Neque aliter obferunt Lov. 2. 5. Harl. et Mead. 2. *id facile scitu esse, si percunctarentur* Lovel. 4. et 6. *id facile scitur esse, percunctaretur* Mead. 1. *id facile sciturum, si percunctaretur* Gaertner. *id facile sciturum esse, percunctaretur* Voſſ. et Lov. 1. Moguntini monuerunt, se in cod. suo inveniſſe *id facile scituros esse*. Eam lectionem non modo mox Aldus recepit, sed insuper, addita voce, edidit *id facile scituros esse, si percunctarentur*. Sed illud *si*, quod in plerisque codd. deeſt, neque Moguntini in membranis suis exſtitiſſe monuerunt, iterum expunxi, et vulgari jussi *id facile scituros esse, percunctarentur ipsos Maronitas*. Supra cap. 27, 6. *Vocari Maronitas juberent, ab iis certiora omnia de ſtatu civitatium earum scituros*. Concisum illud loquendi genus Philippo commotius haec agenti ma-

Digitized by Google

pro dubia quaerendam. si ab se culpam removere vellet, Onomaſtum et Casandrum, per quos acta res diceretur, 7 *mitteret Romam, ut eos senatus percunctari poſſet.* Primo adeo perturbavit ea vox regem, ut non color, non vultus ei conſtaret. deinde, conlecto tandem animo, *Casandrum, qui Maroneae fuiſſet, si utique* 8 *vellent, se missurum* dixit. *Ad Onomaſtum quidem quid eam rem pertinere, qui non modo Maroneae, sed ne in* 9 *regione quidem propinqua fuiſſet?* Et parcebat magis Onomaſto, honoratiori amico, et eumdem indicem haud paullo plus timebat; quia et ipse sermonem

gis convenire videtur. Polybius paullo diversa verba Philippo tribuit, sed tamen illud *εἰ* servavit in Exc. Legat. num. 44. *Καλεῖν δ' ἐκέλευε κατὰ πρόσωπον, ἔιτις αὐτοῦ κατηγορεῖ.*

§. 6. *Rem evidentem pro dubia quaerendam*] *rem eminentem* perhibent libri noſtri omnes. GEBHARD. Nec aliter noſtri Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et primae edd. sed Moguntini *evidentem* recte ex cod. suo reposuerunt: consentiunt autem Voſſ. et Gaertn. nisi excerpta eorum fallant. Infra 44, 41, 6. *Neque ulla evidentior caussa victoriae fuit.* Mox *Thonomaſtum* Lov. 1. *Thonomaſticum* Voſſ. *Onomaſtrum* Lov. 2. Praeterea *acta res diceretur*, pro *diceretur*, Mead. pr. errore librarii etiam alibi obvio. V. ad 1, 28, 9. 38, 13, 1. Pier. ad Virg. 12. Aen. 112. et Cel. Burm. ad Nason. 3. Faſt. 326.

§. 7. *Non color, non vultus ei conſtaret*] Suet. Tib. 2. *Precata propalam, ut ita demum se sequeretur, si sibi pudicitia conſtaret.* V. ad 5, 42, 3. Mox *utique, si vellent, missurum* Lov. 6. *se, si utique vellent, missurum* Voſſ. Lovel. 1. et Gaertn. *quem utique si vellent, se missurum* cod. Mog.

§. 8. *Ad Onomaſtum quidem quid eam rem pertinere*] Libri noſtri omnes *Ad Onomaſtum quidem quid ea pertinerent.* GEBH. Ita etiam omnes noſtri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui vulgatum ex cod. Mog. adscivit.

Sed ne in regione quidem propinqua fuisset] Libri noſtri omnes *sed ne in regui quidem propinqua fuiſſet.* Forte *propinquo.* GEBH. *sed ne in regi quidem propinqua* Voſſ. *sed ne in regni quidem propinqua* Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. principes; pro quo recte Moguntini ex Mſto suo emendarunt *ne in regione quidem propinqua.* Polyb. Exc. Legat. num. 44. *Ἀφορμῇ μὲν χρώμενος, τῷ μὴ οἷον ἐν τῇ Μαρωνίᾳ παραγεγονέναι τὸν Ὀνόμασον, κατὰ τὸν τῆς σφαγῆς καιρόν· ἀλλὰ μὴ δ' ἐπὶ τῶν σύνεγγυς τόπων γεγονέναι.*

§. 9. *Eumdem indicem haud paullo plus timebat; quia et ipse sermonem cum eo contulerat*] Vocem *indicem* perperam omittit Cleri-

Digitized by Google

cum eo contulerat, et multorum talium miniſtrum et conſcium habebat. Caſander quoque, miſſis, qui per Epirum ad mare proſequerentur eum, ne qua indicium emanaret, veneno creditur ſublatus.

XXXV. Et legati a Philippi conloquio ita digreſſi ſunt, ut prae ſe ferrent, nihil eorum ſibi placere: et Philippus, minime, quin rebellandum eſſet, dubius, quia tamen inmaturae ad id vires erant, ad moram interponendam Demetrium, minorem filium, mittere Romam, ſimul ad purganda crimina, ſimul ad deprecandam iram ſenatus, ſtatuit: ſatis credens,

ci editio. Tum *quia etiam ipse* legit Harl. Hinc *cum eo ſermonem contulerat* Gaertn. Mox *miniſtrum conſciumque* Lov. 6. Deinde §. ſeq. *ad mare conſequerentur eum* Lovel. 2.

§. 1. *Et legati a Philippi conloquio ita digreſſi ſunt*] Praepoſitio deeſt in Voſſ. Sed v. ad 35, 38, 11. *a colloquio Philippi* Lov. 2. *a Philippi colloquio inde egreſſi ſunt* Lov. 1.

§. 2. *Et Philippus quidem minime, quin rebellandum eſſet, dubius, quia tamen inmaturae*] Particulam *quidem* aliquis contra fidem veterum codicum adjecit. GELEN. Pall. *qui dum quia immaturae ad id vires*. GEBH. Lectionem a Gelenio rejectam in ſolo tantum Lov. 5. offendi: nam particulam ab eo expunctam ſervant quidem Voſſ. Lov. 1. et 6. ſed eamdem poſt vocem *dubius* rejiciunt. Praeterea *dubius, qui dum quia* legunt Lov. 4. Harlej. Mead. uterque, et Gaertn. Inſuper τὸ *tamen* deeſt in Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambobus, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antt. *quid immaturae ad id vires eſſent* praefert Lov. 6. *tamen* primi addiderunt Moguntini; utrum vero praeeunte cod. ſuo, monere neglexerunt.

Simul ad purganda crimina] Libri noſtri *simul ad depurganda*. GEBH. Non aliter Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, et edd. Frobeniana anni 1531. priores. Sed nata haec lectio eſt errore ſcribarum; qui, quum mox ſequatur *simul ad deprecandam iram*, omiſſis quatuor, quae praecedebant, vocibus, jam dederant *simul ad dep*, quum errorem animadverterent; ne vero codicem lituris deformarent, adjectis reliquis literis dederunt *depurganda*. Sed *purgare crimina* Livio ſollemnis eſt locutio. 1, 9, 16. *Accedebant blanditiae virorum factum purgantium cupiditate atque amore*. 8, 23, 4. *Ea, quae ipsis objicerentur, purgabant*. 25, 6, 6. *Sine, noxam, cujus arguimur, nos purgare*. 30, 42, 2. *Purgantium, quae queſti erant de populatione ſociorum*. 36, 35, 11. *Purgantibus ea, de quibus arguebantur, responsum datum eſt*. 38, 48, 13. *Quoniam ſuscepti belli purgatum eſt crimen*. 40, 8, 9. *Spes animum ſubibat, purgari ſuspiciones pos-*

Digitized by Google

ipsum etiam juvenem, quod Romae obses specimen regiae indolis dedisset, aliquid momenti facturum. 4 Interim per speciem auxilii Byzantiis ferendi, re ipsa ad terrorem regulis Thracum injiciendum, profectus, perculsis iis uno proelio, et Amadoco duce capto, in Macedoniam rediit, missis ad adcolas Istri fluminis barbaros, ut in Italiam inrumperent, sol- 5 licitandos. Et in Peloponneso adventus Romanorum legatorum, qui ex Macedonia in Achajam ire jussi erant, exspectabatur: adversus quos ut praeparata consilia haberent, Lycortas praetor concilium

se. 42, 26, 4. *Quum legatos se esse missos ab rege diceret ad purganda crimina.* Et eod. cap. 9. *Venerant Rhodii legati ad purganda ea, quae vulgo jactari de civitate sciebant.* cap. 42, 7. *Haec, quae aut a vobis objecta, aut purgata a me sunt, talia esse scio.* 45, 20, 7. *Gratulatum se de victoria purgatumque civitatis crimina dicentes venisse.* Mox *ad praecavendam iram* Lov. 6. Deinde *statuisset* Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *cum statuisset* Lovel. 2.

§. 3. *Obses specimen regiae indolis dedisset] speciem* Voss. [Lov.?] 1. 5. 6. et edd. vett. pro quo Ascens. anno 1513. recte *specimen* substituit. V. ad 38, 17, 20. Tum *indolis regiae* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 4. *Re ipsa ad terrorem]* Voces *re ipsa* desunt in Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *retro ad terrorem* praeferunt Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. ante Aldum, qui optime lectionem cod. Mog. *re ipsa* adoptavit. Livius enim *speciem* et *rem* saepe obposuit. Ita 3, 9, 13. *Dilata in speciem actione, re ipsa sublata.* 35, 31, 12. *Specie liberam Demetriadem esse; re vera omnia ad nutum Romanorum fieri.* 39, 37, 18. *Specie aequum est foedus; re apud Achaeos precaria libertas.* Auct. Epit. Liv. 48. *Exercitum, specie contra Masinissam, sed re vera contra Romanos accitum in finibus haberent.* Pariter Flor. 2, 4. *Specie quidem socios juvandi, re autem sollicitante praeda.* 3, 13. *Specie quidem legis tuendae, re autem dominationem sibi adquirens.* Eodem modo *specie rei* et *mens qua res fiebat* obponuntur supra 6, 14, 2.

Perculsis iis uno proelio] Libri nostri habent *perculsis iis proelio*, non agnito *uno*. GEBH. Illud *uno*, quod non agnoscunt etiam nostri codd. Hearnii L. 1. et edd. vett. Moguntini, praeeunte cod. suo, vindicarunt.

Amadoco duce capto] *Admodrito* Voss. *Amadrico* Lov. 1. *Amodrico* Lov. 6. *Armadocho* Hearnii L. 1. frustra. *Amadocus* nomen inter Thracas frequentissimum fuit. Vide Mauss. ad Harpocr. Lex. voce *Ἀμάδοκος*, et praesertim, quae Vales. ad Mauss. notas observavit. Is autem referens, se hoc loco apud Livium *Amodoco*

Digitized by Google

indixit. Ibi de Lacedaemoniis actum. *Ex hostibus* 6
eos accusatores factos: et periculum esse, ne victi magis timendi forent, quam bellantes fuissent. quippe in bello sociis Romanis Achaeos usos: nunc eosdem Romanos aequiores Lacedaemoniis, quam Achaeis, esse: ubi Areus 7
etiam et Alcibiades, ambo exsules, suo beneficio restituti, legationem Romam adversus gentem Achaeorum ita de ipsis meritam suscepissent, adeoque infesta oratione usi essent, ut patria pulsi, non restituti in eam, viderentur. Clamor undique ortus, referret nominatim de 8
iis. et, quum omnia ira, non consilio, gererentur,

inveniſſe, et *Amadoco* emendasse, indicat, se usum esse editione Livii Francof. anni 1578. quae sola operarum errore ita exhibet. Mox *missis legatis ad adcolas Istri* Lov. 6. Sed vox *legatis*, quam in nullo alio cod. inveni, est ex gloſſa. *Mittere* pro mittere legatos inluſtravimus ad 37, 26, 9.

§. 5. *Adversus quos ut praeparata consilia haberent*] Ita Aldus ex cod. Mog. consentientibus scriptis noſtris. Antea edebatur *haberet*. Paullo ante *legatorum Romanorum* Voſſ. Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vox *Romanorum* deeſt in Lov. 1. et 6. Tum *expetebatur*, pro *expectabatur*, Lov. 2. Vide ad 10, 7, 12.

§. 6. *Sociis Romanis Achaeos usos: nunc eosdem*] *socios Romanis Achaeos. ausos tunc eosdem* Voſſ. Lov. 1. 2. et 6. *ausos tunc* etiam praeferunt Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *tunc* quoque Gaertn.

§. 7. *Ubi Areus etiam et Alcibiades*, etc. *legationem Romam* etc. *suscepissent*] Hunc locum Aldus adposito in margine asterisco notavit, ut indicaret, eum sibi mendae suspectum esse: quid tamen Aldum male habuerit, conjicere nequeo. Praeterea *legationem Romanorum* Voſſ. Lov. 1. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Aldus *legationem Romam* recte emendavit. Vide ad 9, 54, 9. Mox *pulsi patria* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Tum *in eam* non agnoscit Lovel. 1. *restituti in ea* Voſſ.

§. 8. *His Clitorae in Arcadia datum est concilium*] Κλείτωρ est apud Strabonem lib. 8. ad finem. Nomen fuit Arcadis nepotis, a quo et oppidum nomen accepit, authore Pausania lib. 8, [cap. 4.] Et vide, si ab accusativo Graeco Κλείτωρα factus sit nominativus foemininus *Clitora*, unde hic genitivus *Clitorae*, quod saepe Latini feciſſe videntur. Quamquam sunt, qui absque diphthongo in ablativo *Clitore* legendum putant, ut *Carthagine*. GLAR. *Dictore*, pro *Clitore*, Lov. 2. et Gaertn. *Ditore* Harl. et Mead. 1. literis *cl* in *d* coalescentibus. V. ad 10, 24, 2. *Ellitore* Lov. 4. *Elitore* Lov. 6. et Mead. 2. Cui errori similitudo literarum *c* et *e* cauſſa fuit. Hinc commutantur *eo venit* et *cōvenit*, sive *convenit*,

Digitized by Google

capitis damnati sunt. Paucos post dies Romani legati venerunt. his Clitore in Arcadia datum est concilium.

1 XXXVI. Priusquam agerent quidquam, terror Achaeis injectus erat et cogitatio, quam non ex aequo disceptatio futura esset; quod Areum et Alcibiadem, capitis ab se in concilio proximo damnatos, cum legatis videbant, nec hiscere quisquam audebat. Appius ea, quae apud senatum questi erant La-

supra 2, 12, 6. *eos*, id est *consul*, et *eos* 2, 64, 7. *cum* et *eum* 4, 19, 2. *cisalpini* et *eis Alpini* 5, 35, 3. *id columen* et *ideo lumen* 6, 37, 10. *clarus et elatus* 7, 31, 6. *cŏctum* et *suĕtum* 8, 30, 1. *cunsatior* et *cunctatior* 9, 40, 2. et similia passim. Tum *in Arcadiacum est concilium* Voss. et Lovel. 1. Sed ultimae literae vocis *Arcadia* eliserunt primas sequentis *datum*. Quae autem in hoc concilio Clitore dato acta fuerunt, descripserat olim Polyb. sed eorum hodie inanis titulus tantum superest in Exc. Leg. num. 43. inde tamen constat, *Clitore* potius, quam *Clitoras*, legendum esse. Similiter enim ibidem παρουσία ἐγένετο πρεσβευτῶν Ῥωμαίων εἰς Κλίτωρα καὶ σύνοδος τῶν Ἀχαιῶν. Alibi etiam hoc oppidum Polyb. Κλίτωρ vocatur. Paullo ante *refertur nominatim* Lovel. 1. 2. 6. et Voss. *referretur nominatim* Gaertn. *referri nominatim* membranae Moguntinae.

§. 1. *Quam nox non ex aequo disceptatio futura esset*] *nox* vacat. Sic paulo post [cap. 47.] *Et quam non ex aequo disceptatum apud Caecilium foret*, ex vet. lib. Caeterum Arei hujus et Alcibiadis historiam multis verbis apud Pausaniam invenies in Achaïcis [c. 9.] expositam. SIGON. Pall. *quod nunquam ex aequo disceptatio futurâ esset*. GEBH. Andreas et eum secuti *quod nunquam ex aequo*. E Mog. receptum, quod nunc obtinet. Sic Aldus, Juntas, Frobenius, Gryphius, Saveterius. In Curionis exemplar, nescio quo errore, irrepsit *quam nox non ex aequo*. Id corrigit pro vetere et ordinario mendo Sigonius. Similiter corrigit de conjectura cap. 54. *erare se pro S. P. Q. R.* At illud *pro* nusquam, nisi apud unum Curionem. Hinc videas, quae illi cura fuerit exemplarium conferendorum. J. FR. GRON. *unquam ex aequo* Voss. *nunquam ex quo* Lov. 1. *numquid ex aequo* Lov. 2. *non quod ex aequo* Lovel. 6. *nunquam ex aequo* Mead. 1. et Gaertn. *quod non quam ex aequo* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *quod nunquam ex aequo* Lov. 4. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae usque ad Aldum; qui recte *quam non ex aequo* praeeunte cod. Mog. edidit. Ceterum ed. Curionis anni 1549. quam sub oculis habeo, ab lectione Aldina nihil discessit: verum Basil. anno 1554. dederunt *quam mox non ex aequo*.

Digitized by Google

Lacedaemonii, displicere senatui ostendit: *caedem primum ad conflictum factam eorum, qui a Philopoemene ad caussam dicendam evocati venissent: deinde, quum* 4 *in homines ita saevitum esset, ne in ulla parte crudelitas eorum cessaret, muros dirutos urbis nobilissimae esse, leges vetustissimas abrogatas, inclitamque per gentes Lycurgi disciplinam sublatam.* Haec quum Appius di- 5 xisset, Lycortas, et quia praetor, et quia Philopoemenis, auctoris omnium, quae Lacedaemone acta fuerant, factionis erat, ita respondit: *Difficilior no-* 6

§. 2. *Sed quod Areum et Alcibiadem, capitis ab se in concilio proximo damnatos, cum legatis se accusaturos videbant*] Conjunctionem *sed* et has duas voces *se accusaturos* non habent vetusta exemplaria. GEL. Pall. sine praepositione *capitis ab se concilio proximo damnatos*. GEBH. Hoc Priscianus lib. 7. pag. 738. inter exempla terminationis accusativi in *um* a nominativis in *eus* e lib. 39. Livii citat, et ex eodem, *quod Areum et Alcibiadem nec Lacedaemonii possunt reprehendere*. Sed hoc nusquam in Livio legitur. Lycortas paullo inferius dicit: *quod quum alii laudent, reprehendere ne Lacedaemonii quidem possint*. Haec Prisciano obversata, sed verba Livii ab eo non inspecta fuisse suspicor. Nam nomina *Arei* et *Alcibiadis* inde aliena sunt. DUK. *sed quod Areum* Voss. Lovel. 1. 5. 6. et Gaertner. a reliquis recte τὸ *sed* omittitur. Tum *concilio proximo* sine praepositione Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harlej. Mead. ambo, et Gaertn. *in concilio proxime* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, aliaeque usque ad Aldum; qui *proximo* legit, ut habent Lovel. 5. et edd. principes. Tandem *se accusaturos* primum invenit in ed. Ascens. anni 1513. antiquiores autem cum Lov. 5. legunt *se acturos*. Sed voces illae absunt a reliquis Mstis nostris.

§. 3. *Caedem primum ad conflictum factam eorum*] Locus corruptissimus. Andreas Romae *ad conflictum*. An fuit: *caedem primum contra fidem datam eorum, qui a Philopoemene?* J. FR. GRON. Idem Gronov. in pr. ed. not. τὰ *ad primum conflictum* exposuit ad primum occursum, primo coetu. Verum neque illa interpretatio, neque conjectura ejus, quam postea hic dedit, placere potest: in eo tamen ipsi consentio, verba esse mendosa. Et quidem existimo, locum memoratum fuisse, in quo caedes exsulum ad caussam dicendam evocatorum facta erat, qui, quia obscurior et librariis incognitus erat, Livium corrumpendi caussa exstitit. Locum hunc *Compasium* vocat Polyb. in Ex. Leg. num. 37. Μετὰ τὴν ἐν τῷ Κομπασίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπαναίρησιν, δυσαρεστήσαντες τινὲς τῶν ἐν τῇ Λακεδαίμονι τοῖς γεγονόσι, etc. ἐλθόντες εἰς Ῥώμην κατηγορίαν ἐποιήσαντο τῶν διωκημένων καὶ τοῦ Φιλοποίμενος. Praeterea τῶν ἐν τῷ Κομπασίῳ

Digitized by Google

bis, Ap. Claudi, apud vos oratio eſt, quam Romae nu-
7 *per apud senatum fuit. Tunc enim Lacedaemoniis ac-*
cusantibus respondendum erat: nunc a vobis ipsis accusa-
8 *ti sumus, apud quos cauſſa dicenda eſt. quam iniquitatem*
conditionis subimus illa spe, judicis animo te auditurum
eſſe, poſita contentione, qua paullo ante egiſti. Ego cer-
te, quum ea, quae et hic antea apud Q. Caecilium, et
poſtea Romae queſti sunt Lacedaemonii, a te paullo ante
relata ſint, non tibi, sed illis, me apud te respondere
9 *credam. Caedem objicitis eorum, qui a Philopoemene*
praetore evocati ad cauſſam dicendam interfecti sunt.

διαφθαρέντων meminit etiam in Exc. Leg. num. 41. Legendum igitur *caedem primum ad Compasium factam.* In quam conjecturam etiam Cl. Crevierium incidiſſe, gaudeo. Mox *qui ad Philopoemenem* Harl. Tum *ad caussam dicendam cruentati* Lov. 1. 6. et Voſſ.

§. 4. *Inclitamque per gentes Lycurgi disciplinam sublatam*] *inductamque* Voſſ. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. principes. *inclinatamque* Lov. 2. *indutamque* Mead. 1. cujus margini recte adscribitur *inclitamque.* V. ad 6, 42, 5. *inclytamque* primus edidit Aldus. Codicum autem veſtigia docent, olim scriptum fuiſſe *inclutamque;* quomodo antiqui pro *inclytus*, vel *inclitus* scripserunt. Vide Voſſ. Etym. Ling. Lat. v. *Clueo*, et Dausquej. Orthogr. parte 2. voc. *Inclytus.* Inde vero coalescentibus literis *cl* in *d* factum eſt *indutamque.* V. ad 10, 24, 2. Tum *per gentem* Harl. Dein *disciplinam Lycurgi* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Paullo ante *ne ulla parte* sine praepositione cod. Mog. Praeterea *muros diruptos* Lov. 1. 2. et Voſſ. V. ad 9, 45, 17.

§. 7. *Quam iniquitatem conditionis subimus, quod ab illa spe non decidimus*] Vetus lectio paucioribus verbis tantundem dicit hoc modo: *subimus illa spe, judicis animo te auditurum* etc. GELEN. Lectionem, quae Gelenio displicuit, primum inveni in ed. Frob. anni 1531. Antea edebatur, neglecta negatione, *quod ab illa spe decidimus*, concinente Lov. 5. Reliqui Mſti noſtri firmant id, quod Gelenius reſtituit. Paullo ante *caussa eſt dicenda* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 8. *Hic antea apud Q. Caecilium*] *apud P. Sulpicium* cod. Moguntinus. Verum nullus circa haec tempora P. Sulpicius memoratur, nisi P. Sulpicius Galba, qui in initio belli Macedonici primi consul iterum, eam provinciam obtinuit supra 31, 4. et 6. quique poſtea, victo rege Philippo, unus decem legatorum exſtitit, ex quorum consilio pacis ei conceſſae leges conscriptae sunt, lib. 33, 24. et quidem maximus natu ex decem legatis erat. lib. 34, 59. Verum, quae queſti sunt Lacedaemonii, de-

Digitized by Google

Hoc ego crimen non modo a vobis, Romani, sed ne apud vos quidem nobis objiciendum fuisse arbitror. Quid ita? quia in vestro foedere erat, ut maritimis urbibus abstinerent Lacedaemonii. Quo tempore armis captis urbes, 10 *a quibus abstinere jussi erant, nocturno inpetu occupaverunt, si T. Quinctius, si exercitus Romanus, sicut antea, in Peloponneso fuisset, eo nimirum capti et obpressi confugissent. Quum vos procul essetis, quo alio, nisi* 11 *ad nos socios vestros, quos antea Gythio opem ferentes, quos Lacedaemonem vobiscum simili de caussa obpugnantes viderant, confugerent? Pro vobis igitur justum pium-* 12

mum diu post, quam is Romam reversus esset, ab Achaeis passi sunt, unde ejus mentio hic fieri non potest. Servandum igitur puto vulgatum, et intelligendum Q. Caecilium Metellum, qui cum duobus collegis legatus a senatu missus est, ad disceptandum inter Philippum et Eumenem reges Thessalorumque civitates, lib. 39, 24. et seqq. Apud hunc autem Lacedaemonios eo tempore de Achaeis questos esse, et hinc ipsum Argis Achaeos monuisse, ut commissam culpam emendarent, refert Polyb. Exc. Leg. num. 41. et Pausan. in Achaïc. cap. 8. et 9. Eumdem etiam Romam reducem de Achaeorum concilio sibi petenti non dato graviter questum, Lacedaemoniosque, quorum legati Romam venerant, simul mala ab Achaeis inlata in senatu Romano deploravisse, Livius supra cap. 33. testatur. Vide etiam Paus. ibid. c. 9.

A te paullo ante relata sint, non tibi, sed illis, me apud te respondere credam] Pall. *quae a te paullo ante relata sint, non tibi, sed illis, me apud te respondere credebam.* GEBH. *quae a te paullo ante*, addito pronomine relativo, etiam Lov. 4. et Mead. 2. *a te ante paullo* Voss. et Lov. 1. Vide ad 22, 60, 16. Reliqui tamen in receptam lectionem conspirantes nihil mutandum evincunt. Tum *respondere credebam* omnes codd. mei, Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. anni 1531. quae *credam* dedit.

§. 9. *Non modo a vobis, Romani, sed ne apud vos quidem*] *non modo non a vobis* Lov. 5. et omnes typis inpressi usque ad Gronov. qui *non modo a vobis* edidit, posteriori *non* inducto; quod se auctoritate vett. fecisse, supra monuit ad 25, 26, 10. ubi plura vide. Certe illud *non* in nullo alio, quam in uno illo, cod. nobis obvium fuit. Mox *in nostro foedere* Gaertn. V. ad 34, 2, 2. sed *vestro foedere* est vobiscum inito. Dein §. seq. *sicut ante* Lov. 5. Harl. et ed. Camp.

§. 11. *Procul essetis, quo alio, nisi ad nos socios vestros, quos antea Gythio opem ferentes*, etc. *confugerent*] *procul essetis, ad nos socios vestros* etc. *confugerunt* Lov. 1. 6. et Voss. Voces autem *quos*

Digitized by Google

que bellum suscepimus. Quod quum alii laudent, reprehendere ne Lacedaemonii quidem possint, Dii quoque ipsi comprobaverint, qui nobis victoriam dederunt; quonam modo ea, quae belli jure acta sunt, in disceptationem veniunt? quorum tamen maxima pars nihil pertinet ad
13 *nos. Noſtrum eſt, quod evocavimus eos ad cauſſam dicendam, qui ad arma multitudinem exciverant, qui expugnaverant maritima oppida, qui diripuerant, qui cae-*
14 *dem principum fecerant. Quod vero illi, venientes in caſtra, interfecti sunt, veſtrum eſt, Areu et Alcibiade, qui nunc nos, ſi Diis placet, accusatis, non noſtrum.*
15 *Exsules Lacedaemoniorum (quo in numero hi quoque duo*

autea Gythio opem ferentes desunt in Lov. 4. Sed *Ciphio* vel *Cyphio* Voſſ. Lov. 1. 5. Gaertn. et priscae edd. *Cyphio* Mead. 1. *Cipteo* Hearnii L. 1. *Tiphio* Lov. 6. *Cithio* Mead. 2. *Githeo* Harl. *Gytheo* Mead. 1. in margine; quomodo Aldus eumque secuti reliqui dederunt usque ad Gronov. qui anno 1665. admisit *Gythio*, ut praefert cod. Mog. Mox *juſtum piumque proelium*, pro *bellum*, Harl. Vide ad 3, 61, 2.

§. 12. *Et Dii quoque ipsi comprobaverint*] Pall. expuncto *et*, *Dii quoque ipsi comprobaverunt.* Statim Pal. pr. *quonam modo ea, quae belli juris sunt, in disceptationem veniunt.* GEBH. *et Dii quoque ipsi* primus dedit Frob. anno 1535. quod omnes servarunt usque ad Gronovium, qui voculam *et* delevit. Eam autem nullus meorum Mſtorum agnoscit; sed *comprobaverunt* praeferunt Voſſ. Lov. 2. 4. Harl. et Gaertn. Mox *quonam igitur modo* Lov. 5. et edd. ante Aldum; qui τὸ *igitur* in nullo alio, quam uno hoc, cod. obvium expunxit. Tum *ad disceptationem veniunt* Voſſ. et Gaertn. reliquis vulgatum tuentibus; quod dictum eſt ut *venire in dubium* 3, 13, 7. *venire in desiderium* 3, 37, 3. *venire in religionem* 22, 33, 7. *venire in controversiam* 39, 25, 3. Insuper *pars maxima* edidit Crevierius, invitis codd. noſtris, omnibusque excusis.

§. 13. *Evocavimus eos ad caussam dicendam, qui ad arma multitudinem exciverant*] *ad caussam dicendam eos, qui* Lovel. 2. 4. et Mead. ambo. *ad caussam eos, qui* Harl. Tum *qui exciverat*, reliquis omiſſis, Lov. 1. qui etiam mox ignorat voces *qui caedem principum fecerant:* in quibus *principum caedem* legit Harl. Insuper §. seq. *eſt* exsulat a Gaertn. Tunc *nunc, si Diis placet, accusatis nos* Voſſ. et Gaertn. *nos nunc, si Diis placet, accusatis* Lov. 1. *accusatis* deeſt in Harl.

§. 15. *Quo in numero hi quoque duo fuerunt*] MSS. *quo ex numero.* MOD. In omnibus noſtris vulgatum supereſt.

Quod domicilio sibi delegerant

Digitized by Google

fuerunt) et tunc nobiscum erant, et, quod domicilium sibi delegerant maritima oppida, se petitos credentes, in eos, quorum opera patria extorres ne in tuto quidem exsilio posse consenescere se indignabantur, inpetum fecerunt. Lacedaemonii igitur Lacedaemonios, non Achaei, 16
interfecerunt. nec, jure an injuria caesi sint, argumentari refert.

XXXVII. *At enim illa certe vestra sunt, Achaei,* 1
quod leges disciplinamque vetustissimam Lycurgi sustulistis, quod muros diruistis. Quae utraque ab iisdem ob- 2
jici qui possunt? quum muri Lacedaemoniis non ab Lycurgo, sed paucos ante annos ad dissolvendam Lycurgi

maritima oppida, se petitos credentes] Omnes ab Andrea ad Mogunt. *domicilium.* Primus Aldus mutavit. Fortasse parum bene. nam *domicilium oppida κατ' ἐπεξήγησιν* docte ac scite dici censeo. Lib. 28, 28, 7. *Sucronemne vos domicilium habituri eratis.* Ovid. lib. 3. Metam. [636.]

Naxon, Liber ait, cursus advertite vestros.
Illa mihi domus est; vobis erit hospita tellus.

Cornelius Nepos in vita Attici [cap. 3.] *Igitur primum illud munus fortunae, quod in ea potissimum urbe natus, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii, eamdem et patriam habuit et domum.* Sic legendum videtur. J. FR. GRON. Praeposita copulativa *et quod* legunt omnes scripti nostri, et edd. veteres. Frobenius demum anno 1535. expunxit *τὸ et*, mutata etiam distinctione dedit *erant: quod.* Sed priorem lectionem reduxi. Praeterea *domicilio* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. Sed veterem scripturam *domicilium*, quam etiam servat Lov. 5. praeferendam esse duxi. Eamdem etiam Clericus recepit, non monito tamen, ut promiserat, lectore. Deinde *se petituros* Lov. 5. et edd. antiquae. Ascensius anno 1513. *se petitos* emendavit; quod sibi quoque in cod. suo obvium fuisse, Moguntini testantur, et reliqui codd. nostri firmant. Mox dictio *exsilio* neglegentia, ut videtur, librarii omittitur in Mead. 2. quemadmodum etiam §. seq. voces *non Achaei* in Gaertn.

§. 2. *Ab iisdem objici qui possunt*] *objici quidem possunt* Harl. *objici quid possunt* Voss. *objici possunt*, media voce omissa, Lov. 1. et 4. Male. *qui* est quomodo: ut in duobus exemplis Livii, quae laudavit Gronov. supra ad 2, 54, 8. Cicero saepius ita loquitur. Similiter Val. Max. 3, 7, 3. *Qui enim licet hoc loco Nasicam praeterire.* ubi multi librarii dederunt *cui.* Vide ibidem Doctiss. Torren. De ratione significationis vide Sanct. 4. Minerv. 4. p. 605. et Voss. 6. Gramm. 6. Paul-

Digitized by Google

3 *disciplinam exſtructi ſint. Tyranni enim nuper eos, ar-*
cem et munimentum ſibi, non civitati, paraverunt. Et,
ſi exſiſtat hodie ab inferis Lycurgus, gaudeat ruinis eo-
rum, et nunc se patriam et Spartam antiquam agno-
4 *scere dicat. Non Philopoemenem exſpectare, nec A-*
chaeos, ſed vos ipſi, Lacedaemonii, veſtris manibus amo-
5 *liri et diruere omnia tyrannidis veſtigia debuiſtis. Ve-*
ſtrae enim illae deformes veluti cicatrices ſervitutis erant:

lo ante §. praec. *dirupiſtis*, pro *diruiſtis*, Lov. 2. et Harl. V. ad 9, 45, 17.

Muri Lacedaemoniis non ab Ly-
curgo, etc. *exſtructi sint*] *muri Lacedaemonis* Lov. 5. Mead. uterque, et edd. principes. Utrumque sane ferri potest. Credere tamen malo, *Lacedaemoniis* esse librariorum, qui similiter peccant mox §. 6. l. 34, 26, 3. Pari modo peccatum in *veneficis* et *veneficiis* cap. seq. §. 3. Plura alia vide ad 32, 6, 6. Mox *ad solvendam* Gaertn. Hinc *exſtructi sunt* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn.

§. 3. *Si exſiſtat hodie ab inferis Lycurgus, gaudeat ruinis eorum*] *si exurgat* Voss. *ſi resurgat* Gaertner. Male. V. ad 26, 32, 4. Tum *gaudeat minis* Voss. Sed vide ad 38, 43, 5. In praecedentibus *munimenta* Lovel. 1. et *paraverant* Lov. 2. et Harl. In sequentibus vero *nunc patriam* Harl. Praeterea *et arcem antiquam agnoscere* Lov. 6. *et Spartam agnoscere* Lovel. 4.

§. 4. *Amoliri et diruere omnia tyrannidis veſtigia debuiſtis*] *emoliri* Lov. 1. 2. 6. et Hearnii L. 1. *ea moliri* Lovel. 5. et edd. vett. quae lectio ex junctis duabus scripturis *emoliri* et *amoliri* nata est. V. ad 3, 44, 4. *amoliri*, quod primus Aldus recepit, servant reliqui codd. nostri. Praeterea *omnia veſtigia tyrannis* Voss. *omnia veſtigia tyrannidis* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. et Mead. ambo.

§. 5. *Deformes notae servitutis erant*] Illic [in vetustis exemplaribus] legitur *deformes veluti cicatrices servitutis erant*. GELEN. Ita quidem emendavit Gelenius; sed illam lectionem, cui illam substituit, *deformes notae servitutis erant*, retentant omnes libri nostri. GEBH. Moguntinae sunt membranae, ex quibus hunc locum Gelenius emendavit, ut edita excerpta docent. Alteram lectionem, quam excusi ante eum libri vulgo obferunt, servant omnes nostri. *deformes notae servitudinis* Hearnius se in L. 1. invenisse testatur. De voce *servitudo* v. ad 24, 22, 2.

Per octingentos prope annos etc.] Doujatius et Crevierius horum annorum initium numerandum existimant a tempore Lycurgi, et a republica Laconica per eum constituta; unde statuere debuerunt, octingentos prope annos, per quos Lacedaemonii sine muris liberi fuisse, et centum annos, per quos muris velut compedibus circumdati, vincti servisse dicuntur, ultra modum a Livio auctos fuisse. Secundum Doujatium enim a Lycurgo usque ad Machanidae tyrannidem, quam post ultimi regis Cleomenis exitum invasit, numerati sunt

Digitized by Google

et, quum sine muris per octingentos prope annos liberi, aliquando etiam principes Graeciae fuissetis, muris, velut compedibus, circumdatis vincti per centum annos servistis. Quod ad leges ademtas adtinet, ego antiquas La- 6
cedaemoniis leges tyrannos ademisse arbitror; nos non suas ademisse, quas non habebant, sed nostras leges dedisse; nec male consuluisse civitati, quum concilii nostri 7
eam fecerimus, et nobis miscuerimus, ut corpus unum et

anni sexcenti septuaginta quinque; ab initio vero tyrannidis ad mortem Nabidis Lacedaemon vix ultra duodecim annos tyrannis paruit: quin etiam, si a Cleomenis violento dominatu tyrannicum regnum computetur, tamen quinquaginta anni haud colliguntur. Secundum Crevierium vero a Lycurgo ad Cleomenem Leonidae filium, qui, teste Livio 34, 26. primus Lacedaemone tyrannus fuit, nondum effluxerunt anni sexcenti octoginta: deinde ab initio regni Cleomenis ad Nabidis mortem tantum interfuerunt anni quadraginta sex. Eorum calculum examinare operae non est, neque etiam id hoc loco agere ratio instituti operis permittit. Quisque sponte animadvertit, annos septingentos viginti sex, vel adhuc pauciores a Livio nongentos prope annos dici non posse. Videndum igitur, an non potius Livius annos computare inceperit a reditu Heraclidarum in Peloponnesum, et occupato per eos regno Laconico. Certe ab eo tempore usque ad muros Lacedaemonis, jussu Achaeorum, ut Livius refert 38, 34. dejectos, paullo plures, quam nongenti, anni effluxisse dicuntur: Livius vero itidem memorat octingentos prope annos, per quos Lacedaemonii sine muris liberi fuerunt, et centum annos, per quos muris cincti servierunt: quo tamen anno priorem periodum finierit, ac posteriorem inceperit, incertum est. Sufficit mihi, computatam utramque annorum summam a priori annorum numero non multum differre. Ceterum *octingentos prope annos*, omissa praepositione, Gaertner. *per octingentos fere annos* Lov. 1. et 6. Dein *compedibus circumdati* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. et edd. principes. *compedibus pessundati* Hearnii L. 1. *compedibus circumdatis* primus edidit Aldus; cum quo faciunt reliqui codd. V. ad 38, 41, 1.

§. 6. *Nego antiquas Lacedaemoniis leges Achaeos ademisse, quas non habebant*] Antiqua et sincera lectio sic habet: *Ego antiquas Lacedaemoniis leges tyrannos ademisse arbitror: nos non suas ademisse, quas non habebant.* GELEN. Omnes libri nostri: *nego antiquas Lacedaemoniis leges nos ademisse, quas non habebant.* GEBH. Lectionem, quae ante Gelenium vulgo edebatur, *ὁ πάνυ* Gronov. tum in pr. ed. not. ad h. loc. tum 4. Obs. 2. pag. 28. adversus Gelenium defendit, existimans, id loco corrumpendo ac vulgatae lectioni mutandae occasionem dedisse, quod viderent, *τὸ nego*, convenire quidem proximo verbo *ademisse*, non tamen remotioribus *dedisse* et *consuluisse*; neque animadverterent, il-

Digitized by Google

8 *concilium totius Peloponnesi esset. Tunc, ut opinor, si*
aliis ipsi legibus viveremus, alias istis injunxissemus, queri,
9 *se iniquo jure esse, et indignari possent. Scio ego, Ap.*
Claudi, hanc orationem, qua sum adhuc usus, neque
sociorum apud socios, neque liberae gentis esse: sed vere
10 *servorum disceptantium apud dominos. Nam, si non va-*
na illa vox praeconis fuit, qua liberos esse omnium pri-
mos Achaeos jussistis, si foedus ratum est, si societas et

lud *nego* solvendum esse in *ajo non*, et ad posteriores infinitivos tantum ex praecedenti repetendum esse *ajo:* de quo latius infra videbimus ad 42, 36, 6. Verum, quae olim ad hunc locum notarat, curis secundis omittendo tacite indicavit, se Gelenii emendationi subscribere, quam, utpote ex cod. depromtam, unice veram puto. Prior enim lectio in uno tantum supereſt Lovel. 1. *nego antiquas Lacedaemonis leges nos ademisse, quas non* legit Mead. 2. *nego antiquas Lacedaemoniis leges tyrannos ademisse, quas non* reliqui nostri, et Hearnii L. 1. nisi quod *non ego*, pro nego, praeferat Lov. 2. *antiquas Lacedaemonis* Lovel. 4. et Harl. *antiquis Lacedaemoniis* Gaertner. Hinc errorum a librariis passim commissorum haud inperito facile patet, voces *arbitror, nos non suas ademisse* neglegentia scribarum omissas esse ob repetitionem vocis *ademisse*, de quo vide ad 9, 11, 11. Eo autem admisso, *ego* in *nego*, et *tyrannos* in *nos* vel *Achaeos* mutarunt, ut commodus sensus existeret. Mox §. seq. *ut unum corpus* dederunt Lov. 2. et Harl. Tum *et consilium totius Peloponnesi* Voss. et Lovel. 6. Sed male. Vide ad 44, 2, 5.

§. 8. *Tunc, opinor, si aliis ipsi legibus*] MS. *Tunc, ut opinor, si aliis ipsi legibus viveremus.* MOD. Utrumque ferri potest. Simpliciter *opinor*, ut vulgo editur, inlustravi supra ad 38, 48, 9. *ut opinor* vero, quemadmodum *ut arbitror* supra 7, 30, 6. *Haud parva, ut arbitror, accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram.* Quamvis autem nullus meorum codd. voculam *ut* agnoscat, meritis tamen cod. Mog. dedi, ut ejus lectionem reciperem, et existimarem, particulam illam interceptam esse ab ultimis literis praecedentis *tūc* ob ductuum similitudinem. Praeterea pronomen *ipsi* non adparet in Mead. 1.

Et indignari possent] Pall. *et judicari possint.* Vet. ed. *et vindicari possent.* GEBH. *et indicari* Mead. 1. *et iudicari* Lov. 2. 4. et Mead. 2. *et uidicari* Voss. Lovel. 1. 5. 6. Harl. Gaertn. et in margine Mead. 1. cum edd. priscis. *et vindicare* ed. Ascens. anni 1513. Primi Moguntini *et indignari* ex cod. suo recte emendarunt.

§. 9. *Sed servorum verius disceptantium apud dominos*] Libri omnes *sed vere servorum.* GEBH. Similiter omnes nostri Mſti, et edd. ante Aldum, qui vulgati auctor est. Priorem igitur lectionem revocavi. Paullo ante vocem *sociorum*, quae abest ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. et edd. antt. Moguntini ex cod. suo addiderunt.

Digitized by Google

amicitia ex aequo observatur, cur ego, quid, Capua capta, feceritis Romani, non quaero; vos rationem reposcitis, quid Achaei Lacedaemoniis bello victis fecerimus? Interfecti aliqui sunt; finge, a nobis. Quid? vos senatores Campanos securi non percussistis? Muros diruimus. vos non muros tantum, sed urbem et agros ademistis. Specie, inquis, aequum est foedus: re apud Achaeos precaria libertas, apud Romanos etiam imperium est. Sen- 11 12 13 14

§. 10. *Si non vana illa vox praeconis fuit*] *si non vox illa vana praeconii fuit* Lov. 5. et priscae edd. *praeconis* Aldus ex cod. Mog. emendavit, consentientibus reliquis nostris. Praeterea, ordine verborum mutato, Frob. anno 1535. vulgavit, ut nunc editur; in quo etiam iidem nostri ipsi concinunt, nisi quod Gaertn. *si non vana vox illa* legat. Mox *το est* deest in Lov. 2. Tum *observatur, ex aequo* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Aldus auspiciis Msti Mog. subtituit *ex aequo observatur*, probantibus reliquis codd. meis. Insuper *cur ego* Voss. et Lov. 1. a manu 1. errore scribarum etiam alibi obvio. V. ad 37, 53, 11. Illud *ego* hic emphasin habet, cui verbis sequentibus *vos* opponitur.

§. 12. *Muros diruimus. vos non muros tantum, sed urbem et agros ademistis*] *Et muros diruimus* Lovel. 2. Mead. 1. et Harl. Tum *sed urbem, agros ademistis* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. *sed urbem agrosque ademistis* Lov. 6. *sed urbes agrosque emistis* Lovel. 2. *sed urbes, agros ademistis* Mead. 1. et Harl. An forte legendum, *At muros diruimus. vos non muros tantum, sed urbem, sed agros ademistis.* Particulam *At* proponendis exceptionibus inservire, notissimum est. Infra 40, 10, 7. *At in Macedonia satis praesidii est. Vidisti hesterno die impetum in me militum.* Cic. de Senect. 7. *At memoria minuitur. Credo, nisi eam exerceas.* Ibidem capp. 11. 18. 19. et saepe alibi. V. Markl. ad Statii Praef. lib. 1. Silv. *at enim* eidem usui inservire, vidimus ad 34, 31, 6. De repetitione vero *τοῦ sed* v. ad 3, 11, 2.

§. 13. *Specie, inquis, aequum est foedus apud Achaeos, precaria libertas: apud Romanos etiam imperium est*] Lege addendo *re precaria libertas.* Ubi *re* vocula intercciderat. GELEN. Ita quidam distinguunt post *Achaeos.* Ego post *foedus* distinguendum puto. GLAREAN. Lectio, quae ante Gelenium editiones obsederat, in solo supereſt Lovel. 5. *aequum est foedus, ire apud Achaeos precaria* Voss. et Lov. 6. *aequum est foedus, re apud Achaeos precaria* reliqui scripti nostri, nisi quod *ne*, pro *re*, sit in Gaertn. Legendum itaque et distinguendum existimo, *Specie, inquis, aequum est foedus: re apud Achaeos precaria libertas, apud Romanos etiam imperium est.* Ita non opus est, ut cum Clerico legamus *apud Romanos enim*, vel *etenim*, invitis membranis antiquis, quae omnes *etiam* defendunt, excepto Lov. 6. ubi inveni *apud Romanos et imperium est.*

§. 14. *Sentio, Appi, et, si non oportet, non indignor; sed, ore vos, quantumlibet intersit*] Quid

Digitized by Google

tio, Appi, et, si non oportet, non indignor; sed, oro vos, quantumlibet interfit inter Romanos et Achaeos, modo ne in aequo hostes vestri nostrique apud vos sint, ac nos socii; immo ne meliore jure sint. Nam, ut in aequo essent, nos fecimus, quum leges iis nostras dedimus; quum, ut Achaei concilii essent, effecimus. Parum est victis, quod victoribus satis est. plus postulant hostes, quam socii habent. Quae jurejurando, quae monumentis literarum in lapide insculptis in aeternam memoriam sancta atque sacrata sunt, ea cum perjurio nostro tollere parant. Veremur quidem vos, Romani, et, si ita vultis, etiam timemus: sed plus et veremur et timemus Deos inmortales. Cum adsensu maximae par-

argutiae habeant haec verba *Sentio, Appi, et, si non oportet, non indignor*, lector dispiciat. GLAREAN. Illorum Livii verborum videtur duplex sensus statui posse. Vel enim is huc redit: sentio, Appi, precariam libertatem, apud Achaeos, imperium apud Romanos esse, et, licet non oporteat ita cum Achaeis agi, tamen non indignor. Vel, sentio, Appi, vera esse, quae inquis; neque id indignor, si non oportet, scilicet indignari; si existimas, non oportere, ut id indigner. Prius si placet, *si* ponitur pro etsi, licet; de quo v. ad 33, 49, 3. et post *si* eo sensu omittitur *tamen*, quemadmodum eamdem particulam post *etsi*, *quamvis*, *licet* saepius omitti vidimus ad 22, 20, 1. Illud autem *oro vos*, quod etiam obscuritatem parere posset, per se positum est, ac jungenda sunt *sed quantumlibet intersit*. Eodem modo *obsecro vos* adhibetur supra 4, 3, 9. *Obsecro vos, si non ad fastos admittimur, ne ea quidem scimus, quae omnes, etiam peregrini, sciunt?* Et ipsum hoc nostrum apud Cic. 4. ad Att. 8. *Die, oro te, clarius: vix enim mihi exaudisse videor.* Mox *hostes nostri vestrique* Lov. 6. V. ad 40, 10, 5. Sed unum testem audiendum non censeo. Tum *meliori jure* Harl.

§. 15. *Ut Achaei concilii essent, effecimus*] Velim *Achaïci*. J. FR. GRON. (Infra c. 48. aliquoties.) *ut Achaei concilium essent* Mead. 2. Paullo ante *ut in aequo sint* Voss. Tum *leges nostras iis dedimus* Voss. Lov. 1. et Gaertn. *leges iis dedimus* Lov. 6. Dein §. seq. *in lapide sculptis* Lov. 2.

§. 17. *Plus et veremur et timemus Deos*] Ita Frob. anno 1535. edidit. Priores praeferunt *plus veremur*, ut in plerisque nostris inveni. *plus timemus et veremur Deos* praefert Voss. *plus et veremur Deos* Gaertn.

§. 18. *Dignitatem suam tenere apud Romanos non posse*] *apud* redundat. GELEN. Pall. uterque

Digitized by Google

tis est auditus, et locutum omnes pro majestate magistratus censebant: ut facile adpareret, molliter agendo dignitatem suam tenere Romanos non posse. Tum Appius, *suadere se magnopere Achaeis*, dixit, *ut, dum liceret voluntate sua facere, gratiam inirent, ne mox inviti et coacti facerent.* Haec vox audita quidem cum omnium gemitu est, sed metum injecit imperata recusandi. id modo petierunt, *ut Romani, quae viderentur, de Lacedaemoniis mutarent, nec Achaeos religione obstringerent irrita ea, quae jurejurando sanxissent, faciendi.* damnatio tantum Arei et Alcibiadis, quae nuper facta erat, sublata est.

XXXVIII. Romae principio ejus anni, quum de

tenere Romanos non posse. GEBH. Gelenio obsecutus Frobenius anno 1535. *τὸ apud* omisit, ejusque exemplum proximi imitati sunt. Postea praepositionem revocarunt Paris. anno 1573. quam recte iterum Gronov. ejecit, in prima notarum ed. testatus, se Gelenii emendationem probare. Non adparet etiam in ullo meorum codd. nisi in solo Lov. 5.

§. 19. *Suadere se magnopere Achaeis, dixit, ut, dum liceret voluntate sua facere*] *se suadere* Gaertner. Tum *magno opere* Lov. 1. V. ad 28, 18, 4. Verum, unius illius cod. fide vulgatum mutare, temerarium foret. Insuper vocula *ut* exsulat a Voss. et Lov. 6. quam forte interceperunt ultimae literae vocis praecedentis. Vide, praeter exempla, quae ad 24, 16, 17. laudantur, etiam ad 38, 52, 7. 39, 23, 10. et alibi. Hinc *cum liceret* Gaertn. Praeterea *voluntatem suam facere* perperam Lov. 1. et Harl. *voluntate* et *voluntate sua* est sponte. V. ad 5, 17, 9. et 25, 4, 6. Mox voces *et coacti* non agnoscit Lov. 1.

§. 20. *Sed metu injecto imperata recusandi*] Lege *metum injecit*, non *metu injecto*. GELEN. *metu luicto* Gaertn. *metu injecto* omnes reliqui codd. mei, et Hearnii L. 1. Praecedens verbum *est* exsulat a Lov. 6.

Nec Achaeos religione obstringerent] *astringerent* Lov. 1. et 6. Male. Infra 42, 3, 9. *Obstringere religione populum Romanum, ruinis templorum templa aedificantem.* Cic. 2. de Orat. 66. *Ut religione civitatem obstrinxisse videatur Mummius, quod Asellum ignominia levarit.* 4. in Verr. 51. *Tanta religione obstricta tota provincia est.* et saepe. Mox *damnatio tamen Arei* Mead. 2. quomodo passim variant scribae. V. ad 9, 12, 6.

§. 1. *Quum de provinciis consulum et praetorum actum esset*] *de comitiis consulum* edd. principes, cujus loco Moguntini ex membranis suis recte *de provinciis e-*

Digitized by Google

provinciis consulum et praetorum actum esset, consulibus Ligures, quia bellum nusquam alibi erat, 2 decreti. Praetores, C. Decimius Flavus urbanam, P. Cornelius Cethegus inter cives et peregrinos sor- 3 titi sunt; C. Sempronius Blaesus Siciliam, Q. Naevius Matho Sardiniam, et ut idem de veneficiis quaereret, A. Terentius Varro Hispaniam citeriorem, P. 4 Sempronius Longus Hispaniam ulteriorem. De iis duabus provinciis legati per id fere tempus, L. Juventius Thalna et T. Quinctilius Varus, venerunt. 5 qui, quantum bellum jam profligatum in Hispania

mendarunt. Nec aliter scripti noſtri. Praeterea *tum* etc. *actum eſt* Voſſ. *actum eſt* etiam Lov. 1. 2. 4. 6. Harlej. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 2. *C. Decimius Flavus*] Pall. *Decimus Flavius*. Vet. ed. *C. Decius Flavius*. GEBH. Praenomen exsulat a Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harlej. Mead. ambobus, et Gaertn. Tum *Decimus Flavius* legunt cod. Mog. Lov. 1. 2. 4. 6. et Gaertn, *Decius Flavius* Voſſ. Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. *Flavius* etiam Mead. 2. *Flaus* Harl. Moguntini codicis sui lectionem receperunt, pro qua Frob. anno 1531. *C. Decimius Flavus* emendavit. Vide ad cap. 32, 14. Mox *P. Cethegus*, media voce neglecta, Harl.

§. 3. *C. Sempronius Blaesus*] *P. Sempronius* Voſſ. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. pro quo Moguntini dederunt *C. Sempronius*. Supra *P. Sempronius Blaesus* tribunus plebis memoratur 36, 39. At viciſſim *C. Sempronius Blaesus* aedilis plebis 39, 7. praetor cap. 32. quorum ultimo loco *P. Sempronius* in uno tantum Mſto vocatur. Insuper *C. Sempronius Blaesus* legatus mittitur ad reſtituendos in libertatem Abderitas 43, 4. Mox *Malo*, pro *Matho*, Voſſ. Lov. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertner. qui *Mato* scribere voluiſſe videntur, ut eſt in Lov. 2. et ipsi supra scripserunt cap. 32, 14. At certe *Matho* Pomponiorum cognomen cum adspiratione in Faſt. Capitol. consul. et triumph. scribitur.

Et ut idem de veneficiis quaereret] Sigonius 2. de Judic. 30. ex Livii 8, 18. 40, 37. et Epit. 48. scribit, ante quaeſtiones perpetuas inſtitutas saepe quaesitum fuiſſe de veneficiis; sed semper de mulieribus, quae viros suos necarant. De his eſt in locis illis. Verum non tantum de mulierum, sed in universum de omnium veneficiis, tam in urbe, quam extra eam, saepe quaeſtiones decretas fuiſſe, cum ex hoc loco, tum ex cap. 42. et 40, 44. liquet. DUK. *quaereret de veneficiis* Lov. 2. 4. et Mead. 1. *quaereret de veneficis* Harl. et Mead. 2. Vide ad cap. praec. §. 2. Mox *Lutius Terentius* Loxel. 2. *C.* vel *G. Terentius* Lov. 5. Harl. et edd.

Digitized by Google

esset, senatu edocto, postularunt simul, ut pro rebus tam prospere gestis Diis immortalibus haberetur honos, et ut praetoribus exercitum deportare liceret. Supplicatio in biduum decreta est. de legionibus deportandis, quum de consulum praetorumque exercitibus ageretur, rem integram referri jusserunt. 6
Paucos post dies consulibus in Ligures binae legiones, quas Ap. Claudius et M. Sempronius habuerant, decretae sunt. 7
De exercitibus Hispaniensibus magna contentio fuit inter novos praetores et amicos absentium, Calpurnii Quinctiique. 8
Utraque causa 9

vett. Suum *Auli* praenomen reddidit Aldus. Vide ad cap. 32, 14.

P. Sempronius Longus Hispaniam ulteriorem] Suspectum *Hispaniam*. J. FR. GRON. V. ad 34, 55, 5. Voces *citeriorem*, *P. Sempronius Longus Hispaniam* desunt in Hearnii L. 1. ex quo ipso tameu patet, librarium, qui eas primus omisit, vocem *Hispaniam* in cod. suo reperisse: omissionis enim causa fuit ejusdem vocis repetitio. V. ad 9, 11, 11. *Q. Sempronius* legunt Voss. Lov. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. princ. Sed Aldus *P. Sempronius* restituit; quod etiam adscriptum est margini Mead. 1. *Hispaniam ulteriorem, Sempronius Longus Hispaniam citeriorem* Lovel. 1. *P. Sempronius* constanter vocatur cap. 32, 14. Citeriorem autem Hispaniam non Sempronium, sed Terentium sortitum esse, constat infra ex c. 42.

§. 4. *L. Juvencius Thalna et T. Quinctilius Varus*] Prioris legati praenomen deest in Voss. qui etiam legit *Juventus*. Gaertn. *Juventius*. Recte. V. ad 33, 22, 8. Dein *Talna* omnes codd. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Calva* edd. proximae; pro quo Frob. anno 1531. *Talva*, sed Sigonius *Thalna* recte emendavit. Vide ad 34, 42, 4. Copulativa deest in Lov. 5. Hinc *Quintivius* Lovel. 4. *Quincinius* Mead. 1. *Quintius* Mead. 2. et Harl. Tandem *Lirus*, pro *Varus*, Harl. quae omnia somniantium librariorum indoctae aberrationes sunt. Ambo hi legati etiam supra memorantur cap. 31.

§. 5. *Postularunt simul, ut pro rebus*] *postulaverunt* Lovel. 2. et Harl. Sed v. ad 21, 44, 7. Vocula *ut* deest in Lov. 6. sed elisa est a proximis literis *τοῦ simul* ob ductuum adfinitatem. Mox *honos haberetur* Lov. 1. et 2. Insuper §. seq. *de legionibus reportandis* Lov. 6. Vide infra hoc c. §. 9.

§. 7. *Consuli in Ligures binae legiones*] *consulibus* omnes codd. nostri, et edd. vett. Postea Froben. anno 1535. per compendium scripsit *coss.* quod editores servarunt usque ad Gruterum, qui in ultima editione *consuli* perperam dedit. Crevierius demum ex Msto Victor. et edd. prioribus recte *consulibus* revocavit. Certe supra hoc cap. Livius re-

Digitized by Google

tribunos plebis, utraque consules habebat. hi, se interceſſuros senatusconsulto, si deportandos censerent exercitus, denuntiabant; illi, si haec interces-
10 sio fieret, nullam rem aliam se decerni paſſuros. Victa poſtremo absentium gratia eſt, et senatusconsul-

fert *consulibus Ligures, quia bellum nusquam alibi erat, decretos* eſſe; et hic dicuntur *binae legiones, quas Ap. Claudius et M. Sempronius habuerant, decretae.* Non autem amborum exercitus uni, sed duobus consulibus decretus eſt, adeoque *binas legiones* intelligendum unicuique duas. Interdum etiam librarii ita peccarunt. V. 40, 16, 6. et Epit. Liv. 6. Contra plurali extulerunt, ubi singulari debuerant. V. ad 10, 10, 2. Mox §. seq. *Hispaniensibus exercitibus* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner.

§. 9. *Utraque caussa tribunos plebis, utraque consules habebat*] *Utramque caussam tribuni plebis, utramque consules habebant* Hearnii L. 1. *Utraque caussa tribunum plebis, utraque cos. habuit* Frob. editio anni 1535. ejusque exemplo plures cam secutae, usque ad Paris. anni 1573. quae iterum *tribunos* et *consules* revocavit. Praeterea *habebant* Lovel. 1. 4. Harl. et Mead. ambo. Videtur igitur legendum *Utraque caussa tribunos plebis, utraque consulem habebant.* Etiam Crevierius *consulem* legendum conjecit. Editio vero Londin. anni 1722. *habebant* vulgavit. Locutionem *utraque caussa habebant* inluſtravi ad 23, 46, 5.

Ii, se intercessuros senatusconsulto] Lege *hi se intercessuros*, quamvis referatur ad tribunos. Nam non eſſe insolens, ut in diſtributione tali hoc relativum etiam de remotiore intelligatur, diximus lib. 3. Obs. 16. J. FR. GRON. *hi* vel *hii* etiam Lov. 1. 4. 6. Gaertn. Hearnii N. et Crevierii Victor. qui eamdem lectionem probavit, et recepit, ut τὸ *hi* respondeat sequenti *illi*. Recte etiam insuper docuit, per *hos* intelligi tribunos et consulem novis praetoribus faventes: unde patet, intempeſtive huc a Gronovio advocari morem veterum, qui *hi* interdum ad remotius, *illi* ad vicinius retulerunt; quem ceteroquin verum eſſe, vidimus ad 24, 29, 3.

Si deportandos censerent exercitus] Pall. et vet. ed. *reportandos*. GEBH. Similiter omnes noſtri, Hearnii L. 1. et edd. antiquae, pro quo Moguntini, auspice cod. suo, emendarunt *deportandos*. Id autem in hac re proprium et sollemne eſt verbum. Supra 26, 21, 2. *Queſtus leniter, quod, confecta provincia, exercitum deportare non licuisset.* 30, 40, 14. *Quem, si deportandus exercitus victor ex Africa esset, deportare* juberent. *Si pacem per P. Scipionem dari, atque ab eodem exercitum deportari jussissent.* 31, 8, 6. *De exercitu, quem P. Scipio ex Africa deportasset.* Bis supra hoc cap. *Ut praetoribus exercitum deportare liceret.* Et, *De legionibus deportandis rem integram referri jusserunt.* 44, 15, 6. *Exercitusque de Macedonia deportentur.* 45, 38, 13. *Non deportati ex provincia milites ad triumphum sint.* Et, *Ad quam rem in Italiam deportati.* Non diffiteor tamen, etiam *reportare* hoc sensu usurpari. V. ad 6, 33, 12. et

Digitized by Google

tum factum, *Ut praetores quatuor millia peditum Romanorum scriberent, quadringentos equites, et quinque millia sociorum peditum Latini nominis, quingentos equites, quos secum in Hispaniam portarent. quum eas legiones quatuor descripsissent, quod plus, quam quina mil-* 11

ad 42, 34, 6. Sed sequor praestantissimum cod. Solent autem hae voces commutari. V. ad Epit. Liv. 29. hoc cap. §. 6. et Viros doctos ad Flor. 3, 11, 11. Et ita pleraque verba cum *de* et *re* composita. V. ad 9, 10, 6.

§. 10. *Ut praetores quatuor millia peditum Romanorum scriberent, quadringentos equites*] MS. *trecentos equites*. MOD. Vox *praetores* deest in Lov. 6. et insuper *Romanorum peditum* legit. *peditum Hispanorum* Hearnii L. 1. Paullo ante *gratia esset, senatusconsultum factum* Lov. 1. et Mead. 1. *gratia esset, senatusconsultum factum est* Lov. 2. *gratia esset S. centum factum* Lov. 4. *gratia est senatusconsultum factum* Lov. 6. et Mead. 2. *gratia et senatusconsultum factum* Voss. Verba proxima *et quinque millia sociorum peditum Latini nominis, quingentos equites* desunt in Voss. Lov. 1. et Hearnii L. 1. ob repetitionem vocis *equites*. V. ad 9, 11, 11. *peditum sociorum* legunt Lov. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vox *peditum* sola omittitur in Lov. 2. τὰ *quingentos equites* in Lovel. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 11. *Quum eas legiones quatuor descripsissent*] Itane? ex tantillo numero fient quatuor legiones? Nec id vult Livius, sed hos novos milites distribui per quatuor legiones et earum auxilia, quae in provincia utraque olim erant: quo facto, quot capita justum legionum et auxiliorum numerum excederent, tot ex veteribus militibus exauctorari eo delectu ac discrimine, quo deinde definit. Scribo igitur: *quum eos in legiones quatuor descripsissent*. J. FR. GRON. Locum mendosum esse, Gronovius etiam convincere potuisset ex ipsa locutione *describere legiones*, quod vulgo dicitur *conscribere*. Quamvis vero omnes nostri in errorem consentiant, attamen Gronovii conjecturam cum Clerico et Crevierio veram puto; verum, ut eam cum Clerico in contextum recipiam, ab animo impetrare non potui. Probata hac emendatione, *describere* est distribuere, suum cuique adsignare. Plura v. ad 31, 34, 8. 34, 56, 6. (Graev. ad Cic. 2. ad Att. 1.) Duker. ad Flori 1, 2, 2. et Cort. ad Plinii 2. Ep. 6, 2. Eo sensu Sueton. in Tiber. 30. refert, Tiberium ad senatum retulisse *de legionum auxiliorumque descriptione*.

Quod plus, quam quina millia peditum, trecenti equites, in singulis legionibus esset, dimitterent] *quinque millia peditum, trecenti equites* Voss. et Lovel. 2. *quinque millia* etiam Lovel. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. 2. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. quas secutae *quinque* servarunt, et insuper *trecenti* dederunt. Quum deinde Moguntini *quina millia* in cod. suo legi professi essent, Frob. anno 1535. *quina millia peditum, treceni equites* vulgavit. Contendi posset *quinque millia* et *trecenti* servandum esse, quia additur *in singulis legionibus*. Sed alte-

Digitized by Google

lia peditum, treceni equites, in singulis legionibus esset,
12 *dimitterent: eos primum, qui emerita stipendia haberent; deinde, ut cujusque fortissima opera Calpurnius et Quinctius in proelio usi essent.*

1 XXXIX. Hac sedata contentione, alia subinde
2 C. Decimii praetoris morte exorta est. Cn. Sicinius et L. Pupius, qui aediles proximo anno fuerant, et C. Va-

rum praeferendum puto ob cod. Mog. auctoritatem; quo etiam ducunt tot codicum vestigia: servando enim *treceni*, etiam *quina* legendum ostendunt, quia numeri cardinalis et distributivus non recte junguntur. V. ad 32, 28, 11. Idem etiam suadet mos Livii, qui innumeris locis, licet numerum distributivum adhibeat, tamen *viritim*, *in singulos*, *in capita*, vel similia addere solitus est. Supra 5, 24, 4. *Terna jugera et septunces viritim diviserant.* 8, 8, 14. *Quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis.* 22, 52, 2. *In capita Romana trecenis nummis quadrigatis.* cap. 58, 4. *Pretium fore in capita equiti quingenos quadrigatos nummos.* 32, 17, 2. *Macedonibus treceni nummi in capita statutum est pretium.* 34, 45, 1. *Treceni homines in singulas.* c. 46, 3. *Divisit in singulos ducenos septuagenos aeris.* c. 50, 6. *Quum quingenos denarios pretium in capita statuissent.* 35, 40, 6. *Quina dena jugera agri data in singulos pedites sunt.* 39, 44, 10. *Sena jugera in singulos data.* 40, 1, 5. *Uti singulae quina millia et ducenos pedites, trecenos haberent equites.* c. 59, 2. *Divisit tamen in singulos milites trecenos aeris.* 41, 13, 5. *Quinquagena et singula jugera et semisses agri in singulos dati sunt.* Et §. 7. *Militibus in singulos quini deni denarii dati.* 42, 4, 5. *Diviserunt dena jugera in singulos.* cap. 31, 2. *Binas legiones singulis consulibus.* Et postea, *Quina millia et duceni equites darentur in singulas legiones.* Et, *Sena millia peditum scribi jussa, equites treceni aequaliter in singulas legiones.* 43, 12, 4. *Ut in singulas Romanas legiones ne plus sena millia peditum, treceni equites essent.* 45, 34, 2. *Denos principes ex singulis evocavit civitatibus.* c. 43, 7. *Militibus in singulos quadragenos quinos denarios dedit.* Interdum etiam Colum. aliique ita loquuntur, quorum testimonia non congero. Ex his patet, non audiendos etiam esse Lov. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *τὸ singulis* neglegentes. Praeterea *essent* legunt Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. ante Aldum, qui *esset* emendavit. Tum *dimitterentur* Mead. 1. Sed v. ad cap. 32. 8.

§. 12. *Eos primum, qui emerita stipendia habebant*] *eos primo, quod* Mead. 1. *eos primo, qui* Lovel. 2. et Harl. Videri posset, legendum *eos primos, qui.* V. ad 34, 14, 6. Hos autem, et qui sequuntur, haud dubie dimissos censet Perizon. in Animadv. Histor. 6. pag. 229. ut veteres praetores comitarentur ad triumphum, qui utrique magno Patrum consensu decretus est c. 42.

§. 1. *C. Decimii praetoris morte*] *C. Decimi* cod. Mog. omnes-

Digitized by Google

C. Valerius flamen Dialis et Q. Fulvius Flaccus (is, quia aedilis curulis designatus erat, sine toga candida, sed maxima ex omnibus contentione) petebant. certamenque ei cum flamine erat. et postquam primo aequare, mox superare etiam est visus, pars tribunorum plebis negare, rationem ejus habendam esse, quod duos simul unus magistratus, praesertim curules, neque capere posset, nec gerere: pars le-

que mei, praeter Lovel. 5. qui cum edd. aptt. *C. Decii* dedit: cui lectioni *C. Decimi* ed. Mog. *C. Decimii* Frob. anno 1531. substituerunt. Eadem varietas mox in iisdem codd. obcurrit §. 7. V. ad cap. 32, 14.

§. 2. *Cn. Sicinius et L. Pupius*] Pall. et vet. ed. *Sicilnius*. GEBHARD. *Sitilinus* Voss. *Siluius* Lov. 2. Harl. et Mead. 1 *Sicilius* Gaertn. et Hearnii L. 1. *Sicilnius* Lov. 1.4.5. Mead. 2. et edd. princ. *Sicilius* aliae. Frob. anno 1535. *Sicinius* reposuit. quomodo Gelenius infra ad cap. 45, 2. legendum monuit. *Marci* praenomen ei tribuit Lovel. 6. Vide ad 7, 12, 1. Tum *Pupilus* Hearnii L. 1. *Puppius* Lov. 5. omnesque edd. usque ad Jac. Gronov. qui, altera litera *p* extrita, *Pupius* dedit. V. hoc lib. ad cap. 45, 2.

C. Valerius flamen Dialis] *C. Valerium Flaccum* A. V. IↃXLIV. a P. Licinio pontifice maximo captum fuisse, scribit Livius 27, 8. aedilem curulem anno IↃLIV. factum fuisse 31, 50. Inter illum annum et hunc quum anni XV intersint, verosimile est, hunc *C. Valerium* alium a superiore esse. DUK.

§. 3. *Certamenque ei cum flamine erat*] Addunt Pall. et vet. ed. *cum flamine Diale*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead.

ambo, Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Ascens. anno 1513. *cum flamine Diali* legendum conjecit, quod Moguntini receperunt. Et ita est in Gaertn. Sed Froben. anno 1535. additam vocem expunxit, quae neque in Lov. 6. neque in Harl. exstitisse videtur. Mox *etiam superare* Lov. 6. *to etiam* deest in Lovel. 5. et edd. ante Aldum, qui *superare etiam*, consentientibus omnibus reliquis, vulgari curavit.

Negare, rationem ejus habendam esse] *Rationem habere alicujus*, in petitione magistratuum, nihil aliud esse opinor, quam eum ad magistratus petitionem admittere, nec comitiis excludere. Qui autem comitia habebat, eorum, quorum ratio habebatur, quibusque petere licebat, nomen accipiebat, et de eorum nomine tribus vel centurias in suffragium mittebat. Livius mox hoc cap. *L. Porcius consul primo in ea sententia esse, ne nomen ejus acciperet.* Et iterum, *Haud dubius praetor esset, si consul accipere nomen vellet.* TURNEB. 27. Advers. 32. Supra 4, 7, 7. *Principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio sui.* 8, 15, 9. *Q. Publilius Philo praetor primum de plebe, adversante Sulpicio consule, qui negabat, rationem ejus se habiturum, est factus.* ubi vide Sigon.

§. 4. *Quod duos simul unus ma-*

Digitized by Google

gibus eum solvi aequum censere, ut, quem vellet,
5 praetorem creandi populo potestas fieret. L. Porcius consul primo in ea sententia esse, ne nomen
6 ejus acciperet. deinde, ut ex auctoritate senatus idem faceret, convocatis Patribus, *referre se ad eos*, dixit, *quod nec jure ullo, nec exemplo tolerabili liberae civitati aedilis curulis designatus praeturam peteret, sibi, nisi quid aliud iis videretur, in animo esse, e lege comitia*
7 *habere*. Patres censuerunt, uti L. Porcius consul cum Q. Fulvio ageret, ne inpedimento esset, quo minus comitia praetoris in locum C. Decimii subro-
8 gandi e lege haberentur. Agenti consuli ex senatusconsulto respondit Flaccus, *nihil, quod se indignum esset, facturum*. Medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fecerat, cessurum Patrum auctori-
9 tati esse. Comitiis acrius etiam, quam ante, petebat, criminando, extorqueri sibi a consule et sena-

gistratus] *quod simul unus magistratus* Lov. 1. *quod simul duos magistratus* Lovel. 6. *quod simul duos unus magistratus* Gaertner. *quod simul duo unus magistratus* Voss. V. ad 35, 21, 5. Reliqui tamen omnes *duos* tuentur. Mox *neque capere posset, neque gerere* Lov. 2. 6. et Gaertn. atque ita etiam Cl. Crevierius edidit; nullam autem mutatae lectionis causam subscripsit. Sed vide ad 9, 9, 14. Dein *quem vellent* Voss. V. ad 10, 13, 11. Ceteri codd. fiant pro vulgato.

§. 6. *Convocatis Patribus, referre se ad eos, dixit*] *partibus*, literis trajectis, Mead. 1. V. ad 4, 60, 3. Adde viros doctos ad Suet. Aug. 12. Clariss. Crevierius, si vulgatum displiceret, conjecit *referre se de eo, quod*. Mox *liberae*, et deinde *iis* deest in Lovel. 6. Tum *lege comitia habere* sine praepositione exhibet Lovel. 1.

§. 7. *Patres censuerunt*, etc. *quo minus comitia*] Omnia haec perperam desunt in Voss. et Lov. 1. Paullo post in voce *Decimii* similis obcurrit varietas ac modo notata est §. 1. Tum *ex lege* Lov. 2. Insuper *haberent* Lov. 2. Harl. et Mead. 2. V. ad 10, 10, 1.

§. 8. *Nihil, quod se indignum esset*] *nihil quidem se, quod indignum esset* Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. et Gaertn. *nihil quidem se indignum esset* Mead. 1. In sequentibus *Medio ad voluntatem responso interpretantibus fecerat spem* Gaertn. *Medio responso ad voluntatem in-*

Digitized by Google

tu populi Romani beneficium, et invidiam geminati honoris fieri; tamquam non adpareret, ubi designatus praetor esset, extemplo aedilitate se abdicaturum. Consul, quum et pertinaciam petentis crescere, et favorem populi magis magisque in eum inclinari cerneret, dimissis comitiis, senatum vocavit. censuerunt frequentes, *quoniam Flaccum auctoritas Patrum nihil moviſſet, ad populum cum Flacco agendum.* Concione advocata, quum egisset consul; ne tum quidem de sententia motus, gratias populo Romano egit, *quod tanto ſtudio, quotiescumque declarandae voluntatis potestas facta esset, praetorem se voluisset facere. Ea sibi ſtudia civium suorum deſtituere non in animo esse.* Haec vero tam obstinata vox tantum ei favorem accendit, ut haud dubius praetor esset, si consul accipere nomen vellet. Ingens certamen tribunis, et inter se ipsos, et cum consule, fuit: donec senatus a con-

terpretantibus fecerat spem Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum, qui auctoritate cod. Mog. vocabula in eum ordinem digeſſit, quem nunc obtinent.

§. 9. *Extorqueri sibi a consule ut senatu*] *et ab senatu* Lov. 5. et edd. principes. Livium ita saepe loqui, vidimus ad 6, 28, 6. Frobenius, ultimo loco expuncta praepositione, anno 1535. *et senatu* dedit, concinentibus reliquis Mſtis; quibus invitis nihil mutandum censeo. Mox *invidiam fieri geminati honoris* Lov. 1. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 10. *Quum et pertinaciam petentis crescere, et favorem populi magis magisque*] Pall. *Consul, quum pertinaciam petentis crescere, favorem populi magis magisque in eum inclinari cerneret.* GEBH. Similiter Harl. et Mead. ambo.

§. 11. *Quod tanto ſtudio*, etc. *praetorem se voluiſſet facere*] *quod ante ſtudio* Voſſ. et Lov. 1. *quod omni ſtudio* Lov. 6. *quod cum tanto ſtudio* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Supra 8, 25, 12. *Cogitaret populus Romanus potius, cum quanto ſtudio periculoque reditum in amicitiam suam esset.* V. ad 38, 18, 7. Alii tamen codices vulgatum tuentur. Pronomen *se* deeſt in Lovel. 2.

§. 12. *Tantum ei favorem accendit*] Ita Moguntini se in cod. suo reperiſſe profeſſi sunt: quod deinde Frob. anno 1535. adscivit. Superiores dederunt *tantum ei favoris*, concinentibus Voſſ. Lov.

Digitized by Google

14 sule est habitus, decretumque: *quoniam, praetoris subrogandi comitia ne legibus fierent, pertinacia Q. Flacci et prava studia hominum impedirent, senatum censere,* 15 *satis praetorum esse: P. Cornelius utramque in urbe jurisdictionem haberet, Apollinique ludos faceret.*

1 XL. His comitiis prudentia et virtute senatus sublatis, alia majoris certaminis, quo et majore de re, et inter plures potentioresque viros, sunt exor- 2 ta. Censuram summa contentione petebant L. Valerius Flaccus, P. et L. Scipiones, Cn. Manlius Vul- 3 so, L. Furius Purpureo, patricii: plebeji autem, M. Porcius Cato, M. Fulvius Nobilior, Ti. et M. Sempronii, Longus et Tuditanus. sed omnes patricios plebejosque nobilissimarum familiarum M. Por-

1. 5. 6. Gaertn. Sed reliqui, nisi eorum excerpta nos fallunt, stant cum Moguntino. Paullo ante *esse in animo* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. In sequentibus *nomen accipere* Lovel. 5. et ed. Camp.

§. 13. *Ingens certamen tribunis, et inter se ipsos, et cum consule, fuit*] Lego *inter se ipsis*. J. FR. GRON. *inter se ipsos* omnes codd. V. ergo ad 2, 19, 5. *tribunis inter se ipsos et consulem fuit* Lov. 2. et Harl. *et cum consulibus* Mead. 2. quod et voluisse videtur scriba Lov. 4. qui obvio errore dedit *et cum consulis*. Sed recte *cum consule*, illo nempe, qui comitia consuli subrogando habiturus erat. Mox *habitus est* Voss. et Gaertn. Dein §. seq. *prava hominum studia* Lov. 2.

§. 15. *Apollinique ludos faceret*] Hoc praetoris urbani erat. Supra 25, 12. et 27, 23. DUKER. V. Noris. ad Cenotaph. Pis. Diss. 2. cap. 6. pag. 137.

§. 1. *Quo et majore de re, et inter plures potentioresque*] Non nego, abesse posse verbum substantivum; facile tamen propter similitudinem verborum *de re et* excidere, et scriptum esse potuit *quo et majore de re erat, et inter plures*. Sed haec tantum suspicio est. DUK. Nonnihil hanc conjecturam adjuvare videtur, quod *majore decreto et inter plures* legant Lov. 1. 6. et Voss. Praeterea *plures potioresque* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Similiter *potissimus* et *potentissimus* librarios commutasse, vidimus ad 8, 34, 6.

§. 2. *Cn. Manlius Volsco*] *Vulso* ex tab. Cap. SIGON. *Volsco* in sola exstat ed. Basil. anni 1554. operarum errore, quum priores legant *Volso*, quod et in scriptis superest. *Vulso* Sigonius. V. ad 22, 35, 1. Perperam *M. Manlius* vocatur in Lov. 6. V. ad 7, 12, 1.

L. Furius Purpurio] *Purpureo*

Digitized by Google

cius longe anteibat. In hoc viro tanta vis animi 4
ingeniique fuit, ut, quocumque loco natus esset,
fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur. Nulla 5
ars, neque privatae, neque publicae rei gerendae,
ei defuit. Urbanas rusticasque res pariter callebat.
Ad summos honores alios scientia juris, alios elo- 5
quentia, alios gloria militaris provexit. huic versati-
le ingenium sic pariter ad omnia fuit, ut natum ad
id unum diceres, quodcumque ageret. In bello ma- 6
nu fortissimus, multisque insignibus clarus pugnis.
idem, postquam ad magnos honores pervenit, sum-
mus imperator: idem in pace, si jus consuleres,
peritissimus; si causa oranda esset, eloquentissimus.
nec is tantum, cujus lingua vivo eo viguerit, monu- 7

ex tab. Cap. SIGON. V. ad 27, 2, 10. Praenomen *L.* quod in scriptis nostris, Heinsii L. 1. et priscis edd. deerat, Moguntini ex cod. suo adjecerunt.

§. 3. *T. et M. Sempronii, Longis et Tuditanus*] *Ti. et M. Sempronii* ex tab. Cap. SIGON. Praenomen *Ti.* vel *Tiberius* passim in *T.* sive *Titus* a librariis mutatum est. V. ad 40, 44, 12. Et quidem in eodem hoc Ti. Sempronio Longo. V. ad 34, 42, 3. Hic tamen *Tiberius* vocatur in Mitis, et primis edd. Moguntini demum ex cod. suo perperam *T. et M. Sempronii* substituerunt. Mox *longe* in solo deest Lov. 6.

§. 4. *Fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur*] Verbum *fuisse* deest in scriptis et edd. vett. Id primus Aldus ex cod. Mog. addidit. Mox *το ei* non adparet in Mead. 1. Dein *colebat*, pro *callebat*, legunt Lov. 2. 6. et Voss. *calebat* Lov. 1. V. ad 35, 26, 10.

§. 5. *Provexit. Huic versatile ingenium*] Pall. *versabile*. GEBH. Similiter Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Praeterea *pervexit* Harl. Similiter variarunt librarii supra 37, 45, 2. V. ad 9, 10, 7. Mox *natum ad unum* Harl. Praeterea §. seq. *et id in pace* Lov. 4. et Mead. 1. *eadem in pace* Voss. Lov. 2. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Heinsii L. 1. et edd. ante Frobenium, qui anno 1535. copulam omisit.

§. 7. *Nec ita tantum, ut cujus lingua eo vivo viguerit*] Hae particulae, *ita*, *ut* non leguntur in vetustis exemplaribus. GELEN. Libri omnes *nec ista tantum*. GEBHARD. *nec ista tantum, cujus lingua* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. 1. et edd. principes: in qua lectione quum nihil aliud peccatum sit, quam quod duae priores literae vocis *tantum* perperam repetitae sint in fine praecedentis, id non animadvertentes scri-

Digitized by Google

mentum eloquentiae nullum exstet: vivit immo vigetque eloquentia ejus, sacrata scriptis omnis generis. 8 Orationes et pro se multae, et pro aliis, et in alios: nam non solum accusando, sed etiam causam dicendo, fatigavit inimicos. Simultates nimio plures et exercuerunt eum, et ipse exercuit eas. nec facile dixeris, utrum magis prosserit eum nobilitas,

bae Lov. 2. 6. et Gaertn. dederunt *nec ista tantum ejus lingua*; at qui editioni Venetae anni 1495. praefuerunt, aliique *nec ista tantum, ut cujus lingua*. Moguntini deinde monuere, se in membranis suis inveniisse *nec is tantum*, hinc Frob. anno 1535. excudit *nec is tantum, cujus lingua*. Gronovius postea in prima notarum editione, quum *nec ejus tantum, cujus* in Barberin. et Petav. *nec ista tantum ejus* in Naudean. inveniisset, eum Gelenio legendum censuit *nec tantum cujus*. At recte curis repetitis nullam hujus conjecturae mentionem fecit. Supra 33, 45, 4. *Eum rem esse rati, quae maturata dilatave non tam magni momenti ad summam rem populi Romani esset*. Cic. 5. ad Fam. 12. *Neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias*. Nepos Agesil. 6. *Sed enim eum esse dixit, qui ad officium provocantes redire cogeret*. Justin. 5, 6. *Sed neque is miles erat, qui nomen Atheniensium tueretur; neque eae vires, quibus vincere consuerat*. V. Gronov. ad Senec. 7. de Benef. 24. et Bentl. ad Hor. 1. Sat. 9, 55. Deinde deest in Voss. et Gaertner. Tum *viguit* legunt Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Quum datum fuisset *viguit*, scribae additam notam perperam omiserunt. V. infra hoc cap. 5. 11. 12. et ad 40, 14, 11.

Monumentum eloquentiae nullum exstet] *monimentum* Lov. 4. et 6. *molimentum* Harl. Tum *ut nullum exstet* Lov. 2. et 6. *multum exstet* Harl. Vox *nullum* deest in Voss. et Gaertn.

Vivit immo vigetque] Quanto melius *vivit immo vivetque*. Omen immortalitatis aeternaeque famae. TAN. FAB. Ita certe Cic. de Amic. 27. *Mihi quidem Scipio, quamquam est subito ereptus, vivit tamen, semperque vivet*. Vellej. Pat. 2, 66. *Vivit vivetque per omnium seculorum memoriam*. Plinius lib. 2. Ep. 1. *Vivit enim vivetque semper, atque etiam latius in memoria hominum et sermone versabitur*. Eadem forma *est erisque* Livius dixit 5, 27. 28, 28. et 31, 29. *manet et semper manebit* Cic. 1. de Legib. 1. *viget vigebitque* Seneca Consol. ad Marc. 1. At libri scripti nihil hic mutant, nisi quod solus Harlej. *vivit, immo viget eloquentia ejus* sine copula legat. Nihil igitur mutandum, praesertim quum Livius ita etiam supra loquatur 25, 38, 8. *Vivunt vigentque fama rerum gestarum*. ubi recte Gronov. vulgatum contra Lipsium, pariter *vivunt viventque* emendantem, tuetur. *Vivere* et *vigere* saepe Cic. junxit. Ita 2. de Nat. Deor. 33. *Arte naturae vivunt et vigent*. 3, 14. *In omni natura rerum id vivere, id vigere, quod calleat*. 1. de Divin. 30. *Viget autem et vivit animus*. Recte etiam Doujatius vulgatum tuetur; qui *vivit* ad praecedens *vivo eo* referendum

Digitized by Google

an ille agitaverit nobilitatem. Asperi procul dubio animi, et linguae acerbae, et inmodice liberae fuit; sed invicti a cupiditatibus animi, et rigidae innocentiae; contemtor gratiae, divitiarum. In parsimonia, in patientia laboris, periculi, ferrei prope corporis animique; quem ne senectus quidem, quae solvit omnia, fregerit. Qui sextum et octogesimum annum

monet, *viget* ad superius *viguerit*. Mox *sacratas scriptas* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *Socratis scriptis* Voss. *sacratis scriptis* Lovel. 1. 6. et Gaertn.

§. 9. *Simultates nimio plures et exercuerunt eum, et ipse exercuit eas*] Indignam Livio σύνθεσιν arbitror. Lego: *et eas ipse exercuit*. TAN. FABER. Pro superfluo elido τὸ *eas*. J. FR. GRON. *Simultates immo plures* Mead. 1. errore ex ductuum similitudine nato. Supra 1, 2, 3. *Nimio plus, quam satis tutum esset adcolis, rem Trojanam crescere ratus*. 2, 37, 4. *Nimio plus, quam velim, nostrorum ingenia sunt mobilia*. Praeterea *et exercuerunt, et ipse exercuit eas* Harl.

§. 10. *Invicti cupiditatibus animi et rigidae innocentiae*] Libri nostri *invicti a cupiditatibus animi, rigidae innocentiae*. GEBH. *invicti a cupiditatibus* omnes scripti nostri, et typis excusi usque ad Frob. qui anno 1535. praepositionem omisit, exemplum ejus sequentibus ceteris editoribus, donec Jac. Gronovius eamdem restitueret. Supra 33, 11, 7. *Donis regiis inminere credebant invicti ab ea cupiditate animi virum*. Flor. 2, 14. *Invictusque a veris regibus ab illo imaginario et scenico rege superatur*. ubi vide interpretes. Copulam deinde *et* omittunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *contemtor gloriae* ed. Ven. anni 1498. et Mediol. anni 1505. quod Ascens. anno 1513. in margine ostentavit. V. ad 9, 18, 19. Sed *gratiae*, quod in codd. omnibus exstat, unice verum est. Potentiorum enim gratiam Cato contemsit, non vero gloriam suam.

§. 11. *In parsimonia, in patientia laboris periculique, ferrei prope corporis*] Libri nostri *in patientia labori, periculi, ferrei prope corporis*. GEBH. *contemtor gratiae, divitiarum parsimonia* Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. *contemtor gratiae, divitiarum, parsimonie* Voss. Sed praepositio *in* intercepta est ab ultima litera vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. *parsimonia, patientia, et laboris et periculi* Gaertn. Sed elegans et Livio sollemnis est illa repetitio praepositionis *in*, omissa etiam copulativa. Supra 2, 49, 1. *Vejens bellum in privatam curam, in privata arma versum*. 3, 19, 7. *Quum hostes in arce, in Capitolio essent*. 22, 39, 13. *Hannibal contra in aliena, in hostili est terra*. 9, 9, 18. *In haec saeviant, in haec ferrum, in haec iras acuant*. 24, 8, 2. *Quum in hoc bello, in hoc hoste numquam ab ullo duce sine ingenti nostra clade erratum sit*. 27, 5, 4. *Omnes in urbes, in agros suos reductos*. Tum *et laboris periculi* Voss. *laboris et periculi* Lov. 2. et 6. *laboris, periculi* Lovel. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Ascens. qui

Digitized by Google

agens cauſſam dixerit, ipse pro se oraverit, scripseritque: nonagesimo anno Ser. Galbam ad populi adduxerit judicium.

anno 1513. *laboris periculique* dedit; quod in nullo mihi codd. obvium fuit, et hinc veterem lectionem revocavi. Mox *quidem* deeſt in Lov. 1. et Voſſ. V, ad 44, 36, 9. Hinc *frangeret* iidem Lov. 1. et Voſſ. cum Lov. 6. *fregit* Lov. 2. Vide ad §. 7.

§. 12. *Ipse pro se oraverit, scripseritque*] *oravit, scripsitque* Harl. *scripsitque* etiam Lov. 1. et 6. Sed praeceſſit *dixerit*, et sequitur *adduxerit*. Vide igitur ad §. 7. Paullo ante *Quin sextum* Lov. 2. 4. 5. Harl. et Mead. ambo.

Scripseritque nonagesimo anno. Sergium Galbam] Cicero in Laelio [cap. 3.] mentionem faciens dialogi de Senectute, sub persona Laelii ita aït: *Ut memini Catonem uno anno, antequam mortuus eſt, mecum et cum Scipione disserere.* Porro ille annus, eodem authore, erat consulibus L. Quintio Flaminio, M. Acilio Balbo, noſtra supputatione ab urbe condita 1CIV. quo tempore Cato annum quartum ac octogesimum agebat, ut apud eundem ipse Cato in eodem de Senectute dialogo fatetur paullo poſt, ubi de Neſtore [cap. 10.] Quapropter si poſteriore anno mortuus eſt, ut Laelius affirmat, non exceſſit quintum ac octogesimum annum, cum hic nonagesimo anno scripsiſſe memoretur. Sed diversum tradidiſſe authores apparet. Quod si ullus in his numeris suspectus eſt, in Laelio videtur emendandus, legendumque aut *sexto*, aut *septimo anno*, *antequam mortuus eſt*. Quanquam lectoris judicio haec committo: nobis ideo annotata, ut occasionem ſtudiosis daremus et emendandi authores, et judicandi diligentius. Nec hoc quoque planum eſt, quo Catonis anno Livius voluerit Sergium Galbam (qui Servius Sulpicius Galba vere nominabatur) ab ipso Catone in judicium ductum: nisi quis diſtinguat poſt *scripseritque*, et *nonagesimo anno* referat ad sequentia. Vide Florum [auctorem Epitomes Livianae] lib. 49. ac confer tempora, videbisque, non omnino frivolam hanc noſtram dubitationem. GLAR. *Servium* lege, quod eſt praenomen Sulpiciorum Galbarum. Sic Plutarchus [in Caton. maj. pag. 345.] Σερβίον Γάλβα κατηγόρησεν ἐννενήκοντα γεγονὼς ἔτη. Cicero tamen ab utroque diſſentit, quippe ex cujus verbis eliciatur ex lib. de Senectute, Catonem non amplius, quam LXXXIV. annos vixiſſe, siquidem natus eſt anno poſtquam Q. Fabius Maximus primum consul fuit, mortuus Manlio et Censorino consulibus. Malim ego librarii erratum, quam Livii, siquidem apud eum, qui scripsit de Viris Illuſtr. [cap. 47.] eſt, *Galbam octogenarium accusavit.* ut *octogesimo* hic etiam sit legendum, neque enim vitium eſt apud Ciceronem, ut censet Glareanus. „†. Glareanus satis luculenter ea de re „differit: haec cur non potius „referuntur, quam livido dente „carpuntur?„ †. SIGON. Dissensum Livii et Ciceronis optime observarunt Glareanus et Sigonius. Cato anno ante natus eſt, quam consul primum fuit Q. Fabius Maximus. Cic. de Senect. 4. Fabius autem primum consul fuit, secundum Faſt. Capit. A. V. 1CXX. ergo Cato natus eſt A. V. 1CXIX. Sermonem de Senectute habitum a Catone fingit Cicero

Digitized by Google

XLI. Hunc, sicut omni vita, tum petentem premebat nobilitas: coïerantque (praeter L. Flaccum, qui collega in consulatu fuerat) candidati omnes ad

T. Flaminino et M. Acilio consulibus, de Senect. cap. 5. Ergo A. V. DCIII. et quidem eo tempore Cato agebat quartum annum et octogesimum. Cic. de Senect. cap. 10. Differuit autem de senectute anno ante, quam mortuus est. Cic. de Amic. 3. Hinc colligitur, Ciceronem statuisse, Catonem mortuum esse annos quinque et octoginta natum, A. V. DCIV. eodem autem anno ipsum Ser. Galbam ad populum accusasse, refert in Clar. Orat. 20. quod ipsum anno nonagesimo aetatis fecisse, hic Livius adfirmat. Non ideo tamen vel cum Glareano Ciceronem, vel cum Sigonio Livium emendandum arbitror. Non Cic. de Amic. cap. 3. quia non ibi tantum Catonem annos quinque et octoginta natum e vita cessisse innuit, sed idem etiam aperte scribit in lib. de Clar. Orat. cap. 20. Non Livium in his verbis, quia primo in illis codices nihil mutant. Deinde quia Livius jam modo *annum* vitae Catonis *sextum et octogesimum* memoravit; quae et ipsa verba, in quibus itidem nihil variant scripti, ex sententia Sigonii mutanda forent, ne Livius a Ciceronе dissentiret. Tandem, quia non tantum Livii sententia probatur testimonio Plut. a Sigonio laudati, sed etiam Valer. Max. qui 8, 7, 1. refert, Catonem, sextum et octogesimum annum agentem, ab inimicis capitali crimine accusatum, suam causam egisse; quam distinguit a defensione ejus pro Hispania, in ipso diutissime actae vitae fine disertissimi oratoris Galbae accusationi opposita. Praeterea licet hic cum Sigonio *octogesimo*, pro *nonagesimo*, legamus, nondum dissensus inter Cic. et Liv. sublatus erit. Ita enim Livius tradet, Catonem Ser. Galbam octogesimo anno aetatis accusasse; Cicero autem de Clar. Orat. 20. quum annos quinque et octoginta natus esset. Puto igitur re vera eos dissentire, quia diversos annales secuti sunt.

§. 1. *Hunc, sicut omni vita, ita tum petentem premebat nobilitas. coïerant apud praetorem L. Flaccum*] Legendum *consenserantque praeter L. Flaccum*. GELEN. L. Valerius Flaccus, Catonis in consulatu collega, hoc anno non fuit praetor, neque videtur alicui subrogatus. Itaque lego *apud competitorem L. Flaccum*. Quidam locum ita emendarunt: *consenserantque praeter L. Flaccum*. GLAREAN. Vet. lib. habent *coïerantque*, et *ad deficiendum honorem*. Miror autem, Gelenium, pro *coïerant*, *consenserant* reposuisse, cum *coïre* in hac re propriam verbum sit, unde *coïtiones* appellatae. Sic Paedianus in Toga cand. [in argumento orat.] *Coïerant ambo, ut Ciceronem consulatu dejicerent*; quo de dicendi genere supra etiam diximus. *Coïre συμφρονεῖν* vocat Plutarchus in Catone [pag. 345.] Si igitur praeter L. Flaccum candidati reliqui, coïerant, profecto recte Plutarchus, qui competitores septem Catonis fuisse ait [ibid.] quod Glareanus non vidit, qui *apud competitorem L. Flaccum* legit. SIGON. Lectio scripta praefert, *ita tum praesentem premebat nobilitas cogerunt a populo praeter L. Flaccum*, longe sane diversa a vulgo. Emendo, *ita tum prensantem premebat nobilitas: coïerant propalam praeter*. Nam *pren-*

Digitized by Google

2 dejiciendum honore eum; non solum ut ipsi potius adipiscerentur, nec quia indignabantur novum hominem censorem videre; sed etiam quod tristem censuram, periculosamque multorum famae, et ab laeso 3 a plerisque, et laedendi cupido, exspectabant. Etenim tum quoque minitabundus petebat, *refragari*

sare et *coïre* propria hujus rei verba. LIPS. 5. Epist. Lect. 20. Pro *consenserantque* legendum *coïerantque*: quod verbum et proprium hic habet domicilium, et in omnibus melioribus libris veteribus reperitur, uti Sigonius monuit, ita et elegantissimus Lipsius confirmavit in Epistolicis, hoc amplius addens, quum in scripto suo codice invenerit *ita tum praesentem* etc. legendum etiam videri *ita tum prensantem*, quod item verbum unice unicum, et cum maxime proprium hic est. MOD. Libri nostri omnes *Hunc, sicut omni vita, ita tum presentem premebat nobilitas. coïerant apud praetorem L. Flaccum.* GEB. HARD. Gelenius fecit *consenserantque*. Sed recte Sigonius reduxit *coïerantque*, ut plane scripti nostri cum veteribus editis. Petavianus quoque *praesentem ἀντὶ τοῦ petentem* cum codice Lipsii: unde bene ille *prensantem*. Sed etiam Lipsianus codex: *coïgerat a populo praeter L. Flaccum.* Unde conjicit *coïerant propalam praeter*. In quo puto doctissimum virum falli. nam Barb. *coïerant L. Flaccum apud praetorem, qui colloga.* Naudaeanus: *coïgerant apud praetorem L. Flaccum.* Pet. et veteres editi: *coïerant apud praetorem L. Flaccum.* Vossianus *Hunc, sicut omni vita, tum praesentem premebat nobilitas, coïgerant. ap. preter. L. Flaccum.* Vides, unde orta sint et *a populo*, et *apud*: unde *praetorem*. Integrum est: *Hunc, sicut omni vita, tum prensantem premebat nobilitas. Coïerant autem praeter L. Flaccum.* Nam illud quoque sciendum, *τὸ ita*, quod Aldina et deinceps vulgatae addunt, neque scriptos, neque quemquam ab Andrea ad Moguntinos habere. Et solent omittere post brevem protasin veteres. Sic lib. 34, 9, 10. *Quam, sicut minoribus viribus, pari colebant fide.* J. FR. GRON. Livius non raro *ita* omittere solet post *sicut*. Vide 4, 27. 24, 33. 25, 15. 29, 8. et alibi. DUK. Voculam *ita* Aldum in scriptis reperisse credo, quia mihi etiam in Lov. 5. obvia fuit. Quum tamen in nullo praeterea occurrerit, repetitam esse credo ex ultimis literis vocis praecedentis. Tum *pătem* Lov. 6. et Hearnii L. 1. *pśentem* Lov. 1. et 4 *presentem* Mead. ambo. *petentem* Lov. 2. 5. Mead. 1. in margine, et Gaertn. Lipsianum *prensantem* verum puto, cujus glossema est *petentem:* vel quum *prēsantem* scriptum fuisset, id facillime in *praesentem* mutari potuit. In contextum tamen recipere ausus non sum, ut Gronov. anno 1665. fecit; sed, donec codicis fide firmetur, *petentem* revocavi. Hinc *cogerant a ppl'o L. Flaccum* Lovel. 1. *venerant apud praetorem L. Flaccum* Lovel. 2. Harlej. et Mead. 1. in margine. *coïgerant apud praetorem L. Flaccum* Lov. 2. in margine. *coïgerant Appio praetore L. Flaccum* Lov. 6. *cogerat aput p. Iutium Flaccum* Hearnii L. 1. *coïerant apud praetorem L. Flaccum* Lovel. 4. 5.

Digitized by Google

sibi, qui liberam et fortem censuram timerent, criminando. et simul L. Valerio subfragabatur. *Illo uno collega castigare se nova flagitia, et priscos mores revocare posse.* His accensi homines, adversa nobilitate, non M. Porcium modo censorem fecerunt, sed etiam collegam ei L. Valerium Flaccum adjecerunt. 4

Mead. ambo, et Gaertn. *coierant* etiam in Oxoniensi N. esse, Hearnius testatur. Id autem in hac re proprium est verbum. V. ad 3, 35, 9. Mox *ad dedendum honorem* Voss. et Lov. 1. *ad petendum honorem* Lov. 6. *ad dejiciendum honorem* Harl. Mead. ambo, Lov. 4. et Gaertn. *ad dejiciendum honore*, omisso τῷ *eum*, Lov. 2. Et ita Frob. anno 1535. edidit; sed pronomen, quod Lov. 5. et priores edd. servant, recte Sigon. revocavit. Liv. 38, 35, 1. *Quum M. Aemilium Lepidum inimicum, eo quoque anno potentem, dejecisset.* Ubi vide.

§. 2. *Sed etiam quod tristem censuram, periculosamque multorum famae*] *Το etiam* exulat a Lov. 2. et Mead. 1. Saepe *non solum, sed*, pro *non solum, sed etiam* ut surpari a Livio, vidimus ad 2, 6, 1. ubi in similibus plurium et integerrimorum Mstorum auctoritate standum dixi; quiquum hic stent a vulgato, id etiam non mutandum censeo. Dein *quia tristem* Lov. 2. et Harl. Voculas illas passim a librariis confundi, dictum est ad 38, 36, 4. Id tamen cur hic fecerint, propriam hanc caussam habuisse videntur, quod oportere putarint, post *quia*, quod hic praecessit, inferri non *quod*, sed *quia*. Id tamen Livius saepissime neglexit. 5, 41, 4. *Et quia interposita nocte a contentione pugnae remiserant animos, et quod nec in acie ancipiti usquam certaverant proelio.* 6, 15, 6. *Sive quod et ipse in parte praedae sis, sive quia vanum indicium est.* 7, 24, 3. *Et quia iterum fessis subeunda dimicatio erat, et quod consul cesserat parumper ex acie.* 34, 23, 8. *Insimulavit fraudis Romanos, quod Chalcidem et Demetriadem praesidiis tenerent, postremo quia remanendi in Graecia Nabin caussam facerent.* 43, 21, 8. *Magis quia manere non poterat, quam quod tolerabilis aut via, aut tempestas esset.* 45, 19, 11. *Neque eo solum, quia tantas praesentes ejus opes cernat, sed quod haud ambiguum, propediem regnaturum eum, esset.* Similiter Livium post *non quo*, adhibuit *sed quia* supra 28, 27, 2. Praeterea *periculosamque aemulorum famae* Lov. 6. Mox *ab laeso*, omissa copula *et*, Lov. 5. et edd. vett. Eam addidit Aldus; eamdemque servant reliqui codd. V. ad 2, 44, 3.

§. 3. *Tum quoque mutabundus petebat*] Etsi omnia sic haberent exemplaria, visum est tamen *minitabundus* reponere, quod Catoni convenit: et de eodem supra *a multis laeso et laedendi cupido.* SABELL. Codices omnes *minitabundus*, nisi quod *mirabundus* sit in Lov. 1. *minabundus* in Lov. 6. Ex editis *immutabundus* habent Rom. anni 1472. et Parm. *imitabundus* Tarv. utraque. De verbo *minitari* v. ad 2, 12, 12.

§. 4. *Adversa nobilitate, non M. Porcium modo censorem fecerunt, sed etiam collegam ei L. Valerium Flaccum*] *aversa nobilitate* Lovel.

Digitized by Google

14 sule est habitus, decretumque: *quoniam, praetoris subrogandi comitia ne legibus fierent, pertinacia Q. Flacci et prava studia hominum impedirent, senatum censere,* 15 *satis praetorum esse: P. Cornelius utramque in urbe jurisdictionem haberet, Apollinique ludos faceret.*

1 XL. His comitiis prudentia et virtute senatus sublatis, alia majoris certaminis, quo et majore de re, et inter plures potentioresque viros, sunt exor- 2 ta. Censuram summa contentione petebant L. Valerius Flaccus, P. et L. Scipiones, Cn. Manlius Vul- 3 so, L. Furius Purpureo, patricii: plebeji autem, 4 M. Porcius Cato, M. Fulvius Nobilior, Ti. et M. Sempronii, Longus et Tuditanus. sed omnes patricios plebejosque nobilissimarum familiarum M. Por-

1. 5. 6. Gaertn. Sed reliqui, nisi eorum excerpta nos fallunt, stant cum Moguntino. Paullo ante *esse in animo* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. In sequentibus *nomen accipere* Lovel. 5. et ed. Camp.

§. 13. *Ingens certamen tribunis, et inter se ipsos, et cum consule, fuit*] Lego *inter se ipsis*. J. FR. GRON. *inter se ipsos* omnes codd. V. ergo ad 2, 19, 5. *tribunis inter se ipsos et consulem fuit* Lov. 2. et Harl. *et cum consulibus* Mead. 2. quod et voluisse videtur scriba Lov. 4. qui obvio errore dedit *et cum consulis*. Sed recte *cum consule*, illo nempe, qui comitia consuli subrogando habiturus erat. Mox *habitus est* Voss. et Gaertn. Dein §. seq. *prava hominum studia* Lov. 2.

§. 15. *Apollinique ludos faceret*] Hoc praetoris urbani erat. Supra 25, 12. et 27, 23. DUKER. V. Noris. ad Cenotaph. Pis. Diss. 2. cap. 6. pag. 137.

§. 1. *Quo et majore de re, et inter plures potentioresque*] Non nego, abesse posse verbum substantivum; facile tamen propter similitudinem verborum *de re es* excidere, et scriptum esse potuit *quo et majore de re erat, et inter plures*. Sed haec tantum suspicio est. DUK. Nonnihil hanc conjecturam adjuvare videtur, quod *majore decreto et inter plures* legant Lov. 1. 6. et Voss. Praeterea *plures potioresque* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Similiter *potissimus* et *potentissimus* librarios commutasse, vidimus ad 8, 34, 6.

§. 2. *Cn. Manlius Volsco*] *Vulso* ex tab. Cap. SIGON. *Volsco* in sola exstat ed. Basil. anni 1554. operarum errore, quum priores legant *Volso*, quod et in scriptis superest. *Vulso* Sigonius. V. ad 22, 35, 1. Perperam *M. Manlius* vocatur in Lov. 6. V. ad 7, 12, 1.

L. Furius Purpurio] *Purpureo*

Digitized by Google

cius longe anteibat. In hoc viro tanta vis animi 4
ingeniique fuit, ut, quocumque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur. Nulla 3
ars, neque privatae, neque publicae rei gerendae, ei defuit. Urbanas rusticasque res pariter callebat. Ad summos honores alios scientia juris, alios elo- 5
quentia, alios gloria militaris provexit. huic versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodcumque ageret. In bello ma- 6
nu fortissimus, multisque insignibus clarus pugnis. idem, postquam ad magnos honores pervenit, summus imperator: idem in pace, si jus consuleres, peritissimus; si causa oranda esset, eloquentissimus. nec is tantum, cujus lingua vivo eo viguerit, monu- 7

ex tab. Cap. SIGON. V. ad 27, 2, 10. Praenomen *L.* quod in scriptis nostris, Heinsii L. 1. et priscis edd. deerat, Moguntini ex cod. suo adjecerunt.

§. 3. *T. et M. Sempronii, Longis et Tuditanus*] *Ti. et M. Sempronii* ex tab. Cap. SIGON. Praenomen *Ti.* vel *Tiberius* passim in *T.* sive *Titus* a librariis mutatum est. V. ad 40, 44, 12. Et quidem in eodem hoc Ti. Sempronio Longo. V. ad 34, 42, 3. Hic tamen *Tiberius* vocatur in Mss., et primis edd. Moguntini demum ex cod. suo perperam *T. et M. Sempronii* substituerunt. Mox *longe* in solo deest Lov. 6.

§. 4. *Fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur*] Verbum *fuisse* deest in scriptis et edd. vett. Id primus Aldus ex cod. Mog. addidit. Mox *to ei* non adparet in Mead. 1. Dein *colebat*, pro *callebat*, legunt Lov. 2. 6. et Voss. *calebat* Lov. 1. V. ad 35, 26, 10.

§. 5. *Provexit. Huic versatile ingenium*] Pall. *versabile*. GEBH. Similiter Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Goertn. Praeterea *pervexit* Harl. Similiter variarunt librarii supra 37, 45, 2. V. ad 9, 10, 7. Mox *natum ad unum* Harl. Praeterea §. seq. *et id in pace* Lov. 4. et Mead. 1. *eidem in pace* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Mead. 2. Goertn. Heinsii L. 1. et edd. ante Frobenium, qui anno 1535. copulam omisit.

§. 7. *Nec ita tantum, ut cujus lingua vivo eo viguerit*] Hae particulae *ita*, *ut* non leguntur in vetustis exemplaribus. GELEN. Libri omnes *nec ista tantum*. GEBHARD. *nec ista tantum, cujus lingua* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. 1. et edd. principes: in qua lectione quum nihil aliud peccatum sit, quam quod duae priores literae vocis *tantum* perperam repetitae sint in fine praecedentis, id non animadvertentes scri-

Digitized by Google

mentum eloquentiae nullum exstet: vivit immo viget-
que eloquentia ejus, sacrata scriptis omnis generis.
8 Orationes et pro se multae, et pro aliis, et in
alios. nam non solum accusando, sed etiam caus-
9 sam dicendo, fatigavit inimicos. Simultates nimio
plures et exercuerunt eum, et ipse exercuit eas. nec
facile dixeris, utrum magis profferit eum nobilitas,

bae Lov. 2. 6. et Gaertn. dederunt *nec ista tantum ejus lingua*; at qui editioni Venetae anni 1495. praefuerunt, aliique *nec ista tantum, ut cujus lingua*. Moguntini deinde monuere, se in membranis suis inveniſſe *nec is tantum*, hinc Frob. anno 1535. excudit *nec is tantum, cujus lingua*. Gronovius poſtea in prima notarum editione, quum *nec ejus tantum, cujus* in Barberin. et Petav. *nec ista tantum ejus* in Naudean. inveniſſet, eum Gelenio legendum censuit *nec tantum cujus*. At recte curis repetitis nullam hujus conjecturae mentionem fecit. Supra 33, 45, 4. *Eum rem esse rati, quae maturata dilatave non tam magni momenti ad summam rem populi Romani esset*. Cic. 5. ad Fam. 12. *Neque enim tuis es, qui, quid sis, nescias*. Nepos Agesil. 6. *Se enim eum esse dixit, qui ad officium provocantes redire coegerat*. Juſtin. 6, 6. *Sed neque is miles erat, qui nomen Atheniensium tueretur; neque eae vires, quibus victoria constiterat*. V. Gronov. ad Senec. 7. de Benef. 24. et Bentl. ad Hor. 1. Sat. 9, 55. Dein *το νο* deeſt in Voſſ. et Gaertner. Tum *viguit* legunt Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Quum datum fuiſſet *viguis*, scribae additam notam perperam omiserunt. V. infra hoc cap. §. 11. 12. et ad 40, 24, 11.

Monumentum eloquentiae nullum exstet] *monimentum* Lov. 4. et 6. *molimentum* Harl. Tum *ut nullum exstet* Lov. 2. et 6. *multum exstet* Harl. Vox *nullum* deeſt in Voſſ. et Gaertn.

Vivit immo vigetque] Quanto melius *vivit immo vivetque*. Omen immortalitatis aeternaeque famae. TAN. FAB. Ita certe Cic. de Amic. 27. *Mihi quidem Scipio, quamquam est subito ereptus, vivit tamen, semperque vivet*. Vellej. Pat. 2, 66. *Vivit vivetque per omnium seculorum memoriam*. Plinius lib. 2. Ep. 1. *Vivit enim vivetque semper, atque etiam latius in memoria hominum et sermone versabitur*. Eadem forma *est erisque* Livius dixit 5, 27. 28, 28. et 31, 29. *manet et semper manebit* Cic. 1. de Legib. 1. *viget vigebitque* Seneca Consol. ad Marc. 1. At libri scripti nihil hic mutant, nisi quod solus Harlej. *vivit, immo viget eloquentia ejus* sine copula legat. Nihil igitur mutandum, praesertim quum Livius ita etiam supra loquatur 25, 38, 8. *Vivunt vigentque fama rerum gestarum*. ubi recte Gronov. vulgatum contra Lipsium, pariter *vivunt viventque* emendantem, tuetur. *Vivere* et *vigere* saepe Cic. junxit. Ita 2. de Nat. Deor. 33. *Arte naturae vivunt et vigent*. 3, 14. *In omni natura rerum id vivere, id vigere, quod caleat*. 1. de Divin. 30. *Viget autem et vivit animus*. Recte etiam Doujatius vulgatum tuetur; qui *vivit* ad praecedens *vivo eo* referendum

Digitized by Google

an ille agitaverit nobilitatem. Asperi procul dubio animi, et linguae acerbae, et inmodice liberae fuit; sed invicti a cupiditatibus animi, et rigidae innocentiae; contemtor gratiae, divitiarum. In parsimonia, in patientia laboris, periculi, ferrei prope corporis animique; quem ne senectus quidem, quae solvit omnia, fregerit. Qui sextum et octogesimum annum

monet, *viget* ad superius *viguerit*. Mox *sacratas scriptas* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *Socratis scriptis* Voss. *sacratis scriptis* Lovel. 1. 6. et Gaertn.

§. 9. *Simultates nimio plures et exercuerunt eum, et ipse exercuit eas*] Indignam Livio σύνθεσιν arbitror. Lego: *et eas ipse exercuit*. TAN. FABER. Pro superfluo elido *τὸ eas*. J. FR. GRON. *Simultates immo plures* Mead. 1. errore ex ductuum similitudine nato. Supra 1, 2, 3. *Nimio plus, quam satis tutum esset accolis, rem Trojanam crescere vetus.* 2, 37, 4. *Nimio plus, quam velim, nostrorum ingenia sunt mobilia.* Praeterea *et exercuerunt, et ipse exercuit eas* Harl.

§. 10. *Invicti cupiditatibus animi et rigidae innocentiae*] Libri nostri *invicti a cupiditatibus animi, rigidae innocentiae*. GEBH. *invicti a cupiditatibus* omnes scripti nostri, et typis excusi usque ad Frob. qui anno 1535. praepositionem omisit, exemplum ejus sequentibus ceteris editoribus, donec Jac. Gronovius eamdem restitueret. Supra 33, 11, 7. *Donis regiis inminere credebant invicti ab ea cupiditate animi virum.* Flor. 2, 14. *Invictusque a veris regibus ab illo imaginario et scenico rege superatur.* ubi vide interpretes. Copulam deinde *et* omittunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *contemtor gloriae* ed. Ven. anni 1498. et Mediol. anni 1505. quod Ascens. anno 1513. in margine ostentavit. V. ad 9, 18, 19. Sed *gratiae*, quod in codd. omnibus exstat, unice verum est. Potentiorum enim gratiam Cato contemsit, non vero gloriam suam.

§. 11. *In parsimonia, in patientia laboris periculique, ferrei prope corporis*] Libri nostri *in patientia labori, periculi, ferrei prope corporis*. GEBH. *contemtor gratiae, divitiarum parsimonia* Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. *contemtor gratiae, divitiarum, parsimonie* Voss. Sed praepositio *in* intercepta est ab ultima litera vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. *parsimonia, patientia, et laboris et periculi* Gaertn. Sed elegans et Livio sollemnis est illa repetitio praepositionis *in*, omissa etiam copulativa. Supra 2, 49, 1. *Vejens bellum in privatam curam, in privata arma versum.* 3, 19, 7. *Quum hostes in arce, in Capitolio essent.* 22, 39, 13. *Hannibal contra in aliena, in hostili est terra.* 9, 9, 18. *In haec saeviant, in haec ferrum, in haec iras acuant.* 24, 8, 2. *Quum in hoc bello, in hoc hoste numquam ab ullo duce sine ingenti nostra clade erratum sit.* 27, 5, 4. *Omnes in urbes, in agros suos reductos.* Tum *et laboris periculi* Voss. *laboris et pe iculi* Lov. 2. et 6. *laboris, periculi* Lovel. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Ascens. qui

Digitized by Google

agens cauſſam dixerit, ipſe pro ſe oraverit, scripſeritque: nonagesimo anno Ser. Galbam ad populi adduxerit judicium.

anno 1513. *laboris periculique* dedit; quod in nullo mihi codd. obvium fuit, et hinc veterem lectionem revocavi. Mox *quidem* deeſt in Lov. 1. et Voſſ. V. ad 44, 36, 9. Hinc *frangeret* iidem Lov. 1. et Voſſ. cum Lov. 6. *fregit* Lov. 2. Vide ad §. 7.

§. 12. *Ipse pro se oraverit, scripseritque*] *oravit, scripsitque* Harl. *scripsitque* etiam Lov. 1. et 6. Sed praeceſſit *dixerit*, et sequitur *adduxerit*. Vide igitur ad §. 7. Pauſlo ante *Quin sextum* Lov. 2. 4. 5. Harl. et Mead. ambo.

Scripseritque nonagesimo anno. Sergium Galbam] Cicero in Laelio [cap. 3.] mentionem faciens dialogi de Senectute, sub persona Laelii ita aït: *Ut memini Catonem uno anno, antequam mortuus eſt, mecum et cum Scipione disserere.* Porro ille annus, eodem authore, erat conſulibus L. Quintio Flaminio, M. Acilio Balbo, noſtra supputatione ab urbe condita IDCIV. quo tempore Cato annum quartum ac octogesimum agebat, ut apud eundem ipse Cato in eodem de Senectute dialogo fatetur paullo poſt, ubi de Neſtore [cap. 10.] Quapropter si poſteriore anno mortuus eſt, ut Laelius affirmat, non exceſſit quintum ac octogesimum annum, cum hic nonagesimo anno scripſiſſe memoretur. Sed diversum tradidiſſe authores apparet. Quod si ullus in his numeris suspectus eſt, in Laelio videtur emendandus, legendumque aut *sexto*, aut *septimo anno, antequam mortuus eſt*. Quanquam lectoris judicio haec committo: nobis ideo annotata, ut occasionem ſtudiosis daremus et emendandi authores, et judicandi diligentius. Nec hoc quoque planum eſt, quo Catonis anno Livius voluerit Sergium Galbam (qui Servius Sulpicius Galba vere nominabatur) ab ipso Catone in judicium ductum: nisi quis diſtinguat poſt *scripseritque*, et *nonagesimo anno* referat ad sequentia. Vide Florum [auctorem Epitomes Livianae] lib. 49. ac confer tempora, videbisque, non omnino frivolam hanc noſtram dubitationem. GLAR. *Servium* lege, quod eſt praenomen Sulpiciorum Galbarum. Sic Plutarchus [in Caton. maj. pag. 345.] Σερβίου Γάλβα κατηγόρησεν ἐννενήκοντα γεγονὼς ἔτη. Cicero tamen ab utroque diſſentit, quippe ex cujus verbis elicitur ex lib. de Senectute, Catonem non amplius, quam LXXXIV. annos vixiſſe, siquidem natus eſt anno poſtquam Q. Fabius Maximus primum conſul fuit, mortuus Manlio et Censorino conſulibus. Malim ego librarii erratum, quam Livii, siquidem apud eum, qui scripsit de Viris Illuſtr. [cap. 47.] eſt, *Galbam octogenarius accusavit*. ut *octogesimo* hic etiam sit legendum. neque enim vitium eſt apud Ciceronem, ut censet Glareanus. „†. Glarea„nus satis luculenter ea de re „differit: haec cur non potius „referuntur, quam livido dente „carpuntur? „†. SIGON. Dissensum Livii et Ciceronis optime observarunt Glareanus et Sigonius. Cato anno ante natus eſt, quam consul primum fuit Q. Fabius Maximus. Cic. de Senect. 4. Fabius autem primum consul fuit, secundum Faſt. Capit. A. V. IDXX. ergo Cato natus eſt A. V. IDXIX. Sermonem de Senectute habitum a Catone fingit Cicero

Digitized by Google

XLI. Hunc, sicut omni vita, tum petentem premebat nobilitas: coïerantque (praeter L. Flaccum, qui collega in consulatu fuerat) candidati omnes ad

T. Flaminino et M. Acilio consulibus, de Senect. cap. 5. Ergo A. V. ɔcɔiii. et quidem eo tempore Cato agebat quartum annum et octogesimum. Cic. de Senect. cap. 10. Disseruit autem de senectute anno ante, quam mortuus est. Cic. de Amic. 3. Hinc colligitur, Ciceronem statuisse, Catonem mortuum esse annos quinque et octoginta natum, A. V. ɔcɔiv. eodem autem anno ipsum Ser. Galbam ad populum accusasse, refert in Clar. Orat. 20. quod ipsum anno nonagesimo aetatis fecisse, hic Livius adfirmat. Non ideo tamen vel cum Glareano Ciceronem, vel cum Sigonio Livium emendandum arbitror. Non Cic. de Amic. cap. 3. quia non ibi tantum Catonem annos quinque et octoginta natum e vita cessisse innuit, sed idem etiam aperte scribit in lib. de Clar. Orat. cap. 20. Non Livium in his verbis, quia primo in illis codices nihil mutant. Deinde quia Livius jam modo *annum* vitae Catonis *sextum et octogesimum* memoravit; quae et ipsa verba, in quibus itidem nihil variant scripti, ex sententia Sigonii mutanda forent, ne Livius a Cicerone dissentiret. Tandem, quia non tantum Livii sententia probatur testimonio Plut. a Sigonio laudati, sed etiam Valer. Max. qui 8, 7, 1. refert, Catonem, sextum et octogesimum annum agentem, ab inimicis capitali crimine accusatum, suam caussam egisse; quam distinguit a defensione ejus pro Hispania, in ipso diutissime actae vitae fine disertissimi oratoris Galbae accusationi opposita. Praeterea licet hic cum Sigonio *octogesimo*, pro *nonagesimo*, legamus, nondum dissensus inter Cic. et Liv. sublatus erit. Ita enim Livius tradet, Catonem Ser. Galbam octogesimo anno aetatis accusasse; Cicero autem de Clar. Orat. 20. quum annos quinque et octoginta natus esset. Puto igitur re vera eos dissentire, quia diversos annales secuti sunt.

§. 1. *Hunc, sicut omni vita, ita tum petentem premebat nobilitas. coïerant apud praetorem L. Flaccum*] Legendum *consenserantque praeter L. Flaccum*. GELEN. L. Valerius Flaccus, Catonis in consulatu collega, hoc anno non fuit praetor, neque videtur alicui subrogatus. Itaque lego *apud competitorem L. Flaccum*. Quidam locum ita emendarunt: *consenserantque praeter L. Flaccum*. GLAREAN. Vet. lib. habent *coïerantque*, et *ad dejiciendum honore eum*. Miror autem, Gelenium, pro *coïerant*, *consenserant* reposuisse, cum *coïre* in hac re proprium verbum sit, unde *coïtiones* appellatae. Sic Paedianus in Toga cand. [in argumento orat.] *Coïerant ambo, ut Ciceronem consulatu dejicerent*; quo de dicendi genere supra etiam diximus. *Coïre* συμφρονεῖν vocat Plutarchus in Catone [pag. 345.] Si igitur praeter L. Flaccum candidati reliqui, coïerant, profecto recte Plutarchus, qui competitores septem Catonis fuisse aït [ibid.] quod Glareanus non vidit, qui *apud competitorem L. Flaccum* legit. SIGON. Lectio scripta praefert, *ita tum praesentem premebat nobilitas cogerant a populo praeter L. Flaccum*, longe sane diversa a vulgo. Emendo, *ita tum prensantem premebat nobilitas: coïerant propalam praeter*. Nam *pren-*

Digitized by Google

2 dejiciendum honore eum; non solum ut ipsi potius adipiscerentur, nec quia indignabantur novum hominem censorem videre; sed etiam quod tristem censuram, periculosamque multorum famae, et ab laeso 3 a plerisque, et laedendi cupido, exspectabant. Etenim tum quoque minitabundus petebat, *refragari*

sare et *coïre* propria hujus rei verba. LIPS. 5. Epist. Lect. 20. Pro *consenserantque* legendum *coierantque*: quod verbum et proprium hic habet domicilium, et in omnibus melioribus libris veteribus reperitur, uti Sigonius monuit, ita et elegantissimus Lipsius confirmavit in Epistolicis, hoc amplius addens, quum in scripto suo codice invenerit *ita tum praesentem* etc. legendum etiam videri *ita tum prensantem*, quod item verbum unice unicum, et cum maxime proprium hic est. MOD. Libri nostri omnes *Hunc, sicut omni vita, ita tum presentem premebat nobilitas. coïerant apud praetorem L. Flaccum.* GEBHARD. Gelenius fecit *consenserantque*. Sed recte Sigonius reduxit *coïerantque*, ut plane scripti nostri cum veteribus editis. Petavianus quoque *praesentem ἀντὶ τοῦ petentem* cum codice Lipsii: unde bene ille *prensantem*. Sed etiam Lipsianus codex: *coëgerat a populo praeter L. Flaccum.* Unde conjicit *coïerant propalam praeter*. In quo puto doctissimum virum falli, nam Barb. *coïerant L. Flaccum apud praetorem, qui collega*. Naudaeanus: *coëgerant apud praetorem L. Flaccum*. Pet. et veteres editi: *coïerant apud praetorem L. Flaccum*. Vossianus *Hunc, sicut omni vita, tum praesentem premebat nobilitas, coëgerant. ap. preter. L. Flaccum*. Vides, unde orta sint et *a populo*, et *apud*: unde *praetorem*. Integrum est: *Hunc, sicut omni vita, tum prensantem premebat nobilitas. Coïerant autem praeter L. Flaccum*. Nam illud quoque sciendum, *τὸ ita*, quod Aldina et deinceps vulgatae addunt, neque scriptos, neque quemquam ab Andrea ad Moguntinos habere. Et solent omittere post brevem prolasin veteres. Sic lib. 34, 9, 10. *Quam, sicut minoribus viribus, pari colebant fide*. J. FR. GRON. Livius non raro *ita* omittere solet post *sicut*. Vide 4, 27. 24, 33. 25, 15. 29, 8. et alibi. DUK. Voculam *ita* Aldum in scriptis reperisse credo, quia mihi etiam in Lov. 5. obvia fuit. Quum tamen in nullo praeterea obcurrerit, repetitam esse credo ex ultimis literis vocis praecedentis. Tum *p̃tem* Lov. 6. et Hearnii L. 1. *p̃sentem* Lov. 1. et 4 *presentem* Mead. ambo. *petentem* Lov. 2. 5. Mead. 1. in margine, et Gaertn. Lipsianum *prensantem* verum puto, cujus glossema est *petentem*: vel quum *prẽsantem* scriptum fuisset, id facillime in *praesentem* mutari potuit. In contextum tamen recipere ausus non sum, ut Gronov. anno 1665. fecit; sed, donec codicis fide firmetur, *petentem* revocavi. Hinc *cogerant a ppl'o L. Flaccum* Lovel. 1. *venerant apud praetorem L. Flaccum* Lovel. 2. Harlej. et Mead. 1. in margine. *coëgerant apud praetorem L. Flaccum* Lov. 2. in margine. *coëgerant Appio praetore L. Flaccum* Lov. 6. *cogerat aput p. lutium Flaccum* Hearnii L. 1. *coïerant apud praetorem L. Flaccum* Lovel. 4. 5.

Digitized by Google

sibi, qui liberam et fortem censuram timerent, criminando. et simul L. Valerio subfragabatur. *Illo uno collega castigare se nova flagitia, et priscos mores revocare posse.* His accensi homines, adversa nobilitate, non M. Porcium modo censorem fecerunt, sed etiam collegam ei L. Valerium Flaccum adjecerunt. 4

Mead. ambo, et Gaertn. *coierant* etiam in Oxoniensi N. esse, Hearnius testatur. Id autem in hac re proprium est verbum. V. ad 3, 35, 9. Mox *ad dedendum honorem* Voss. et Lov. 1. *ad petendum honorem* Lov. 6. *ad dejiciendum honorem* Harl. Mead. ambo, Lov. 4. et Gaertn. *ad dejiciendum honore*, omisso τῷ *eum*, Lov. 2. Et ita Frob. anno 1535. edidit; sed pronomen, quod Lov. 5. et priores edd. servant, recte Sigon. revocavit. Liv. 38, 35, 1. *Quum M. Aemilium Lepidum inimicum, eo quoque anno potentem, dejecisset.* Ubi vide.

§. 2. *Sed etiam quod tristem censuram, periculosamque multorum famae*] *Το etiam* exsulat a Lov. 2. et Mead. 1. Saepe *non solum, sed*, pro *non solum, sed etiam* usurpari a Livio, vidimus ad 2, 6, 1. ubi in similibus plurium et integerrimorum Mstorum auctoritate standum dixi; qui quum hic stent a vulgato, id etiam non mutandum censeo. Dein *quia tristem* Lov. 2. et Harl. Voculas illas passim a librariis confundi, dictum est ad 38, 36, 4. Id tamen cur hic fecerint, propriam hanc caussam habuisse videntur, quod oportere putarint, post *quia*, quod hic praecessit, inferri non *quod*, sed *quia*. Id tamen Livius saepissime neglexit. 5, 41, 4. *Et quia interposita nocte a contentione pugnae remiserant animos, et quod nec in acie ancipiti usquam certaverant proelio.* 6, 15, 6. *Sive quod et ipse in parte praedae sis, sive quia vanum indicium est.* 7, 24, 3. *Et quia iterum fossis subeunda dimicatio erat, et quod consul cesserat parumper ex acie.* 34, 23, 8. *Insimulavit fraudis Romanos, quod Chalcidem et Demetriadem praesidiis tenerent, postremo quia remanendi in Graecia. Nabin caussam facerent.* 43, 21, 8. *Magis quia manere non poterat, quam quod tolerabilis aut via, aut tempestas esset.* 45, 19, 11. *Neque eo solum, quia tantas praesentes ejus opes cernat, sed quod haud ambiguum, propediem regnaturum eum, esset.* Similiter Livium post *non quo*, adhibuit *sed quia* supra 28, 27, 2. Praeterea *periculosamque aemulorum famae* Lov. 6. Mox *ab laeso*, omissa copula *et*, Lov. 5. et edd. vett. Eam addidit Aldus; eamdemque servant reliqui codd. V. ad 2, 44, 3.

§. 3. *Tum quoque mutabundus perstabat*] Etsi omnia sic haberent exemplaria, visum est tamen *minitabundus* reponere, quod Catoni convenit: et de eodem supra *a multis laeso et laedendi cupido.* SABELL. Codices omnes *minitabundus*, nisi quod *mirabundus* sit in Lov. 1. *minabundus* in Lov. 6. Ex editis *immutabundus* habent Rom. anni 1472. et Parm. *imitabundus* Tarv. utraque. De verbo *minitari* v. ad 2, 12, 12.

§. 4. *Adversa nobilitate, non M. Porcium modo censorem fecerunt, sed etiam collegam ei L. Valerium Flaccum*] *aversa nobilitate* Lovel.

Digitized by Google

5 Secundum comitia censorum consules praetoresque in provincias profecti sunt, praeter Q. Naevium, quem quatuor non minus menses, priusquam in Sardiniam iret, quaestiones veneficii, quarum magnam partem extra urbem per municipia conciliabulaque habuit, quia ita aptius visum erat, tenuerunt. 6 Si Antiati Valerio credere libet, ad duo hominum millia damnavit. Et L. Postumius praetor, cui Ta-

5. et edd. vett. pro quo recte Asceus. anno 1513. emendavit *adversa*. Consentiunt reliqui Mſti. Recte. V. ad 21, 63, 3. Voces illas saepe a scribis confundi, vidimus ad 2, 31, 6. Dein *ro fecerunt* perperam omittitur in Lovel. 5. Harl. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Tum *etiam* exsulat a Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. utroque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. primis. Aldus deinceps adscivit. Vide ad §. 2. Praeterea pronomen *ei* deest in Lov. 2. et Harl. praenomen *L.* in Voſſ. et Gaertn. cognomen *Flaccum* in Mead. 2. Paullo ante *priscos revocare mores* omnes scripti, et typis inpressi ante Froben. quī anno 1531. ordinem dictionum immutavit.

§. 5. *Secundum comitia censorum consules praetoresque in provincias profecti sunt*] *Post comitia censorum* Hearnii L. 1. quod ex interpretis expositione natum existimo. Alibi ita scribae lapsi sunt. V. ad 8, 10, 9. 9, 29, 2. et aliis locis. *Secundum* autem pro post saepe Livius adhibuit. V. ad 24, 10, 11. Verbum autem *sunt* exsulat a Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, et edd. vett. Primus id recepit Aldus. Mox *Q. Menium* Voſſ. Lov. 2. et Gaertn. *Q. Naevum* Lov. 1. et 6. Deinde *quia ita visum esset*, *retinuerunt* Gaertn.

§. 6. *Ad duo hominum millia damnavit*] *ad multa millia hominum* Lovel. 1. *ad VIIm. hominum* Lov. 6. *ad duo millia hominum* Lovel. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Voces *duo millia* desunt in Voſſ. et Hearnii N. in utroque tamen relicta est lacuna. Adparet, per notas scriptum fuisse *ad* ↀ ↀ *hominum:* eas autem non adsecuti librarii omiserunt. Vide ad cap. seq. §. 3.

Et L. Postumius praetor, cui Tarentum provincia evenerat] Prima vocula deest in Lov. 2. Sed eam videntur intercepisse ultimae literae vocis praecedentis. V. ad 9, 41, 10. Tum *provincia venerat* Lovel. 5. Hearnii L. 1. et edd. priscae. Moguntini ex cod. suo recte probarunt *provincia evenerat*, quod in reliquis meis superest, nisi quod *provincie*, id est *provinciae*, *venerat*, male in voces suas distributis literis, olim continua serie scribi solitis, praeferat Lov. 1. V. ad 9, 12, 1. 5, 12, 6. Ceterum Postumius anno praecedenti praetor creatus est supra cap. 23. eoque tempore Tarentum provinciam habuit cap. 29. Quum autem Livius praetorum hujus anni in provinciis profectorum mentioni nunc subjiciat, *et L. Postumius praetor*, qui non praetor hoc anno, sed propraetor erat, quod errori et confusioni causam daturum Livius

Digitized by Google

rentum provincia evenerat, magnas pastorum conjurationes vindicavit, et reliquias Bacchanalium quaestionis cum omni exsecutus est cura. multos, qui aut 7
citati non adfuerant, aut vades deseruerant, in ea regione Italiae latentes, partim noxios judicavit, partim comprehensos Romam ad senatum misit. in carcerem omnes a P. Cornelio conjecti sunt.

XLII. In Hispania ulteriore, fractis proximo bel- 1

ignorare non poterat, hinc Cl. Perizon. Differt. 1. de Praetorio §. 13. locum mendae suspectum habet, et *propraetor* legendum censet. Codices tamen nihil mutant, nisi quod ex Lov. 1. notari videam *Postumius p. r.* Sed v. Cl. Duker. ad 23, 40, 1.

Reliquias Bacchanalium quaestionis] Ultima vox deest in Gaertner. *reliquas Bacchanalium quaestiones* legit Harlej. neque aliter Voss. nisi quod tamen servet *quaestionis*. Utrumque dicitur vel *quaestio*, vel *quaestiones Bacchanalium*. Prius supra cap. 14, 6. *Quaestionem deinde de Bacchanalibus sacrisque nocturnis extra ordinem consulibus mandant.* cap. 16, 12. *Senatus quaestionem extra ordinem de ea re mihi collegaeque meo mandavit.* lib. 40, 19, 9. *L. Duronio praetori adjecta de Bacchanalibus quaestio est.* Posterius supra c. 20, 1. *Quaestionibus suae regionis perfectis.* Eodem cap. §. 4. *Consules dum ipsi quaestionibus impediebantur.* Et §. 4. *Perfectis quaestionibus, prior Q. Marcius in Ligures Apuanos est profectus.* Hoc cap. §. 5. *Quem quatuor non minus menses quaestiones veneficii tenuerunt.*

Cum omni exsecutus est cura] *cum cura exsecutus est* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. de qua locutione v. ad 27, 24, 8. At *omni exsecutus est cura* Gaertner. *cum omni exsecutus est cura* Aldus edidit, quod et apud me in Voss. et Lov. 6. superfuit. Ita *cum magna cura* Livius dixit 32, 5, 8. *cum intentiore cura* 39, 2, 4. *cum singulari cura* 39, 14, 5.

§. 7. *Qui aut citati non adfuerant, aut vades deseruerant*] *Vadem deserere* reus dicitur, qui sponsori suo in re capitali deest, nec ad caussam dicendam praesto est, ut vadis fidem liberet. TURNEB. 27. Advers. 32. V. Brisson. de Verb. Sign. in voc. *Deserere vadimonium.* Ceterum *qui citati* Voss. Mead. 1. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Gaertner. et vett. edd. *qui civitati* corrupte Mead. 2. et Harl. Voculam *aut* priori loco Moguntini auspicio membranarum suarum addiderunt.

In carcerem omnes a P. Cornelio conjecti sunt] *in carcere* Voss. Lovel. 1. 4. 5. Mead. uterque, et Gaertn. Similiter priscae edd. praeferunt supra 6, 16, 4. quidam codices *conjicere in custodia* infra 40, 28, 7. *conjicere in vinculis* Msti apud Sall. in Catil. 42, 3. ubi videndus Cortius. Contra *includere in carcerem* supra 38, 59, 10. ubi vide. At *in carcerem conjicere* est infra 45, 43, 9. *Ceteri captivi Romae in carcerem conjecti.*

§. 1. *In citeriore A. Terentius in Suessetanis*] *et in citeriore* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et typis excusi ante

Digitized by Google

lo Lusitanis, quietae res fuerunt. In citeriore A. Terentius in Sueſſetanis oppidum Corbionem vineis et operibus expugnavit, captivos vendidit: quieta
2 deinde hiberna et citerior provincia habuit. Veteres praetores, C. Calpurnius Piso et L. Quinctius, Romam redierunt. utrique magno Patrum consensu trium-
3 phus eſt decretus. Prior C. Calpurnius de Lusitanis et Celtiberis triumphavit. coronas aureas tulit octo-
4 ginta tres, et duodecim millia pondo argenti. Pau-

Frob. qui anno 1535. *τὸ et* omisit. Deinde *Chayus Terentius* Lovel. 5. et ed. Camp. *C.* vel *G. Terentius* reliquae edd. pro quo Aldus ex cod. Mog. *A. Terentius* admisit. Vide ad cap. 32, 14. Tum *Suesatanis* Lov. 2. *Sueſetanis* Lov. 6. et Gaertn. Doujatius nullos in Hispania *Suessetanos* fuiſſe contendit supra 25, 34, 6. et hinc eo loco primum *Sedetanorum* scribendum conjecit; poſtea tamen, eam conjecturam sponte rejiciens, quia *Suessetani* et *Sedetani* tamquam populi diversi memorantur, legendum exiſtimat *Vescitanorum*. Nunc vero hic *Sueſſetanos* pro *Sedetanis* poni putat, et *Corbionem* eſſe, quae ab aliis *Urbiaca* vocatur. At vide, quae ad d. l. notantur. Paullo ante *quietae res fuerant* codd. noſtri, et edd. antt. *fuerunt* subſtituit Frobenius anno 1535.

Quieta deinde hiberna in citeriore provincia habuit] Vetus scriptura *et citerior provincia habuit*. GELEN. Recte. Omnes tamen codd. noſtri lectionem, quam Gelenius rejecit, pertinaciter tuentur. Sed *in citeriore* praeceſſit. Mox §. seq. *Patrum magno consensu* Voſſ. Lovel. 1. 6. et Gaertn. *magno consensu Patrum* Harl. Supra 33, 37, 9. *Triumphusque ei magno consensu Patrum eſt decretus.* Sed reliqui ordinem vocabulorum receptum servant. Praeterea *τὸ eſt decretus* desunt in Voſſ. *decretus eſt* legit Gaertn.

§. 3. *Coronas aureas tulit LXXIII. et duodecim pondo argenti*] Scriptura vetus *XII. M. pondo argenti*. GELEN. Paullo ante [ad cap. 29.] teſtati sumus, hos ac similes locos nobis suspectos eſſe. Nam nimis nudus hic eſt triumphus, et Crispini etiam nullo sensu. *Tantundem*, inquit, *auri, quantum argenti, in eo triumpho translatum*. at quantum auri, hoc enim vero omiſſum eſt: quod et in aliis accidiſſe, mihi ſit verisimile. Quidam pro *LXXIII.* legunt *LXXXIII.* et *XII. M. pondo*. Item *tantundem auri atque argenti*. ut Crispini summa referatur ad Calpurnii, quae praecedit, summam. GLAR. *tulit LXXIII*, vel *septuaginta tres* omnes codd. noſtri, et edd. vett. *tulit LXX* Hearnii N. in cujus L. 1. omnia a vocibus *septuaginta tres* usque ad *tantumdem* deerant. *tulit LXXXIII* Aldus edidit auctoritate cod. Mog. Deinde *et X.* vel *decem pondo argenti* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. et edd. vett. neque aliter Hearnii N. nisi quod insuper ignoret voculam *et*. Moguntini se *et XII. pondo argenti* in eod. suo repe-

Digitized by Google

cos post dies L. Quinctius Crispinus ex iisdem Lusitanis Celtiberisque triumphavit. tantumdem auri atque argenti in eo triumpho translatum. Censores, M. Porcius et L. Valerius, metu mixta exspectatione, senatum legerunt: septem moverunt senatu. ex quibus unum insignem et nobilitate et honoribus, L. Quinctium Flamininum consularem. Patrum memoria institutum fertur, ut censores motis senatu adscriberent notas. Catonis et aliae quidem acerbae

5

6

riſſe teſtantur, Aldusque id in contextum recepit; pro quo recte Gelenius *et XII. M. pondo argenti* emendavit, et Frob. anno 1535. edidit. *et decem millia pondo argenti* legit Mead. 1. In codd. plerisque numeri millenarii nota *M* vel ∞ omiſſa eſt, quod, quid ea indicaretur, librarii non intelligerent. Eodem modo saepe peccarunt. V. ad 21, 17, 3. 27, 26, 6. c. 30, 2. c. 32, 9. 28, 3, 2. 34, 10, 7. 36, 40, 12. 38, 25, 8. 39, 29, 6. 40, 30, 4. cap. 32, 7. et alibi.

§. 4. *Tantumdem auri atque argenti in eo triumpho translatum*] Recte sic legitur. membranis tamen placet *in eo triumpho praelatum*. Verum non semper illis sua conſtat ratio. MOD. Pall. et vet. ed. *tantumdem auri, quantum urgenti*. GEBH. *tantumdem auri X. pondo, quantum argenti* Hearnii L. 1. *tantumdem auri, quantum argenti* codd. noſtri, et edd. ante Froben. qui anno 1535. ex cod. Mog. id, quod nunc vulgo editur, probavit. Vide Glarean. ad §. praec. Deinde *praelatum*, quod ex cod. Mog. memorat Modius, et rejicit, damnare non audeo. Quum enim *transferre* in hac re Livio frequens sit, ut videbimus ad 45, 43, 4. id in *praeferre* mutaturus non videtur librarius optimi cod. nisi ita scriptum in exemplari, quod secutus eſt, inveniſſet. Interdum etiam Livius eodem modo locutus eſt. Supra 4, 10, 7. *Consul triumphans in urbem redit, Cloelio duce Volscorum ante currum acto, praelatisque spoliis*. 31, 49, 3. *Neque captivi ulli ante currum ducti, neque spolia praelata*. Paullo ante *ex iisdem Lusitanis et Celtiberis* Lov. 2. Harl. et Gaertn. quod ex §. praec. adsumtum eſt. *ex iisdem Lusitanis Celtiberis* Lov. 4. 6. et Mead. uterque.

§. 5. *Senatum legerunt: septem moverunt senatu*] *Senatum legere* dicuntur censores, cum senatorum nomina in senatu legunt: quorum enim nomina non legebant, *praeteriti* dicebantur: quosdam et senatu movebant. TURNEB. 27. Adv. 32. *septem moverunt a senatu* Mead. 2. Similiter peccarunt librarii infra cap. 52, 2. et olim apud Frontin. 4, 1, 32. ubi vide viros doctos; qui observant, *movere senatu* sollemnem eſſe scriptoribus locutionem, cui numquam praepositio *a* addi solet. Obcurrit apud Liv. non tantum verbis sequentibus, ubi tamen lectioni controversia moveri poteſt, ut videbimus; sed etiam 23, 23. 42, 10. aliisque locis.

Digitized by Google

orationes exstant in eos, quos aut senatorio loco mo-

Septem moverunt senatu. ex quibus unum etc. *Flamininum consularem*] Plutarchus sic vertit [in Caton. pag. 345.] Ἐξέβαλε τῆς βουλῆς ἄλλους τε συχνοὺς, καὶ Λεύκιον Κοΐντιον, ὕπατον μὲν ἑπτὰ πρότερον ἐνιαυτοῖς. SIG.

§. 6. *Patrum memoria institutum fertur, ut censores motis senatu adscriberent notas*] Notis indicabatur, cur senatu moti forent. TURNEB. 27. Advers. 32. *Notas* cum Lipsio de Magistr. Pop. Rom. c. 18. et Turnebo accipio causas, cur senatu moti essent. Has *patrum memoria* senatu motis a censoribus adscribi coepisse, dicit Livius; quum antea nihil aliud, quam eos in recitando senatu praeterire, non adscripta causa, solerent. Exemplum senatoris post Catonis aetatem cum causa subscripta senatu moti est in Asconio ad fragmenta orationis Cicer. in toga candida de C. Antonio, quem censores *senatu moverunt, causasque subscripserunt, quod socios diripuerit, quod judicium recusarit, quod propter aeris alieni magnitudinem praedia manciparit, bonaque sua in potestate non haberet.* Sunt, qui putent, hujus moris initium a Catone ortum fuisse. Sed horum sententiam ideo non probare possum, quod mihi parum verosimile videtur, Livium, si Cato in censura ejus rei auctor fuisset, dicturum fuisse *patrum memoria institutum ferri*, quod ducentis annis, aut plus eo, antequam haec scribebat, institutum fuerat. Non est quidem definitio certi temporis in verbis *patrum memoria;* sed Latini scriptores de tam longi temporis intervallo ita loqui non solent. Suet. Claud. c. 16. *majorum*, non patrum, *temporibus* factum dicit, quod ante centum annos factum fuerat. Cicero pro Fontej. cap. 7. *nostra et patrum memoria* de annis septuaginta. et post redit. ad Quir. c. 3. *vestra patrumque memoria*, de annis triginta. Similiter *apud patres nostros* 3. de Offic. 2. de annis paullo plus octoginta, et pro Muren. 36. de annis nondum septuaginta. Itaque caute Lipsius tempus, quo hoc primum institutum est, non definit; sed, haud veteris instituti fuisse, auctoritate Livii scribit. Mihi sententia hujus loci haec esse videtur: quia tum nondum mos erat senatu motis causas notarum adscribere, et in recitando senatu e sola praeteritione nominum eo moti esse intelligebantur, Catonem nihil quidem ex antiquo more mutasse; sed, quod eos graviore animadversione dignos judicarat, flagitia illorum publice nota esse voluisse, eaque acerbis orationibus pro concione palam fecisse. DUK. Sententiam eorum, qui morem notas adscribendi nominibus senatu motorum tempore Catonis incepisse existimant, nuper etiam amplexus est Nic. Hier. Gundlingius Gundlingianorum part. 16. pag. 67. et seq. Credit autem originem ejus rei tribuendam esse legi, quae corrupte *Ovinia tribunicia* vocatur Festo in voc. *Praeteriti; qua sanctum est, ut censores ex omni ordine optimum quemque curiatim senatu* (an forte legendum *in senatum?*) *legerent.* Id autem commode fieri non potuisse, nisi simul censores adnotarint, cur hunc dignum, illum indignum habuerint, qui in ordinem senatorium adsciscerentur. A Catone id etiam observatum, verisimile ei videbatur ex verbis Cornel. Nep. quo au-

Digitized by Google

movit, aut quibus equos ademit: longe graviſſima in L. Quinctium oratio eſt, qua ſi accuſator ante no-

ctore in vita Caton. cap. 2. Cato cenſor factus *in complures nobiles animadvertit, et multas res novas in edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur.* Immo plane probari verbis Gellii 4, 20. referentis, cenſorem intempeſtive laſcivientem in aerarios retuliſſe, *caussamque hanc joci ſcurrilis apud se dicti ſubſcripſisse.* Cenſorem enim, cujus nomen Gellius ſiluit, Catonem fuiſſe, conſtare ex Cic. 2. de Orat. 64. Quum tamen *Ovinae tribuniciae* mentio alibi non reperiatur, apud Feſtum pro *Ovinia* legendum putat *Orchia*, vel *Orchia, Fannia;* eas enim leges tribunicias eſſe, alteram haud diu poſt alteram latam; et quidem Orchium tempore Catonis vixiſſe, et in tribunatu plebis, tertio poſt anno, quam Cato cenſuram geſſerat, legem hanc tuliſſe, quae numerum convivarum praeſcribebat. Vide Macrob. 2. Saturn. 13. Verum, quia Cato ante hanc legem latam cenſuram geſſit, arbitratur, inter plura nova, quae Cato cenſor egit, eum etiam ſenatu motorum nominibus notas ſubſcripſiſſe; moxque inſecutam legem Orchiam ſeveritatem hanc Catonis probaſſe, ac juſſiſſe, ut optimus quisque in ſenatum legeretur, reliqui cum nota et ſubſcriptione ſenatu moverentur. Sententiam hanc late ac diligentius ut refellam, inſtituti ratio non patitur. Caput petam, ac breviter dicam, emendationem, quam in loco Feſti propoſuit, omni fundamento deſtitui. Si enim ob unam hanc cauſſam (aliam Gudlingius non adfert) mendo laborare exiſtimandus eſt, quod nemo ſcriptorum veterum, praeter Feſtum, *Oviniae tribuniciae* meminerit, eadem ratione multas leges Romanas, cuicumque libebit, nobis eripiendi poteſtas dabitur, quibus nullus antea controverſiam movere in animum induxit. Accedit, gentem *Oviniam*, unde *plebiſcitum Ovinium* nomen habet, Romae haud ignotam fuiſſe. Certe Varro 2. de Re ruſt. 1, 10. inter gentes Romanas, quae a minori pecore adpellationem ſortitae ſunt, memorat *Oviniam*. Eamdem etiam poſtea ſub imperatoribus floruiſſe, ex Glandorpii Onomaſt. conſtat. Credo itaque locum Feſti ſanum et integrum eſſe, neque Gundlingii intempeſtiva conjectura indigere. Quod ad rem ipſam, de qua ibi Feſtus agit, adtinet; puto, jus ſenatum legendi poſt reges exactos pertinuiſſe ad conſules, vel tribunos militum conſulari poteſtate, idque ad cenſores mox, poſtquam primum inſtituti ſunt, non fuiſſe translatum. Cenſores enim creatos eſſe Livius refert lib. 4, 8. *quod in populo per multos annos incenſo neque differri cenſus poterat, neque conſulibus, quum tot populorum bella imminerent, operae erat id negotium agere.* Cenſura vero, *a parva* hac *origine orta, deinde tanto incremento aucta eſt, ut morum diſciplinaeque Romanae penes eam regimen, ſenatus equitumque centuriae, decoris dedecorisque diſcrimen ſub ditione ejus magiſtratus eſſent.* Nam *Patres, quamquam rem parvam, tamen laeti accepere, id, quod evenit, futurum rati, ut mox opes eorum, qui praeeſſent, ipſi honori jus majeſtatemque adjicerent.* Et hinc anno V. CCCXIX. ſecundum par cenſorum C. Furius et M. Geganius, Mam. Aemilio dictatori irati, quod lege lata conſtituerat, ne cenſura, quae quinquennalis erat,

Digitized by Google

tam, non censor post notam, usus esset, retinere Quinctium in senatu ne frater quidem T. Quinctius, si tum censor esset, potuisset. Inter cetera objecit ei, Philippum Poenum, carum ac nobile scortum,

plus quam annua et semestris foret, eum non in legendo senatu praeterierunt, id enim juris nondum censurae competebat, sed tribu moverunt, octuplicatoque censu aerarium fecerunt, apud Liv. 4, 24. quin et jus senatum legendi adhuc penes consules et tribunos consulares fuit, postquam plebeji aditum in curiam nacti sunt. Nam, teste Festo voce *Praeteriti*, *post exactos reges*, *consules et tribuni militum consulari potestate conjunctissimos sibi quosque patriciorum*, *et deinde plebejorum legebant*. Hoc jure quum consules et tribuni consulares non nisi conjunctissimos legendo abuterentur, *Ovinia tribunicia*, teste Festo ibid. *intervenit*, *qua sanctum est*, *ut censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in senatum legerent*. Quo anno Ovinia haec lata fuerit, definire nequeo. Antiquior tamen fuit Ap. Claudii et C. Plautii censura. Nam, teste Livio 9, 46. *forensis factio Ap. Claudii censurâ vires nacta* est, *qui senatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat*. Lata igitur esse debet inter annum V. CCCXIX. quo C. Furius et M. Geganius censores fuere, et CCCCXLI. quo Ap. Claudius et C. Plautius censuram obtinuerunt. Adserta vulgata lectione in loco Festi, aliquid lege Orchia de censoribus cautum, eosve jussos esse senatu motis notas adscribere, ex nullo veterum testimonio constabit. Locus Nepotis nihil ad notas senatu motis additas, sed tantum pertinet ad edictum Catonis, quo luxuriam, quae suo tempore, post regem Antiochum devictum et bellum a Cn. Manlio Vulsone in Asia gestum, invalescebat, diligentius, quam fecerant priores censores, repressit, et hinc multas res novas edicto suo addere necesse habuit. Similia edicta censorum memorant Plinius 13. Hist. Nat. 3. lib. 14, 14. et Sueton. in Clar. Rhetor. cap. 1. Speciosius argumentum duxit ex Gellii 4, 20. Verum dicendum est, vel Livium erraſſe, qui *Patrum memoria institutum* refert, *ut censores motis senatu adscriberent notas*; vel Gellium, qui, quod postea usu receptum fuisse noverat, etiam tempore Catonis obtinuisse putavit. Certe Cl. Dukerus recte ostendit, Livium, inter cujus aetatem et censuram Catonis tot anni intercesserunt, de eo, quod tempore censoris Catonis invaluit, dicere non posse, id *Patrum memoria institutum* fuisse. Eadem locutione utitur 25, 6, 3. (* *avorum memoria* Liv. 22, 60, 11.) *Patrum memoria*, *qui capti a Pyrrho ad Heracleam erant*, *adversus Pyrrhum ipsum pugnantes satisfecerunt*. Inter annum autem CCCCLXXIII. quo Romani a Pyrrho ad Heracleam victi sunt, et annum IDXLI. quo habitam orationem Livius loc. laud. tradit, tantum elapsi sunt anni LXVIII. Similiter 36, 7, 10. *Adversus unum populum*, *patrum certe aetate ne uni quidem Epirotarum regi parem*, *geretis bellum*. Inter annum autem CCCCLXXII, quo incepit bellum cum rege Pyrrho, et annum IDLXII, quo Hannibal ea verba dixit, effluxerunt anni nonaginta: verum is jam eo tempore senex erat, utpote qui triginta septem annis antea Roma-

Digitized by Google

ab Roma in Galliam provinciam spe ingentium donorum perductum. eum puerum, per lasciviam quum 9 cavillaretur, exprobrare consuli persaepe solitum, quod sub ipsum spectaculum gladiatorium abductus

nis bellum Punicum secundum inferre coeperat. Errorem itaque potius a Gellio, quam a Livio, commissum credo, et adsentior viris doctis, qui, ut motis senatu notae adscriberentur, non tempore Catonis, sed diu postea, institutum fuisse existimant. Id vero jam obtinuisse anno V. IↃCLXXXIII. quo Gellius et Lentulus censores erant, constat ex loco Asconii a Dukero laudati: at anno sexagesimo vel septuagesimo postea Livius historiam edidisse videtur. Hinc, si circa censuram Gellii et Lentuli adscriptio notae invaluit, recte Livius dicere potuit, id *institutum esse patrum memoria.*

Motis senatu adscriberent notas] *moti e senatu* Voss. *motis ex senatu* Lov. 6. *motis e senatu* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertner. Hearnii L. 1. omnesque typis descripti ante Curionem, qui primus praepositionem omisit. *de senatu movere* dixit Cic. pro Cluent. 43. *emovere senatu* Livius 45, 15, 8. Ceteroquin *movere senatu, tribu* Livius dicere solitus est. Mox *quot senatorio*, omissa media particula *aut*, Gaertn.

§. 7. *Gravissima in L. Quinctium oratio est*] Ultima vox abest a Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. Qua omissa, oratio pendet a praecedenti *exstant*. At reliqui codd. eam servant.

Retinere Quinctium in senatu] *L. Quinctium* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertner. Hearnii L. 1. et edd. vett. Primus Frob. praenomen omisit. Praepositio insuper *in* deest in Voss. et Lovel. 1. Ea vero elisa est ab ultima litera vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. Supra 3, 39, 4. *Nec nominis homines tum pertaesos esse; quippe quod sacris etiam ut soli mos retentum sit.* Mox *T. Quinctius, cum censor esset* Lovel. 1. 6. et Voss.

§. 9. *Per lasciviam quum cavillaretur*] Praepositio *per* constanter exsulat ab omnibus scriptis nostris, et edd. antiquioribus; quam primus addidit Ascens. anno 1513. Sed *lascivia quum cavillaretur* legunt Lov. 2. 5. et ed. Camp. Tum *cavillaret* Harl. V. ad 10, 10, 1.

Sub ipsum spectaculum gladiatorum abductus ab Roma] Vet. lib. *gladiatorium*. SIGON. *gladiatorum* in solis erat Lovel. 2. 6. et Harl. neque typis descripti ita habuerunt ante edd. Mediol. anni 1480. et Tarvisinas. Reliqui Msti cum edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. legunt *gladiatorum*. Eadem varietas obcurrit mox §. 11. supra 28, 21, 1. 31, 50, 4. et apud Val. Max. 2, 4, 7. ubi videndi viri docti. Eodem modo pro *dictatorium* scribae nonnulli dederunt *dictatorum* supra 6, 39, 7. Apud nostrum infra 41, 20. etiamnum editur *gladiatorum munus*.

Ut obsequium amatori jactaret] Ex meo cod. scribo *venditaret*. LIPS. 5. Epist. quaest. 20. Mavult doctiss. Lipsius, ut in libro suo membranaceo exstare profitetur, *ut obsequium amatori venditaret*, quod ego eo lubentius etiam recipio, quia video in antiqua editione Moguntina legi *ut obsequi-*

Digitized by Google

ab Roma esset, ut obsequium amatori venditaret. Forte epulantibus iis, quum jam vino incaluissent, nunciatum in convivio esse, nobilem Bojum cum liberis transfugam venisse; convenire consulem velle, ut ab eo fidem praesens acciperet. Introductum in tabernaculum per interpretem adloqui consulem coepisse. Inter cujus sermonem Quinctius scorto, *Vis tu*, inquit, *quoniam gladiatorium spectaculum reliquisti, jam hunc Gallum morientem videre?* Et quum is vixdum serio adnuisset, ad nutum scorti consulem stricto gladio, qui super caput pendebat, loquenti

um amatori ei vendicaret. Quae, tametsi vitiosa scriptura, ad rectam tamen inveniendam non nimis caeco facem allucet. MOD. *amatori venditaret* Lipsii codex. nec abeunt Pall. nisi quod divisis vocibus et antiqua ratione scribendi *amator ei venditaret.* Etiam edd. vett. *vendicaret.* recentior *jactaret.* GRUT. Pall. *amator ei venditaret.* vet. ed. *amator ei vindicaret.* GEBH. *amator ei venditaret, vendicaret*, vel *vindicaret* omnes scripti nostri, et edd. principes. *amatori ei vendicaret* Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et proximae. *amatori jactaret* Aldus ex cod. Mog. *amatori venditaret* edd. Gruteri, omnesque recentiores. Utraque lectio commodum sensum efficit, et ferri potest. *jactare*, ut mox cap. seq. *Ibi jactantem sese scorto inter cetera retulisse, quam acriter quaestiones exercuisset.* V. Broukhus. ad Propert. 2, 19, 15. et Burm. ad Nason. 4. Trist. 3, 53. *venditare*, ut 3, 35, 5. *Medius inter tribunicios Dutios Iciliosque in foro volitare, per illos se plebi venditare.* 44, 25, 5. *In eo suam operam venditare concilianda gratia magis cupiit.* Cic. de Arusp. resp. 22. *Ea turbat, ut modo se venditet illis.* ubi vide Cel. Graev. Justin. 5, 3. *Hanc operam civibus venditabat.* V. ad 38, 42, 11. Licet vero, si utraque lectio ferri potest, eam, pro qua stant membranae Moguntinae, ob codicis illius auctoritatem ac bonitatem, praeferre soleam, hic tamen altera probanda, et *jactaret* ex ejus interpretatione natum videtur.

§. 10. *Nobilem Bojum cum liberis transfugam venisse*] Citat haec verba ex Livio Plutarch. [Cat. majore pag. 346.] Ὁ δὲ Λίβιος αὐτόμολον εἶναι φησὶν Γαλάτην τὸν ἀναιρεθέντα. τὸν δὲ Λεύκιον οὐ δι' ὑπηρέτου κτεῖναι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' αὐτὸν ἰδίᾳ χειρὶ καὶ ταῦτα ἐν τῷ λόγῳ γεγράφθαι Κάτωνος. Idem scribit in Flaminino [pag. 379.] SIGON. Mox vocabulum *praesens* non adparet in Harl.

§. 11. *Jam hunc Gallum morientem adspicere*] MS. *morientem videre.* quorum alterum alterius glossema est, ut sexcenties alias. MOD. Pall. *morientem videre.* GEBH. *adspicere* in uno tantum meorum Lov. 5. inveni. Reliqui

Digitized by Google

Gallo caput primum percussisse, deinde fugienti, fidemque populi Romani, atque eorum, qui aderant, inploranti, latus transfodisse.

XLIII. Valerius Antias, ut qui nec Catonis oratio- 1
nem legisset, et fabulae tantum sine auctore editae credidisset, aliud argumentum, simile tamen et
libidine et crudelitate, peragit. Placentiae famosam 2
mulierem, cujus amore deperiret, in convivium arcessitam scribit. ibi jactantem sese scorto inter cetera retulisse, quam acriter quaestiones exercuisset, et quam multos capitis damnatos in vinculis haberet,

omnes codici Mog. concinentes *videre* substituunt. Ut praecuntes codices sequamur, verius videtur. Ceterum ordine mutato *jam videre hunc Gallum morientem* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Paullo ante *gladiatorum spectaculum* Lov. 1. et Gaertn. V. ad §. 9. *munera gladiatorum* dixit Livius 41, 28.

§. 12. *Stricto gladio, qui super caput pendebat*] Nescio, cur inter epulas gladium super caput pendentem habuerit; nisi forte gladius fuit insigne imperii provincialis, ut hasta priscis temporibus potestatis regiae; quam Saulem regem etiam domi secum habuisse, in libris sacris scriptum est. Hastam et gladium insignia fuisse praetorum jus dicentium, illam ad jurisdictionem, hunc ad quaestionem significandam, scribit Sigon. 1. de Judic. 7. de ea re quaero testimonia scriptorum veterum. nam inter insignia praetorum in urbe jus dicentium, vel quaestiones exercentium, de his enim ibi agit Sigonius, gladium fuisse, adhuc nusquam inveni. DUKER.

§. 1. *Et fabulae tantum sine auctore editae credidisset*] Si Valerius fabulae credidit, certe Cicero quoque in Catone [cap. 12.] fabulam narrat; quippe qui eandem ejus rei gestae adfert caussam. Hoc etiam obiter notandum, cum ante septennium L. Flaminius consul, sive proximo deinde anno proconsul, hoc in Gallia facinus commiserit, cur illis censoribus tum non fuit notatus? Titus enim frater biennio post factus est censor, ut non videatur quibusdam locum habere ea apud Ciceronem ratio in Catone, ubi ita inquit: *Tum hic Tito fratre suo censore, qui proximus fuerat, elapsus est. Mihi vero et Flacco nentiquam probari potuit tam flagitiosa et tam perdita libido* etc. Sed sciendum, hoc exemplum esse, censores maxime inito jam magistratu novo senatum legere consuesse: ideoque Flaminium non statim, ut magistratu abiit, e senatu pulsum, sed ad hoc usque tempus impune illi fuisse. quare Ciceronis ratio bene procedit. GLAR. Hujus tamen historiae auctor est Cic. in lib. de Senectute [c. 12.] Quod etiam notavit Plutarchus [in Caton. Maj. 346. et Flaminin. 379.] SIGON. *sine auctoritate* Lo-

Digitized by Google

3 quos securi percussurus esset. Tum illam infra eum adcubantem negasse, umquam vidisse quemquam securi ferientem, et pervelle id videre. Hic indulgentem amatorem, unum ex illis miseris, adtrahi jus-
4 sum, securi percussisse. Facinus, sive eo modo, quo censor objecit, sive, ut Valerius tradit, commissum est, saevum atque atrox: inter pocula atque

vel. 1. et 6. Tum *condidisset* Harl. sollemni scribarum aberratione. V. ad Livii 1, 44, 2. 7, 30, 19. c. 33, 6. Nic. Heins. ad Nason. 3. Met. 29. et Cel. Burm. ad 5. Fast. 623. Paullo ante *orationem Catonis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ceterum ratio Ciceronis, quam Glareanus recte defendit, magis confirmabitur, si cogitemus, non tantum censores in initio honoris senatum legisse; sed etiam, licet quolibet quinquennio novi censores creati sint, attamen honorem censurae tantum annuum ac semestrem fuisse. V. ad 10, 47, 2. quo tempore igitur L. Quinctius ex provincia rediit, non erant in republica censores, qui flagitiosam ac perditam ejus libidinem notare poterant.

Simile tamen et libidine et crudelitate] Prius *et* non comparet in Mstis nostris, et priscis edd. Vide ad 2, 44, 3. Moguntini deinde monuerunt, se in membranis suis invenisse *et libidini et crudelitati*; vulgarunt vero *libidini et crudelitati*. Aldus deinde edidit *et libidine et crudelitate*, quod reliqui servarunt. Mox §. seq. *cujus amore deperierat* cod. Mogunt.

§. 3. *Tum illam infra eum adcubantem*] Lipsius, quia liber opt. *in terra eum*, conjicit *intra:* et sic etiam mallet apud Ciceronem legi lib. 9. Fam. ep. 26. et Suet. in Calig. 24. Haec dum refero, refutare simul me puta. Quibus tamen major species esset, si non in utroque posteriore loco et *τὸ supra* occurreret. Sallust. [3. Hist. apud Serv. ad Virg. 1. Aen. 698.] *Igitur discubuere, Sertorius inferior in medio, supra L. Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis: Antonius in summo, infra scriba Sertorii Versius*, etc. J. FR. GRON. *intra eum* Harlej. et Hearnii L. 1. Ex qua lectione natum est errore librariorum *in terra eum* in Lovel. 1. quod se quoque in optimo libro vidisse, testatur Lipsius ad Tacit. 11. Ann. 2. et in *intra eum* mutabat, quemadmodum etiam locum Sallustii ad partes advocans lib. 3. Antiq. lect. laudat *interior*. Voces *intra* et *infra* saepe in Mstis confundi, vidimus ad 34, 50, 3. Adde viros doctos ad Nason. 3. Trist. 4, 35. Scribae etiam alibi ex *intra* fecerunt *in t'ra*, sive *in terra*. V. ad 25, 7, 4. Sed recte Gronov. hoc loco, et Cel. Burmann. ad Sueton. Calig. 24. vulgatum *infra eum* vindicarunt. Horat. 2. Sat. 8, 18.

— — *quis coenantibus una,*
Fundani, pulchre fuerit tibi, nosse laboro.
Summus ego, et prope me Viscus Thurinus, et infra
(Si memini) Varius: cum Servilio Balatrone
Vibidius, quos Maecenas adduxerat umbras:

Digitized by Google

epulas, ubi libare Diis dapes, ubi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis, in sinu consulis recubantis, mactatam humanam victimam esse, et cruore mensam respersam. In extrema oratione Catonis conditio Quinctio fertur, ut, si id factum negaret, ceteraque, quae objecisset, sponsione defenderet sese: sin fateretur, ignominiane sua quem-

Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra.

Quod hic *infra eum adcubare* dixit, id mox hoc cap. *in sinu consulis recubare* vocabit.

Quemquam securi ferientem, et pervelle id videre] Forte *feriri*. Titulus controv. apud M. Senecam [4. Controv. 25.] *quae ajebat se numquam decollari hominem vidisse*. In ipsa: *Feriatur in foro, omnes videant*. J. FR. GRON. *puelle* pro *puelle*, sive *pervelle*, corrupte Harl. et Mead. 1.

Unum ex damnatis, adtrahi jussum] Vetus scriptura *unum ex illis miseris adtrahi jussum*. GELEN. Libri nostri omnes *unum ex damnatis attrahi jussum*. GEBHARD. Sic quidem [*unum ex illis miseris*] Gelenius: sed nostri omnes scripti cum prius editis, *unum ex damnatis attrahi jussum*. Bassus apud Senecam [lib. 4. Controv. 25.] *quod desiderante tale spectaculum meretrice, plenum carcerem damnatis habuisti*. Cassius ad Ciceronem 15. Fam. 19. *Habet damnatos, quos restituat*. Petronius [cap. 108.] *Mulier damnata, et in toto navigio sola verberanda*. J. FR. GRON. *unum ex damnatis* etiam omnes nostri, Hearnii Oxonn. et Crevierii Victor. quod ex interpretatione lectionis a Gelenio ex Msto restitutae natum puto. Saepe in carcerem conjecti, vel capitis damnati *miseri* vocantur. Manil. 5, 620.

— — *inmitis veniet, poenaeque minister,*
Carceris et duri custos, quo stante superbe
Prostratae jaceant miserorum in limine matres.

In ipsa illa, quam Gronov. laudavit, controversia apud Senec. *E carcere in conviuium praetoris, cui stupenti misero meretrix adridet*. Et paullo post: *Submoveri jubet; miserum stare ad praebendas cervices inmotum*. V. ad 40, 14, 2.

§. 4. *Facinus, sive eo modo, quo censor objecit, sive, ut Valerius tradit, commissum est, saevum atque atrox*] Libri nostri omnes: *Facinus atrox, sive eo modo, quo censor obicit, sive, ut Valerius tradit, commissum est*. GEBH. Similiter omnes nostri, nisi quod Lov. 5. cum edd. antiquis *objicit* praeferat. Ita autem datum videtur, quia sequitur *tradit*. Sed v. ad 3, 46, 9. et 29, 27, 5. Lectio, quae nunc exstat, auctoritate cod. Mog. firmatur; cujus auspiciis primus Aldus eam recepit.

Scorti procacis, in sinu consulis recubantis] Recubabat sinu, quia, ut supra dixit, *infra consulem accumbebat*. quo modo de scorto Cytheride ait ad Papirium Cicero [9. ad fam. 26.] *Infra Eutrapelum Cytheris accubuit*. Lecto

Digitized by Google

quam doliturum censeret, quum ipse, vino et Venere amens, sanguine hominis in convivio lusisset?

1 XLIV. In equitatu recognoscendo L. Scipioni Asiageni ademtus equus. in censibus quoque acci-

enim accubuisse eodem (ut mos erat in tricliniis) significat. SIGON. *in sinum consulis* Lov. 2. et 6. Male. D. Johann. Euang. 13, 23. Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ. Ad quem locum videndus ὁ μακαρίτης Fr. Ad. Lampe, olim collega meus exoptatissimus.

§. 5. *Sin fateretur, ignominiane sua quemquam doliturum censeret*] Perperam libri nostri *qui fateretur*. GEBH. Similiter peccant omnes scripti nostri, et edd. principes. *sin fateretur* jam emendatum erat in ed. Ven. anni 1495. Tum *quemque doliturum* Voss. Harl. Mead. 1. et edd. vett. *quemquam* primus Ascens. vulgavit anno 1513. quod postea se in cod. suo reperisse, Moguntini testati sunt. Paullo ante vox *Quinctio* abest a scriptis nostris, Hearnii L. 1. et priscis excusis, quam Moguntini, praeeunte cod. suo, restituerunt. Quid autem sit *sponsione defendere sese*, vide Hotom. ad Cic. pro Quinct. 8.

Quum ipse, vino et Venere amens, sanguine hominis in convivio lusisset] Pall. uterque *sanguinem hominis in convivio lusisset*. GEBH. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. Vox *ipse* deest in Lov. 5. Tum *Venere et vino amens* Lov. 6.

§. 1. *In equitatu recognoscendo L. Scipioni Asiatico ademtus equus*] Legendum esse ex scriptis *L. Scipioni Asiageni*, defendimus Observat. 4. 25. J. FR. GRON. Nota. Supra [29, 37.] ipsi censores consulares equo publico merebant, qui honos sub imperatoribus mansit. *Donatus equo publico* in Inscr. antiquis obcurrit. At Onufrius in Fastis pag. 154. aliter explicat, de his scil. qui ex equestri ordine in senatum lecti erant a censoribus, quod refellitur hoc exemplo Scipionis Asiatici. Sigonius lib. p. de Jure civium Rom. [c. 3.] pag. 79. *equites* dupliciter sumi ait, primo prout senatoribus opponuntur, secundo prout peditibus. Sed fallitur. Illa enim divisio ordinum recentior fuit, teste Plinio. Valerius 3. cap. 4. Sed vide Sigonium [ibid.] pag. 82. HENR. VALES. De equo publico censorum Livii et Neronis, de quo hic agit Valesius, v. ad 29, 37, 8. DUKER. Lectio, quae olim vulgabatur, *L. Scipioni Asiatico*, vel *Asyatico*, supersit in Lov. 2. 5. Harl. et Mead. utroque. *L. Scipioni geni Asya adempta et jus* legit Voss. sed *gigasia* loco *τοῦ geni Asya* pro varia lectione margini adscribitur. *L. Scipione Geniasya adepta et vis* Lovel. 1. *L. Scipioni gimnasia adempta et jus* Lov. 6. *L. Scipioni Asiageni ademptus equus* Lov. 3. 4. et Lov. 2. in margine; nisi quod *ecurius*, pro *equus*, sit in Lov. 4. Voces *Asiageni* etc. *accipiendis* desunt in Gaertn. Juvat huc transcribere codicum, quos Gronov. consuluit, varias lectiones ex ejus Observ. loc. laud. „Scriptae „membranae Cardinalis Barbe„rini, et Alexandri Petavii clare „*L. Scipioni Asiageni.* Sic et u„nus Florentinus vetustior. Item „Venetus coenobii D. Antonii. „Alter in eadem bibliotheca *Lu„cio Scipioni geni asya.* Thuanaeus „*L. Scipioni regni asia.* Quae ad-

Digitized by Google

piendis triſtis et aspera in omnes ordines censura fuit. Ornamenta et veſtem muliebrem et vehicula, 2
quae pluris, quam quindecim millium aeris, eſſent, in censum referre viatores juſſit. item mancipia mi- 3

„jungimus, ut appareat, quid „librarii proximorum seculorum „permiscerint sibi, et quibus gra„dibus longissime tandem a ve„ritate sit recessum.“ Ex his rite ὁ πάνυ efficit, *L. Scipioni Asiageni* legendum eſſe, eamque emendationem adſtruxit locis Sidon. Apoll. carm. 7. (quod eſt Panegyr. Aviti) vers. 80. et Diodori Sicul. in Exc. Peiresc. pag. 381. Idem cognomen poſtea Gellio 4, 18. reddere conatus eſt; et octo codd. fide Eutropio 4, 4. reſtituit Cl. Haverkampius. Idem denique cognomen Scipioni viri docti vindicarunt auctoritate nummorum gentis Corneliae; qui tamen quomodo intelligendi sint, non convenit. Nonnulli hanc eorum inscriptionem referunt *L. Scip. Asiag.* quod Auguſtinus in Famil. Rom. et ex eo Ursin. in Famil. Rom. ex nummis, exponunt *L. Scipio Asiagetes*. Gronovius loc. laud. *L. Scipio Asiagenes*; cujus sententiam probavit Inl. Spanhem. de Praeſt. et usu numism. Diſſ. 6. pag. 526. ed. secundae, sive Diſſ. 10. pag. 64. ed. ult. Alii legunt *L. Scip. Asiac.* quod *L. Scipio Asiacus* exponit Pighius in Ann. ad ann. IDLXIV. pag. 293. Secundum alios in nummis legitur *L. Scip. Asia. G.* Ita apud Morell. Thes. tom. 1. in variis nummis gentis Corneliae tab. 5. Quod Harduin. ad Plinii 33, 11. pag. 631. exponit *L. Scipio. Asia gemina*. Cujus errorem refellit Cl. Haverk. in Comm. ad Thes. Morell. pag. 130. et, teſtatus in nummis suis sine medio puncto *Asiag.* legi, eorum, qui *Asiagenes* reddendum censuerunt, sententiae calculum adjecit. Vide etiam Smetii Antiquit. pag. 184. Gronovii igitur emendationem veram judicans, eam in contextu servavi, quia codicum auctoritate nititur. Quae si deeſſet, nihil mutandum censerem: unde et recte supra editum puto 38, 58. *Ne cognomine fratri cederet, Asiaticum se adpellari voluit.* Scipionem enim Romae etiam *Asiaticum* dictum eſſe, evincunt Faſti Capit. Consul ad ann. IDLXIII. *L. Cornelius. P. F. L. N. Scipio. qui. poſtea. Asiaticus. appellatus. est.* Mox vocabulum *omnes* deeſt in Lov. 2.

§. 2. *Quae pluris, quam quindecim millium aeris, eſſent*] *Aeris gravis* putat Perizon. §. 20. de Aere gravi, e Plutarcho, qui mille quingentas drachmas dicit. DUK. *quae plus quam quindecim* Lov. 2. et Harl. quorum poſterior voces *eſſent, in censum* etc. *millibus aeris* omisit neglegentia scribae ob repetitionem vocis *aeris*. Vide ad 9, 11, 11. In praecedentibus *veſtes muliebres* Lov. 2. Harl. et Mead. 1.

In censum referre viatores jussi] *jussit* eſt in veteribus libris. et id sequens etiam membrum desiderat. SIG. Legimus *in censum deferre juratos*. Et mox, *decies tanto pluris, quam quanti eſſent*. Quemadmodum multis disputavimus lib. 4. de Pecun. vet. c. 1. ubi hanc Catonis censuram et illuſtravimus et vindicavimus. J. FR. GRON. *deferre* legendum censet Gronov. quia *deferre in censum* dicebantur cives, bona apud censores profitentes, quum *referre in censum* dicerentur cen-

Digitized by Google

nora annis viginti, quae poſt proximum luſtrum decem millibus aeris, aut eo pluris, veniſſent, uti ea

sores, vel scribae, qui illis adparebant, ex censorum auctoritate, bona civium in tabulis adnotantes. Codd. in ea voce nihil mutant, excepto solo Gaertner. qui legit *ferre*. Solent autem *deferre* et *referre* in Mſtis confundi. V. ad 21, 6, 5. *juratos* autem emendat, quia nullum hic *viatorum* erat officium; sed quisque civium bona profiteri apud censores cogeretur, et quidem *jurati* se bona fide patrimonium aeſtimaturos. Huic conjecturae favent Voſſ. Lov. 1. 4. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *juratores* legentes. *jussit* denique conſtanter omnes Mſti noſtri, et priscae edd. *jussi* demum dedit Frob. anno 1535.

§. 3. *Decem millibus aeris, aut eo pluris, venissent, uti ea quoque decuplo tanto pluris, quam quanti essent, aestimarentur*] Non eſt in veteribus *uti ea quoque decuplo*, sed *decem*, ut subintelligas *millibus*. GELEN. Vet. libri habent *X. millibus aeris, aut pluris eo venissent*. Porro autem quod aït Gelenius, subaudiendum eſſe *millibus*, ut sit: *uti ea quoque decem millibus tanto pluris, quam quanti essent*, non procedit. Eſt enim intelligendum, et non conjungendum, *decem tanto pluris*, id eſt, ut aït in hac re exponenda Plutarchus [in Caton. pag. 346.] decuplo pluris, vel decies tanto pluris: ὑποτιμᾶσθαι τὴν ἀξίαν εἰς τὸ δεκαπλάσιον. Sic lib. 1, [36.] dixit *alterum tantum*. Et Plautus in Bacch. [4, 9, 3.] *sexcenta tanta*. et in Trinumm. [2, 4, 129.] *tribus tantis*. Et Livius 42, [12, 10.] *Arma vel tribus tantis exercitibus in armamentaria congessisse*. Nisi quis legere malit *decies tanto pluris*. Quo modo dixit in Verr. [lib. 3, 97.] *quinquies tanto amplius*. ut nota numeri *X*. errorem attulerit. SIG. Ex hoc loco videtur colligi, modum ordinarii tributi ex censu, prout is a censoribus aeſtimatus erat, fuiſſe ternos aſſes in singula millia aeris. Nam interdum, cogente neceſſitate, propter anguſtias aerarii auctum fuiſſe oſtendit Livius 23, 31. 48. et 26, 35. DUK. *aut pluris eo* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harlej. Mead. ambo, et Gaertn. In poſterioribus verbis τὸ *quam* deeſt in Lovel. 1. et 6. quorum poſterior insuper *quanto*, pro *quanti*, legit. *uti ea quoque X tanto pluris* conſtanter editiones principes, quod etiam Hearne in L. 1. invenit. Primus Ascens. anno 1513. mutavit, *uti ea quoque decuplo tanto pluris*. At Frob. anno 1535. *uti ea quoque decem tanto pluris*. Budaeus hunc locum laudans lib. 4. de Aſſe pag. 391. eum ita profert, *uti ea quoque decies pluris, quam quanti essent, aestimarentur*. Utrum vero ita ex conjectura legendum censuerit, an vero praeeuntem codicem secutus sit, non monuit. Pighius in Ann. ad ann. IↃLXIX. pag. 311. laudat, *uti ea quoque decuplo pluris, quam quanti essent, aestimarentur*. Hotom. deinde de Re numm. pag. 70. legendum contendit, *uti ea quoque decem aut pluris, quanti quanti emti essent, aestimarentur. et ex his rebus omnibus* etc. Denique Gronov. 4. de Pec. vet. 1. recte probat poſteriorem Sigonii conjecturam *ut ea quoque decies tanto pluris, quam quanti essent, aestimarentur. et his rebus omnibus*. Sensum autem Livii eſſe docet, Catonem jussisse, ut, quum ornamenta, veſtis muliebris, et vehicula antea censibus adscribi non solerent, nunc

Digitized by Google

quoque decies tanto pluris, quam quanti essent, aestimarentur; et his rebus omnibus terni in millia aecives ea, si pluris, quam quindecim millium aeris, essent, jurati deferrent, et eo nomine ternos acris in millia in publicum penderent. Qui vero mancipia viginti annis minora post proximum lustrum decem millibus aeris, aut eo pluris, emissent, eo nomine ternos decuplicatos, sive tricenos aeris in singula millia in publicum darent: recte itaque Livium dixisse, in censibus quoque accipiendis tristem et asperam in omnes ordines censuram fuisse. Ea ergo multa censoria fuit, ut ratione ornamentorum, vestis muliebris, et vehiculorum, unde olim nihil solvebatur, nunc, si pluris, quam quindecim millium aeris, essent, conferrentur terni aeris in singula millia; servi autem viginti annis minores, qui decem millibus aeris, aut eo pluris, emti forent, decies tanto pluris aestimarentur, quam quanti essent, eorumque nomine itidem terni aeris in singula millia penderentur: servus igitur decem millibus emtus aestimaretur centum millibus, eoque nomine in publicum darentur trecenti aeris.

Et his rebus omnibus terni in millia aeris adtribuerentur] *attribuerentur* hoc loco significat tributi nomine statuerentur. Ergo Cato, deterrere volens homines a luxu, pluris decies delicatam vestem et venusta mancipia, quam quanti vendi possent, aestimavit, et in aeris singula millia ternos asses tributi constituit. BUD. 4. de Asse pag. 391. Hoc obscurum est. Non ita longe ab initio hujus libri [cap. 7.] viceni quini et semisses in millia aeris a quaestoribus soluti referuntur. Quanquam haud scio, sintne hi loci comparandi: nam a me in hoc citantur, ut, si quid lectorem juvare queant, occasionem neglexisse non arguamur. GLAR. Dubium habet hunc locum Glareanus; quem tamen nihil vitii continere, ex Plutarcho, qui totam hanc Catonis censuram Graece ex Livio vertit, perspicue intelligi potest. „†. Glareanus ait, „locum obscurum, non vitio„sum.“ †. Sic enim ait [in vit. Caton. pag. 346.] Ἠνάγκαζεν ἑσθῆτος, ὀχήματος, κόσμου γυναικείου, σκευῶν τῶν περὶ δίαιταν, ὧν ἑκάστου τὸ τίμημα δραχμὰς χιλίας καὶ πεντακοσίας ὑπερέβαλεν, ὑποτιμᾶσθαι τὴν ἀξίαν εἰς τὸ δεκαπλάσιον, βουλόμενος ἀπὸ μειζόνων τιμημάτων ἀνοτὸς μείζονας καὶ τὰς εἰσφορὰς εἶναι, καὶ προσετίμησε τρεῖς χαλκοῦς πρὸς τοῖς χιλίοις. id est, *Coëgit vestimenta, vehicula, mundum muliebrem, et familiarem supellectilem, si pluris, quam mille et quingentas drachmas, aestimata essent, decuplo pluris aestimari, quod vellet eos, quorum res pluris aestimatae essent, majora etiam tributa conferre. Itaque singulis millibus ternos aeneos attribuit.* Sic supra locutus est in triumpho Vulsonis [39, 7, 5.] *S. C. factum est, ut ex pecunia, quae in triumpho translata esset, stipendium collatum a populo in publicum, quod ejus solutum antea non esset, solveretur. Vicenos quinos et semisses in millia aeris quaestores urbani solverunt.* SIGON. *et his omnibus rebus* Gaertn. Tum *terna in millia aeris attribuerentur* Lov. 4. et Mead. 1. *terna in millia aeris attribuerunt* Voss. et Lov. 1. *trina millia aeris attribuerentur* Lov. 2. *trina in millia aeris attribuerunt* Lov. 6. *tria millia aeris attribuerunt* Gaertn. *tria mil-*

Digitized by Google

4 ris adtribuerentur. aquam publicam omnem, in privatum aedificium aut agrum fluentem, ademerunt; et, quae in loca publica inaedificata inmolitave privati habebant, intra dies triginta demoliti sunt. 5 Opera deinde facienda ex decreta in eam rem pecu-

lia aeris attribuerentur Harl. et Mead. 2. Ceterum Budaeus in eo sensum Livii non adsecutus est, quod eum referre credideri, Catonem statuisse, ut etiam ornamenta, vestis muliebris, et vehicula, quae pluris, quam quindecim millium aeris, essent, decies tanto pluris, quam quanti forent, aestimarentur: quod ex verbis Livii colligi nequit.

§. 4. *Quae in loca publica inaedificata inmolitave privati habebant, intra dies triginta demoliti sunt*] *inaedificata* sunt, quae aliquo in loco aedificata sunt: sed cum *in loca* dixit, significavit aedificia e privato in publicum procurrentia, et aliquid loci publici occupantia, Plutarcho teste in Caton. Censor. [pag. 347.] cujus verba sunt: ἀνατρέπων καὶ καταβάλλων, ὅσα προὔβαινεν εἰς τὸ δημόσιον οἰκοδομήματα. *immolita* autem sunt, quae quispiam molitus est. Si quis igitur privatus ante aedes suas in publico podium posuisset, aut maenianum projecisset, eum id demoliri, et diruere, tollereque Cato jubebat. TURN. 1. Advers. 25. *immolitum* est, ut *inaedificatum:* quod aliquo in loco est structum et molitum: quod homines aliquo in loco moliti sunt et exstruxere. TURN. 27. Advers. 32. Ita Turnebus priori loco interpretatur verba Livii e Plutarcho, qui scribit, Catonem ἀνατρέψαι καὶ καταβαλεῖν, ὅσα προὔβαινεν εἰς τὸ δημόσιον οἰκοδομήματα. Cruserius ibi vertit, *quae in publicum projecta aedificia erant.* Et Xylander, *aedificia, quae in publicum prominerent.* Haec sunt, quae *Maeniana* et *projecta* appellantur; quae sola an Plutarchus significare voluerit, mihi non satis liquet: nam verba illius etiam de aedificiis in solo structis et in locum publicum excurrentibus accipi possunt. Sed Livius in universum de omnibus, *quae in loco publico inaedificata immolitave erant*, loquitur, sive totum locum publicum, sive partem illius quis aedificando occupasset. Verum in eo potius *in loco publico*, quam *in loca publica*, legendum puto; quod illo modo, non hoc, loqui solent scriptores Latini. Livius 43, 16, 4. *Parietem in sacra via adversus aedes publicas demoliri jusserunt, quod publice inaedificatus esset.* Caesar 2. B. Civ. 16. *Paene inaedificata in muris a nostris moenia videbantur.* Cicero de Harusp. resp. 14. *Quum de domo tua dixero, in qua tamen ita est inaedificatum sacellum.* l. 1. D. Ne quid in loc. publ. *In loco publico praetor prohibet aedificare. Immolitorum* nomine Cujac. 9. Obs. 9. significari dicit, quaecumque circa aedificiorum formam molita sunt, ut c. 4. Legis Mamiliae de limitibus: *ne quis eos limites decumanos obsepito, neve quid in eis immolitum, neve quid ibi positum habeto.* In his *immolitus* passiva forma dicitur, ut *molit*, pro molitur, activa in lege apud Frontin. extremo lib. 2. de Aquaeduct. quod adnotavit Rigaltius in glossis Agrimensoriis. Aquarum publicarum curam ad censores, quum erant, perti-

Digitized by Google

nia, lacus sternendos lapide, detergendasque, qua opus esset, cloacas; in Aventino et in aliis partibus, qua nondum erant, faciendas locaverunt. Et 6
separatim Flaccus molem ad Neptunias aquas, ut iter populo esset, et viam per Formianum montem.

nuisse, docet Frontin. eodem libro. DUKER. Lipsius lib. 1. Elect. 15. capita quaedam legis Mamiliae primus publici juris fecit; cap. 4. autem ejus verba laudata ita legenda conjicit, *neve quid in eis inolitum, neve quid ibi opsitum habeto. inolitum*, ab *inolescere*, ad arbores, *obsitum* ad fruges pertinere putat, et prius verbum Livio hoc loco restituens emendabat *inaedificata, inolitave.* De verbo *inaedificare* vide ad 1, 55, 2. Dein *infra triginta dies* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui recte, praeeunte cod. Mog. *intra dies triginta* emendavit. Firmant eam lectionem reliqui, quibus usus sum, Mss. Saepe librarios ita variasse, vidimus ad 34, 60, 3. Idem error eximendus est Frontino de Aquaed. lib. 1. non longe post principium pag. 222. ed. Reuchen. *Curius intra quintum diem, qudm erat duumvir creatus, decessit.* ubi vulgo legitur *infra quintum diem.* Sed *intra* eodem sensu idem Frontin. 2. Strat. 5, 39. *Ipsum eo vulnere adfecit, quo intra paucos dies exanimaretur.* c. 10, 1. *Complura suorum corpora intra noctem sepelienda curavit.* ubi vide Cl. Oudend. Paullo ante *demerunt*, pro *ademerunt*, Voss. Verba haec etiam aliis locis a scribis commutari, vidimus ad 5, 13, 8. Adde ad 24, 18, 6.

§. 5. *Lacus sternendos lapide, tegendasque, qua opus esset, cloacas; in Aventino*] Est in veteribus melius *detergendas cloacas*, quam *tegendas*. GELEN. *tegendasque* perperam servant Lovel. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Corruptius, mutata etiam interpunctione, *lacus sternendos lapide tegendosque, qua opus esset; cloacas in Aventino* etc. Voss. Lov. 2. 6. Mead. 2. et edd. principes. *lacus struendus lapide tegendosque* etc. *cloacas in Aventino* Lov. 1. *lacus sternendos lapide contegendosque* etc. *cloacas in Aventino* Lov. 5. Pighius, hunc locum laudans, ita legebat et interpungebat in Ann. ad ann. CCLXIX. pag. 311. *lacus sternendos lapide, tegendasque qua opus esset cloacas in Aventino; et in aliis partibus, qua nondum erant, faciendas locaverunt.* Minori mutatione legi posset *tergendasque, qua opus esset, cloacas*; nisi Gelenius se *detergendasque* in vett. membranis reperisse testatus esset. An hi intelligendi sunt censores Flaccus et Cato? quos cloacas neglectas purgandas et reficiendas mille talentis locasse refert Dion. Halic. 3. Ant. pag. 200. Certe ad Agrippam referri nequit, quem similiter cloacas expurgasse, et per eas in Tiberim subvectum esse, refert Dio Cass. 49, 417. Vide etiam Plinium 36. Hist. Nat. 15. Se enim in eo narrando secutum esse Dion. Halic. tradit Γάϊον Ἀκύλιον, sive, ut cod. Vatic. legit, Ἀκίλλιον, pro quo legendum videtur Ἀκίλιον, ut indicetur C. Acilius, qui circa haec tempora vixit. Vossius enim de Histor. Graec. 1, 17. per eum intelligendum docet C. Acilium Glabrionem, qui tredecim annis ante censuram Catonis tribunus plebis memo-

Digitized by Google

7 Cato atria duo, Maenium et Titium in lautumiis, et quatuor tabernas, in publicum emit; basilicamque

ratur supra 32, 29. An autem lacus, de quibus hic Livius, similes fuere illis, de quibus agit Nardin. 3. Rom. Vet. 4? Praeterea *in Aventino et aliis partibus* Voss. Sed vide ad 6, 28, 6. *in Aventino, in aliis partibus* Lovel. 5. et edd. veteres. Moguntini ex membranis suis copulam addiderunt, quam reliqui codd. nostri tuentur. Paullo ante *ex pecunia decreta*, omissis tribus vocibus mediis, omnes Mss, quibus usus sum, Hearnii L. 1. et edd. principes. Moguntini deinde monuerunt, se in membranis suis reperisse *ex decreta in eam rem pecunia;* inde Aldus vulgavit *ex pecunia in eam rem decreta.* Sed in ordinem, qui in optimo cod. obtinet, vocabula digessi.

§. 6. *Molem ad Neptunias aquas, ut iter populo esset, et viam per Formianum montem*] Quae sint illae *Neptuniae aquae*, certo scire non potui: sed puto locum ad mare Latinum, ut et *Formianus* ille *mons*. At quae Cato *atria in latomiis* emit, ea in urbe, aut prope fuisse existimo. Verba autem de vectigalibus locatis, et a senatu obliteratis (nam hoc sonat verbum *induci*) indigent etiam attento lectore, utinamque omnia bene habeant. GLAR. Quae a Livio *Neptuniae aquae* fuerint appellatae, se ignorare fatetur Glareanus. Nos in hoc indagando non parum laboravimus, et, ni animus fallit, veritatem adinvenisse putamus. Dionys. Hal. lib. 1. de Neptunia oppido verba facit, quod in Romanae Campaniae ora maritima positum est, et hodie *Nettuno* dicitur, cui nobilissima Colonnensium familia dominatur. Hanc olim *Neptunias aquas* dictam existimo, eo quod ad mare sit sita. Ita et a Neptuno *Neptunia* dicta, quae ad Neptunum seu mare spectant. Neptunus enim non solum est maris Deus, sed et ipsum mare, eo quod terras nubat, hoc est coöperiat. Sic *Neptunalia* Neptuni sacra, quae et *Salatia* a salo. Quod vero ab aquis frequens sit, oppidis nomen indere, exemplo sint castrum in Umbria *Aqua sparta* dictum, *Aqua viva* in Apulia, et ibidem *Aqua Lagna*. *Aqua natae* hodie. *Aquino* in Samnio. *Aquo nigra* in Gallia Transpadana. *Aquae Sextiae* in Narbonensi provincia. *Aquae Statiellorum*, hodie *Acqui*, in ducatu Montisferrati, sub sereniss. Vincentii Ducis Mantuae ditione positae. *Aquae calidae* et *Aquae Quinctianae* in Hispania, et aliae *Aquae calidae* in Britannia, oppida scilicet; et alia multa, quae consulto praetermitto. Hanc nostram interpretationem fovet, quod ibidem *Formiae* civitas sit sita, a qua *Formianus* propinquus mons dictus, ubi et Ciceronis situm nobile rus, *Formianum* dictum, si Volaterrano credimus, cujus meminit Cic. 2. de Orat. sicuti et de Formiana civitate ad Attic. verba facit. de eadem et Martialis lib. 10. Epigr. 30.

O temperatae dulce Formiae litus, etc.

In quibus hujus orae amoenitatem describit. Addamus quoque ad nostram comprobandam sententiam, eodem in loco et nunc existere antiquum vicum voluptuosissimum, *Mole* dictum a Flacci constructione, ita ut haec omnia Livii textui quam optime conveniant. Ad hanc autem regionem populum Romanum frequen-

Digitized by Google

ibi fecit, quae Porcia adpellata est. Et vectigalia summis pretiis, ultro tributa infimis locaverunt.

ter convenisse, voluptatis ac animi sublevandi, corporisque recreandi causa, credibile est. Namque, olim Romanorum deliciás ea in ora maritima potissimum exstitisse, ubique legimus. Hanc nostram expositionem quisque recipiat, aut improbet pro suae Minervae captu. Nobis sat sit, in re obscura lumen aliquod dedisse. MARC. DONAT. Credo dici iter ad Neptunias aquas. Sed mole ibi struenda non fiebat iter populo ad eas. Forte *et, ut iter populo esset, viam per Formianum montem.* Hoc sensus postulat, et fortassis, quod de sua aetate testatur Cluverius Ital. ant. lib. 3. cap. 7. pag. 1014. et cap. 10. pag. 1074. nunc quoque ibi pars viae Romanae supersit. DUK. Verisimilis est sententia Cluverii 3. Ital. ant. 7. pag. 1012. ubi ex Vitruvii 8, 3. docet, prope Tarracinam fontem fuisse, Neptunium vocatum, cujus aquas Livius hic *Neptunias* appellat. Eamdem adstruit mentionis montis Formiani, per quem Flaccus hic viam fecisse dicitur. Eum autem non longe a Tarracina remotum, ac medium inter Fundos et Formias fuisse existimat. Eumdem locum etiam intellexisse videtur Marc. Donatus, sed male huc advocat testimonium Dionysii Halic. 1. Antiq. pag. 59. referentis, antiquos *Italiae* nomine indicasse oram maritimam a Tarento ad Posidoniam, et urbem, quam Dionys. Ποσειδωνίαν vocat, *a quas Neptunias* a Livio dici censet. Sed Ποσειδωνία est, quae Latinis *Paestum* vocatur, et a *Neptuniis aquis*, ubi Flaccus molem fecit, longo terrarum intervallo distat. Ita locum Dionysii accipiendum esse, monuit Cluver. 1. Ital. Ant. 1. pag. 9. Paestum autem a Graecis Ποσειδωνίαν dici 4. Ital. Ant. 14. pag. 1255. Praeterea *et etiam via per Formianum* legit Lov. 2. *et via per Formianum* Lov. 6.

§. 7. *Cato atria duo, Maenium et Titium in latomiis.*] Scribendum *lautumiis*, ut diximus ad 37, 3. siquidem eae intelliguntur. Sed in Vossiano video *in Latinis*; ut possit aliquis suspicari *in Carinis*. J. FR. GRON. Sex priora vocabula desunt in Lov. 1. *Mevium* legunt Lov. 2. et Harl. Male. Intelligitur enim *Maenius*, qui, *quum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus, ut ibi basilicam aedificarent, exceperat jus sibi unius columnae, super quam tectum projiceret, ex provolantibus tabulatis; unde ipse et posteri ejus spectare munus gladiatorum possent, quod etiam tum in foro dabatur.* V. Ascon. ad Cic. Divin. in Caecil. 16. Tum *Ticium* Voss. et Lov. 2. *Titum* Lov. 6. *Atticium* Gaertn. Familia sive gens *Titia* Romae nota fuit, et in nummis aliisque monumentis memoratur. *in latumiis* Lov. 2. 4. et Mead. 1. *in Latinis* Lov. 1. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. unde tamen *in Carinis* cum Gronovio conjiciendum non videtur. *Latinis* enim natum puto ex compendiaria scriptura *Latiis*. Praeterea basilica Porcia, quae ex duobus atriis Maenio et Titio, et quatuor tabernis in publicum emtis facta est, fuit in foro Romano, curiae juncta, teste Ascon. Ped. in Argum. Orat. Cic. pro Milone pag. m. 183. et eam ob causam sibi Maenius, quum domum censoribus venderet, jus unius columnae exceperat, ut inde munera gladiatoria in foro edi solita spectaret, ut modo dictum est. V.

Digitized by Google

8 quas locationes quum senatus, precibus et lacrimis publicanorum victus, induci et de integro locari jussisset; censores, edicto submotis ab hasta, qui iudificati priorem locationem erant, omnia eadem paul-
9 lum inminutis pretiis locaverunt. Nobilis censura fuit,

Nardin. Rom. Veter. 5, 4. de lautumiis autem vide Donat. 2. de Urb. Rom. 19. et Nardin. 5. Rom. Vet. 11. Haec igitur basilica sita erat in regione urbis octava, quae forum Romanum vocatur; at Carinas alia parte urbis fuisse, docent Donat. 3. de Urbe Rom. 10. et Nardin. 3. Rom. Vet. 9. Potius igitur cum eodem Gronov. lego *in lautumiis*; quod servant reliqui codd. V. ad 37, 3, 8.

Vectigalia summis pretiis, ultro tributa infimis locaverunt] De integritate hujus lectionis cur dubitet Glareanus [ad §. 6.] nescio: quid enim huic sententiae deest? cum scieris, aliud esse *vectigalia*, aliud *ultro tributa*. Sic enim lib. 43, [12.] *Qui publica vectigalia aut ultro tributa conduxissent*. Plutarchus autem ita [in Cat. 347.] τὰ δὲ τέλη ταῖς πράσεσιν ἐπὶ τὰς ἐσχάτας ἐλαύνων τιμάς. „ †. Glareanus ait, ea verba in- „digere attento lectore, et o- „ptat, ut omnia sint integra. „ †. SIGON. Ambigi video, quid ista inter se differant. Eadem enim si essent, iisdem pretiis locata oportuit sed *vectigalia* omnibus nota confido, *ultrotributorum* ignoratio sententiae cognitioni officit. Ego *ultrotributa* esse puto, impensas et attributiones operum publicorum faciendorum, et sartorum tectorum praestandorum, mancipibus et redemptoribus certa mercede locatorum. Ita vectigalia, quibus reditus et fructus populi Romani constabat, quantum potuerunt, censores auxerunt: ultrotributa, quibus impensae sumptusque et erogationes pecuniae publicae ex aerario hauriebantur, quantum potuerunt, pretiis diminuerunt, et ad minimam summam perduxerunt. Huic autem nostrae sententiae si adstipulator quaeritur, praesto Plutarchus erit in Cat. Censore, qui non aliter Livium, quam nos, explicabit. Nam de eadem censura, Livium secutus, ita scribit [pag. 347.] συνέλλων δὲ τοῖς μισθοῖς τὰς ἐργολαβίας, τὰ δὲ τέλη ταῖς πράσεσιν ἐπὶ τὰς ἐσχάτας ἐλαύνων τιμάς. Itaque istud lib. 43, [16, 2.] *Qui publica vectigalia aut ultrotributa conduxissent*, in eandem sententiam accipiendum etiam arbitror. Quocirca eleganter a Seneca lib. 4. cap. 1. de Beneficiis scriptum est: *Cum virtutem nec lucrum invitet, nec damnum absterreat, adeoque neminem spe ac pollicitatione corrumpat, ut cuncta in se impendere jubeat, ac saepius in ultrotributis sit.* Significat enim sumptum magnum, impensasque virtutis causa saepe esse faciendas. TURN. 1. Advers. 25. Aliter, et ita, ut non intelligam, de ultrotributis scribit Turneb. 27. Advers. 32. Eadem, quae hic Turnebus, *ultro tributa* esse, dicit Lipsius ad d. l. Senecae, et causam nominis explicat, quia non capiebantur, ut tributa, sed respublica ipsa ea mancipibus ultro dabat. Adde ibi Gruterum.

Digitized by Google

fuit, simultatiumque plena; quae M. Porcium (cui acerbitas ea adsignabatur) per omnem vitam exercuerunt. Eodem anno coloniae duae, Potentia in Picenum, Pisaurum in Gallicum agrum, deductae sunt. Sena jugera in singulos data. diviserunt agrum, coloniasque deduxerunt iidem tresviri, Q. Fabius

Inter ea ergo etiam sunt locationes equorum curulium praebendorum, de quibus est in Livio 24, 18. et quae exercitibus in provincias portanda locabantur. 23, 48. 34, 6. et 9. DUK.

§. 8. *Censores, edicto submotis ab hasta, qui* etc. *paullum imminutis pretiis*] Quum omnes voces olim perpetua serie conjunctae essent, inperite postea divisae sunt, et scriptum est *censore se dicto* in Harl. *censores ex dicto* in Voss. *censore edicto* in Lov. 1. *censoribus edicto submotis* alio errore legit Lov. 5. *censores edicto submoti* Gaertn. Praeterea *paullum imminutis pretiis* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Sed vide ad 36, 9, 8. Paullo ante *lacrimis victus publicanorum* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Neque aliter Lov. 1. nisi quod insuper *victis* praeferat.

§. 9. *Simultatumque plena*] *simultatiumque* Lov. 4. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. Parm. et Mediol. anni 1480. quod recepi. V. ad 9, 38, 12. 28, 18, 2. et 39, 5, 2. Mox *cui acerbitate ea adsignabantur* Lov. 1. 6. et Voss.

§. 10. *Pollentia in Picenum*] Vet. lib. *Potentia*. Item Vellejus [1, 15.] ubi de coloniis verba facit. Item Plinius, item Mela *Potentiae* in Piceno meminerunt. SIG. *Pollentia* servavit Crevierius, et facti causam reddidit ad Epit. hujus libri. Verum ea lectio in nullo apud me codice obcurrit. Certe *Potentia* legunt Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. *Potentia* et *Pollentia* agri Piceni oppida fuerunt; illud maritimum, hoc mediterraneum. Vide Cluver. Ital. Antiq. 2, 11, 730. et 741. Illius igitur nomen restituenti Sigonio adsentior, tum propter codd. et edd. vett. auctoritatem, tum propter locum Velleji, quem laudavit. Neque dissentiunt duo reliqui codd. Voss. et Gaertn. nisi quod legant *Potentiam*. Supra 10, 1, 1. *Soram atque Albam coloniae deductae*. 34, 45, 1. *Coloniae civium Romanorum eo anno deductae sunt Puteolos, Vulturnum, Liternum*. Et paullo post, *Tempsam item et Crotonem civium Romanorum coloniae deductae*. Sed et altera lectio *Potentia* ferri potest. Supra 9, 28, 7. *Suessa et Pontiae eodem anno coloniae deductae sunt*. Et mox, *Interamna et Casinum ut deducerentur coloniae*. Auctor Epit. Liv. 10. *Coloniae deductae sunt Sora, et Alba, et Carseoli*. Utraque constructio jungitur in vulgatis edd. Vell. Pat. 1, 14. *Post triennium Tarracinam deducta colonia; interpositoque quadriennio Luceria; ac deinde interjecto triennio, Suessa Aurunca; et Saticula, Interamnaque post biennium*. quo loco Dacerius ad Fest. voc. *Saticula* legendum putat *Luceriam*, tum *Suessam Auruncam, et Saticulam, Interamnamque*. Verum, siquid mutandum, cum Raphel. malim

Digitized by Google

Labeo, et M. et Q. Fulvii, Flaccus et Nobilior.
11 Consules ejus anni nec domi nec militiae memorabile quidquam egerunt.

1 XLV. In insequentem annum crearunt consules M. Claudium Marcellum, Q. Fabium Labeonem. M. Claudius, Q. Fabius Idibus Martiis, quo die consulatum inierunt, de provinciis suis praetorumque re-
2 tulerunt. Praetores creati erant C. Valerius flamen Dialis, qui et priore anno petierat, et Sp. Poſtumius Albinus, et P. Cornelius Sisenna, L. Pupius, L.

Tarracina. Hic vero cum tot numero scriptis et edd. *Potentia*, quam cum aliis *Potentiam* malo. Paullo ante *Eo anno*, pro *Eodem*, Voſſ. V. ad 10, 10, 6.

Deduxerunt iidem triumviri, Q. Fabius Labeo, et M. et Q. Fulvii, Flaccus et Nobilior] Neque hoc scire poſſum, cur dicat *iidem triumviri*, cum nusquam antea, quod sciam, horum triumvirorum sit mentio, quanquam alios quidem magiſtratus geſſerint. GLAR. Triumviri, inquit, qui Pisaurum, iidem etiam Potentiam coloniam deduxerunt. Hoc ut dicerem, Glareanus effecit, qui mendum subeſſe putat. „†. Glareanus nihil dicit de menda; „sed dubitat, ut solet.“ † SIG. Libri omnes *iidem tresviri*. GEBHARD. *tresviri* Voſſ. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. Primi poſtea Moguntini *triumviri* vulgarunt; de codice suo tamen nihil monuerunt in ejus excerptis. Similiter praeferunt Lov. 2. et Hearnii L. 1. eamdemque lectionem reliqui servarunt usque ad Gronov. qui *tresviri* reſtituit, et in notis ad 40, 29, 2. se id auctoritate codd. Barber. et Petav. feciſſe monuit. Ceterum quum verum Livii sensum dubitanti Glareano Sigonius oſtenderit, quis ferre poterit Doujatium, ad haec verba notantem „*iidem*, scilicet, qui an„te hanc coloniam deduxerunt? At quando haec colonia, sive Potentiam, sive Pollentiam intelligat, deducta fuiſſe memoratur? Mox §. seq. vox *memorabilis* non adparet in Lov. 1.

§. 1. *In insequentem annum crearunt consules*] *In sequentem annum* Voſſ. Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. V. ad 4, 30, 12. Tum *creavit* Voſſ. *creaverunt* Lov. 2. et Gaertner. Clariſſimus Ant. Perizon. ad marginem Livii legendum conjecit, *In insequentem annum creati consules M. Claudius Marcellus, Q. Fabius Labeo, Idibus Martiis, quo die* etc. idque magis Livianum putabat. Verum neque codd. neque typis inpreſſi ejus emendationi favent.

§. 2. *Et Sp. Poſtumius Albinus, et P. Cornelius Sisenna*] Copula *et* utroque loco omittitur in Lovel. 2. Deinde minus frequens gentis Corneliae cognomen *Sisenna* librario cod. Voſſ. fraudi fuit, qui ejus loco scripsit *Silentina*. At *Siſſenna* Gaertn. et *Sissenae* infra §. 5. *Sisena* Lovel. 1. et 2. et infra *Sisenae*; quomodo

Digitized by Google

Julius, Cn. Sicinius. Consulibus Ligures cum iis- 3
dem exercitibus, quos P. Claudius et L. Porcius habuerant, provincia decreta est. Hispaniae extra sor- 4
tem prioris anni praetoribus cum suis exercitibus servatae. Praetores ita sortiri jussi, uti flamini Diali utique altera juris dicendi Romae provincia esset. peregrinam est sortitus. Sisennae Cornelio urbana, 5
Sp. Postumio Sicilia, L. Pupio Apulia, L. Julio Gallia, Cn. Sicinio Sardinia evenit. L. Julius maturare est jussus. Galli Transalpini, per saltus ignotae 6

interdum in nummis antiquioribus scriptum obcurrit. V. Cl. Haverk. ad Morelli Thesaur. tom. 1. pag. 131. Paullo ante *Praetores creati C. Valerius*, omissa voce *erant*, Harl. Dein *qui priore anno*, neglecta particula *et*, Lovel. 5. et edd. ante Aldum.

L. Pupius, L. Julius, Cn. Sulpicius] Inter praetores ultimo loco non *Cn. Sulpicius* est, sed *Cn. Sicinius*, qui aedilis proximo anno fuerat (cap. 39.) quanquam illic corrupte *Sicilium* vulgatae editiones habent. GELEN. *L. Puppius* Lov. 5. et edd. omnes usque ad Gronov. qui 1665. recte *L. Pupius* edi curavit; quod est in reliquis Mstis. Sed postea §. 5. *L. Puppio* etiam Lov. 6. et Gaertn. Nomen hoc unica litera *p* scribendum esse, ex nummis constat, quos congessit Morellus in Thes. tom. 1. in gente Pupia. V. etiam ad 4, 54, 3. 22, 33, 8. et 40, 19, 10. Tum *Cn. Sulpicius*, vel *Cn. Sulpitius* omnes codd. nostri, et Hearnii L. 1. nisi quod *M. Sulpicius* corruptius legat Lovel. 6. At mox §. 5. (ubi iterum *M. Sulpicio* Lov. 6.) *M. Sicinio* Lov. 1. *Cn. Sicinio* Voss. Lov. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 3. *Quos P. Claudius et M. Porcius habuerant*] *L. Porcius*. Sic enim ante Livius, et tabulae Capit. SIGON. Vitiosum est posterius praenomen, et M. Porcius fuit censor cum L. Valerio. Hic autem P. Claudius in consulatu collegam habuit L. Porcium Licinum, cujus est frequens mentio. Itaque reposui, quod erat verum. JAC. GRONOV. *quos P. Cornelius* Harl. Sequens copula *et* non adparet in Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, et priscis edd. quam primi addiderunt Moguntini, consentientibus Voss. et Gaertn. *M. Porcius* primi iterum Moguntini vulgarunt; quum priores typis descripti, et codd. omnes recte praeferant *L. Porcius*.

§. 4. *Praetores ita sortiri jussi, uti flamini Diali utique altera*] *sortiri jussi pr. cum flamini Diali* Voss. *sortiri jussi. pr. u. flamendiali* Lov. 1. *sortiri jussi provincias C. Valerius flam. Dial* Lov. 6. Paullo ante *privatae*, pro *servatae*, idem cod. a manu 1. *prorogatae* a manu 2.

§. 5. *Cn. Sicinio Sardinia evenit*] Vide ad §. 2. Praeterea *Sardinia venit* Lov. 1. 6. et Voss. V. ad 9, 12, 1. *Sardinie venit* Mead. 1. Olim unico contextu scriptum

Digitized by Google

antea viae (ut ante dictum est) in Italiam transgressi, oppidum in agro, qui nunc est Aquilejensis,
7 aedificabant. Id eos ut prohiberet, quod ejus sine bello posset, praetori mandatum est. si armis prohibendi essent, consules certiores faceret. ex his

fuerat *Sardiniaevenit;* inperite postea voces divisae, ac datum est *Sardiniae venit;* diphthongo deinde in simplicem vocalem, ut fieri solet, mutata *Sardinie venit.* V. ad 40, 19, 9.

L. Julius proficisci mature est jussus] Pall. *maturare est jussus.* neque dissentit vet. ed. GEBH. Unde acceperit Aldus, haud scio. Nam scripti omnes, et editi prius *L. Julius maturare est jussus.* Nec Moguntini differentiam aut ipsi, aut Gelenius, aut Modius notant. Habet tamen Vossianus Aldinum. Lib. 37, [22, 5.] *Profectus quum, quantum accelerare poterat, maturasset, ad portum, quem Megisten vocant, praegressas consequitur.* Sed minus miror, hoc verbum ineptis hominibus hic offendiculo fuisse, quum cogito, multo elegantiorem loquendi rationem a viro docto tantopere explodi apud Sallust. in Jug. cap. 36. *Igitur Albinus, renovato bello, commeatum, stipendia, aliaque, quae militibus usui forent, maturat in Africam portare.* Quibus ille sic insultat: „Vox postrema a nemine patienter legi „potest; adeo et visu et odore „est deformitatis nothae.“ Quid ita? An *portare commeatum, stipendium* reprehendit? Recordaretur Plauti in Epid. [3, 2, 7.] *Ut importem in coloniam hunc auspicato commeatum.* Sallustius eodem lib. cap. 104. *Cum Octavio Rusone, qui quaestor stipendium in Africam portaverat.* Quod etiam perperam in uno defecto codice mutari existimo. Immo potius displicuit illa compositio, *maturat portare,* quam tantopere adamavit Livius noster. Lib. 29, [12, 2.] *Quod nisi omni vi perficere maturasset.* Lib. 34, [46, 5.] *Nuncium ad collegam mittit, ut, si videretur ei, maturaret venire.* Lib. 40, [26, 4.] *Si consules maturassent in provinciam ire.* Lib. 44, [36, 4.] *Instabat tribunis militum, ut maturarent instruere.* Plancus ad Ciceronem [10. ad Fam. 21.] *Petierat per literas ipse, ut maturarem venire.* Tacitus 4. Hist. [34.] *Hostem si statim impellere, cursumque rerum sequi maturasset.* Eodemque libro [cap. 74.] *Ne Tutor quidem maturavit superiorem Germaniae ripam et ardua Alpium praesidiis claudere.* Lib. 5, [18.] *Debellatum eo die foret, si Romana classis sequi maturasset.* Pari infelicitate eodem Jugurth. [79.] *Igitur Carthagine missi duo fratres, quibus nomen Philaenis erat, maturavere iter pergere.* Vox postrema, inquit ille, abundat. Meo judicio haud quaquam. Atque his omnibus poene inducor, ut et apud nostrum lib. 32, 16, 5. cum Andrea et eum secutis malim: *jussis ceteris, quantum maxime possent, maturare sequi.* Ubi Moguntina suffecit *maturate.* Nec secus hoc lib. 39, 21, 4. *Nunciaretque, senatum aequum censere, ne sine imperio provincia esset, maturare eum proficisci.* Quod et nunc fere habent vulgatae: nam antiquiores *maturate.* Sic lib. 21, [30.] *Postquam ipsi stetit sententia pergere ire.* J. FR. GRON. *proficisci mature est jussus,* praeter Vossianum, servat Gaertner. In

Digitized by Google

placere alterum adversus Gallos ducere legiones. Extremo prioris anni comitia habita erant in demor- 8
tui Cn. Cornelii locum auguris subficiendi. Creatus Sp. Poſtumius Albinus.

XLVI. Hujus principio anni P. Licinius Craſſus 1

his similes codices incidiſſe Aldum, qui primus ita edidit, credibile eſt. Sed recte alterum *maturare eſt jussus*, quod servant reliqui codd. noſtri, et Oxonn. Hearnii, Gronov. reſtituit.

§. 6. *In agro, qui nunc Aquilejensis eſt*] *eſt Aquilejensis* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et primae edd. Altera lectio Aldum auctorem habet. Paullo ante *ignosae ante viae* Harl. Tum *ut ante dictum*, omiſſo τῷ *eſt*, Voſſ. Lovel. 1. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 7. *Id eos ut prohiberet, quoad ejus sine bello poſſet*] Notandum etiam hoc locutionis genus. Omnia sane, quae nos vidimus, ita habent exemplaria. GLAR. Scripti *quod ejus sine bello poſſet*. Utique rectius, et de talibus jam supra. J. FR. GRON. Adde Perizon. ad Sanctii Minerv. 3, 6, 1. et 4, 4, 84. DUK. *quoad ejus* in solis exſtitit noſtris Lov. 5. et Gaertn. Reliqui omnes cum Gronovio legunt *quod ejus*. Idem de Oxonn. suis Hearnius, et de Victor. Crevierius teſtantur; quam lectionem Clericus et Crevierius idem recte in contextum admiserunt. Usus vocis *quod* supra inluſtratur ad 26, 32, 6. *quod ejus* ad 31, 3, 2. *quod* et *quoad* a librariis commutari, vidimus ad 6, 38, 13. Verbum *poſſet* exsulat a Lov. 1. *possit* legit Voſſ. Mox *alterum* non adparet in Voſſ. et Lov. 1.

§. 8. *Extremo prioris anni comitia auguris creandi habita erant. in demortui Cn. Cornelii Lentuli locum creatus erat Sp. Poſtumius*] Cum augures cooptari solerent a collegio, Livius tamen augurem comitiis designatum hic scribit. Quod quia novi eſt exempli et inusitati, praetermittere nolui. TURNEB. 27. Advers. 32. Vetus alio ordine, aliis verbis, *comitia habita erant in mortui Cn. Corneli in loco auguris sufficienter creatus Sp. Poſthumius*. Unde eruo hanc lectionem, *comitia habita erant in mortui Cn. Cornelii Lentuli locum auguris sufficiendi. Creatus Sp. Poſth.* reliqua in Livio gloſſae. LIPS. 5. Epiſt. Quaeſt. 20. Pall. *in demortui M. Cornelii locum auguris sufficiendi creatus erat Sp. Poſtumius Albinus*. neque discrepat vet. ed. GEBH. In prima reperio Moguntina editione. Ab Andrea ad Ascensium, ut et scripti noſtri omnes: *Extremo prioris anni comitia habita erant in demortui Cn. Cornelii locum auguris sufficiendi*. Id ipsum, quod e MS. conjectura elicit Lipsius, nisi quod habet *mortui*. Hoc deinde melior Lipsianus, quod caret τῷ *erant*. J. FR. GRONOV. Hic locus, quem omnes, quos vidi, non modo interpretes Livii, verum etiam alii, qui de ratione sacerdotum creandorum egerunt, excepto Gruchio, tamquam facilem intellectu praeterierunt, non facillimus explicatu eſt. Certum eſt, aliquot saeculis, ut alios quosdam sacerdotes a suis collegiis, ita etiam augures a collegio augurum, non interveniente populo, in locum demortuorum suffectos fuiſſe. Hoc

Digitized by Google

pontifex maximus mortuus est: in cujus locum M.
2 Sempronius Tuditanus pontifex est cooptatus: pontifex maximus est creatus C. Servilius Geminus. P. Licinii funeris caussa visceratio data, et gladiatores centum viginti pugnaverunt, et ludi funebres per tri-

tum ex aliis scriptoribus, tum ex Livio ostendi potest, qui 3, 32. 33, 44. 40, 42. et 44, 44. augures ab auguribus *lectos* et *cooptatos*, nec usquam, nisi hoc loco, augurem comitiis populi creatum fuisse scribit. Primus hoc jus collegiis sacerdotum ademere anno V. IDVIII. tentavit C. Licinius tribunus plebis, lege de sacerdotiis lata, qua *cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferebatur*. Sed, legem eam, obnitente C. Laelio praetore, non acceptam fuisse, auctor est Cicero in Laelio cap. 23. Deinde post annos ferme quadraginta Cn. Domitium in tribunatu plebis legem tulisse, qua *jus sacerdotum subrogandorum a collegiis ad populum transferebatur*, Cicero 2. Agrar. 7. Vellej. 2, 12. et Sueton. in Ner. 2. produnt, et verbo tangit Dio lib. 37, 46. Domitii tribunatum in A. V. IDCL. confert Vellejus, in annum praecedentem Ascon. ad Fragm. Orat. 2. Cic. pro C. Cornelio. Sed de eo hic non multum laborandum est. Ille est dignus vindice nodus, quomodo A. V. IDLXIX. comitia auguris in locum demortui sufficiendi haberi potuerint, quum eo tempore jus illud adhuc penes collegium augurum fuerit, ac demum octoginta post annis illi ademtum, et ad populum translatum sit. Ejus solvendi non aliam rationem invenire potuit Gruchius 2. de Comit. Rom. 2. quam ut conjiceret, certa quadam de causa, veluti per contentionem competitorum, aut augurum ipsorum inter se dissensionem, tandem effectum fuisse, ut res populi judicio committeretur, et comitia illa *extra ordinem et praeter morem* haberentur. Hoc nos contentos esse oportebit, donec ab aliis clarior obscuro huic loco lux adfundatur. DUK. Lectioni, quam Gronovius adoptavit, et haec editio nostra servat, suum N. favere, Hearnius testatur. at, quos versavi, diversis modis variant. *in mortui*, pro *in demortui*, praeferunt Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. *inde mortui* Gaertn. Sed v. ad 5, 21, 7. Tum *Marci*, vel *M. Cornelii locum* Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *cum locum Cornelii* Voss. *cum in locum M. Cornelii* Gaertn. *Cn. Cornelii in loco* Lovel. 1. *Cornelii locum*, omisso praenomine, Hearnii L. 1. Tandem *auguris sufficienter creatus Sp. Postumius* Lovel. 1. *auguris sufficiendi creatus erat Sp. Postumius* reliqui nostri cum vulgatis ante Gronovium edd. Totum locum ita exhibet ed. Mog. *Extremo prioris anni comitia auguris creandi habita erant, in demortui Cn. Cornelii locum creatus erat Sp. Posthumius Albinus.* Editores vero monuerunt, cod. suum optimum legere *in demortui C. Cornelii Lentuli locum.* Difficultas auguris hoc tempore comitiis populi creati ut tollatur, vel cum Dukero probanda est Gruchii sententia, vel, si ea minus placeat, haud ita magna mutatione legendum videtur, *Extremo prioris anni post comitia habita*, vel *postquam comitia habita erant*, vel *comitiis habitis, in demortui Cn.*

Digitized by Google

duum facti, post ludos epulum. in quo, quum toto 3
foro strata triclinia essent, tempestas, cum magnis procellis coorta, coëgit plerosque tabernacula statuere in foro. Eadem paullo post, quum undique 4
differenasset, sublata. defunctosque vulgo ferebant,

Cornelii Lentuli auguris locum creatus erat Sp. Postumius Albinus. comitiis habitis, nempe magistratuum, qui anno V. IDLXIX. honoribus functi sunt. Videant acutiores.

§. 1. *M. Sempronius Tuditanus pontifex maximus est creatus. C. Servilius Geminus P. Licinii funeris caussa visceratione data ludos fecit, et gladiatores*] Longe aliter habet vetus et incorrupta lectio ad hunc modum: *P. Licinius Crassus pontifex maximus mortuus est: in cujus locum M. Sempronius Tuditanus pontifex est cooptatus. Pontifex maximus est creatus C. Servilius Geminus. P. Licinii funeris causa visceratio data et gladiatores CXX pugnaverunt.* Nam P. Licinio Crasso C. Servilius Geminus, Gemino M. Aemilius Lepidus pontifex maximus successit, ut satis apparet Livium non oscitanter legentibus. GELEN. Hic [Servilius] in consulatu et decemviratu sacrorum caret cognomine *Gemini*, et recte. Cur autem ita sit, supra exposui. Quare ex hoc etiam loco *Geminus* eradendum est. SIGON. Lectio, quam Gelenius jure merito rejecit, supereſt in Lovel. 5. et 6. Neque aliter inde differunt ceteri Msti nostri, nisi quod omittant voces *ludos fecit*. Hearnius testatur, Oxoniensem L. 1. omittere quidem verba *pontifex est cooptatus*, posteriora tamen ita exhibere, *C. Servilius Geminus P. Licinii funeris caussa ludos fecit, et gladiatores* etc. Gronovius in priori notarum editione prima verba brevius ita restitui posse existimabat: *M. Sempronius Tuditanus pontifex, pontifex maximus est creatus C. Servilius Geminus.* Sed in repetitis curis recte in Gelenii emendatione, quae fide optimi Msti Moguntini nititur, acquiescens, priorem conjecturam omisit. Nam C. Servilius Geminus quidem *pontifex maximus est creatus*, nempe comitiis populi, non tamen, M. Sempronius Tuditanus proprie *pontifex est creatus*, sed potius *cooptatus* a reliquo pontificum collegio. Voces itaque *pontifex est cooptatus* exciderunt culpa librariorum ob repetitum vocabulum *pontifex*. V. ad 9, 11, 11. In sequentibus vero quaedam inserta sunt, ut oratio cohaereret. Servilii cognomen *Geminus* tollendum docuit Sigonius ad 29, 38, 3. 30, 1, 1. cap. 39, 4. et infra ad 40, 42, 11. Iisdem locis videri etiam possunt argumenta, quibus Perizon. id servandum esse existimavit. Denique si *visceratio data* Gelenius praeeunte cod. Mog. emendavit, nihil habeo, quod adverser. Sin, legi posset, *P. Licinii funeris caussa, visceratione data, et gladiatores*, id est etiam gladiatores.

§. 2. *Et gladiatores CXX pugnaverunt*] Hic numerus grandior, quam ut conveniat in id aevum: scribamque *gladiatores LXX.* LIPSIUS 1. Saturn. Serm. 8. Probabilis est haec conjectura, licet nullius cod. testimonio probata. Error autem ortus erat ex notis numeralibus *L* et *C* ob ductuum

Digitized by Google

quod inter fatalia vates ceciniſſent, neceſſe eſſe ta-
5 bernacula in foro ſtatui. Hac religione levatis alte-
ra injecta, quod sanguine per biduum pluiſſet in
area Vulcani: et per decemviros supplicatio indicta
6 erat ejus prodigii expiandi cauſſa. Priusquam con-
sules in provincias proficiscerentur, legationes trans-
marinas in senatum introduxerunt. nec umquam an-

adfinitatem perperam commutatis. Ejusdem erroris exemplum habuimus ad 28, 8, 14. Praeterea *pugnarunt* Voſſ. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. V. ad 30, 18, 1. Mox §. seq. *triclinia ſtrata* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner.

§. 4. *Eadem paullo poſt, quum undique differenasset, sublata, defunctosque fato vulgo ferebant, quod inter fatalia vates ceciniſſent, neceſſe eſt tabernacula in foro ſtatui*] Et hic nonnihil discrepant a vulgata lectione exemplaria vetera, ubi legitur: *Eadem paullo poſt, quum undique serenaſſet, sublata: defunctosque vulgo ferebant, quod inter fatalia vates ceciniſſent, neceſſe eſſe tabernacula in foro ſtatui.* GELEN. Vetus editio, *cum undique differenaſſet.* MOD. Libri noſtri praeferunt *differenaſſet.* GEBH. *conserenasset* e Moguntino annotarunt, et credo etiam voluiſſe Gelenium, etsi in notis ejus legatur tantum *serenasset.* Ante illum editi *differenaſſet.* Id quod membranacei servant, et reponendum judico: significat enim dispulsas eſſe nebulas, et serenum factum. Exemplum hujus verbi habes et in notis Tironis et Senecae. Naudaeanus alludens *deserenaſſet.* J. FR. GRON. *Eadem paullo poſt, quam undique*, vel *Eadem paullo poſteaquam undique* omnes scripti et typis impreſſi ante editionem Moguntinam, in quam ex codice optimo *Eadem paullo poſt, quum undique* receptum eſt. V. ad 27, 28, 5. Dein *deserenaſſet* Lov. 1. 2. 6. et Harlej. *differenaſſet* non tantum Hearnii Oxonn. sed et reliqui noſtri, nisi quod *disseruasset* praeferant Voſſ. et Mead. 1. *disserenassent* Gaertn. Verbo *disserenare* inpersonaliter, ut hic Livius adhibet, usus etiam eſt Plinius 18, 35. *Quum in cacuminibus montium nubes consident, hiemabit: si cacumina pura fient, disserenabit.* Tum *sublata* perperam deeſt in Harl. Hinc vox *fato*, quam Gelenius fide vett. exemplarium expungit, exsulat etiam ab omnibus noſtris codd. praeterquam a solo Lov. 5. qui editis antiquis concinit. *defungi fato* exponit Budaeus in Annot. ad l. 2. §. 12. D. de Act. emti, ut Hearne hic monuit: potius tamen vox videtur addita ab illo, qui Livio familiarem eſſe nesciebat pronominis demonſtrativi ellipsin, de qua v. ad 23, 15, 4. Male *defunctoque vulgo* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *defunctos quia vulgo* Voſſ. *volgo*, pro *vulgo*, more antiquo cod. Mog. Vide infra ad cap. 53, 2. Insuper vox *vates* male omittitur in Gaertn. Ad haec *necesse esse*, ut Gelenius emendat, Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et primae edd. *necesse eſt* primus vulgavit Frob. anno 1531. idque exſtat in Harl. et Mead. 1. quasi Livius praedictionem vatum ipsis

Digitized by Google

te tantum regionis ejus hominum Romae fuerat. Nam 7
ex quo fama per gentes, quae Macedoniam adcolunt, vulgata est, crimina querimoniasque de Philippo non neglegenter ab Romanis audiri, multis operae pretium fuisse queri; pro se quaeque civita- 8
tes gentesque, singuli etiam privatim, (gravis enim adcola omnibus erat) Romam, aut ad spem levan-

verbis, quibus concepta erat, retulisset. Verum id non majoris auctoritatis esse puto, quam quum Sigonius passim *uti rogas* Livio restituere conatur; de quo vide Gronov. ad 31, 8, 1. Recte igitur Gelenium *necesse esse* revocasse puto. Tum *statui in foro* Gaertn.

§. 5. *Sanguine per biduum pluisset in area Vulcani*] Julius Obseq. de Prodig. cap. 59. *In area Vulcani per biduum, in area Concordiae totidem diebus sanguinem pluit.* Altera illorum verborum pars ex hoc loco, altera ex hujus libri cap. ult. desumta est. Verum omnes codd. hic *sanguine* tuentur. Et ita infra cap. ult. legendum esse monuit Sigonius, adstipulantibus omnibus scriptis nostris. Vide Scheff. ad d. locum Obsequentis. De locutione *pluere sanguine*, vel *sanguinem* v. ad 3, 10, 6. *plivisset* Gaertn. *pluvisset* Lov. 5. et editiones ante Parisinam anni 1573. V. ad 1, 31, 1. Tum *Volcani* cod. Mog. V. ad 40, 19, 2. Post haec verba addit Lovel. 6. *et quod Aponi fontes triduo gellidi fuissent.* Quod unde librarius hauserit, me nescire profiteor: certe ejus in reliquis codd. vel in Obseq. nullum vestigium inveni. Paullo ante *Hac religione levata* perperam Lov. 1.

Et per decemviros supplicatio indicta erat ejus prodigii expiandi caussa] Livius 21, 62. 34, 55. 38, 44. 40, 19. 41, 21. et saepe alibi scribit, decemviros propter prodigia a senatu libros Sibyllinos adire jussos, et ex eorum *responso* ac *decreto* supplicationes indictas fuisse: quibus verbis significari videtur, eas ab aliis, non ab ipsis, indictas. Hic quidem, ut et 40, 37. 45, 16. indictionem supplicationum decemviris ipsis tribuit; sed tamen credo, hoc plerumque a magistratibus pro concione factum fuisse: nam hi quoque eas pro concione edicebant victoriae causa, 27, 51. 30, 17. et pro felici successu novi belli, 31, 8. et 36, 2. A consulibus prodigiorum causa supplicationem indictam fuisse, est 40, 19. DUK. Vocula *et* deest in Voss. postea *ejus* in Lovel. 6. cujus loco *hujus* legit Gaertn.

§. 6. *Priusquam consules in provincias proficiscerentur*] Vox *consules* deest in Lovel. 2. 4. Harlej. Mead. 2. et Gaertn. eadem cum duabus sequentibus in Voss. quatuor primae in Lov. 1. Mox *legationes transmaritimas* Lovel. 2. V. ad 23, 15, 1. Cum sequentibus conferendus est Polyb. in Exc. Legat. num. 46.

§. 8. *Pro se quaeque civitates*] *per se* Lovel. 5. et edd. veteres. Moguntini ex membranis suis emendarunt *pro se.* Neque aliter legunt reliqui codd. nostri. Mox *singuli etiam privati* Lov. 2. *sin-*

Digitized by Google

dae injuriae, aut ad deflendae solatium, venerunt.
9 Et ab Eumene rege legatio cum fratre ejus Athenaeo venit ad querendum, simul quod non deducerentur ex Thracia praesidia, simul quod in Bithyniam Prusiae bellum adversus Eumenem gerenti auxilia missa forent.

1 XLVII. Respondendum ad omnia juveni tum admodum Demetrio erat; quum haud facile esset, aut ea, quae objicerentur, aut quae adversus ea dicenda erant, memoria complecti. nec enim multa solum, sed etiam pleraque oppido quam parva erant:

2

guli et privatim Lovel. 6. Tum *gravis enim accolis erat omnibus* Lov. 6. *erat omnibus* etiam Voss. Lov. 1. et Gaertn.

Aut ad spem levandae injuriae, aut ad deflendae solatium] *aut de levandae spe injuriae, aut deflendo solatium* Lovel. 1. *aut alleviandae spem injuriae* Gaertn. *aut ad levandae spem injuriae* Voss. et Lovel. 6. *aut ad defendendae solatium* male cod. Mog.

§. 9. *Ad querendum, simul quod non deducerentur ex Thracia praesidia, simul quod*] *ad querendum sibi, quod non* Voss. et Lovel. 1. Male. Illud *simul, simul* Livio in deliciis fuisse, vidimus ad 3, 50, 12. *ex Thracia* Lov. 4. V. ad 37, 33, 3. Tum *simulque in Bithyniam* Lov. 1.

§. 2. *Pleraque oppido quam parva erant*] *oppida quam parva* inepte Lov. 1, 6. et Voss. Liv. 42, 28, 13. *Oppido adolescens sacerdos lectus.* V. ad 36, 25, 3.

De hominibus raptis pecoribusque abactis] *de hominibus captis* Voss. et Lov. 6. sollemni scribarum in his vocibus commiscendis peccato. V. ad 6, 23, 5. et infra hoc lib. cap. 49, 1. Tum *pecoribus ablatis* Voss. quod ex alterius interpretatione natum puto. Proprie enim pastores *agunt* pecus; *abigunt*, qui eripiunt, furantur. Supra 1, 7, 4. *Herculem in ea loca Geryone interemto boves mira specie abegisse memorant, ac prope Tiberim fluvium, qua prae se armenta agens nando trajecerat*, etc. 7, 14, 4. *Jumenta forte pascentia extra vallum Galla abigenti duo milites Romani ademerunt.* Cic. in Pison. 34. *Socios nostros in servitutem abduxerunt, familias abripuerunt, pecus abegerunt.* qui locus huic nostro admodum similis est. Hinc in jure Romano notum est crimen dictum *abigeatus*; quod qui committunt, *abigei* vocantur. V. Briss. de Verb. Sign. in v. *Abigere* et *Abigeus*. Livius hic exprimit Polyb. cujus verba sunt in Ecl. Legat. num. 46. Οἱ μὲν περὶ Χώρας, οἱ δὲ περὶ σωμάτων, οἱ δὲ περὶ ῥεμμάτων ἦκον ἀμφισβητοῦντες. Ea ita vertit Casaub. *Quorum alii agro multatos se querebantur, alii mancipia ademta, aut pecus abactum.* Per σώματα igitur intelligit servos, quo sensu ea vox saepe usurpa-

Digitized by Google

de controversia finium, de hominibus raptis pecoribusque abactis, de jure aut dicto per libidinem aut non dicto, de rebus per vim aut per gratiam judicatis. nihil horum neque Demetrium docere dilucide, nec se satis liquido discere ab eo senatus quum cerneret posse; simul et tirocinio, et perturbatione juvenis movéretur; quaeri jussit ab eo, ecquem de his rebus commentarium a patre accepisset? Quum respondisset, *accepisse se;* nihil prius nec potius visum est, quam regis ipsius de singulis responsa accipere. Librum extemplo poposcerunt; deinde, ut

tur; quemadmodum etiam *homo* non tantum in jure Romano, ut ex Briss. de Verb. Sign. patet, sed et alibi; ut apud Statium 2. Silv. 6, 14.

— — *hominem gemis (heu, mihi subdo*
Ipse faces) hominem, Urse, tuum, cui dulce volenti
Servitium, cui triste nihil; qui sponte, sibique
Imperiosus erat,

Nihilominus σώματα apud Polyb. et *homines* apud Liv. magis generali sensu accipere malo. Philippus enim, qui omnibus gravis adcola fuisse dicitur, ab hac quoque vicinorum injuria non abstinuisse videtur, ut etiam liberos atque ingenuos raperet. Et ita Cic. loco laud. utitur duabus vocibus *socios, familias,* sc. servorum, quarum loco Livius hic unam *hominibus* adhibet.

De rebus per vim aut per gratiam judicatis] *per vim aut gratiam* Voss. Lovel. 1. 2. 6. Harl. et Gaertn. *perinde aut gratiam* Mead. 1. Sed male. V. ad 6, 28, 6. Tum *vindicatis* Harl. Saepe scribae *utdicare* et *iudicare* commutarunt. V. ad 6, 20, 9. 7, 13, 6. 39, 16, 11. Epit. Liv. 63. et viros doctos ad Val. Max. 3, 2. ext. 1. Similiter *utdex* et *iudex*. V. ad 9, 1, 8. *Idicatis* Gaertn. V. ad Liv. ep. 63.

§. 3. *Nihil horum neque Demetrium docere dilucide, nec se satis liquido discere* etc. *posse*] Pall. et vet. ed. *Demetrium dilucide dicere*. GEBH. Similiter omnes nostri, et edd. principes. *dicere* etiam Hearnii L. 1. Sed, recte Aldum ex cod. Mog. adsciviisse *docere dilucide*, constat ex sequenti *discere*. Ut enim judex ex litigantibus *causam discit*, ita hi de causa agentes illum *docent*. Solent autem *docere* et *dicere* in Mss. confundi. V. ad 1, 9, 13. 26, 3, 5. et hoc cap. ad §. 5. Perperam etiam Londinenses nuperi dederunt *nihil horum quoque Demetrium*. V. ad 3, 26, 5. Praeterea *nec se satis aliunde discere* Lov. 6. in contextu, *satis abunde* in margine. *nec se satis aliquando discere* Voss. et Lovel. 1. Male. Ovid. 5. Fast. 2.

Non satis est liquido cognita causa mihi.

Mox *simul et tirocinii perturbatio-*

Digitized by Google

5 ipse recitaret, permiserunt. Erant autem de rebus singulis in breve coactae cauſſae: ut alia feciſſe se secundum decreta legatorum doceret; alia non per se ſtetiſſe, quo minus faceret, sed per eos ipsos, 6 qui accusarent. Interposuerat et querelas de iniquitate decretorum, et quam non ex aequo disceptatum apud Caecilium foret, indigneque sibi, neo 7 ullo suo merito, insultatum ab omnibus eſſet. Has notas irritati ejus animi conlegit senatus. ceterum alia excusanti juveni, alia recipienti, futura ita, ut

ne Lov. 1. 6. et Voſſ. *et simul tirocinio et perturbatione* Gaertn.

Ecquem de his rebus commentarium] *et quem de his rebus* Lov. 1. 4. Harl. et Mead. ambo. Sed v. ad 5, 36, 5. *an et quid de his rebus* Lov. 6. *an quem de his rebus* Lov. 2. *si quem de his rebus* Voſſ. quod ex gloſſatoris expositione natum videtur, licet similiter Polyb. in Exc. Legat. num. 46. pag. 1195. Εἴτινα περὶ τούτων ὑπομνηματισμὸν ἔχουσι παρὰ τοῦ βασιλέως.

§. 4. *Quum respondiſſet, acceptiſſe se*] Ita Frob. anno 1535. edidit; neque aliter praeferunt scripti noſtri. Antea datum erat *accepiſſe sese*. Sed pronomen *se* omittit Hearnii L. 1. Verum id excidiſſe videtur ob ultimam syllabam vocis praecedentis. Vide ad 34, 11, 7. Omittit etiam Polyb. ibidem: Τοῦ δὲ Δημητρίου φήσαντος ἔχειν. Mox *nihil prius ac potius* Gaertn. Tum *juſſum eſt*, pro *visum eſt*, Harl. V. ad 9, 24, 4. Praeterea vox *responsa* male exsulat a Lov. 4. et Mead. 2. *responsum* legit cod. Mogunt.

§. 5. *Erant autem de rebus singulis in breve coactae cauſſae*] *Erant et*, id eſt *enim*, Lov. 6. Tum *de singulis rebus* Voſſ. Lov. 1. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. Hinc *in brevem* scripti, et edd. vett. pro quo Ascens. anno 1513. *in breve* subſtituit, altera lectione in marginem rejecta. Ejus vero emendationem receperunt mox Moguntini, et membranarum suarum auctoritate firmari monuerunt. Librarii aevi sui vitio *brevem* acceperant pro enchiridio. Vide Salmas. ad Vopisci Aurel. 36. et Du Cange Gloſſ. med. Latin. ea voc.

Alia feciſſe se secundum decreta legatorum doceret] *feciſſe secundum decreta* Lov. 1. 6. et Voſſ. ut pronomen elisum sit vel a syllaba finali vocis proximae, vide ad §. praec. vel ab initiali sequentis. V. ad 29, 21, 7. Tum *diceret* Voſſ. Lov. 1. 6. et Gaertn. Vide ad §. 3. ἔφασκεν pariter dixit Polyb. loc. laud.

§. 6. *Interposuerat et querelas*] Ita Frob. vulgari curavit anno 1535. concinentibus omnibus codd. noſtris, nisi quod Lov. 5. cum edd. vetuſtioribus servet *Interposuerat etiam*. Vide ad 22, 47, 9. Mox *et quod non ex aequo* Lovel. 6. et Gaertn. Vide ad 5, 51, 7. *et quam non aequo* Lov. 1. Tum *indignoque sibi* Gaertn. Tandem

Digitized by Google

maxime vellet senatus, responderi placuit: *Nihil* 8
patrem ejus neque rectius, nec magis, quod ex voluntate senatus esset, feciſſe, quam quod, utcumque ea geſta eſſent, per Demetrium filium satisfieri voluiſſet Romanis. Multa et diſſimulare, et oblivisci, et pati praeterita senatum poſſe, et credere etiam, Demetrio credendum eſſe. Obsidem enim se animum ejus habere, etſi patri corpus reddiderit: et scire, quantum salva in patrem pietate poſſit, amicum eum populo Romano eſſe. Honorisque ejus cauſſa miſſuros in Macedoniam legatos, ut, 9 10 11

insultatum ab hominibus Lov. 1. Vide ad 10, 11, 2.

§. 7. *Has notas irritati ejus animi conlegit*] *irritati sui animi* Lov. 2. 5. Harl et edd. vett. Poſtea Ascens. ad marginem ed. suae anno 1513. *ejus animi* scribendum conjecit; quod deinde Moguntini in contextum receperunt, et sé in optimo cod. suo reperiſſe teſtati sunt. Neque aliter reliqui codd. noſtri, nisi quod quidam, trajectis dictionibus, praeferant *animi ejus*, Lov. 1. *mutatio animi ejus*. Mox §. seq. *neque rectius, neque magis* Lov. 6. Mead. 2. et Gaertn. Sed vide ad 9, 9, 14. Tum *fieri satis* Lov. 6.

§. 9. *Et credere etiam, Demetrio credendum eſſe*] *credendum eſſet* Voſſ. Lov. 6. Mead. 1. et Gaertn. Sed ambae hae voces exsulant a Lov. 4. et Mead. 2. quas neque agnoscit Polyb. in Eclog. Leg. num. 46. pag. 1195. Ἀπόκρισιν ἔδωκε, διότι περὶ πάντων καὶ τῶν εἰρημένων ὑπ' αὐτοῦ καὶ τῶν ἀνεγνωσμένων Δημητρίῳ πιστεύει. Paullo ante *pati petita senatum poſſe* Voſſ. et Mead. 1. in margine. Scriptum olim fuerat per compendium *pret'ita*, quod deinde in *petita* mutatum eſt.

§. 10. *Obsidem enim se animum ejus habere, etsi patri corpus reddiderit*] Similis sententia obcurvit apud Dion. Hal. 5. Ant. pag. 286. Σοῦ φείσομαι, Κολλατῖνε, ὅς τὸ μὲν σῶμα παρ' ἡμῖν ἔχεις, τὴν δὲ ψυχὴν παρὰ τοῖς πολεμίοις. et pag. 287. Τὸ μὲν σῶμα παρὰ τοῖς ὑποδεξαμένοις ἔχειν, τὴν δὲ ψυχὴν παρὰ τοῖς προπέμπουσι. Ceterum pronomen *se* non adparet in Gaertn. Tum *corpus patri* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Praeterea *reddiderint* legit Gronov. supra ad cap. 14, 6. et in pr. ed. not. ad 38, 29. intelligi enim τὸ *Patres*, et ideo mox addi *miſſuros*: at, quia praeceſſerat *ut maxime vellet senatus*, scribas putasse, neceſſe eſſe, ut fieret *reddiderit*. Gronovii emendationi favet Lovel. 2. *reddiderunt* legens. *Senatus* autem, tamquam nomen conlectivum, verbum plurale adsciscere, vidimus ad 4, 58, 4. Mox voces *in patrem* non inveni in Lov. 6. Tum *poſſet* legunt Harl. Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *possit* emendavit, concinentibus reliquis meis.

Amicum eum populo Romano esse] Τὸ *eum* omittunt Lov. 6. et Harl. Tum *populi Romani eſſe* praeferunt Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. am-

Digitized by Google

si quid minus factum sit, quam debuerit, tum quoque sine piaculo rerum praetermissarum fiat. Velle etiam sentire Philippum, integra omnia sibi cum populo Romano Demetrii filii beneficio esse.

1 XLVIII. Haec, quae augendae amplitudinis ejus causa facta erant, extemplo in invidiam, mox etiam
2 in perniciem adolescenti verterunt. Lacedaemonii deinde introducti sunt. multae et parvae disceptationes jactabantur: sed, quae maxime rem continerent, erant; utrum restituerentur, quos Achaei dam-
3 naverant, nec ne; inique, an jure occidissent, quos

bo, et edd. vett. *P. R. esse* Frob. anno 1535. *populo Romano esse* ed. Lugd. anni 1553. Paris. anni 1573. et postea recentiores, quod Livio familiare loquendi genus est. Supra 21, 12, 6. *Publice Saguntinis amicus atque hospes.* 26, 38, 6. *Dasius Hannibali amicus.* cap. 50, 7. *Amicus populo Romano sis.* 44, 19, 10. *Opem regno regibusque amicis imperio ferres.* Ad hanc formam *inimicus alicui* 35, 49? et 45, 35? *hostis populo Romano.* V. ad 41, 16, 9. *cognatus Postumio* 25, 3, 15. *collega consulibus* 7, 1, 6. *adjutores triumviris, consiliis* 39, 14, 10. 40, 11, 3. *dux cohortibus* 10, 41, 5. *praesides urbi* 10, 22, 7. *principes nobilitati.* V. ad 10, 8, 6. *dominus alicui* 3, 10, 1. *locus seditioni.* V. ad 3, 46, 2. Similiter et alii locuti sunt. *adjutor alicui* Cic. de Amic. 12. (**Fautrix omni familiae* Ter. Eun. 5, 8, 22.) *comes furori* ex Mſto probat Gruter. apud eumdem Cic. de Amic. 11. *custos dictis* Suet. Tib. 12. *rector castris.* Vide Cel. Burm. ad Lucani 4, 4. *imperator Romanis.* Vide Cort. ad Sall. Jug. 7, 4. Varietas orta est, quod per notas scriptum fuerit *amicum eum P. R. esse*, quae postea varie a librariis redditae sunt. Alia exempla vide ad 2, 50, 11. 3, 39, 8. c. 71, 7. 4, 5, 2. 5, 50, 4. 7, 31, 1. 7. 8, 34, 2. c. 35, 12. 9, 9, 5. c. 11, 3. c. 15, 8. c. 45, 8. 10, 7, 5. 32, 8, 15. aliisque locis.

§. 11. *Tum quoque sine piaculo rerum praetermissarum fiat*] *ea quaeque sine periculo rerum praetermissarum fiant* Lov. 1.

§. 1. *Augendae amplitudinis ejus causa*] *augendi ampliandique ejus caussa* Lovel. 6. et Hearnii L. 1. At ita potius dandum fuisset *amplificandique.* Sed nihil mutandum. Mox *extemplo invidiam*, pro *in invidiam*, Lov. 1. et Gaertner. V. ad 34, 28, 3.

§. 2. *Multae et parvae disceptationes jactabantur*] *et parvulae disceptationes* cod. Mog. Mox *maxime continerent*, media voce omissa, Lov. 5. et edd. principes; quam Ascens. anno 1513. primus addidit, mox Moguntini Msti sui testimonio confirmari testati sunt. et reliqui nostri omnes tuentur.

§. 3. *Inique, an jure occidissent, quos occiderant. Vertebatur et, utrum*] *inique, an jure cecidissent,*

Digitized by Google

occiderant. vertebatur et, utrum manerent in Achaïco concilio Lacedaemonii; an, ut ante fuerat, secretum ejus unius in Peloponneso civitatis jus esset. Restitui, judiciaque facta tolli placuit: Lacedaemonem manere in Achaïco concilio: scribique id decretum, et consignari a Lacedaemoniis et Achaeis. Legatus in Macedoniam Q. Marcius est missus: jussus idem in Peloponneso sociorum res adspicere. nam ibi quoque et ex veteribus discordiis residui motus erant, et Messene desciverat a concilio Achaïco. cujus belli et causas et ordinem si expromere

ques ceciderant. Vertebant et Mead. 1. Voces *occidi* et *cecidi* passim commutari, vidimus ad 36, 36, 6. Ceterum cum Crevierio veterum edd. distinctionem recepi. Perperam recentiores dederant, *ques occiderant, vertebatur, et, utrum.* Mox *in Achaïco consilio* hic, et §. seq. Voss. perperam. V. Gronov. ad 44, 2, 5. Tum *an, ut antea fuerat* Harl. et Mead. ambo. *aut, ut antea fuerat* Lov. 6. *annuntante fuerant* Gaertn. Hinc *unius ejus* Voss. Lovel. 1. 6. et Gaertn.

§. 4. *Restitui, judiciaque facta tolli placuit*] Pall. *placet.* GEBH. *judicia facta* Voss. Tum *placere* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertner. *placeret* Lov. 1. et 6. *placet* Lov. 4. 5. et Mead. 2. *placet*, vel *placeret* vett. edd. ante Aldum, qui *placuit* emendavit.

Scribique id decretum, et consignari a Lacedaemoniis] Pall. *scribique, et id decretum consignari et a Lacedaemoniis et Achaeis.* GEBH. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. *scribique id decretum, consignari et a Lacedaemoniis et Achaeis* Lovel. 6. Polyb. id ita exprimit pag. 1198. Ἔγγραπτον ὑπὲρ τῶν ὁμολογουμένων γίνεσθαι ἐκέλευον, ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἐπεβάλλοντο τὰς ἰδίας σφραγῖδας.

§. 5. *Et Messene desciverat a concilio Achaïco*] Quidam mutarunt *Messenii desciverant.* Sed non erat opus, cum post Philopoemenis mortem Livius de Messeniorum multitudine ita quoque loquatur, [cap. 50.] *Victa namque* (inquit) *Messene bello exposcentibus Achaeis dedit noxios.* Ego tam temere non mutarim authorum verba absque vetusto exemplari. GLAR. Libri nostri omnes *et Messene desciverat a concilio Achaïco.* GEBH. Et hoc [*Messenii desciverant*] e Moguntino. Superiores cum illis, ques vidimus, scriptis: *et Messene desciverat a concilio Achaïco.* Quis neget restitui debere? et eodem jure mutatum, quo libro praecedenti cap. 29. *Quatuor menses obsidionem Same sustinuit.* Et animadvertit, ut video, Glareanus. J. FR. GRON. Aldus est, qui *Messenii desciverant* ex cod. Mog. admisit: verum eam alterius lectionis glossam esse existimo. Per *Messenen* intelliguntur Messenii, incolae Messenes. Vide, quae notantur ad 38, 29, 9.

Digitized by Google

velim, inmemor sim propositi, quo ſtatui non ultra adtingere externa, nisi qua Romanis cohaererent rebus.

1 XLIX. Eventus memorabilis eſt, quod, quum bello superiores eſſent Achaei, Philopoemen praetor eorum capitur, ad praeoccupandam Coronen [profectus,] quam hoſtes petebant, in valle iniqua 2 cum equitibus paucis obpreſſus. Ipsum potuiſſe effu-

Adde Celeberr. Burm. ad Rutil. 1. Itin. 361. Deinde *a consilio Achaico* ed. Gruteri ultima, pro quo recte Gronov. hic, et ad 44, 2, 5. *a concilio* legendum docuit. Paullo ante *ibi quoque ex veteribus* Voſſ. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertner. et edd. vett. Voculam *et* Frob. anno 1535. addidit, quam servàſſe videntur Lovel. 4. et Mead. 2. unde nihil notatur. Vide ad 2, 44, 3.

§. 6. *Et caussam et ordinem si expromere velim*] Haec lectio promanavit ex ultima Gruteri editione, et a recentioribus omnibus probata eſt. Omnes priores, cum codicibus noſtris et Hearnii L. 1. praeferunt *et caussas et ordines;* quod Livio reddidi. Praeterea *exprimere* Lov. 1. 6. et Voſſ. Male. Vide ad 34, 61, 8. De verbo *expromere* vide ad 39, 12, 4.

Nisi qua Romanis cohaerent rebus] Hanc lectionem, quam iterum demum in ultima Gruteri ed. invenio, recentiores omnes itidem servarunt. Recepi *cohaererent*, ut antiquiores typis excusi cum Mſtis Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. jubent. Insuper male *nisi quia* Voſſ. V. ad 40, 29, 8. *nisi quo* Lov. 1. V. ad 22, 55, 5. *nisi quae* Lov. 2.

§. 1. *Philopoemenes praetor eorum capitur*] Conſtant sibi etiam hic membranae, in quibus eſt, *Philopoemen praetor eorum.* MOD. V. Gelen. ad 35, 26, 9. et Modium ad 35, 27, 9. Tum *capitur* Lov. 1. 6. et Voſſ. V. ad 6, 23, 5.

Ad praeoccupandam Coroneam profectus, quam hoſtes petebant] Strabo lib. 8, [361.] et Pausanias lib. 4, [34.] ad Pamisum amnem *Coronem* Meſſeniae ponunt. *Coronea* vero Boeotiae eſt oppidum ad Heliconem montem, ut idem Strabo lib. 9, [411.] teſtatur. Meminere et Plinius et Ptolemaeus utriusque oppidi. Caeterum ex Strabone lib. 9, [411.] colligitur, a *Coronea Coroneus* [immo *Coronius*] tetrasyllabon dici, a *Corone* vero *Coronevs* trisyllabon: tametsi Plinius *Coroneum sinum* vocat cum, qui ad Coronen Meſſeniae eſt. Ego Livium hoc loco *Coronem* scripsiſſe puto, non *Coroneam*: nisi quis ejus rei differentiam parum cum curaſſe putet. GLAR. *Colonem* edit Plutarch. in Philopoem. [pag. 366.] Utraque autem in Meſſeniaco agro eſt: *τὴν δὲ Μεσσήνην ἀπέσησεν τῶν Ἀχαιῶν, καὶ κώμην τὴν καλουμένην Κωλονίδα προσηγγελθη μέλλων καταλαμβάνειν.* SIGON. *Coroneam* Lov. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. et edd. priscae. *Coronam* Voſſ. Lov. 1. 2. 6. Harl.

Digitized by Google

fugere Thracum Cretensiumque auxilio tradunt. sed pudor relinquendi equites, nobilissimos gentis, ab ipso nuper lectos, tenuit. quibus dum locum ad 3
evadendas angustias cogendo ipse agmen praebet, sustinens inpetus hostium; prolapso equo, et suo ipse casu, et onere equi super eum ruentis, haud multum abfuit, quin exanimaretur, septuaginta annos jam natus, et diutino morbo, ex quo tum pri- 4
mum reficiebatur, viribus admodum adtenuatis. ja- 5

Mead. 1. et Hearnii L. 1. *Coronen* primus vulgavit Frob. anno 1535. idque postea secuti editores servarunt; nisi quod editio Jac. Gronovii major anni 1679. errore operarum dederit *Coronem*, quod Clericus retinuit, licet Gronoviana minor substituerit *Coronen*; quomodo etiam, vel *Coronam* legendum est. Posset et legi *Coroneam*: promiscue enim Κορώνεια et Κορώνη, eorumque gentilia, de urbe Boeotiae et Messeniaca Graecis Latinisque scriptoribus usurpari, testatur Berkel. ad Steph. de Urb. voce Κορώνη. Et ita Pausan. de hac urbe verba faciens in Messen. cap. 34. Τὸ μὲν δὴ ὄνομα τὸ ἀρχαῖον εἶχεν Ἀιπεια. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ Θηβαίων κατήχθησαν ἐς Πελοπόννησον, Ἐπιμηλίδην φασὶν ἀποσαλέντα οἰκισὴν καλέσαι Κορώνειαν. εἶναι γὰρ αὐτὸν ἐκ Κορωνείας τῆς Βοιωτῶν. τοὺς δὲ Μεσσηνίους ἐξαρχῆς τε ὀνομάσαι κατορθοῦν περὶ τὸ ὄνομα, καὶ μᾶλλον ἔτι ἀνὰ χρόνον ἐκνικῆσαι τὸ ἐκείνων ἁμάρτημα. Nullus igitur codd. Sigonii conjecturae favet. Quod vero Plutarch. Κωλονίδα pro *Corone* memorarit, inde factum est, quia Κωλονίδες (Κολώνη vocatur Ptolem. 3, 16.) et Κορώνη fuerunt oppida vicina. Pausan. ibid. Τῇ Κορωναίων δὲ πόλειἔσιν ὅμορος Κωλονίδες. Ceterum vox *profectus* exsulat non modo ab omnibus scriptis nostris, et Hearnii L. 1. sed etiam ab omnibus edd. ante Lugd. anni 1553. Vix ea abesse posse videtur; quum tamen nulla auctoritate nitatur, uncis includendam existimavi.

§. 2. *Ipsum potuisse effugere Thracum Cretensiumque auxilio*] *Ipsumque potuisse* Harlej. Tum *Thracum Cretensium auxilio* Voss. et Mead. 1. utrumque male.

Ab ipso nuper lectos] MS. *ab ipso nuper electos*. MOD. *ab ipso nuper electos* codd. Mog. et Gaertner. Sed et hic vulgatum praefero. *Legere equites*, ut *legere exercitum*. V. ad 29, 22, 12. et Celeberr. Burm. ad Suet. Aug. 30. Solent *electus* et *lectus* a librariis commutari. V. ad h. lib. c. 52, 2.

§. 3. *Dum locum ad evadendas angustias* etc. *praebet, sustinens inpetus hostium*] *praeberet* male Lovel. 1. et 6. V. ad 1, 40, 1. et quae Celeberr. Dukerus notavit ad Liv. Epit. 30. Tum *sustinens inpetum* Lov. 6. Sed vide ad 1, 4, 9. Mox *haud multum affuit* Lov. 1. An voluit librarius *afuit*? V. ad 4, 12, 7. et 26, 41, 11.

§. 4. *Ex quo tum primum reficiebatur, viribus admodum adtenuatis*] Ita Aldus edidit, auspice

Digitized by Google

centem hostes superfusi obpressserunt: cognitumque primum a verecundia memoriaque meritorum, haud secus quam ducem suum, adtollunt reficiuntque, et 6 ex valle devia in viam portant, vix sibimet ipsi prae necopinato gaudio credentes; pars nuncios Messenen praemittunt, debellatum esse, Philopoemenem captum 7 adduci. Primum adeo incredibilis visa res, ut non pro vano modo, sed vix pro sano nuncius audire-

cod. Mog. eamque lectionem omnes nostri probant. Priores typis descripti praeferebant *tum primo*. Praeterea *viribus admodum adtenuatus* Lovi 2. Male. Supra 25, 11, 3. *Magna caede ita adtenuari praesidii vires.* 31, 49, 6. *Bello Hannibalis adtenuatae vires ejus coloniae erant.*

§. 5. *Jacentem hostes superfusi obpresserunt*] *fusi super* Voss. Lovel. 1. 6. et Gaertn. Sed verbum illud *superfundere* etiam alibi adhibet Livius, ut 7, 3, 2. *Ludos circus Tiberi superfuso irrigatus impedisset.* 45, 9, 5. *Superfudit deinde se in Asiam.* et translate 5, 7, 8. *Superfundenti se laetitiae vix temperatum est.* Mox *cognitum primum a verecundia* Lov. 1. *cognitumque primum verecundia*, omissa praepositione, Lov. 4. et Mead. 2. Sed *a verecundia adtollunt* est, adtollunt propter verecundiam. V. ad 24, 30, 1. et 26, 1, 3.

§. 6. *Pars nuncios Messenem praemittunt*] *Messenen* legendum, ut praeferunt quaedam edd. et Mstt. Et ita nuper Clariss. Crevierius edi curavit. V. supra ad 36, 31, 7.

Philopoemenem adduci] *Philopoemenem captum adduci* omnes codd. nostri, Hearnii Oxonn. Crevierii Victor. et edd. vett. Non autem primae vel solae Gronovianae edd. mediam vocem omiserunt, ut innuere videtur Crevierius, sed omnes retro usque ad Paris. anni 1573. quae quinquagenta, et quod excurrit, annis ante Gronov. ita edidit. Nihil itaque aliud commisit Gronovius, quam quod errorem ab alio commissum non emendarit; quod ipsi cum multis aliis, et sine dubio etiam mecum, immo forte etiam cum Crevierio, commune erit, nec ideo dignus erat, ut solae ejus editiones memorarentur. Ad §. seq. iterum incipit Lov. 3. in quo post cap. 15, 13. verba *non miserat* ingens erat lacuna usque ad verba hujus cap. §. 7. *non pro vano.*

§. 8. *Itaque clauserat portam turba*] Pall. *clauserant.* vet. ed. *itaque clauserant portam turbae.* GEBHARD. Barberin. *clauserant.* Petav. *itaque clauserant turbandum.* Naudaeanus et prisci editi: *itaque clauserant portam turbae, dum.* Quod verum puto. *Turbae* sunt diversi globi hominum concurrentium, manipuli hominum per intervalla, ut sit ejusmodi in motu ac tumultu, conglobatorum. Prima hoc Aldina perperam mutavit. 24, [27, 2.] *Et erat confusa concio, non populari modo, sed militari quoque turbis, magna ex parte etiam perfugis, qui omnia novare cupiebant, permistis.* J. FR. GRON. *clauserant portam turbam*, omisso sequenti *dum*, Lov. 1. *clauserat portam turbam* Hearnii N.

Digitized by Google

tur. deinde, ut super alium alius idem omnes adfirmantes veniebant, tandem facta fides; et, priusquam 8
adpropinquare urbi satis scirent, ad spectaculum omnes, simul liberi ac servi, pueri quoque cum feminis, effunduntur. itaque clauserant portam turbae, dum pro se quisque, nisi ipse oculis suis credidisset, vix pro comperta tantam rem habiturus videretur. Aegre submoventes obvios intrare portam, qui 9

clauserant portam turba Lov. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *clauserant portam turbae* Voss. Lov. 2. 5. 6. Gaertner. et edd. antt. Non vero Aldus, ut Gronovius putat, sed Frobenius anno 1535. primus *clauserat portam turba* dedit. Agnosco ultro, lectionem, quam Gronov. recepit, et multi mecum codicum firmant, probari posse; quin et, qui eam invitis Mstis mutant, similes esse illis, quos erroris arguit Nonius Marc. voc. *Turbam. Turbam* et *turbas diversam volunt habere significationem, ut sit turba populi conventus, turbae turbationes. nos contra lectum invenimus et indiserete positum, et pro turbis turbam.* Verum quum non Aldus *clauserat portam turba*, sed Frobenius, primus dederit, eumque optimo cod. Mog. usum esse constet, judicium meum suspendo, et lectorem arbitrari jubeo, utram scripturam probare malit. Pro ea, cujus Frobenius auctor est, facit, quod mox etiam sequatur *turba conferta iter reliquum clauserat.* Paullo ante *pueri*que *cum feminis* Lov. 2. et 6. V. ad 5, 27, 1. *mares quoque cum feminis* Lov. 3. quem non audiendum esse, praecedens *liberi ac servi* persuadet. Passim autem *pueri et feminae* obponuntur *viris.* Ita 28, 19, 13. *Non militaris modo aetas aut viri tantum, sed feminae puerique supra animi corporisque vires adsunt.* c. 23, 2. *Turbam feminarum puerorumque inbellem inermemque cives sui caederent.* Alibi etiam *feminae* et *pueri* junguntur. Supra 36, 24, 11. *Congregatis feminis puerisque, et inbelli alia turba in arcem.*

Dum pro se quisque, etc. *vix pro comperta tantam rem habiturus videretur*] Sic et editi veteres, non *comperto*, ut Moguntina, et deinceps editiones. J. FR. GRONOV. Illud *pro comperto*, ut Moguntini ediderunt, servari posse, si codicem suum ducem secuti sunt, non nego. Vide Cel. Burm. ad Suet. Caes. 81. Quum tamen ex eo in excerptis nihil ad hunc locum notarint, omnesque nostri *pro comperta* servent, nisi quod unus vel alter perperam *pro comperata* praeferant, Gronovio tantisper adsentiar. Praeterea *dum* etc. *videtur*, vel *quum* etc. *videretur* legendum judicat Crevierius. Recte. V. ad 1, 40, 7. Mutavit itaque sententiam, quam secutus est ad 35, 8, 1. ubi parum interesse putabat, *Dum*, an *Quum haec in Hispania agerentur* legatur, licet cod. Mog. ibi *Quum* servaret; et Gronovio adsentiri non poterat, qui *Dum agerentur* ibi συλοικίζειν monuit; quia, eo judice, utroque modo Latina est oratio. Praeterea *oculis suis aspiceret* Lov. 3. quod est ex glossatoris interpretatione.

Digitized by Google

adducebant Philopoemenem, potuerunt, atque tur-
10 ba conferta iter reliquum clauserat. et, quum pars maxima exclusa a spectaculo esset, theatrum repente, quod viae propinquum erat, compleverunt, et, ut eo in conspectum populi adduceretur, una voce
11 omnes exposcebant. Magistratus et principes, veriti, ne quem motum misericordia praesentis tanti viri faceret, quum alios verecundia pristinae majestatis conlata praesenti fortunae, alios recordatio ingentium meritorum motura esset, procul in conspectu

§. 9. *Turba conferta iter reliquum clauserat*] *conferta turba* scripti omnes, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 10. *Quum pars maxima exclusa a spectaculo esset*] *pars maxima clausa* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. *pars maxime clausa* Lov. 1. et Mead. ambo. *pars clausa maxime* Lovel. 5. et edd. vett. Quod nunc vulgo exstat, recte Moguntini ex cod. suo emendarunt. Mox *propinquum viae* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et editi ante Aldum, qui dictiones transposuit.

Et, ut eo in conspectum populi adduceretur] Pall. *et, ut in conspectum populi adduceretur*. GEBHARD. Voculam *eo*, quae in nullo exstat cod. nostro, neque in edd. vett. Aldus ex cod. Mog. adscivit. Praeterea *conspectu* Lovel. 3. *in conspectu* Voss. Lov. 1. 5. et edd. priscae, cujus loco Moguntini ex cod. suo adoptarunt *in conspectum*, concinentibus reliquis meis.

§. 11. *Verecundia pristinae majestatis conlata praesenti fortunae*] Non damno *collata*, quod non incommodam sententiam recipere posse videtur. Si tamen libri auctores fierent, mallem *collatae*. DUK. Paullo ante vox *tanti* deest in Lovel. 3. qui mox legit *in conspectu continuerunt*.

§. 12. *Praetore Dinocrate dicente*] *Dynaciate* Lov. 1. *Democrate* Lov. 3. *Democrite* Gaertn. *Dimocrate* Lovel. 6. Reliqui vulgatum servant. Δεινοκράτης ὁ Μεσσήνιος memoratur Polyb. in Exc. legat. num. 47. et in Exc. de Virtut. et vitiis pag. 1434. Praeterea *dicente praetore Dinocrate* cod. Mogunt.

Inde adducto eo in curiam, et senatu vocato] Pall. *abducto in curiam*, (alter *curia*) *et senatu vocato*. GEBH. Τὸ *Inde*, ut et pronomen *eo* neque membranae habent ullae, neque priscae editiones. Sed etiam Barberin. Petav. Naud. *abducto*. Ut restituimus etiam 27, 29, 1. *Exercitum, cui collega praefuerat, M. Marcellum tribunum militum Venusiam abducere jussit*. Et lib. 30, 14, 4. *Abductum in secretum Masinissam*. Sic *abducere domum*. Incontaminata scriptura est: *magistratus vellent. Abducto in curiam, et senatu vocato, consultari coeptum*. Scriptor Moguntini, a quo ista sunt profecta, abruptam nimis

Digitized by Google

eum ſtatuerunt. deinde raptim ex oculis hominum 12
abſtraxerunt, praetore Dinocrate dicente, eſſe, quae pertinentia ad summam belli percunctari eum magiſtratus vellent. Inde abducto eo in curiam, et senatu vocato, consultari coeptum.

L. Jam invesperascebat, et non modo cetera, 1
sed ne in proximam quidem noctem ubi satis tuto cuſtodiretur, expediebant. Obſtupuerant ad magni- 2
tudinem priſtinae ejus fortunae virtutisque: et neque ipsi domum recipere cuſtodiendum audebant, nec

putavit orationem; qui error mille centonibus interponendis cauſſa fuit, nudumque ablativum participii non explere sensum absque pronomine credidit. At ita noſter l. 3, 53. *Ob haec venientibus gratiae actae.* Sic MSS. non *iis advenientibus*, ut vulgo. L. 34, [33, 11.] *Unam spem fuiſſe, si qua admoventibus exercitum diſſensio inter ipsos ac seditio excitari poſſet.* L. 36, [14, 12.] *Ducere tum porro in sinum Maliacum coepit. Appropinquante faucibus, super quas siti Thaumaci sunt, deserta urbe, juventus omnis armata silvas et itinera insedit.* J. FR. GRON. Voculae *Inde* et *eo*, quas Aldus, primus editorum, ex cod. Mog. recepit, exulant etiam ab omnibus noſtris, et Crevierii Victor. Illud *Inde* etiam alibi fulciendae orationi Livianae a librariis additum eſt. V. ad 21, 25, 13. et 26, 5, 4. Pronomen etiam demonſtrativum saepius a scriptoribus Latinis, et praesertim Livio, omitti solet. Supra 4, 30, 9. *Novos ritus sacrificandi vaticinando inferentibus in domos, quibus quaeſtui sunt capti superſtitione animi.* ubi vide. 29, 9, 2. 23, 15, 4. *Miles fugiens, sequentibus, quorum erat, obvius forte Sergio et Matieno tribunis militum fuit.* Ut tamen dubitem, utrum ob has cauſſas ambae voces delendae sint, facit integerrimi cod. Mog. auctoritas. Cum adſirmantibus vero pertinaciter contendere nolo. Praeterea *adducta* Lov. 1. 3. 5. 6. et Gaertn. Verum hic cum Gronov. probo *abducto*. V. ad c. 12, 3. Dein *in curia, et senatu vocato* Lov. 4. *in curia, senatu vocato* Lov. 1. et Mead. 1. *in curiam senatu vocato* Voſſ. Lov. 3. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn.

§. 2. *Ob magnitudinem priſtinae ejus fortunae*] Vetus lectio *Obſtupuerant ad magnitudinem.* GEL. Pall. *Obſtupebant ad magnitudinem.* GEBH. Vocem *Obſtupuerant*, quam Gelenius ex Mſtis vindicavit, ignorant Lov. 5. et Hearnii L. 1. jungentes *expediebant ob magnitudinem.* Eam servant reliqui noſtri, nisi quod legant *Obſtupebant.* Dein *ob magnitudinem*, ut ante Gelenium edebatur, Lov. 1. 5. 6. ceteri omnes *ad magnitudinem.* Virg. 5. Aen. 509.

Mater ad auditas ſtupuit, cen saxea, voces.

Plin. 14. Hiſt. Nat. 21. *Vini natura non gelascit, alias ad frigus ſtupens tantum.* Juſtin. 26, 1. *Ad tam saevam dominationem ſtupentibus omnibus.* Tum *ejus priſtinae*

Digitized by Google

3 cuiquam uni custodiam ejus satis credebant. Admonent deinde quidam, esse thesaurum publicum sub terra, saxo quadrato septum. eo vinctus demittitur, et saxum ingens, quo operitur, machina superinpo-
4 situm est. ita loco potius, quam homini cuiquam, credendam custodiam rati, lucem insequentem ex-

fortunae virtutisque Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *priſtinae ejus virtutis fortunaeque* Gaertn. Mox *cuſtodia ejus, satis credebatur* Lov. 3.

§. 3. *Admonent deinde quidam, esse thesaurum publicum sub terra* etc.] Haec Plutarchus ita vertit in Philopoemene, et quasi interpretatur [pag. 367.] Οὐ μὴν ἀλλὰ κομίσαντες ἀυτὸν εἰς τὸν καλούμενον θησαυρὸν, ὄικημα κατάγειον οὔτε πνεῦμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενοι ἐνταῦθα κατέθεντο, καὶ τὸν λίθον ἐπιῤῥάξαντες, ἄνδρας ἐνόπλους κύκλῳ περιέστησαν. SIGON. Accepit hoc Livius a Polybio; non, ut viri docti putarunt, Plutarchus a Livio, quod ex eo loco, quem supra [ad 38, 34.] protulimus de Philopoemene, conjici potest. Graeca Polybii verba Plutarchus in Philopoemene [pag. 367.] profert haec, licet Polybium non nominet, Ὁ μὴν ἀλλὰ etc. URSIN. Pall. *Admonente deinde quidam:* GEBH. *esse templum publicum* Lov. 3. *esse thensaurum publicum* Mead. 1. *esse thensarum publicum* Lov. 4. *esse tensarum publicum* Mead. 2. Olim antiquorum quosdam *theusaurus, formonsus*, et similia, scripsisse, quae rectius alii scripserunt *thesaurus, formosus*, observat Pierius ad Maron. Ecl. 2, 1. et 1. Aen. 359. Similiter in Pandectis Florentinis scriptum esse, docuit Ant. Augustin. 2. Emend. 6. Eadem scriptura obcurrit etiam in melioribus Livii codicibus supra 6, 14, 11. 29, 19, 7. et alibi. Donatus ad Ter. Eun. in Prol. vers. 10. *Thensaurum Latini veteres secundum Graecos sine n litera proferebant.* Ita in numeralibus ordinem indicantibus *trecentensimus, sexagensimus.* V. ad 5, 54, 5. *semenſtris.* V. ad 21, 43, 15. etiam in adverbiis *quotiens, deciens*, et similibus. V. ad 44, 45, 10. Mox *dimittitur* Voſſ. Lov. 1. 5. 6. et priscae edd. pro quo recte Ascens. anno 1513. *demittitur:* erat enim *thesaurus sub terra.* Supra 34, 44, 8. *Pleminius in inferiorem demiſſus carcerem est, necatusque.* Ita saepe peccasse librarios, vidimus ad 34, 50, 2.

Et saxum ingens, quo operitur, machina superinpositum est] Ita interpungendum. Plutarchus [Philopoem. pag. 367.] ὄικημα κατάγειον, οὔτε πνεῦμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενοι. Vide, quid possit non posita loco distinctio. Scaliger ad Festi *Favissas* observat, elegantèr a Livio (quum acciperet haec ab eodem auctore, ex quo hausit postea sua Plutarchus) τὸν περιαγόμενον λίθον verti *saxum, quo operitur machina*, hoc est mola inferior, quam *metam* vocat Paullus JC. [l. 18. §. 5. ff. de Inſtructo et inſtrum, leg.] Intelligi ergo *catillum*, ut idem Paullus vocat (l. 18. §. 5. de Inſtr. et inſtrum.

Digitized by Google

spectaverunt. Postero die multitudo quidem integra, memor pristinorum ejus in civitatem meritorum, parcendum, ac per eum remedia quaerenda esse praesentium malorum, censebant: defectionis auctores, quorum in manu respublica erat, in secreto consultantes, omnes ad necem ejus consentiebant: sed,

leg.) hoc est, superiorem molam. *Machinam* enim esse molam. atque adeo neque Plutarchum sine Livio, neque hunc sine illo explicari posse. Nimirum nimia eruditionis gloria transversum egit summum virum. Quis enim non videt, *machinam* hic esse trochleam, vel tollenonem, aut instrumentum ad levandas moles sive pondera, quae manibus hominum non facile tractantur? Quid subterraneae cryptae commune cum mola aut pistrino? Quis potest imaginari, saxum esse tectum molae? Plutarcho μέγας λίθος περιαγόμενος est ingens saxum, quod machina sive tormento movetur et circumvertitur. Livius dicit saxum, quo solet ista crypta sive thesaurus operiri, amotum, ut demitti posset eo Philopoemen, repositum esse ad claudendum os sucula vel machina tractoria. Salmasius ad Solinum pag. 1210. [pag. 851. ed. poster.] falli ait Scaligerum, qui *machinam* putavit ibi esse molam. ipse vult, subterraneum ita vocari thesaurum, ὄικημα κατάγειον, quod lapide desuper imposito operiebatur. At *machina* est aliquid ex tabulis aut materiis constructum, non sub terra effossum, aut excisum. Tam parva res tantos viros impedire potuit. J. FR. GRON. Antea distinguebatur perperam, *saxum ingens, quo operitur machina, superinpositum est.* Sed *saxum ingens operitur machina superinposita est* Voss. et ita Lovel. 1. et Gaertn. nisi quod *cooperitur* et *superinpositum est* legant. *saxum ingens cooperitur machina superinposita* Lov. 3. et 6. Mox §. seq. *credendum custodiam rati* Lov. 1. *custodiam credendam rati* Harl.

§. 5. *Remedia quaerenda esse praesentium malorum, censebat*] *esse quaerenda* Voss. et Gaertn. Praeterea *censebant* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Gruterum, cujus postrema ἔκδοσις dedit *censebat*; quod recentiores omnes servarunt. Sed vere Livianum est *multitudo censebant.* Supra 24, 25, 8. *Haec natura multitudinis est; aut servit humiliter, aut superbe dominatur; libertatem, quae media est, nec spernere modice, nec habere sciunt.* 35, 33, 1. *Multitudo, avida novandi res, Antiochi tota erat: et ne admittendos quidem in concilium Romanos censebant.* V. ad 6, 19, 7. Paullo ante *ejus in civitate meritorum* Voss. Sed ultima litera *τοῦ civitatem* elisa est a prima vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5.

§. 6. *Sed defectionis auctores, quorum in manu res erat*] Lege *defectionis authores, quorum in manu respublica erat.* GELEN. Scribere satius est ex membranis voce auctius, quae respondeat illi *quidem*, quod praecedit: *sed defectionis auctores, quorum in manu resp. erat*, etc. MOD. Vetus ed. exhibet *sed factiones auctores*, etc. GEBH. *sed factionis auctores* Voss. Lov. 1. 5. 6. Gaertn. et priscae edd. pro quo Moguntini ex

Digitized by Google

7 utrum maturarent, an differrent, ambigebatur. Vicit pars avidior poenae, missusque, qui venenum ferret. Accepto poculo, nihil aliud locutum ferunt, quam quaesisse, *si incolumis Lycortas* (is alter impe-
8 rator Achaeorum erat) *equitesque evasissent?* Postquam dictum est, *incolumes esse*; *Bene habet*, inquit; et, poculo inpavide exhausto, haud ita multo post ex-

cod. suo *sed defectionis* receperunt. Frobenius postea anno 1535. auctore Gelenio, *τὸ sed* expunxit, quod etiam deerat in reliquis nostris, et saepe fulciendae orationi a librariis insertum est. V. ad 6, 32, 8. Ea tamen particula, ut Modio etiam visum est, hic necessaria videtur ob praecedens *quidem*; quare si non illa hic addenda est, legendum certe puto *at defectionis*; ut vocula *at* elisa sit a vocis praecedentis *censebāt* literis ultimis. Alia exempla habuimus 34, 32, 13. 35, 11, 6. et alibi. Insuper *res erat*, ut ante Gelenium edebatur, omnes nostri, et Hearnii L. 1. V. ad 8, 31, 2. Mox *τὸ in secreto* perperam exsulant ab Harl.

Utrum maturarent, an differrent, ambigebatur] Pall. uterque *ambigebant*. GEBH. *ambigebatur* Aldus ex cod. Mog. vulgavit: et, nisi excerpta fallunt, ita etiam erat in Voss. et Lov. 1. Reliqui nostri cum edd. prioribus legunt *ambigebant*. Vide ad 38, 40, 1. Praeterea *mutarent*, pro *maturarent*, Voss. et Lov. 3. in contextu; in quo pro varia lectione inter versus adscribitur *incitārent*.

§. 7. *Missusque, qui venenum ferret*] *afferret* vett. edd. usque ad Frob. qui anno 1535. *ferret* reposuit, consentientibus codd. nostris. Supra 30, 15, 6. *Hunc eunuchum ac simul venenum ferens ministrum quum ad Sophonisbam venisset.*

Nihil aliud locutum ferunt, quam quaesisse] Gronov. pr. ed. not. ad Liv. 40, 50. ejecta una voce, legendum contendit *nihil aliud ferunt, quam quaesisse*. Nonnihil conjecturae ejus favet Harl. qui *nihil aliud, quam quaesisse* praefert. An itaque legendum *venenum ferret. Ferunt, accepto poculo, nihil aliud, quam quaesisse?* Ipsam illam locutionem pluribus Gronov. ibidem inlustravit. Adde, quae notantur ad 31, 24, 3. Verum, unius codicis vestigiis insistere, audacius puto, et hinc nihil potius muto. Praeterea *locutum ferē*, id est *fertur*, Lov. 1. Tum *quaesivisse* Lov. 1. et 6. *quaesiisse* Gaertn. Mox *si incolumes*, ut referatur ad Lycortam et equites, Voss. Eam lectionem firmare videtur, quod mox sequitur, *Postquam dictum est, incolumes esse*. Insuper *et equites* Lov. 3. et Gaertn.

§. 8. *Bene habet, inquit; et, poculo inpavide exhausto*] Vet. lib. *hausto*. SIGON. Libri omnes *hausto*. GEBH. Ita et Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. Hearnii L. 1. et priscae edd. Supra 30, 15, 8. *Poculum, nullo trepidationis signo dato, inpavide hausit*. 40, 4, 14. *Haurite poculum, si segnior mors juvat*. Val. Max. 3, 2. ext. 6. *Porrectam veneni potionem non dubitanter hausit*. cap.

Digitized by Google

spiravit. Non diuturnum mortis ejus gaudium auctoribus crudelitatis fuit. victa namque Messene bello exposcentibus Achaeis noxios dedidit, ossaque reddita Philopoemenis sunt: et sepultus ab universo Achaïco est concilio, adeo omnibus humanis congestis honoribus, ut ne divinis quidem abstineretur. Ab scriptoribus rerum Graecis Latinisque tantum 9 10

3. ext. 6. *Sine ulla cunctatione medicamentum hausit.*] Quum tamen Aldus *exhausto* auspiciis cod. Mog. receperit, eamque lectionem etiam in Lov. 2. invenerim, et Vossiani quamvis corrupti vestigia *anoſto* eodem ferre videantur, id praeferendum duxi. Ita cap. seq. §. 12. *Hospitales Deos violatae ab eo fidei testes invocans, poculum exhausit.* Cic. pro Cluent. 11. *Exhausto illo poculo mortis.* Formulam *Bene habet* inlustramus ad 6, 35, 8. Paullo ante *dictum est, incolumes evasisse* Harl. Sed illud *evasisse* ex verbis praecedentibus repetitum est. *incolumes esse dictum est* Gaertn.

Nec diuturnum mortis ejus gaudium] Pall. *Non diuturnum mortis ejus gaudium.* GEBH. Si vox *mortis* non exstaret in libris, nemo eam desideraret. J. FR. GRONOV. *Non diuturnum mortis ejus gaudium* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. ambo; quod, quum Moguntini se ita etiam in Msto suo invenisse testati sint, recepi. *Non diuturnum ejus mortis gaudium* Lov. 2. et Harl. Pronomen *ejus* non adparet in Gaertn. Omnes nostri *τὸ mortis* tuentur.

§. 9. *Exposcentibus Achaeis noxios dedidit*] Pall. *dedit noxios.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *dedit* etiam Hearnii L. 1. *noxios dedit* inverso ordine vulgavit Aldus; quod superest in Gaertn. *noxios dedidit* Modius. *dedidit noxios* Lov. 3. Supra 38, 31, 2. *Qui ejus rei auctores adfinesque essent, nisi dederentur Achaeis, violatum videri foedus.* Passim *dare* et *dedere*, *dedi*, et *dedidi*, ex neglecta perperam syllabae iteratione, commutantur. V. ad 5, 27 §. 4. 6, 8, 10. Epit. Liv. 7. lib. 7, 28, 7. 9, 1, 6. 22, 6, 11. c. 60, 7. 26, 13, 4. 35, 40, 3. 36, 9, 12. cap. 13, 5. hoc lib. c. 54, 3. Quin et, *dare* pro *dedere* usurpari, viri docti docuerunt; quos vide ad Nepot. Lys. 1. §. 2.

Ossaque reddita Philopoemenis sunt: et sepultus ab universo Achaïco concilio] *ossa reddita* Voss. Tum *sunt* deest in Gaertn. Hinc *simul et sepultus* legunt Lov. 5. et priscae edd. At primam vocem Frob. anno 1535. omisit, consentientibus reliquis scriptis. Praeterea *Achaeico* cod. Mog. *sepultus est ab universo Achiatico consilio* Gaertn. *sepultus ab universo Achaïco est concilio* reliqui codd. nostri, Hearnii L. 1. et typis descripti ante Gruterum; cujus ultima editio vocem *est* omisit, quam revocavi. Mox *abstineret* Lov. 1. *abstinerent* Harl. V. ad 38, 40, 1.

§. 10. *Ab scriptoribus rerum Graecis Latinisque*] Vox *rerum* perperam deest in Gaertn. V. ad 7, 42, 7. Tum *Latinis Graecisque* Lov. 3. et Gaertn. Mox *huic viro attribuitur* Lov. 6. in quo deinde vox *memoriae* non adparet.

Digitized by Google

huic viro tribuitur, ut a quibusdam eorum, velut ad insignem notam hujus anni, memoriae mandatum sit, tres claros imperatores eo anno decessisse, Phi-
11 lopoemenem, Hannibalem, P. Scipionem. adeo in aequo eum duarum potentissimarum gentium summis imperatoribus posuerunt.

1 LI. Ad Prusiam regem legatus T. Quinctius Flamininus venit, quem suspectum Romanis et receptus post fugam Antiochi Hannibal, et bellum adversus
2 Eumenem motum faciebat. ibi, seu quia a Flaminino inter cetera objectum Prusiae erat, hominem omnium, qui viverent, infestissimum populo Romano apud eum esse, qui patriae suae primum, deinde,

Decessisse, Philopoemenem, Hannibalem] *decessisse, s. Philopoemenem* Voss. Lov. 1. 3. Mead. 1. et Gaertn. Addita autem litera indicarunt vocem *scilicet*, quae rectius ab aliis Mstis abest.

§. 11. *Duobus potentissimarum gentium summis imperatoribus*] Lege *duarum potentissimarum gentium*, non *duobus*. GELEN. Pall. *duobus potentissimarum*. GEBH. *duobus* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertner. At *duarum* fuisse videtur in Lov. 4. *duabus* in Hearnii L. 1.

§. 1. *T. Quinctius Flamininus*] Ultimam vocem non agnoscunt Lov. 2. et Harl. Plerique reliqui Msti cum priscis edd. solito errore legunt *Flaminius*. Has voces indoctos librarios confudisse, mirari desino, quum videam, etiam capitale interpretis Delphinici ingenium *Flamininos* et *Flaminios* distinguere non potuisse. Inter causas enim, cur Romanorum ad Prusiam legatus (is erat, teste Livio, *T. Quinctius Flamininus*) Hannibalis vel deditionem, vel necem petierit, refert, quod privatae ultionis avidus fuerit in eum, cujus opera victus caesusque pater *C. Flaminius* ad Trasimenum fuisset. Errorem hunc notavit etiam Clariss. Crevierius, ejusque originem indicare conatus est. Mox *faciebant* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertner.

§. 2. *Fractis ejus opibus*] *tractis*, pro *fractis*, perperam Voss. V. ad 23, 35, 1. *tacitis* Lov. 1. *factis* Gaertn. *facti* Lov. 5. et ed. Camp. Tum *suis opibus* Lov. 2. *ejus operibus* Voss. et Lov. 4. V. ad 8, 16, 4.

§. 3. *Quia ipse Prusias, ut gratificaretur praesenti Flaminino*] Pronomen *ipse* deest in Lovel. 6. vocula *ut* in omnibus Mstis nostris, Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. qui eam recte anno 1535. adjecit. Mox *primo colloquio*, neglecta praepositione *a*, dedit Lovel. 3. Dein *ad custodiendam domum Hannibalis* Gaertn. *ad domum custodiendam Hannibalis* re-

Digitized by Google

fractis ejus opibus, Antiocho regi auctor belli adversus populum Romanum fuisset: seu quia ipse Prusias, ut gratificaretur praesenti Flaminino Romanisque, per se necandi aut tradendi ejus in potestatem consilium cepit; a primo conloquio Flaminini milites extemplo ad domum Hannibalis custodiendam missi sunt. Semper talem exitum vitae suae Hannibal prospexerat animo, et Romanorum inexpiabile odium in se cernens, et fidei regum nihil sane confisus. Prusiae vero levitatem etiam expertus erat. Flaminini quoque adventum velut fatalem sibi horruerat. Ad omnia undique infesta, ut iter semper aliquod praeparatum fugae haberet, septem exitus

liqui scripti, et vett. edd. donec Frob. anno 1535. voces eo ordine ederet, quo nunc leguntur.

§. 4. *Romanorum inexpiabile odium in se cernens*] *inexplicabile odium* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et antiquiores edd. quod Gronovius pr. ed. notarum considerari volebat, an sit omnino rejiculum, et *odium inexplicabile* exponebat, cujus ordo, modus, et terminus haud queat explicari, id est, expediri, iniri, finiri. Ejus tamen patrocinium recte repetitis curis omisit. *inexpiabile* autem non, ut in pr. edit. existimat, Aldus ex Msto Mog. sed Ascensius anno 1513. ante Aldum et excussum codicem Mog. restituit. Post receptam vero hanc lectionem Moguntini ex cod. suo nihil monuerunt; ut is quoque ita exhibuisse videatur: quod idem etiam de Lov. 6. suspicor, unde itidem nihil in excerptis notatur. Supra 4, 35, 8. *Ex quibus pro certo habeat, Patres bello inexpiabili se persecutu-ros.* Suet. in Caes. 78. *Inexpiabilem sibi invidiam hinc maxime movit.* Alia exempla hujus vocis a Livio adhibitae Gronov. ex 2, 17. et 33, 12. ac 47. loco laud. adduxit.

Et fidei regum nihil sane confisus] MS. plane nove *et fidei regum nihil sane fretus.* MOD. Lectio cod. Moguntini, a Modio memorata, alterius glossam esse puto. Livius enim τῷ *fretus* non tertium, sed sextum casum addere solet. V. ad 4, 37, 6. ubi Gronov. se eamdem ob causam vulgatum praeferre testatus est. *fidei sane regum nihil confisus*, trajectis vocibus, Lov. 1. 3. et Voss. Mox *etiam* non adparet in Lov. 3.

§. 5. *Septem exitus e domo fecerat, et ex iis quosdam occultos*] Scripti: *septem exitus e domo fecerat: ex iis quosdam occultos, ne custodia sepirentur.* Apud me Curio primus: *et ex iis.* nam priores ab Andrea ad Frobenium *fecerat. ex iis quosdam.* Nobis ad

Digitized by Google

e domo fecerat; et ex iis quosdam occultos, ne cu-
6 stodia sepirentur. Sed grave imperium regum nihil
inexploratum, quod investigari volunt, efficit. to-
tius circuitum domus ita custodiis complexi sunt, ut
7 nemo inde elabi posset. Hannibal, postquam est
nunciatum, milites regios in vestibulo esse, postico,
quod devium maxime atque occultissimi exitus erat,
8 fugere conatus, ut id quoque obcursu militum ob-

gustum priscalectio. J. FR. GRONOV. Voculam *et* omittunt pariter Voss. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et Crevierii Victor. ex quibus etiam Lov. 1. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. legunt *ex his quosdam*. Copulam vero non primus Curio adposuit, sed Frobenius anno 1535. unde factum suspicor auspiciis Gelenii; qui si eam in cod. Mog. reperit, non habeo, quod culpem. Extare etiam videtur in Lov. 1. et 4. unde nihil in excerptis notatur. In reliquis igitur, in quibus deest, elisa esse videtur a voce sequenti. V. ad 30, 6, 7. Infra 42, 65, 12. *Octingenti ferme, et omnes Romani, erant.* Voces *septem exitus e domo fecerat* deesse in ed. Rom. principe, notat Hearnius; *e domo fecerat* in Oxon. L. 1. *semper exitus* legunt Lov. 1. et 6. a manu 1. in quo *plures* a manu altera emendatur. Paullo ante *adventum sibi velut fatalem* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *apparatum fugae* Lov. 1. 6. et Voss. Mox in sequentibus *custodia sepiretur* Harl. et Mead. 1. ut ad Hannibalem referatur. Sed sequitur paullo post: *Ut id quoque* ostium *obcursu militum obseptum sensit.*

§. 6. *Nihil inexploratum, quod investigari volunt, efficit*] Iterum membranae *quod vestigari volunt*, quo usi etiam Cicero et Virgilius; ille 3. de Orat. [23.] ubi ait: *Ipsa tractatio et quaestio quotidie ex se gignit aliquid, quod cum desidiosa delectatione vestiges.* Hic Aeneïd. 7, [131.] dicens *ubi moenia gentis Vestigemus.* Atque hinc venit *vestigator*, id est venator. Varro lib. 4. de Ling. Lat. [pag. 25.] *Haec etsi minus aperta, vindemiator, ut vestigator et venator: tamen id est quod Vindemiator, vel quod vinum legere dicitur, vel quod de vite id demit; Vestigator a vestigiis ferarum, quas indagatur; Venator a venatu.* Vide et Colum. lib. 9. cap. 8. ubi ait: *A vestigatore praeparato vase reconditur.* MOD. Supra 31, 19, 2. *Perfugas et fugitivos, quos inquirendo vestigare potuerint, reddidisse.* 32, 26, 13. *Dimissi deinde per agros, qui vestigarent,* Plin. 8. H. N. 18. *Ubi vacuum cubile reperit foeta, fertur praeceps odore vestigans.* 10, 13. *Illi vestigabant agebantque.* et alibi. Nostri tamen omnes a cod. Mog. dissentientes vulgatum tuentur. Praeterea *valuit* Lov. 6. *voluit* Lov. 1. *velint* Voss. et Gaertn. Tum *effecit* Lov. 3. 5. et edd. vett. Earum, quas vidi, prima *volunt* praefert Ven. anni 1498. Mox *inde* deest in Lovel. 2.

§. 7. *Postquam est nunciatum*] Libri nostri *postquam est enunciatum.* GEBH. Similiter etiam omnes

Digitized by Google

septum sensit, et omnia circa clausa custodiis dispositis esse, venenum (quod multo ante praeparatum ad tales habebat casus) poposcit. *Liberemus*, inquit, 9
diuturna cura populum Romanum, quando mortem senis exspectare longum censent. Nec magnam, nec memora- 10
bilem ex inermi proditoque Flamininus victoriam feret. mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit. Horum patres Pyrrho regi, 11

scripti, et editi vett. nostri; nisi quod *nunciatum* desit in Lov. 2. et *postquam enunciatum est* Lovel. 3. legat. *postquam est anumptiatum* praefert Hearnii L. 1. *postquam nunciatum* cod. Mog. unde Aldus *postquam est nunciatum* edidit, quod recentiores servarunt. Mox *postico quodam devii maxime* Lov. 1. 6. et Voss. *postico quodam, quod devii maxime* Harl. *postico, quod devii maxime* Lov. 2. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. *devium* dedit Froben. anno 1535. quod firmant Lovel. 4. et Mead. ambo; neque aliud voluisse videntur Lov. 5. et Gaertn. quorum tamen librarii aberrantes dederunt *demum*.

§. 8. *Obcursu militum obseptum sensit*] *militum, qui ibi erant, obseptum sensit* Gaertn. *militum, qui ibi erant, senserit* corruptius Voss. Supra 22, 50, 8. *Majoraque hostium agmina obsepiunt iter.* 36, 16, 6. *Satis omnia permunita et praesidiis obsepta videbantur.* V. ad 39, 1, 5.

Venenum etc. *poposcit, Liberemus, inquit, diuturna cura populum Romanum*] Lege *et, liberemus, inquit.* Verba haec eadem vertit Plutarchus [in Flaminino pag. 380.] SIG. Copulam nullus codicum, quos vidi, agnoscit. Contra vocem *inquit* omittunt Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. ac N. Eam similesque saepe a librariis de suo interpositas esse, vidimus ad 23, 45, 6. Si vero et hinc ejicienda est, τὸ *et* cum Sigonio reciperem; ut voculam illam eliserint ultimae literae vocis praecedentis. V. ad 9, 41, 10. Praestare tamen puto, ut nihil mutetur. Praeterea *diutina cura* Harl. V. ad 28, 24, 6. Paullo ante *ad tales casus habebat* Lov. 3. et 6.

§. 9. *Quando mortem senis exspectare longum censent*] *quoniam mortem* Lovel. 3. At *quando* pro quoniam Livius usurpare amavit. V. ad 33, 2, 9. Id autem scribae passim in *quoniam* mutarunt. V. ad 9, 8, 5. et ad Epit. Liv. 57. Tum *censet* Lovel. 2. 6. Harl. et Mead. 1. Praecesserat *populum Romanum*; non recte igitur *censent* subjungi frupor librariorum sibi persuaserat. Sed v. ad 10, 13, 11.

§. 10. *Mores quidem P. R. quantum mutaverit, vel hic dies argumento erit*] Recte vetus *quantum mutaverint.* Dixit enim παθητικῶς, ut Varro: *Prosodiae reliquae non mutant.* LIPS. 5. Epist. quaest. 20. Emendationem Lipsii Gruterus in contextum recepit. Eam probant Lov. 1. 3. 4. Mead. 2. et Gaertn. neque aliter differt Hearnii L. 1. quam quod *mutaverunt* exhibeat. De verbo *mutare* passive usurpato v. ad 3, 10, 6. Tum vocula *vel* decst in

Digitized by Google

hoſti armato, exercitum in Italia habenti, ut a veneno cæveret, praedixerunt. hi legatum consularem, qui auctor eſſet Prusiae per ſcelus occidendi hospitis, miserunt.

12 Exsecratus deinde in caput regnumque Prusiae, et hospitales Deos violatae ab eo fidei teſtes invocans, poculum exhausit. Hic vitae exitus fuit Hannibalis.

1 LII. Scipionem et Polybius, et Rutilius hoc an-

Lovel. 1. et 6. Deinde *haec dies* Lov. 2. et Harl. V. ad 27, 13, 6. *Populi Romani mores quidem*, trajectis vocibus, Lov. 3.

§. 11. *Horum patres Pyrrho regi, hoſti armato*] Hanc hiſtoriam scribit Plutarchus in Pyrrho [pag. 396.] Epiſtola etiam consulum ad Pyrrhum exſtat apud Gellium [3, 8.] SIGON. Libri noſtri *Patres eorum Pyrrho regi, hoſti armato.* GEBH. *Patres eorum Pyrrho regi* etiam omnes noſtri scripti, et editi usque ad Aldum, qui *Horum patres* dedit ex cod. Mog. Deinde vox *armato* deeſt in Voſſ. quod neglegentiae librarii tribuo: videtur enim neceſſaria esse, partim propter gradationem *Pyrrho regi*, tum *hoſti armato*, et tandem *exercitum in Italia habenti*; partim ut obponatur praecedenti *inermi*. Praeterea in sequentibus *ut a veneno eximerent* legit Lov. 1. Tum *auctor Prusiae esset per scelus occidendi hospitis* Lov. 6. *auctor esset Prusiae occidendi hospitis per scelus* Lovel. 3. Insuper §. seq. *τὸ fuit* deeſt in Lov. 6.

§. 1. *Scipionem et Polybius, et Rutilius* etc.] Vide Pigh. Ann. ad ann. IↃLXVIII. DUK.

Ego neque his, neque Valerio adsentior] Qua in re Valerio Antiati (nam de hoc haud dubie loquitur) non aſſentiatur, comminisci non poſſum. Nam quod de tribuno Naevio subjungit, nihil ad Antiatem, qui duos Petilios P. Scipioni diem dixiſſe scribit, non M. Naevium, ut ipse Livius superiore libro [cap. 50.] fatetur. Ad rationem autem contra Polybium atque Rutilium objici fortaſſis poterat, Scipionis exsilium, quod ipse sibi, non patria, fecerat, in cauſſa esse potuiſſe, ut L. Valerius princeps senatus crearetur, nulla Scipionis nota. Magis me movet Ciceronis authoritas, apud quem Cato ita de Scipione Africano loquitur [de Senect. 6.] *Anno ante me censorem mortuus eſt, novem annis poſt meum consulatum, cum consul iterum me consule creatus esset.* Haec ille. Fuit autem hic annus tertius ante hunc, quo Hannibal mortuus dicitur. Obiter etiam hoc loco notandum, quod paulo poſt hic ait Livius, tribunos plebis tribus mensibus ante consules iniiſſe magiſtratum: quanquam haud scio, an perpetuo observatum. GLAR. Si Glareanus diligentius adtendiſſet ad ea, quae Livius supra narravit 38, 50. et sequentibus, facile comperiſſet, Valerium Antiatem velle, Scipionem accusatum esse a duobus C. Petilliis, quo anno consules erant Q. Aemilius Lepidus et C. Flaminius: eam autem dignitatem obtinuerunt secundum Faſtos Capitolinos anno V. C. IↃLXVI. Jam vero huic ipsius sententiae Livius non adsentitur,

Digitized by Google

no mortuum scribunt. Ego neque his, neque Valerio adsentior: his, quod, censoribus M. Porcio, L. Valerio, principem senatus ipsum L. Valerium censorem lectum invenio; quum superioribus tribus lustris Africanus fuisset: quo vivo, nisi ut ille senatu moveretur, quam notam nemo memoriae prodidit, alius princeps in locum ejus lectus non esset.

eamque refellit oratione P. Africani, quae inscripta est adversus M. Naevium tribunum plebis: M. Naevium autem tribunatum plebis iniisse docet ante diem quartum Idus Decembres Ap. Claudio, M. Sempronio consulibus, sive anno V. C. DLXVIII. Hinc patet, quae Livius de Naevio tribuno subjungit, omnino ad refellendum Antiatem, quod Glareanus negabat, pertinere. Ceterum *neque his*, *nec Valerio* legunt Lov. 4. Harl. et Mead. 1. V. ad 9, 9, 14. Praeterea *adsentio* Voss. Lovel. 1. 5. omnesque typis descripti, quos vidi, ante Aldum; qui primus dedit *assentior*. Ea forma hoc verbum adhibet Liv. 1, 54, 1. *Quum de aliis rebus adsentire se veteribus Gabinis diceret.* Similiter Cic. 1. ad fam. 1. *Advertebantur Pompeji familiares adsentire Volcatio.* 1. de Off. 6. *Ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temere adsentiamus.* Utrumque in usu fuisse antiquis, ex Quinctil. Gell. Nonio, et Diomede docet Vossius 5. Gramm. 7. et addit, saepe *adsentio* esse in Mssis, ubi *adsentior* est in vulgatis. Id non tantum mihi obvenit hoc loco, verum etiam supra 21, 4, 1. 22, 43, 8. 25, 11, 14. et 26, 49, 6.

L. Valerio, principem senatus ipsum L. Valerium censorem lectum invenio] *Princeps senatus* erat, quem primum in recitandis senatorum nominibus legebant: quod dignitatis et amplitudinis maximae erat. TURNEB. 27. Advers. 32. *L. Valerio ipsum censorem lectum invenio*, reliquis omissis, Lov. 4. 6. et Voss. *L. Valerio censorem ipsum lectum invenio* Lov. 1. *L. Valerio censoribus principem senatus ipsum lectum invenio* Gaertn. *L. Valerio principem senatus ipsum lectum invenio* Harl. et Mead. 1. *L. Valerio principem senatus ipsum censorem lectum invenio* Lov. 2. 3. et Mead. 2.

Quum superioribus duobus lustris Africanus fuisset] Perspicue legendum est *tribus*. ter enim princeps senatus fuit Africanus. Nam supra lib. 34, [44, 4.] scriptum est: *Censores Sex. Aelius Paetus et C. Cornelius Cethegus P. Scipionem consulem, quem et priores censores legerant, legerunt.* Et 38, [28, 1.] *Censores T. Quintius Flamininus et M. Claudius Marcellus senatum perlegerunt. princeps in senatu tertium lectus P. Scipio Africanus.* SIGON. Manutius de Senatu Rom. cap. 2. vel similiter ante Sigonium legendum monuit, vel ipsum Livium μνημονικὸν ἁμάρτημα commisisse. Ceterum *superioribus lustris*, media voce omissa, Lov. 3. *duobus lustris* reliqui omnes servarunt. Mox §. seq. *nisi ille senatu moveretur* Lov. 1. *nisi ille a senatu moveretur* Lov. 3. *nisi ut ille senatu amoveretur* Lov. 2.

§. 2. *Alius princeps in locum e-*

Digitized by Google

3 Antiatem auctorem refellit tribunus plebis M. Naevius, adversus quem oratio inscripta P. Africani est. 4 Hic Naevius in magistratuum libris est tribunus plebis, P. Claudio, L. Porcio consulibus: sed iniit tribunatum, Ap. Claudio, M. Sempronio consulibus, 5 ante diem quartum Idus Decembres. inde tres menses ad Idus Martias sunt; quibus P. Claudius, L. 6 Porcius consulatum inierunt. Ita et vixisse in tribunatu Naevii videtur, diesque ei dici ab eo potuisse; de-

lectus non esset] Hoc quoque Latinius scripti, et quos habeo editos ante Modium: *in locum ejus lectus non esset*. Ut vitiaverant 21, 42, 2. *Se quisque eum optabat, quem fortuna in id certamen legeret*. 28, 42, 5. *Dux tumultuarius quidem ille L. Marcius et militari suffragio ad tempus lectus*. 29, 22, 12. *Ipse legeret, quos in Africam secum trajiceret*. 40, 35, 14. *Loca pacata ad hibernacula me lecturum*. Ita scribe ex Moguntino, non *electurum*. Symmachus lib. 10. Epistolarum [Ep. 37.] *Bonorum virorum vena foecunda est. Melius urbi nostrae in posterum consuletis, si legatis invitos*. Erravit Lectius, jubens legi, *si eligatis*. J. FR. GRON. *electus* Lov. 1. 6. et Voss. Ex libris autem excusis ante Modium ita praeferunt edd. Paris. anni 1573. et Francofurtana quinquennio recentior. Sed recte Gronov. *lectus* adseruit; quod supereſt in reliquis meis, et Oxonn. Hearnii. Vide, quae notantur ad 2, 1, 10. 28, 42, 5. et 39, 49, 2. Infra tamen 40, 51. eodem errore prima ed. Mog. exhibet: *Censores fideli concordia senatum elegerunt. Princeps electus est ipse censor*. ubi recentiores ediderunt *legerunt*; sed insuper ex sententia Gronovii reponendum est *lectus est*. Mox §. seq. *oratio infra scripta P. Africani est* Lov. 1. 6. et Voss. *τὸ est* omittitur in Mead. 2.

§. 4. *Naevius hic magistratum non iniit tribunatus plebis*] Antiqua scriptura *Hic Naevius in magistratuum libris est tribunus plebis*. GELEN. *Hic Naevius magistratum iniit tribunus plebis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *Hic Naevius magistratum iniit tribunatus plebis* Harl. et Lov. 2. in margine. *Hic Naevius magistratum non iniit tribunatus plebis* Lov. 3. Sed veram lectionem vindicavit Gelenius. Ad *magistratuum libros* provocat, eorumque testimonio utitur etiam Liv. 4, 20, 8. *Quod magistratuum libri, quos linteos in aede repositos Monetae Macer Licinius citat idemtidem auctores, nono post demum anno cum T. Quinctio Penno A. Cornelium Cossum consulem habeant*. Mox *et L. Porcio* Voss. Lovel. 3. et Gaertn. V. ad 2, 17, 1.

Iniit tribunatum, Ap. Claudio, M. Sempronio consulibus, ad quartum Idus Decembres] Lege, *A. D. quartum*, id est, *ante diem quartum*. Sic enim et Dionys. Halicarn. [6, 410.] ubi ait, primos

Digitized by Google

deceſſiſſe autem ante L. Valerii et M. Porcii censuram. Trium clariſſimorum suae cujusque gentis virorum non magis tempore congruente comparabilis mors videtur eſſe, quam quod nemo eorum satis dignum splendore vitae exitum habuit. Jam primum omnes non in patrio solo mortui, nec sepulti sunt. veneno absumti Hannibal et Philopoemen; exsul Hannibal, proditus ab hospite; captus Philopoemen in carcere et in vinculis exspiravit. Scipio, etsi non exsul, neque damnatus, die tamen dicta, ad

7 8 9

tribunos plebis iniiſſe τετάρτῃ πρὸ τῶν εἰδῶν Δεκεμβρίων. Quibus ex locis intelligi poteſt, hunc diem ineundo tribunatui fuiſſe solennem; quemadmodum ad suam usque aetatem factum eſſe scribit Dionysius. Plutarchus etiam auctor eſt in lib. τῶν κεφαλαίων [pag. 283.] tribunos plebis, contra atque alii magiſtratus, ante anni principium iniiſſe. Itaque Q. Metellus Nepos, qui Silano et Murena consulibus tribunatum geſſit, Ciceronem consulatu abeuntem prid. K. Jan. jam inito magiſtratu concione prohibuit. Qua de re se ambigere Glareanus ait. „†. Libenter hoc „et saepe facit Glareanus: satius „enim eſt, prudenter ambigere, „quam temere aſſeverare.“ †. SIG. *ad quartum* vel *quatuor idus* omnes noſtri. Sed verum vidit Sigonius. V. ad 6, 1, 11. et 27, 23, 7.

§. 6. *Ita ut vixisse in tribunatu Naevii videretur*] Antiqua scriptura *Ita vixisse in tribunatu Naevii videtur*, non *ut videretur*. GEL. *Ita ut vixisse* demum vidi in Ascens. anni 1513. uno consentiente Lov. 6. Reliqui *Ita et vixisse*. Sed *videretur* habent omnes ante Gelenium typis descripti, et cum his Lovel. 2. Mead. 1. et Gaertn. *videret* Lov. 1. et 4. Reliqui recte *videtur*. Crediderant librarii, scriptum fuiſſe *vid'etur*, et hinc *videretur* dederunt. Innumeris locis ita erratum eſt. Quaedam exempla vide ad 1, 29, 2. c. 48, 5. 3, 8, 6. c. 32, 6. c. 41, 7. c. 50, 12. 4, 13, 4. c. 44, 11. et paſſim. Mox *ei* deeſt in Lov. 3. *autem* in Lov. 6.

§. 7. *Clarissimorum suae cujusque gentis virorum non magis tempore*] *clarissimorum virorum suae cujusque gentis* Lov. 6. et Gaertn. Deinde *non tempore magis* omnes scripti noſtri, et edd. vett. pro quo *non magis tempore* Frob. anno 1535. edidit. Mox *quam quod* etc. *habuerit* Gaertn. Vide ad 40, 14, 10.

§. 8. *Jam primum omnes non in patrio solo mortui, nec sepulti*] *Nam primum omnes* Voſſ. et Lovel. 6. Sed v. ad 9, 17, 5. Praeterea *non patrio solo* Voſſ. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. *nec patrio solo* Lov. 3. Mox voces *Hannibal et Philopoemen, exsul* desunt in Lov. 1. tres priores in Lov. 6. Cui errori vocis *Hannibal* repetitio cauſſa fuit. At voces *Philopoemen; exsul Hannibal, proditus ab hospite; captus*

Digitized by Google

quam non adfuerat reus, absens citatus, voluntarium non sibimet ipse solum, sed etiam funeri suo, exsilium indixit.

1 LIII. Dum ea in Peloponneso (a quibus divertit oratio) geruntur, reditus in Macedoniam Demetrii
2 legatorumque aliter aliorum adfecerat animos. vulgus Macedonum, quos belli a Romanis inminentis metus terruerat, Demetrium, ut pacis auctorem, cum ingenti favore conspiciebant: simul et spe haud

omittuntur in Hearnii L. 1. ob vocis *Philopoemen* repetitionem. Vide ad 9, 11, 11. Vocem *exsul* non agnoscunt Lov. 2. 3. et Harl.

§. 9. *Non sibimet ipse solum, sed etiam funeri suo, exsilium indixit*] Vocula *non* deest in Lov. 1. et Mead. 1. *sibimet ipse non solum* legunt Lov. 2. et Harl. *sibimet ipsi non solum* Lovel. 6. *non sibimet ipsi solum* Voss. Lovel. 3. Gaertn. et Hearnii L. 1. V. ad 2, 19, 5. *non solum sibi ipse* Lov. 5. et editi ante Aldum. Tum *indixit exsilium* Gaertn.

§. 1. *A quibus divertit oratio*] *oratio devertit* Gaertn. *devertit oratio* Voss. Lovel. 1. 4. Harl. et Mead. ambo. Ita apud Cic. 12. ad Fam. 25. codex Vatic. praefert: *Sed redeamus ad illud, unde devertimus.* Sed recte ibi editur *divertimus*, hic vero *divertit*. Utrobique enim *divertere* est discedere, in diversa abire. Alteram igitur lectionem errantibus scribis tribuo, qui passim haec verba commutarunt. V. ad 1, 51, 8. et 44, 43, 2. Mox *gerunt* Mead. 1. V. ad 10, 10, 1. Tum *aliter* deest in Lov. 1. 3. et 6. *aliter eorum* legit Voss. Ceterum cum his conferendus est Polyb. in Exc. legat. num. 50.

§. 2. *Vulgus Macedonum, quos belli* etc. *metus terruerat, Demetrium* etc. *conspiciebant*] *Vulgi Macedonum* Lov. 3. *Vulgi Macedones* Lov. 6. *Vulgus Macedones* Voss. et Lov. 1. quibus librariis displicuisse videtur locutio *Vulgus conspiciebant*: quum tamen eodem modo formatae Livio inprimis placuerint. V. ad 35, 26, 9. Eadem reddenda est Columellae, auspicio optimi Sangerm. cod. 7, 9, 7. *Profuit et dulces eruisse radiculas aquatilis silvae, tamquam scirpi juncique, et degeneris arundinis, quam vulgus cannam vocant.* ubi vulgo *vocat* editur. Praeterea *Volgus Macedonum* Mog. Ita Flor. et Leid. 1. qui optimi codices Liviani in prima operis ejus parte sunt, passim *volgus* et *volgare* scripserunt. V. ad 2, 7, 5. 3, 6, 3. c. 35, 6. c. 40, 3. 4, 1, 3. c. 27, 10. c. 30, 8. 5, 14, 4. 6, 21, 1. 7, 19, 2. 9, 2, 4. Nec aliter codex Mog. in hac parte 35, 43, 9. 39, 46, 4. 40, 22, 5. c. 29, 8. Ex codd. Virgilianis similia notat Nic. Heins. ad 1. Georg. 481. Eadem forma *volnus* scribit cod. Flor. supra 4, 58, 13. 5, 12, 14. *Volturnus* 22, 46, 9. *volturius* optimi 27, 11, 4. *Volcanus* Mog. cod. 40, 19, 2. Vide N. Heins. ad Petr. Satyr. cap. 77. et Virg. 2. Aen. 539. Noris. ad Cenot. Pis. 4, 4. et quae notantur supra ad 2, 13, 1. Deinde *tenuerat* Lov. 1. et 6. V. ad 23, 1, 10.

Digitized by Google

dubia regnum ei post mortem patris destinabant. *Nam, etsi minor aetate, quam Perseus, esset, hunc tamen justa matrefamiliae, illum pellice ortum esse: illum, ut ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere; hunc insignem Philippi similitudinem prae se ferre. Ad hoc, Romanos Demetrium in paterno solio locaturos; Persei nullam apud eos gratiam esse.* Haec vulgo loquebantur. itaque et Persea cura angebat, ne parum pro se una aetas valeret, quum omnibus 3 4 5

§. 3. *Etsi minore aetate, quam Perseus, esset*] Si analogia loquendi admittenda est, *minore aetate*, quomodo Latinos locutos esse Crevierius negat, dictum esse videri posset, ut *magno natu*, quod toties apud Livium obcurrit, ac viri docti inlustrarunt ad Nepot. Paus. 5. et *minore natu*, *majore aetate*, de quibus agit Gronov. ad Senec. prooem. lib. 2. Controv. *virgo forma excellente*, de quo vide ad 1, 9, 11. De eo tamen contendere nolo, quum *minore aetate* neque in Livii Mstis, neque in antiquis edd. obcurrerit. nam *junior aetate* est in Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. *minor aetate* in reliquis nostris, Hearnii Oxonn. Crevierii Victor. et edd. omnibus ante Gruterum; cujus postrema ἔκδοσις *minore natu* dedit: quod usque ad Crevierium omnes probarunt. Is vero recte alteram lectionem reduxit. *Major aetate*, quod locutioni hic obviae *minor natu* convenit, supra inlustratur ad 3, 13, 2. Solent autem *minor* et *junior*, quod perperam quidam codd. praeferunt, a librariis confundi. V. ad 6, 27, 10.

Hunc tamen justa matre familias] Barber. Naud. Voss. Andreas Romae, et Mediolani (sed mox Tarvisii mutatum) *matre familiae*. Et certum est, modo hoc, modo illud maluisse veteres. J. FR. GRON. Similiter Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii Oxonn. Crevierii Victor. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 34, 2, 1. Vox *familiae* decrat in Harl. Praeterea *το tamen* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Hearnii L. 1. et priscis edd. Primus id addidit Aldus. Verum, quum vix in uno vel altero mihi obvium fuerit, iterum delevi; praesertim quum saepe post *quamvis*, *etsi*, *licet*, similesque particulas, omitti soleat. V. ad 22, 20, 1. Mox *illum pellice natum* Lov. 1. et 6. quod est ex glossa. Idem error in quibusdam codd. supra erat 22, 25, 18. Locutio inlustratur ad 2, 6, 2. Praeterea *illum ex vulgato corpore genitum*, *nullam certe patris notam habere* male Voss. Tum *similitudinem Philippi* Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum.

§. 4. *Ad hoc Romanos Demetrium*] *Et Romanos* Lov. 6. *At Romanos* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *Ac Romanos* Voss. Lovel. 3. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *Ad hoc Romanos* ex cod. Mog. emendavit. Mox *Perse nullam apud eos gratiam esse*. Hinc conjici posset, vel *Persi*,

Digitized by Google

6 aliis rebus frater superior esset: et Philippus ipse, vix sui arbitrii fore, quem haeredem regni relinqueret, credens, sibi quoque graviorem esse, quam
7 vellet, minorem filium censebat. Offendebatur interdum concursu Macedonum ad eum, et alteram
8 jam se vivo regiam esse indignabatur. Et ipse juvenis haud dubie inflatior redierat, subnisus erga se judiciis senatus, conceſſisque sibi, quae patri negata essent: et omnis mentio Romanorum, quantam dignitatem ei apud ceteros Macedonas, tantam invidiam, non apud fratrem modo, sed etiam apud pa-

vel *Persae* scribendum. V. Gronov. ad 42, 25, 2. At reliqui omnes vulgatum tuentur.

§. 5. *Itaque et Persea cura angebat*] *itaque Perseum* Voſſ. *itaque et Perseum* Lov. 6. et Gaertn. *itaque et Perseâ* Lov. 1. Tum *cura agebat* Voſſ. et Lov. 1. Male. V. ad 29, 6, 7.

Quum omnibus aliis rebus frater superior esset] *aliis omnibus rebus* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *quum alius omnibus aliis rebus superior frater esset* Lov. 6. *quum alius omnibus aliis rebus superior esset* Voſſ. et Lov. 1. *quum aliis omnibus rebus superior esset* Gaertn. Male. Polyb. Exc. Leg. num. 50. Ὁ δὲ Περσεὺς οὐ μόνον ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐυνοίᾳ παρὰ πολὺ τἀδελφοῦ λειπόμενος· ἀλλὰ καὶ περὶ τἄλλα πάντα καθυστερῶν, καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ κατασκευῇ δυσχερῶς ἔφερε.

§. 6. *Et Philippus ipse, vix se sui arbitrii fore*] Redundat *se, vix sui arbitrii fore.* GELEN. Unus tantum meorum Lov. 5. agnoscit *se*, quod a reliquis omnibus abeſt. At viciſſim *foret* Voſſ. Lovel. 2. 3. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *esset* Lov. 1. et 6. Prima etiam vocula *et* non adparet in Lovel. 1. et 3. sed intercepta eſt ab ultimis literis vocis proximae. V. h. lib. ad cap. 18, 8.

Graviorem esse, quam vellet, minorem filium censebat] Τὸ *esse* non adparet in Lov. 6. Tum *filium minorem* legunt Voſſ. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Praeterea *ajebat* Mog. codex, quod forte eſt praeferendum. Polybius enim non tantum Philippum ita censuiſſe, sed insuper sensa animi non occultasse, narrat in Exc. Legat. num. 50. Οὐ μὴν ὁ μὲν Φίλιππος ἐπεκρύπτετο τὴν ἐπὶ τούτοις δυσαρέσηϑιν. quod contra mentem Polyb. Casaub. ita vertit: *Sed Philippus quidem displicere haec sibi dissimulat.*

§. 8. *Et ipse juvenis haud dubie inflatior redierat*] Particulam *Et* omittunt Lovel. 5. et edd. antt. quam Aldus, jubente cod. Mog. adscivit. Adsentiuntur ei reliqui noſtri, nisi quod *Ei ipse juvenis* sit in Voſſ. et Lov. 1. V. ad 41, 15, 6. *Juvenis et ipse* in Lov. 6. Mox *quae prorogata*, pro *quae patri negata*, Harl. Insuper §. seq. *tantam invidiam nunc apud patrem*

Digitized by Google

trem, conciliabat: utique poſtquam alii legati Ro- 10
mani venerunt, et cogebatur decedere Thracia, prae-
sidiaque deducere, et alia, aut ex decreto priorum
legatorum, aut ex nova conſtitutione senatus, face-
re. Sed omnia moerens quidem et gemens, (eo 11
magis, quod filium frequentiorem prope cum illis,
quam secum, cernebat) obedienter tamen adversus
Romanos faciebat, ne quam movendi extemplo bel-
li cauſſam praeberet. Avertendos etiam animos a 12
suspicione talium consiliorum ratus, mediam in
Thraciam exercitum in Odrysas, et Dentheletos, et

conciliabat, reliquis omiſſis, Voſſ. et Lov. 6. Sola vox *etiam* omittitur in Lov. 1. et 3.

§. 10. *Poſtquam alii legati Romani venerunt*] *legati alii* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *Romam venerunt* Lov. 3. et 6. Cum his conferendus Polyb. in Exc. Legat. num. 48. Mox *Trecia* Lov. 1. et 4. V. ad 37, 33, 3.

§. 11. *Moerens quidem et gemens, (eo magis, quod filium frequentiorem prope cum illis*] Interpunctionem, quae in prioribus edd. vacillabat, ac corrupta erat, ex mente Crevierii emendavi. Voces *et gemens* male omittit Lovel. 1. βαρυνόμενος καὶ στένων dixit Polyb. in Exc. Legat. num. 48. *moerens et gemens quidem* legunt Voſſ. et Gaertn. Tum *cum aliis* cod. Mog. sollemni scribarum errore. V. ad 23, 7, 3.

Belli cauſſam praeberet: *praevertendos etiam animos*] Legendum *avertendos*. GELEN. *praevertendos* servant omnes noſtri, et Hearnii L. 1. Gronov. etiam priori ed. notarum eam lectionem, quam et ipse in Barberin. Naud. et Petav. invenerat, probavit, et verbo *praevertendos* indicari monuit, ante, quam expediret haec consilia publicari, vertendos ad alia hominum animos ab suspicione illorum. Id tamen poſtea in repetitis curis recte omisit. Nam ex Voſſ. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. *belli cauſſam praevertendos etiam animos* obferentibus, colligo, unicam librariorum neglegentiam lectionis, quam Gelenius rejecit, originem fuiſſe. Primo enim ob similitudinem inter ultimas syllabas vocis *praeberet*, et medias sequentis *avertendos* duas voces in unam contraxerunt, et pro *praeberet avertendos* scripserunt *praevertendos*: deinde vero, quum sensus hiaret, ut supplerent, quod deerat, alii dederunt *belli causſam oſtenderet, praevertendos*, quod inveni in Lov. 2. et 6. alii *belli cauſſam praeberet, praevertendos*, ut exhibent Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo *avertendos etiam* Frob. anno 1535. auctoritate Gelenii vulgavit; quum jam antea Moguntini se in cod. suo *etiam avertendos* reperiſſe monuissent.

§. 12. *Exercitum in Odrysas, et*

Digitized by Google

13 Beſſos duxit. Philippopolin urbem, fuga desertam oppidanorum, qui in proxima montium juga cum familiis receperant sese, cepit: campeſtresque barbaros, depopulatus agros eorum, in deditionem ac-
14 cepit. relicto inde ad Philippopolin praesidio, quod haud multo poſt ab Odrysis expulsum eſt, oppidum

Dentelecos, et Bessos duxit] Quidam *Dentelochos* emendarunt. Apud Plin. lib. 4. cap. 12. tum *Denseletae*, tum *Denteletae* in codicibus vetuſtioribus legas, ut et *Bessorum* meminit. Ptolemaeus vero [3, 11.] inter Thraciae praeturas *Dantheleticen* et *Bessicen* memorat. Strabo item lib. 7, [318.] *Danthelotas* vocat et *Bessos*. Itaque hoc et Graecis et Latinis variatum eſt codicibus: quare, quid sequendum, lector ipse dispiciat. *Philippopolim* vero antea *Trimontium* dictam, et Plinius et Ptolemaeus perhibent. Plinius etiam *Poneropolim* olim, Ptolemaeus *Hadrianopolim* suo tempore. GLAR. Strabo lib. 7, [318.] *Danthelitas*, et caeteri Graeci vocant *Δανθηλήτας*. SIG. *Dentelecos* edd. principes usque ad Moguntinos, qui *Dentelochos* dederunt; *Dentheletas* Frobenius anno 1535. *Danthéletas* Sigonius, et poſtea recentiores. *Dentelectos* praefert Lov. 2. *Dentelecos* Lov. 5. *Denteletos* Lov. 3. *Dentheletes* Lov. 5. *Dentheletos* Voſſ. Lov. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. quod verum puto, et in contextum recepi, accedente consensu Polyb. in Exc. Legat. num. 48. *Διελθὼν δὲ διὰ μέσης τῆς Θράκης ἐνέβαλεν εἰς Ὀδρύσας, Βέσσους, καὶ Δενθηλήτους*. Unde etiam patet, verum non eſſe, quod Sigonius sibi persuasit, ceteros praeter Strabonem Graecos hanc gentem *Δανθηλήτας* vocaſſe. Nam *τὴν Θράκην τὴν Δενθηλητῶν*, et Sitam regem *τῶν Δενθηλητῶν* memorat Dio Caſſ. 51, 461. Meminit etiam *τῶν Δενθηλητῶν* 54, 534. *Denseletae* vocantur Plinio, Solino, et Marc. Capellae. V. Salmas. Exerc. Plin. pag. 112. etiam Ciceroni in Pison. 34. *Denseletis, quae natio semper obediens huic imperio* etc. *nefarium bellum et crudele intulisti*. Ejusdem populi meminit etiam Liv. 40, 22. ubi docti Sigonium monentem non audientes *Dentheletas* servarunt, et ex veſtigiis codd. meorum *Dentheletes* etiam edidi.

§. 13. *Philippopolin urbem, fuga desertam*] *Philippolin* hic, et mox Voſſ. et Lov. 1. *Philopolin*, vel *Philopolim* hic, et paullo poſt Lov. 2. 3. 6. et Harl. Polyb. loc. laud. *Παραγενόμενος δὲ ἐπὶ τὴν προσαγορευομένην Φιλίππου πόλιν, φυγόντων τῶν ἐνοικούντων εἰς τὰς ἀκρωρείας, ἐξ ἐφόδου κατέσχε τὴν πόλιν.*

Campeſtresque barbaros, depopulatus agros eorum, in deditionem accepit] Polyb. ibid. *Μετὰ δὲ ταῦτα πᾶν τὸ πεδίον ἐπιδραμὼν, καὶ τοὺς μὲν ἐκπορθήσας, παρ' ὧν δὲ πίστεις λαβὼν ἐπανῆλθε. depopulatis agris* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Verbum *populari* passive usurpari, vidimus ad 24, 8, 14. Similiter et alia deponentia ad 34, 40, 2. At reliqui ſtant pro vulgato. Tum *recepit* Lov. 5. et priscae edd. quod accepit exponi poteſt. V. ad h. l. cap. 22, 11. Sed codicum auctoritati cedendum puto. Non tantum enim Mo-

Digitized by Google

in Deuriopo condere instituit. Paeoniae ea regio est prope Erigonum fluvium; qui, ex Illyrico per Paeoniam fluens, in Axium amnem editur. Haud procul Stobis, vetere urbe, novam urbem Perseïda, ut is filio majori haberetur honos, adpellari jussit.

guntini se *accepit* in cod. suo inveniſſe teſtati sunt, sed eodem modo etiam praeferunt reliqui noſtri. Insuper *receperat* modo praeceſſit.

§. 14. *Relicto inde ad Philippopolin praesidio, quod haud* etc.] Polyb. ibid. Φρουράν καταλιπὼν ἐν τῇ Φιλίππου πόλει. ταύτην δὲ συνέβη μετά τινα χρόνον ἐκπεσεῖν ὑπὸ τῶν Ὀδρυσῶν, ἀθετησάντων τὰς πρὸς τὸν βασιλέα πίστεις. Ceterum *a Philippopolin* Lov. 1. 4. et Mead. 1. *ap Philippopolin* Voſſ. An igitur voluit *apud Philippopolin*. Sed nihil muto. Mox *eſt pulsum* Voſſ. et Gaertn. τὸ *eſt* non adparet in Lov. 3.

Oppidum in Derriopo condere inſtituit] *Deuriopus* nomen loci apud Strabonem lib. 7. prope Lymiſtas (ut ipse vocat) et Pelagones. *Derriopum* nusquam invenio. Thucydides lib. 2, [98. et 100.] *Doberum* Paeoniae facit oppidum, quod Ptolemaei codices inversis literis vocant *Deborum* [3, 13.] *Stobos* autem Pelagonum oppidum Ptolemaeus facit, non ita prope Paeonas. Quanquam ex Livii verbis non plane conſtat, duasne urbes condere inſtituerit Philippus, an unam duntaxat, ut continuata sit lectio, diſtinctionibus, non colis intercisa. quod videtur verisimile. Et hic lectoris eſto judicium. GLAR. *Deuriopo* legendum eſt ex Straboni lib. 7. [326.] πρὸς δὲ τούτοις Ἀυγκῖαί τε καὶ ἡ Δευρίοπος καὶ ἡ Τριπολίτις Πελαγονία. Et paullo poſt [pag. 327.] ubi de Erigone quoque, ut Livius hic, fluvio loquitur: ὁ δ' Ἐριγὼν πολλὰ δεξάμενος ῥεύματα ἐκ τῶν Ἰλλυρικῶν ὀρῶν καὶ Αυγκεσῶν, καὶ Βρυγῶν, καὶ Δευριόπων, εἰς τὸν Ἄξιον ἐκδίδωσι. Item: ἐπὶ τῷ Ἐριγῶνι πᾶσαι αἱ τῶν Δευριόπων πόλεις ὤκηντο. SIG. *in Derchiopo* Lovel. 2. Harlej. et Mead. 1. *inter Chiepo* Lov. 3. *in Detriopo* Voſſ. et Gaertn. *in Deriopo* Lov. 6. *in Derioppo* Lov. 1. *in Derrhiopo*, vel *in Derriopo* Lovel. 4. 5. Mead. 2. Hearnii N. et edd. vett. pro quo recte *in Deuriopo* emendavit Sigonius. Δουρίοπος vocatur a Steph. Byz. qui tamen laudat teſtem Strab. lib. 7. ubi Δευρίοπος vocatur. Praeterea *conſtituit condere* Voſſ. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§. 15. *Paeoniae ea regio eſt prope Erigonum fluvium*] *Paeonica regio eſt* Lov. 4. et Mead. 2. Tum *prope Engonum* Harl. coalescentibus literis *ri* in *n*. *Erigorium* Lov. 1. contra *n* diſſoluta in *ri*. V. ad 3, 30, 3. *prope Eugonum* Lov. 2. *Origanum* Voſſ. *Ethrigonum* Lov. 6. Sed v. ad 31, 39, 6.

In Axium amnem elabitur] Legendum *in Axium amnem editur*, non *elabitur*, atteſtantibus archetypis. GELEN. *in maximum* Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. *in Ansium* Lov. 3. Dein *conditur amnem* Lov. 3. *editur amnem* ceteri noſtri, et edd. vett. *amnem elabitur* demum inveni in ed. Ven.

Digitized by Google

1 LIV. Dum haec in Macedonia geruntur, consu-
2 les in provincias profecti. Marcellus nuncium prae-
misit ad L. Porcium proconsulem, ut ad novum Gal-
3 lorum oppidum legiones admoveret. Advenienti
consuli Galli sese dediderunt. duodecim millia ar-
matorum erant. plerique arma ex agris rapta habe-
4 bant. ea aegre patientibus iis ademta, quaeque alia
aut populantes agros rapuerant, aut secum adtule-
rant. de his rebus qui quererentur, legatos Romam
5 miserunt. Introducti in senatum a C. Valerio prae-
tore exposuerunt, *Se, superante in Gallia multitudine,*

anni 1495. Ceterum Celeberr. Jac. Perizon. ad marginem Livii, mutata interpunctione, legebat *in Axium amnem editur haud procul Stobis vetere urbe. Novam urbem* etc. Hinc consequens foret, Erigonum Axio commisceri haud procul Stobis. Si situs locorum permitteret, totum locum ita distinguendum censerem: *oppidum in Deuriopo condere instituit (Paeoniae ea regio est) prope Erigonum fluvium (qui, ex Illyrico per Paeoniam fluens, in Axium amnem editur) haud procul Stobis vetere urbe. Novam urbem* etc. Ita Stobi, qui nunc longius ab Axio siti creduntur, propius ei flumini admoveri, et forte ad ripam ejus dextram conlocari deberent. Vide etiam Cellarii Geogr. Antiq. lib. 2. cap. 13. pag. 664. Ceterum *haud procul Stolis* Voss. et Gaertn. *haud procul Scobis* Lovel. 2. 5. Harl. et edd. antt. pro quo Moguntini, reliquis scriptis concinentibus, *Stobis* dederunt. V. etiam ad 40, 21, 1.

§. 16. *Novam urbem Perseïda, ut is filio majori*] *Perseïdam* Voss. et Gaertner. Deinde *ut iis filio* Lov. 2. et quaedam ex vetustis edd. *ut his filio* edd. Lugd. anni 1553. Paris. 1573. omnesque recentiores usque ad Gron. cujus prima ἔκδοσις praefert *ut hic filio;* in notis tamen ex ed. Ald. *ut is filio* probavit, et in sequentibus edd. in contextum recepit. Neque aliter reliqui codd. nostri, et edd. principes.

§. 1. *Dum haec in Macedonia geruntur, consules in provinciam profecti. Marcellus nuncium praemisit*] *Haec in Macedonia geruntur* omnes Msti, et priscae edd. nisi quod Lov. 1. legat *Haec dum in Macedoniam geruntur.* Lov. 6. *Haec dum geruntur.* Frobenius anno 1535. substituit *Dum haec.* Praeterea *consules in provinciam profecti nuncium praemiserunt* Lov. 1. Mox *ad L. Porcium consulem* Harl.

§. 3. *Sese dediderunt. duodecim millia*] *sese dederunt* Lov. 1. et 6. Vide h. lib. ad cap. 50. 9. et h. cap. §. 7. Tum *viginti duo millia* Gaertn. Mox *pleraque arma ex agris reperta habebant* Voss. *plerague arma* Lovel. 1. *plera arma* Lov. 6.

§. 4. *Ea aegre patientibus iis ad-*

Digitized by Google

inopia coactos agri et egestate, ad quaerendam sedem Alpes transgressos. quae inculta per solitudines viderent, ibi sine ullius injuria consedisse. Oppidum quoque aedificare coepisse: quod indicium esset, nec agro, nec urbi ulli vim adlaturos venisse. Nuper M. Claudium ad se nuncium misisse, bellum se cum iis, ni dederentur, gesturum. Se, certam, etsi non speciosam, pacem, quam incerta belli, praeoptantes, dedidisse se prius in fidem, quam in potestatem, populi Romani. Post paucos dies, jussos et agro et urbe decedere, sese tacitos abire, quo terrarum possent, in animo habuisse. arma deinde sibi,

emta] *eoque aegre patientibus* Voss. et Lov. 1. ac 6. *eo quod aegre patientibus* Lov. 3. *eaque aegre patientibus* Gaertn. In verbis sequentibus *quoque alia* Voss. et Lovel. 1. *quod alia* Lovel. 6. Dein *miserunt Romam* Lov. 2. et 6. Insuper §. seq. Valerii praetoris praenomen *C.* deest in Voss.

§. 6. *Quod indicium esset, nec agro. nec urbi ulli vim adlaturos venisse*] *Oppidum quoque aedificare coepisse, quod modicum esset* Lov. 1. et 6. Tum vocem *ulli* ignorat Lov. 2. *venisse* Lov. 1. 6. et Voss. Mox *bellum se, ni dederentur* Harl. *bellum se iis, ni*, vel *nisi dederentur* Voss. et Lov. 6. *bellum se, cum iis videretur* Lov. 1.

§. 7. *Se, certam, etsi non speciosam, pacem, quam incertam belli spem, praeoptantes*] Legendum *pacem, quam incerta belli, praeoptantes*. GELEN. Pronomen *Se* deest in Lovel. 2. et Harl. Hinc *incertam belli pacem* in uno supererat Lov. 5. Reliqui, ut Gelenius emendavit, *incerta belli*, id est, bellum incertum. Supra 30, 2. *Scripserunt et duas legiones urbanas ad incerta belli*. quod *incertos belli eventus* vocat 7, 23, 4. Ita *incerta fortunae, casuum*. 30, 15, 4. *Sub cujus custodia regio more ad incerta fortunae venenum erat*. c. 30, 11. *Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna numquam decepit*. Similiter *subita belli*, de quo v. ad 6, 32, 5. V. Bernecc. ad Justin. 38, 1. Praeterea *praeoccupantes* Voss. Lovel. 1. 6. et Gaertn.

Dedidisse se prius in fidem, quam in potestatem] V. ad 36, 28, 4. DUK. *dedidisse prius* Harl. et Mead. ambo. ubi pronomen *se* elisum est a syllaba ultima vocis praecedentis. V. ad 34, 11, 7. *dedisse prius in fidem* Lov. 4. *dedisse prius in fidem se* Lov. 2. *dedisse sed prius in fidem* Voss. et Gaertn. *dedisse* etiam Lovel. 1. 5. 6. et edd. ante Modium, qui *dedidisse* substituit. V. ad §. 7. *dedere in ditionem populi Romani* habemus 1, 38, 2. et 7, 31.

§. 8. *Omnia alia, quae ferrent agerentve, ademta*] *Ferre et agere* in historicis cum legimus, alterum ad homines, qui quid ferunt; alterum ad jumenta, quae portant, referendum est. TURNEB. 27. Advers. 32. Immo *feruntur* res, *aguntur* jumenta, in-

Digitized by Google

et postremo omnia alia, quae ferrent agerentque, adem-
9 *ta. Orare se senatum populumque Romanum, ne in se*
10 *innoxios deditos acerbius, quam in hostes, saevirent.* Huic orationi senatus ita responderi jussit: *Neque illos recte fecisse, quum in Italiam venerint, oppidumque in alieno agro, nullius Romani magistratus, qui ei provinciae praeesset, permissu, aedificare conati sint: neque se-*

terdum et homines captivi. V. ad 33, 13, 10. Ceterum *omnia quae alia ferrent* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Hinc *ferrent agerentque* scripti nostri, Hearnii L. 1. et typis descripti ante Frobenium, qui *agerentve* anno 1535. dedit. Paullo ante *et urbe et agro* Voss. Lovel. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *urbe et agro* Lovel. 3. Tum *sese citatos abire*, transpositis syllabis, Lov. 3. V. ad 22, 12, 7.

§. 9. *Orare se pro S. P. Q. R.*] Lege *orare se senatum populumque Romanum.* SIGON. Illud *pro S. P. Q. R.* nusquam, nisi apud unum Curionem, obcurrere monuit Gronov. ad 39, 36, 1. Mihi tamen ea lectio obvia fuit in edd. Basil. anni 1554. et 1555. (* Non vero exstat in ed. Curionis, quam sub oculis habeo.)

§. 10. *Senatus ita responderi jussit: Neque illos recte fecisse, quum in Italiam venirent*] Neque Moguntinae curatores recte feciſſe arbitror, quod immutavere lectionem veterem scriptorum et Andreanarum: *Neque illos recte gessisse.* Diximus alibi, *gerere* et *agere* saepe promiscue poni. L. 40, [57, 8.] *Sive caesi ab Romanis forent Bastarnae, Dardanos tamen sublatos*, etc. *solatio fore: sive prospere gessissent, Romanis aversis*, etc. J. FR. GRON. Vocula *ita* deest in Harl. Dein *gessisse* omnes nostri, et Hearnii Oxonn. Saepe etiam *gerere* et *agere* promiscue usurpari, docuerunt J. Fr. Gronov. 4. Obs. 14. pag. 226. et Jac. Gronov. ad Livii 29, 23, 1. Nihilominus Moguntini lectionem revocavi. Respexit enim Livius ad solemnem formulam *recte atque ordine fecisse*, qua senatus factum alicujus sibi placere indicabat. Plura ejus exempla larga manu cumulavit Brisson. 2. de Form. 197. Inde etiam petitum est, quod mox addit, *Neque senatui placere, deditos spoliari.* V. ad 42, 8, 7. Exemplum vero, quod Gronov. ex Livii 40, 57. laudavit, non convenit; in eo enim legendum videtur *prospere rem gessissent*, aut certe vox *rem* subintelligenda est, ut ad eum locum dicam. *Gerere* autem et *facere*, *gesta* et *facta* passim a librariis confunduntur. V. ad Epit. Liv. 3. et 34. Praeterea *quum Italiam venirent* Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Sed praepositio *in* hausta est ab ultima litera praecedentis *quum*. V. ad 10, 13, 3. Tum *venerint* Aldus ex cod. Mog. quod secuti recentiores servarunt usque ad Gruter. cujus ultima ed. priscam lectionem *venirent* male revocavit. Mox *aedificare conati sunt* perperam omnes nostri, exceptis Lovel. 5. et Mead. 1. qui cum vet. editis retinent *sint.*

§. 11. *Se cum iis legatos ad consules missuros*] *ad consulem* om-

Digitized by Google

natui placere, deditos spoliari. Itaque se cum iis legatos 11
ad consulem missuros; qui, si redeant, unde venerint,
omnia iis sua reddi jubeant; quique protinus eant trans
Alpes, et denuncient Gallicis populis, multitudinem suam
domi contineant. Alpes prope inexsuperabilem finem in 12
medio esse. non utique iis melius fore, quam qui eas pri-
mi pervias fecissent. Legati missi L. Furius Purpureo, 13

nes nostri, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et edd. vett. Quum autem per compendium *ad cos.* edi coeptum esset, prima mali labes a Vascos. initium habuit. Edidit enim *ad coss.* quem proximi imitati sunt, donec Parisiis anno 1573. *ad consules* ederetur. Verum ex omni superiori narratione hoc cap. et seq. patet, unum indicari consulem M. Claudium Marcellum, quum interim alter consul Q. Fabius in provincia sua Liguribus foret, ut colligitur ex cap. 56. Et ita senatui placuerat supra cap. 45. si Galli oppidum in Italia aedificare armis prohibendi essent, *ex consulibus alterum adversus Gallos ducere legiones.* Cl. Dukerus veram lectionem etiam deprehendit, ut et Crevier. qui eam in contextum recte recepit. Praeterea *missurum* Voss. forte quia praecessit *senatus ita responderi jussit.* Sed v. ad 4, 58, 4. Mox *unde venerunt* Lov. 3. et 6. Tum *denuncientque Gallicis populis* Lov. 3. Tandem *sua* deest in Harl.

§. 12. *Alpes prope inexsuperabilem finem in medio esse*] Voss. *inexsuperabiles.* J. FR. GRONOV. Eam lectionem valde sibi placere, ad marginem Livii monuit Ant. Perizon.

Non utique iis melius fore, qui eas primi pervias fecissent] Loquitur de Gallis, qui proxime Alpibus superatis in Italiam descendissent. Sententia autem manca videtur expleri posse una addita particula *quam:* ut sit, *non utique iis melius fore, quam qui eas primi pervias fecissent.* Oratio est terroris et minarum plena, qua se Gallos eos, qui Alpes, quae in medio sunt, in posterum transcenderint, non aliter castigaturos esse denunciant, quam aut Senones, aut Annibalem, qui primi eas pervias fecerunt, castigaverint. SIGON. Particula *quam* a Sigonio addita deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Eam etiam abesse posse, Gronov. existimavit in addendis ad pr. editionem notarum pag. 743. verba haec ita exponens, ac supplens, si qui contra hanc denunciationem transierint, illis fore utique non melius iis, qui eas primi pervias fecissent. Ipse tamen hanc expositionem in curis secundis omisit, et ita quasi tacite damnavit. Crevierio etiam Sigonii supplementum displicet, qui vulgatum sic interpretatur: malum habituros eos, qui primi postea Alpes transissent: idque inlustrat loco Livii supra 3, 41, 3. *Non erit melius, nisi de quo consulimus, vocem misisse.* Verum *melius erit* eo loco aliisque, quae Gronov. ibidem laudavit, ut et infra 44, 36. idem notat, ac praestabit; quo sensu hic capi nequit: sed *non melius fore* accipio pro non meliori fortuna usuros, eamdem infelicem

Digitized by Google

Q. Minucius, L. Manlius Acidinus. Galli, redditis omnibus, quae sine cujusquam injuria habebant, Italia excesserunt.

1 LV. Legatis Romanis Transalpini populi benigne responderunt. seniores eorum nimiam lenitatem
2 populi Romani castigarunt: *Quod eos homines, qui gentis injussu profecti occupare agrum imperii Romani, et in alieno solo aedificare oppidum conati sint, impuni-*
3 *tos dimiserint. Debuisse gravem temeritatis mercedem statui. quod vero etiam sua reddiderint, vereri, ne tan-*
4 *ta indulgentia plures ad talia audenda inpellantur.* Et exceperunt, et prosecuti cum donis legatos sunt.

fortunam experturos. Si quis expositionem Gronov. probare malit, non adversabor. Ego tamen Sigonii conjecturam praefero, praesertim si codd. Lov. 6. et Mead. 1. unde in excerptis meis nihil notatum video, eam adfirmant. Facile autem *qm̄*, id est *quam*, a sequenti *qui* elidi potest. Ita contra, *qui* a praecedenti *quam* interceptum esse, vidimus ad 5, 2, 11.

§. 13. *L. Furius Purpureo, Q. Minucius, P. Manlius Acidinus*] Furii cognomen omittunt codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Primi Moguntini ex cod. suo adjecerunt *Purpurio;* pro quo deinde Sigonius emendavit *Purpureo*. V. ad 27, 2, 10. Tum *Q. Minucius* deest male in Harl. Praeterea *L. Manlius* omnes scripti nostri, Crevierii Victor. et typis descripti ante Gruter. cujus ultima ed. perperam substituit *P. Manlius*. Verum, utrum Manlii Acidini *Publii* praenomine usi fuerint, valde dubito: ejus certe exemplum apud Livium non invenio. Intelligitur autem L. Manlius Acidinus, qui praetor creatus Hispaniam citeriorem sortitus est 38, 35. optime in ea provincia res gessit 39, 21. et hinc Romam reversus obtinuit, ut ovans urbem iniret cap. 29. postea vero consulatum adeptus est. V. 40, 43. Is autem hoc tempore praetorius recte post duos collegas memoratur. Erant enim consulares. Prioris consulatum memorat Liv. 33, 14. alterius 34, 45. Verum vidit et recepit Hearnius. Eum secutus est Crevierius, et ulterius adstruxit. Eamdem lectionem etiam praeferendam esse vidit Cl. Dukerus.

§. 1. *Seniores eorum nimiam lenitatem populi Romani castigarunt*] *senatores eorum* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et reliquae ante Moguntinos, qui *seniores* ex membranis suis restituerunt. Consentiunt Msti nostri, et edd. principes. Voces ceteroquin *seniores* et *senatores* a librariis confunduntur. V. ad 24, 24, 4. et 30, 21, 6. Tum *castigaverunt* Lov. 2. et Harl. invitis reliquis. V. ad 21, 44, 7.

Digitized by Google

M. Claudius consul, Gallis ex provincia exactis, Istricum bellum moliri coepit, literis ad senatum missis, ut sibi in Istriam traducere legiones liceret. Id se- 5
natui placuit. Illud agitabant, uti colonia Aquileja deduceretur. nec satis constabat, utrum Latinam, an civium Romanorum, deduci placeret. postremo Latinam potius coloniam deducendam Patres censuerunt. Triumviri creati sunt P. Scipio Nasica, C. 6
Flaminius, L. Manlius Acidinus. Eodem anno Mutina et Parma coloniae Romanorum civium sunt deductae. bina millia hominum in agro, qui proxime 7
Bojorum, ante Tuscorum fuerat, octona jugera Par-

§. 2. *In alieno solo aedificare oppidum conati sunt, impunitos dimiserint*] Pall. et vet. ed. *conati sint, impunitos dimisissent*. GEBH. *alieno in solo oppidum aedificare* Lov. 2. Tum *conati sint* Lov. 5. Mead. 2. et edd. princ. Ita ex prima Andreae ed. legebat Crevierius; idque obliquam orationem postulare, Cl. Dukerus monuit. Recipere igitur non dubitari. Tum *dimisissent* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *dimiserint* auspiciis cod. Mog. emendavit. Idem forte voluit scriba Lovel. 2. qui tamen male *dimiserunt* scripsit. Eodem errore mox §. seq. *reddiderunt* est in Voss. Lovel. 1. 4. 6. Harlej. Mead. utroque, et Gaertn. Postea *audenda agendaque impellantur* Lov. 3.

§. 4. *Et exceperunt, et prosecuti cum donis legatos sunt*] *Dona exceperunt, et prosecuti* Lovel. 3. *ita prosecuti* legit cod. Mog. Male. Mox Claudii consulis praenomen deest in Lov. 3.

§. 5. *Illud agitabant, uti colonia Aquileja deduceretur*] *Illud agitabat* Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. forte quia praecessit *senatui*. Sed vide ad 4, 58, 4. Tum vocem *Aquileja*, quae ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. et edd. antt. exsulat, Moguntini ex cod. suo addiderunt. Ejus loco Sigonius *Aquilejam* edidit, sed Modius *Aquileja* revocavit. Et recte. Quum enim utrumque dici queat, ut vidimus ad h. l. cap. 44, 10. et cod. Mog. qui solus vocem servat, diserte *Aquileja* praeferat, eam lectionem mutandi legitima causa praetendi nequit.

§. 6. *Triumviri creati sunt*] Hoc anno quidem creati sunt, sed coloniam demum deduxerunt anno sequenti; unde in gestis ejus illorum iterum meminit 40, 34. Ceterum *Triumvirique* Lov. 4. et Mead. 2.

Eodem anno Mutina et Parma coloniae Romanorum civium sunt deductae] *Eo anno* Voss. V. ad 10, 10, 6. Tum *Mutinam et Parmam* Voss. et Gaertn. At reliquis vulgatum tuentibus nihil muto. V. ad §. praec. Hinc *civium Roma-*

Digitized by Google

8 mae, quina Mutinae acceperunt. Deduxerunt triumviri M. Aemilius Lepidus, T. Aebutius Carus, L.
9 Quinctius Crispinus. Et Saturnia colonia civium Romanorum in agrum Caletranum est deducta. deduxerunt triumviri Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio, Ti. Sempronius Gracchus. jugera in singulos data decem.

1 LVI. Eodem anno A. Terentius proconsul haud

norum Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Tandem vocula *sunt* non comparet in Lov. 3.

§. 7. *In agro, qui proxime Bojorum*] *in agrum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. vett. Quae lectio si placet, distinguendum erit: *bina millia hominum in agrum, qui proxime Bojorum, ante Tuscorum fuerat, (octona jugera Parmae, quina Mutinae) deduxerunt triumviri.* Frob. anno 1535. recepit *in agro;* idque fuisse videtur in Lovel. 6. unde nihil notatur. Mox *et quina Mutinae acceperunt* Voss. *et quina acceperunt Mutinae* Gaertner. *quina acceperunt Mutinae* Lovel. 1. 3. 6. Mox §. seq. Aemilii praenomen *M.* male exsulat a Lovel. 2. et Harl.

§. 9. *Et Saturnia colonia civium Romanorum in agrum Caletranum est deducta*] Ptolemaeus [3, 1.] (si codices non errant) *Saturnianam* coloniam vocat, ut puto, in Thuscia, ubi et Plinius [3, 10.] *Saturninos* populos ponit, *agrumque Caletranum.* Sed nihil mutem. GLAR. Vide Cluver. 2. Ital. Ant. 3. pag. 515.

C. Afranius Stellio] Coalescentibus praenomine et nomine gentilitio, *Carfanius* Lovel. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Cafanius* Voss. *Calphanius* Mead. 2. Vox *Afranius* deest in Lov. 3. Tum *Stellio*, vel *Stelo* omnes scripti, et edd. principes. Sed recte editur *C. Afranius Stellio.* Vide ad 39, 23, 2. Mox Sempronii cognomen *Gracchus* deest in scriptis, et edd. vett. quod Moguntini ex cod. suo vindicarunt.

Jugera in singulos data decem] Ultima vox deest in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, et edd. antt. *jugera trina in singulos data* Lov. 3. *jugera in singulos data trina* Hearnii L. 1. qui numerus pro ratione horum temporum minor est, quam ut convenire possit. *in singulos jugera data decem* Moguntini in cod. suo invenerunt; qui tamen ediderunt, quod nunc exstat.

§. 1. *Eodem anno A. Terentius propraetor*] Quidam etiam libri *procos.* habebant, sed non placet. Quidam libri etiam *C.* non *A.* habebant et hic, et in superioribus; sed neque hoc placet: nam sequentis anni praetor id praenominis habet. GLAR. Libri omnes *proconsul.* GEBH. *propraetor* Aldus edidit; nescio, utrum ex Msto, quia nullus codicum meorum lectionem illam firmat; an vero ex conjectura, quia meminerat, eum anno praecedenti praetorem creatum Hispaniam citeriorem sortitum esse cap. 32. et 38. hoc autem anno Hispanias extra sortem prioris anni praetoribus cum suis exercitibus ser-

Digitized by Google

procul flumine Ibero, in agro Ausetano, et proelia secunda cum Celtiberis fecit, et oppida, quae ibi communierant, aliquot expugnavit. Ulterior Hispa- 2
nia eo anno in pace fuit, quia et P. Sempronius proconsul diutino morbo est inplicitus, et, nullo lacessente, peropportune quieverunt Lusitani. Nec in 3
Liguribus memorabile quidquam a Q. Fabio consule gestum. M. Marcellus, ex Istria revocatus, exer-

vatas esse cap. 45. Verum vox *propraetor* deest in Lov. 1. et 6. ejus loco *proconsul* legunt novem scripti reliqui, quorum penes me excerpta sunt, Hearnii L. 1. et excusi Aldo priores. Et sane, qui hoc tempore cum imperio Hispaniam obtinebant, saepius *proconsules* vocatos esse, licet praetores forent, vel ex praetura imperium ipsis prorogatum foret, videbimus ad 40, 39, 1. Et ita collega Terentii Sempronius ante Aldum itidem *proconsul* dicebatur §. seq. Scriptorum itaque lectionem revocavi, licet adversari videatur, quod Terentius *propraetor* vocetur lib. 40, 2. Mox copulam *et* post *Ausetano* nesciunt Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et olim inpressi, quam primus addidit Aldus; eadem in reliquis scriptis exstitit. Praeterea *communia erant* Voss. Lov. 1. 3. Gaertn. *communita erant* Lov. 6.

§. 2. *Citerior Hispania eo anno in pace fuit*] *Ulterior* legendum, non *Citerior*, ut tertio antea anno in praetorum sorte [cap. 38.] liquere potest, et sequente item libro duobus locis [cap. 1. et 2.] GLAR. Omnes nostri libri *Citerior Hispania in pace fuit eo anno*. GEBH. *Citerior Hispania* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. quae lectio aperte falsa est. Glareani conjecturam *Ulterior* recepit Vascos. Solent autem et alibi *citerior* et *ulterior* commutari. Vide ad 36, 2, 9. et Corte ad Sall. Catil. 42. Posses etiam *Cetera Hispania*. Deinde *in pace fuit eo anno* omnes scripti mei, et excusi ante Frob. qui anno 1535. ordinem vocum mutavit.

Quia et P. Sempronius propraetor diutino morbo est inplicitus] Omnes nostri libri *quia et P. Sempronius proconsul*. GEBH. *Tò et* omittunt Lov. 3. et 6. V. ad 2, 44, 3. Tum *propraetor* non adparet in Voss. et Gaertn. cujus loco *proconsul* Lov. sex, Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et priores excusi. Primus iterum Aldus *propraetor* vulgavit: nam, et hunc anno praecedenti praetorem creatum Hispaniam ulteriorem sorte obtinuisse, meminit Livium memorasse cap. 33. et 38. eamdemque hoc anno imperio prorogato ipsi cum exercitu suo servatam esse cap. 45. Eodem modo variant libri et editores 40, 16, 7. Sed vide ad §. praec. *praetor* vocatur lib. 40, 1. Deinde *divino morbo* Voss. *diurno morbo* Lov. 4. *diuturno morbo* Lovel. 1. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn. saepius obvio errore. V. quae notantur ad 28, 24, 6. Mox *opportune* Lov. 3. V. ad 29, 34, 9.

§. 3. *A Q. Fabio consule gestum. M. Marcellus, ex Istria revocatus*]

Digitized by Google

4 citu dimisso, Romam comitiorum caussa rediit. Creavit consules Cn. Baebium Tamphilum et L. Aemilium Paullum. cum M. Aemilio Lepido hic aedilis curulis fuerat: a quo consule quintus annus erat, quum is ipse Lepidus post duas repulsas consul factus esset. 5 Praetores inde facti Q. Fulvius Flaccus, M. Valerius Lae-

a Q. Fabio gestum Lovel. 6. *a Q. Fabio est gestum* Lov. 3. *a Q. Fabio consule gestum est* Lov. 2. *a Q. Claudio colleg gestum* corruptissime Harl. Deinde Marcelli praenomen *M.* deest in nostris, Hearnii L. 1. et edd. vett. *Marcellus, consul ex Istria* legit Lov. 3. *ex Istria revocatus M. Marcellus* in cod. suo invenerunt Moguntini. inde vero effecerunt, quod nunc vulgo exstat.

§. 4. *Cn. Baebium Tamphilum*] *C. Baebium* Lov. 6. *M. Baebium* Lov. 3. Sed *Cn. Baebius* dicitur in Fast. Capitol. Cognomen hic recte exhibent scripti, nisi quod *Ramphilum* legat Voss. Ceteroquin passim corrumpitur in *Pamphilum*. V. ad 31, 49, 12. Mox *factus erat* Lov. 5. et edd. antiquiores. Aldus ex cod. Mogunt. consentientibus nostris reliquis, dedit *esset*.

§. 5. *M. Valerius Laevinus, P. Aemilius iterum*] Ita habent quidam vetustiores codices, sed errant, quod initio libri statim sequentis patet. Quanquam in prioribus neque P. Aemylium, neque P. Manlium inter praetores invenio, Lucios utrumque. Certe anno XIII. hujus decados M. Valerio Messala et C. Livio Salinatore consulibus [38, 35.] praetor Hispaniae citerioris dicitur *L. Manlius Acidinus*, tametsi rursus anno XV. hujus decados non ita longe ab initio hujus libri [cap. 7.] *C. Manlius* legitur, errore, ut puto, omnium codicum. Hoc igitur loco legam *L. Manlius iterum*, non *P. Manlius*, tametsi post orationem Demetrii libro sequente [cap. 16.] repetatur *P. Manlius*. At ibidem quoque, ut initio sequentis libri, *ulterioris Hispaniae* dicitur fuisse praetor, qui anno XIII. paulo ante diximus *citerioris* dictus est. Fortassis autem et hoc historia variatum est, aut author lapsus memoria in re non magni admodum momenti. GLAR. Hic praetor fuit primum anno DLV. quo loco dicitur *P. Manlius*. Glareanus autem inscite hunc *L. Manlium Acidinum* esse putavit. „ †. Ma„gna inscitia scilicet.“ †. Vet. l. *P. Manlium* et hoc loco, et in sequenti libro [cap. 1.] edunt. SIG. Omnes libri *P. Aemilius iterum*. GEBH. Similiter omnes nostri, Hearnii L. 1. et primae edd. nisi quod *P. Valerius iterum* legat Mead. 2. Sed recte Aldus *P. Manlius iterum* edidit. Nam 40, 1. in longe plurimis Mstis *P. Manlius* vocatur, et iterum praetor fuit, ut constat ex 40, 16. et quidem prior ejus praetura memoratur 33, 44. Cur autem iterum praetor creatus sit, rationem reddere conatur Sigon. ad 40, 16, 7. Sed vide, quae ibi notantur.

Q. Ogulnius Gallus, L. Caecilius Dentrix] Vet. lib. *Denter*. Li-

Digitized by Google

Laevinus, P. Manlius iterum, M. Ogulnius Gallus, L. Caecilius Denter, C. Terentius Iſtra. Supplicatio extremo anno fuit prodigiorum cauſſa; quod sanguine per biduum pluiſſe in area Concordiae satis credebant; nunciatumque erat, haud procul Sicilia insulam, quae non ante fuerat, novam editam e mari eſſe. Hannibalem hoc anno Antias Valerius de- 6 7

viorum etiam fuit cognomen *Denter* ex Livio et Capitolinis tabulis. Livius lib. 42, [6.] *M. Caecilius Denter*. SIGON. *Ogulirius* Voſſ. *Ogulinus* Lov. 1. 6. *Ogolinus* Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. *Olgonius* Mead. 2. *Ogolnius* Lov. 4. et Gaertn. Paſſim corrupte hoc nomen in Mſtis exaratur. V. ad 10, 6, 3. c. 23, 11. 40, 1, 2. et c. 16, 6. Tum *L. Caelius* Voſſ. Lov. 2. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. Praeterea *Dentus* Lov. 6. *Dentrex*, vel *Dentrix* Lov. 5. et edd. vett. Sed recte Sigon. *Denter*, ut conſtanter editur 42, 6. Idem cognomen in gente Livia corruptum etiam exſtabat in Mſtis supra 10, 1, 7.

§. 6. *Quod sanguinem per biduum pluisse in area Concordiae*] Vet. lib. *sanguine*. SIGON. Jul. Obseq. de Prodig. cap. 59. *In area Vulcani per biduum, in area Concordiae totidem diebus sanguinem pluit. sanguine* tamen, ut Sigonius emendat, omnes noſtri; nisi quod *sanguine quem per biduum* praeferat Lov. 3. ubi τὸ *quem* inde ortum videtur, quod librarius duplicem lectionem hoc modo *sanguine, nem, per biduum* servare conatus sit. certe, *sanguinem* in Victor. eſſe, Crevierius teſtatur. Utrumquo dici, vidimus ad 3, 10, 6. Adde Scheff. ad d. loc. Obseq. Tum *pluvisse* Voſſ. Lov. 4. 5. Gaertn. et edd. vett. Curio deinde *pluiſſe* dedit; quod, licet Sigonius interim *pluvisse* revocaret, reliqui servarunt. V. ad 1, 31, 1. Praeterea *in ara Concordiae* Lov. 2. 4. 6 Harl. et Mead. 2. Male. *Area Concordiae* etiam infra memoratur 40, 19. Vide Scheff. ad Obseq. d. loco.

Haud procul Sicilia insulam, quae nondum ante fuerat, novam editam e mari] Legendum *insulam, quae non ante fuerat*. GELEN. De ea insula agunt Scalig. ad Euseb. Chron. num. cIↃ IↃcccxviii. et Sam. Petitus 1. Obs. 1. Sed videndum eſt, an recte dicant. Livium hoc conferre in eum annum, quo Cn. Baebius Tamphilus et L. Aemilius consules fuerunt. Etsi enim Livius illud narrat, poſtquam hos consules creatos fuiſſe dixerat, tamen verbis *extremo anno* aperte significat, id anno priore, M. Claudio Marcello et Q. Fabio Labeone consulibus, accidiſſe. Et ita Orosius 4, 20. et Obseq. de Prodig. cap. 59. qui haud dubie e Livio descripserunt; cui mos eſt narrationi de comitiis novorum consulum ac praetorum multa subtexere, quae ad hiſtoriam illius anni, quo creati sunt, non quo magiſtratum geſſerunt, pertinent. DUKER. *quae nondum ante fuerat* solus, antiquioribus edd. concinens, Lov. 5. Reliqui cum Gelenio *quae non ante fuerat*. Orosius 4, 20. *quae ante non fuerat* similiter dixit. apud quem in ver-

Digitized by Google

ceſſiſſe auctor eſt, legatis ad eam rem ad Prusiam miſſis, praeter T. Quinctium Flamininum, (cujus in ea re celebre eſt nomen) L. Scipione Asiatico et P. Scipione Nasica.

bis proximis *repente e mari edita*, pro *in mari*, legebam ob imitationem Livii. Nunc tamen *repente mari edita* cum Clariſſ. Haverk. malo, quia ita et Freculph. legit in Chron. tom. 1. lib. 5. c. 9. qui paſſim Orosium describere solet. Apud Obseq. cap. 59. pro *insula nova maritima*, quae verba omnino corrupta sunt, *insula nova e mari nata* legebat Pighius in Annal. ad ann. IDLXX. pag. 314.

§. 7. *Hannibalem hoc anno Antias Valerius decessisse auctor eſt*] *decessisse eſt auctor* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Diſſensum veterum circa annum mortualem Hannibalis notavit etiam Corn. Nepos in Hann. cap. ult. *Atticus M. Claudio Marcello et* Q. *Fabio Labeone consulibus mortuum* Hannibalem *in annali suo scriptum reliquit: at Polybius L. Aemilio Paullo et Cn. Baebio Tamphilo: Sulpicius autem P. Cornelio Cethego et M. Baebio Tamphilo.* Mox Scipionis Asiatici praenomen *L.* deeſt in Voſſ. et Gaertn. copula *et* in Voſſ. Lovel. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et edd. vett. Eam primus Froben. anno 1531. adjecit. Voces *Scipione Asiatico et P.* ob vocis *Scipione* repetitionem neglegenter omisit scriba Lovel. 2.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI QUADRAGESIMI.

Quum Philippus liberos eorum, quos occiderat, conquiri obsides jussisset, Theoxena, pro liberis suis et sororis admodum pueris verita regis libidinem, prolatis in medium gladiis et poculo, in quo erat venenum, suasit

Liberos eorum, quos in vinculis nobilissimorum hominum habebat, conquiri ad mortem jussisset] Gud. min. *conquiri obsides jussisset.* J. FR. GRON. Crevierius dubitans, utrum haec verborum constructio legitima sit, legit *nobilissimos homines.* Contra, sensum verborum hunc esse, judicat Perizon. in Animadv. Hist. cap. 9. pag. 376. Philippum interfici curasse privatim conquisitos undique liberos eorum, quos in custodiam diviserat per domos nobilissimorum hominum, seu quos in vinculis tenebat apud nobilissimos sui regni homines. Quod quum aperte falsum foret, forte legendum judicabat alio tantum ordine, *liberos eorum, quos in vinculis habebat, nobilissimorum hominum.* Ut saltem dicat auctor, Philippum ad mortem conquiri jussisse liberos nobilissimorum hominum, quos publice in vinculis et carcere continebat. Agnoscit tamen, ne sic quidem cum Livianae historiae fide convenire. Perizonii emendationem, aut certe sensum, quem auctorem Epitomes, admissa hac emendatione, expressisse credebat, firmat scriptura ed. Camp. et codd. Boend. et Berg. in quorum prioribus duobus obvium fuit, *liberos eorum, quos in vinclis tenebat, nobilium hominum:* in postremo *liberos eorum, quos in vinculis habebat, nobilium hominum.* Sed aliud latet. Ne reliquorum codicum lectiones, quae in paucis apicibus a vulgata differunt, memorem, probandum puto, quod obfert Leid. *Quum Philippus liberos eorum, quos occiderat, conquiri obsides jussisset.* Ita convenit inter auctorem hujus Epitomes et Livium ac Polyb. Nam Livius narrat cap. 3. *Postremo negare propalam coepit, satis tutum sibi quidquam esse, nisi liberos eorum, quos interfecisset, comprehensos in custodia haberet.* Polyb. vero Exc. Peiresc. pag. 1436. Ἔγραψε τοῖς ἐπὶ τῶν πόλεων διατεταγμένοις, ἀναζητῆσαι τοὺς υἱοὺς καὶ τὰς θυγατέρας τῶν ὑπ' αὐτοῦ Μακεδόνων ἀνῃρημένων εἰς φυλακὴν ἀποθέσθαι.

Theoxena, pro liberis suis et sororis admodum pueris verita regis libidinem] *et sororis* deest vet. lib. DELR. A priore marito, quem Philippus interfecerat, vidua relicta fuerat cum uno filio. Apud Poridem liberos enixam non fuisse, argumento sunt verba Livii cap. 4. *suum sororisque filios.* Sed auctor Epitomes *liberos* de

Digitized by Google

iis, ut imminens ludibrium morte effugerent: quod quum persuasisset, ipsa se cum viro e navi in mare praecipitavit. Certamina inter Philippi Macedoniae regis liberos Persen et Demetrium referuntur: et ut fraude fratris sui Demetrius confictis criminibus, inter quae accusatione parricidii et adfectati regni, primum petitus, ad ultimum, quoniam populi Romani amicus erat, veneno necatus est; regnumque Macedoniae mortuo Philippo ad Persen devenit. Item res in Liguribus et in Hispania contra Celtiberos a compluribus feliciter gestas continet.

uno filio dixisse potuit, ut saepe scriptores Latini. DUKER. *Theoxena* Voss. *Theolphona* Boend. *Theolphana* ed. Camp. Deinde *τὰ et sororis* desunt in Leid. Voss. Berg. et Boend. Duo posteriores insuper legunt *verita pro liberis suis admodum pueris*, nisi quod vocem *pueris* ignoret etiam Berg. Quamvis autem hujus scriptoris verba ad normam castae Latinitatis exigenda non putem, ferenda tamen non videtur locutio *verita libidinem regis pro liberis*. Vide igitur, num legendum, *Theoxena liberis suis et sororis admodum pueris, verita regis libidinem, prolatis in medium gladiis et poculo, in quo erat venenum, suasit, ut imminens* etc. Tum *ludibrium morte fugerent* Leid. et Berg.

Et quum persuasisset, ipsa etiam se interemit] Membranaceus Barberin. *suasit iis, ut imminens ludibrium morte effugerent. quod cum persuasisset, ipsa se cum viro in mare praecipitavit.* J. FR. GRON. Auctius Leid. *quod quum persuasisset, ipsa se cum viro e navi in mare praecipitavit.* quod recepi.

Regis liberos Perseum et Demetrium] Scripti *Persen* non hic modo, sed et mox *ad Persen devenit*. J. FR. GRON. *regis filios Persen et Demetrium* Leid. Voss. Berg. Boend. et ed. Camp. *Persen* praeferunt etiam Exc. Pithoei. Vide ad 42, 25, 2.

Confictis criminibus, inter quae accusatione parricidii et adfectati regni, primum petitus] *fictis criminibus* Leid. Berg. et Exc. Pithoei. Dein *accusatione parricidii et affectatione regni* Leid. *accusationem parricidii et affectationem regni* Berg. *actionem patricidii et affectionem regni* Voss. *accusationem parricidii et affectionem regni* Boend. et Norvic. *accusationem parricidii et affectionem regni primum ferret* edd. vett. nisi quod *inter quae et affectionem regni. primum petitur* praeferat ed. Camp. Quod nunc exstat, primum inveni in ed. Frob. anni 1531. Tum *primus petitus* Voss. et Exc. Pithoei. *primus competitur* Boend. et ed. Camp. *primum ferro petitur* Norvic.

Ad ultimum, etc. *veneno necatus est; regnumque Macedoniae* etc. *ad Perseum devenit*] Linguae Latinae vel mediocriter periti dicerent *et ut fraude fratris* etc. *necatus fuerit, regnumque* etc. *devenerit*. DUK. *et ad ultimum*, etc. *veneno necatus, regnum Macedoni-*

Digitized by Google

Libri Numae Pompilii in agro L. Petillii scribae sub Janiculo a cultoribus agri, in arca lapidea clausi, et Graeci et Latini, inventi sunt; in quibus quum plura, quae dissolvendarum religionum, praetor, ad quem delati erant, legisset, juravit senatui, contra rempublicam esse, ut legerentur servarenturque: et ex senatusconsulto in Comitio exusti sunt. Colonia Aquileja deducta est. Philippus, aegritudine animi confectus, quod Demetrium filium, falsis Persei alterius filii delationibus impulsus, veneno sustulisset, et de poena Persei cogitavit, voluit-

ae etc. *ad Persem venit* Boend. et ed. Camp. *necatus est. quare Macedonia* etc. *ad Persen venit* Voss. *ad Persen venit* etiam Berg. *ad Persea venit* Exc. Pithoei. *ad Persen pervenit* Leid.

A compluribus feliciter gestas continet] *a quam pluribus* Voss. Norv. et edd. vett. ante Ascensium, qui anno 1510. recte *compluribus* dedit. Vide ad 4, 31, 2. *a compluribus ducibus feliciter gestas continet* Exc. Pithoei. His autem verbis proxime subjunguntur, quae paullo post obcurrunt, *Colonia Aquileja deducta est*, non tantum in edd. Aldina antiquioribus, sed etiam in Mstis Boend. et Berg. quorum posterior paullo ante praefert *in Liguribus et in Hispania.*

In agro L. Petilii scribae] *L. Petillii*, ut supra. SIGON. Vide ad 38, 60, 5. *L. Peliae* Boend. Mox *sub sarculo* Voss. *sub Janiculo cultoribus agri, arca lapidea clausi, inventi sunt et Graeci et Latini* Berg. *arca lapidea clausi*, omissa praepositione *in*, etiam Leid. Voss. et Exc. Pithoei, In ordine ultimorum verborum cum Berg. faciunt Boend. et ed. Camp.

In quibus plura, quae dissolvendarum religionum, praetor, ad quem delati erant, quum legisset, juravit senatui] In quibusdam libris additur verbum substantivum *erant*. Sed Sallust. Jugurth. cap. 88. etiam sine eo dixit: *Quae postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit.* DUKER. *in quibus complura dissolvendarum religionum caussa videbantur, praetor, ad quem delati erant, juravit in senatu* Leid. *in quibus complura dissolvendarum religionum praetor, ad quem delati erant, legisset, juravit senatui* Berg. *in quibus quam plurima, quae dissolvendarum religionum, praetor, ad quem delati erant, legisse juravit senatui* Voss. *in quibus complura, quae dissolvendarum religionum, praetor, ad quem delati erant, legisset, juravit senatui* Boend. *in quibus complura, quae dissolvendarum religionum, cum praetor, ad quem delati erant, legisset, juravit senatui* ed. Camp. A vulgato non dissentiunt Norvic. et priscae edd. nisi quod, una voce auctiores, legant *quae dissolvendarum religionum erant.* Sed verbum *erant* omisit ed. Gruteri postrema; idque in nullo exstat cod. Forte legendum *in quibus quum plura, quae dissolvendarum religionum, praetor, ad quem de-*

Digitized by Google

que Antigonum potius amicum suum succeſſorem regni sui relinquere. Sed in hac cogitatione morte raptus eſt. regnum Perseus excepit.

lati erant, legiſſet, juravit senatui, vel *in senatu*. In sequentibus *contra Ro. po. eſſe*, pro *contra rempublicam*, sollemni errore Boend. *contra populum Romanum esse* ed. Camp. Vide ad 9, 26, 8. Tum vocula *et* deeſt in Leid. Voſſ. Boend. et ed. Camp.

Filium, falsis alterius filii in eumdem delationibus inpulsus] Vet. lib. *falsis Persei alterius filii*. SIGON. Similiter Voſſ. et Berg. *filium Persei alterius filii* Leid. Voces *in eumdem* desunt in Leid. *in eum* legunt Voſſ. Berg. Boend. et Exc. Pithoei. Forte *falsis Persei alterius filii delationibus*. Certe *in eumdem*, vel *in eum*, ex glossa additum videtur. Paullo ante *confectus* non adparet in Leid.

Et de poena Persei cogitavit, voluitque] *et* temere e fine vocis praecedentis repetitum videri poteſt. DUKER. Vocula illa abeſt etiam a Leid. sed *etiam de poena* legit ed. Camp.

Morte raptus eſt. regnum Perseus accepit] Vet. lib. *excepit*. SIGON. Prima vox exsulat a Leid. Tum *Perseus regnum excepit* Berg. *Perseus regnum accepit* Boend. et ed. Camp. *accepit* etiam Voſſ. et Norv. *cepit* Leid.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER QUADRAGESIMUS.

I. Principio insequentis anni consules praetores- 1
que sortiti provincias sunt. consulibus, nulla, praeter Ligures, quae decerneretur, erat. Jurisdictio urbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio evenit; Hispaniarum Q. Fulvio Flacco citerior, 2
P. Manlio ulterior, L. Caecilio Dentri Sicilia, C. Terentio Istrae Sardinia. Consules delectus habere jussi. Q. Fabius ex Liguribus scripserat, Apuanos 3
ad rebellionem spectare; periculumque esse, ne inpetum in agrum Pisanum facerent. Et ex Hispaniis, 4
citeriorem in armis esse, et cum Celtiberis bellari sciebant: in ulteriore, quia diu aeger praetor esset, luxuria et otio solutam disciplinam militarem esse.

§. 2. *Jurisdictio urbana M. Ogulnio Gallo*] Praenomen deest in Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. Dein *Ogolnio* legit Voss. *Ogolino* Lov. 2. et 3. *Ogonlio* Mead 2. *Ugulino* Lov. 6. am. 1. *Ogulino* Harl. Mead. 1. Gaertn. Lov. 1. 4. et Lov. 6. a manu 2. Vide ad 39, 56, 5. Mox *peregrina*, pro *inter peregrinos*, Lov. 6. Antea §. praec. *in provincias sortiti sunt* Harl. *provincias sunt sortiti* Lov. 2.

Hispaniarum Q. Fulvio Flacco citerior, P. Manlio ulterior] Hic est, qui extremo priore libro *L. Manlius* a Glareano sine ratione dictus est. SIG. *P. Valerio* Lov. 1. *P. Aemilio* Lov. 3. Reliqui recte *P. Manlio*. V. ad 39, 56, 5. Deinde *Hispania* Lov. 1. 2. 5. 6. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

L. Caecilio Dentrici] *Dentri* legendum, a recto casu *Denter*, ut dixi. SIGON. Ita unus Lov. 3. Reliqui servant *Dentrici*. Vide ad 39, 56, 5.

§. 3. *Periculumque esse, ne inpetus*] Ita Moguntini ex cod. suo, consentientibus omnibus nostris. Antea edebatur *periculosumque esse*. Paullo ante *Delectus habere consules jussi* scripti, et edd. ante Frob. anni 1535. quae prima voces transposuit. Mox *ne in agrum Pisanum inpetum* Harl.

§. 4. *Luxuria et otio solutam*

Digitized by Google

5 Ob ea novos exercitus conscribi placuit: quatuor legiones in Ligures, uti singulae quina millia et ducenos pedites, trecenos haberent equites: sociorum iisdem Latini nominis quindecim millia peditum addita, et octingenti equites. hi duo consulares exer-
6 citus essent. Scribere praeterea jussi septem millia peditum sociorum ac Latini nominis, et quadringentos equites; et mittere ad M. Marcellum in Galliam,
7 cui ex consulatu prorogatum imperium erat. In Hispaniam etiam utramque quae ducerentur, quatuor millia peditum civium Romanorum et ducenti equi-

disciplinam militarem esse] Pal. alter *luxurie et ocio*. Vet. vero ed. *luxuriae ocio*. GEBH. *luxuriae otio* Voss. Lov. 5. 6. Hearnii L. 1. et editi ante Aldum. *luxurie et otio* Lov. 4. et Mead. ambo. V. ad 31, 6, 5. In praecedentibus *aeger esset praetor* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et typis excusi ante Aldum.

§. 5. *Quinque millia peditum addita, et octingenti equites*] *XVIII millia peditum* Voss. Tum *et trecenti equites* cod. Mog. ubi numeri quingenarii nota excidit. Vide ad 37, 40, 11. *et D. equites* Hearnii N. Sed neuter numerus est mutandus. Infra cap. 18, 5. *Exercitus inde decreti, quatuor legiones consulibus, (quina millia ducenos Romanos pedites, trecenos haberent equites) et quindecim millia sociûm ac Latini nominis, octingenti equites.* cap. 36, 6. *Novus omnis exercitus consulibus est decretus: binae legiones Romanae cum suo equitatu, et sociûm Latini nominis, quantus semper numerus, quindecim millia peditum, et octingenti equites.* Paullo ante *et trecenos* Lov. 3. et Mead. 2. Vox *iisdem* deest in Lov. 1.

§. 6. *Septem millia peditum sociorum ac Latini nominis, et sexcentos equites*] Libri nostri omnes *et quadringentos equites*. GEBH. Similiter omnes nostri, Hearnii L. 1. N. omnesque editi priores. *sexcentos equites* demum inveni in ed. Paris. anni 1573. Quum autem §. praec. quindecim millibus peditum sociorum jungantur octingenti equites, ei magis convenit, si nunc septem millibus peditum quadringenti, quam sexcenti, equites addantur; quare priorem lectionem recepi. Ceterum vocem *peditum* deesse in L. 1. et N. Hearne testatur. Mox *cui ex senatusconsultu prorogatum imperium erat* Lov. 3.

§. 7. *Civium Romanorum et ducenti equites, et sociorum septem millia peditum*] Omnia haec deerant in Harl. culpa librarii ob repetitionem vocis *peditum*. V. ad 9, 11, 11. *et ducentos equites* legunt perperam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Vide infra ad cap. 18, 5. Deinde vocem *sociorum*, quae in quibusdam veterum editionum deerat, Aldus fide Msti Moguntini restituit. Neque aliter omnes no-

Digitized by Google

tes, et sociorum septem millia peditum cum trecentis equitibus scribi jussa. et Q. Fabio Labeoni cum 8
exercitu, quem habebat in Liguribus, prorogatum in annum imperium est.

II. Ver procellosum eo anno fuit. pridie Parilia, 1
medio ferme die, atrox cum vento tempestas coorta multis sacris profanisque locis stragem fecit: signa aenea in Capitolio dejecit: forem ex aede Lunae, 2
quae in Aventino est, raptam tulit, et in posticis partibus Cereris templi adfixit: signa alia in circo maximo cum columnis, quibus superstabant, ever-

stri, et edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. At vocem ultimam *peditum* non agnoscit Hearnii L. 1. Paullo ante *τὸ etiam* neglegunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. sed hausta videtur a posterioribus literis vocis praecedentis. Tandem §. seq. dictiones *in annum* omittit Lov. 6. *in annum prorogatum* legit Lovel. 3.

§. 1. *Pridie Parilia, medio ferme die*] Vox *Parilia* deest in Lovel. 3. *pridie Aprilis* legit Voss. *pridie Palilia* Lov. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. *pridie Parilia* primum vidi in ed. Ven. anni 1498. tum in Mogunt. post quam omnes aliae hanc scripturam servarunt; quam praeferunt etiam reliqui Msti. Vide Lindenbr. ad Censor. de Die Nat. cap. 21. Dausquej. Orthogr. part. 2. voc. *Palilia*. Vossii Etym. voce *Chorus*, et voce *Pario*, Ciofan. ad Nason. 14. Met. 774. N. Heins. ad Nas. 4. Fast. 741. Harduin. ad Plinii 19. sect. 24. et Vir. doct. ad Calp. Ecl. 2, 63. Tum *a medio ferme die* Voss. et Lov. 3. *a media ferme die* Gaertner. Mox *exorta* Lov. 3. Vide ad 5, 29, 3.

§. 2. *Ex aede Lunae, quae in Aventino est*] Hanc aedem a Ser. Tullio dedicatam, auctor est Tacitus Ann. 15, [41.] et Rufus in regione 12. *Templum*, inquit, *Lunae in Aventino magnum*. Eruditissimus Lipsius tamen, quia scribit Tacitus, vetustissimae religionis hoc templum fuisse, et satis constat, neque Lunam, neque Solem inter priscos Romanorum Deos jam a regum temporibus cultos censeri, his omnibus locis *Luae*, non *Lunae*, legendum existimat, quae videtur Dea litationum et expiationum, dicta a *luendo*, cujusque religio antiquissima est. Livius noster lib. 8, [1,6.] *Armorum vis magna, quum inter caesa corpora hostium, tum in castris, inventa est. Ea Luae matri dare se consul dixit.* Idem lib. 45, [33, 2.] *Precatus Martem, Minervam, Luamque matrem, et caeteros Deos, quibus spolia hostium dicare jus fasque est*, etc. Vide Lipsium ipsum ad quem dixi Taciti Annalium librum. MODIUS. Quemadmodum Gronov. recte adversus eos, qui infra 45, 33, 2. *Lunamque matrem* servandum censent, a Turnebo substitutum *Luamque* tuetur; ita vicis-

Digitized by Google

3 tit: faſtigia aliquot templorum, a culminibus abrupta, foede diſſipavit. Itaque in prodigium versa ea
4 tempeſtas, procurarique aruspices jusſerunt. simul

sim hoc loco *Lunamque* non inmutandum censeo. Quin poſtea sua etiam Lipsio conjectura displicuit: curis enim secundis ad Tacit. loc. laud. vulgatam Taciti scripturam *Lunae* defendit, eique adſtruendae non tantum laudat hunc locum Livii, sed etiam Rufum (intelligit P. Victorem, illa enim pars Rufi temporum injuria intercidit) in regione 12. (immo 13.) et Ovidium, cujus locus exſtat 3. Faſt. 883.

Luna regit menses: hujus quoque tempora mensis
Finit Aventino Luna colenda jugo.

Ad quem locum Neapolis Gyraldum carpit, quod templum Lunae in Aventino a templo Dianae ibidem exſtructo diversum faciat: quum enim Tacitus ibid. referat, templum Lunae a Ser. Tullio exſtructum eſſe; idemque rex etiam Dianae templum exſtruxerit, auctore Liv. 1, 45. non verisimile ipsi videbatur, eumdem Servium duo templa in Aventino aedificaſſe, alterum Lunae, alterum Dianae. Quare etiam hic per *aedem Lunae*, *quae in Aventino eſt*, intelligit templum Dianae Aventinensis. Verum sententiae ejus adsentiri nequeo. Licet enim *Dianae* et *Lunae* unum numen olim vulgo habitum fuerit, diversae tamen poteſtates exiſtimatae sunt. Idem numen credebatur *Lunae* in coelo, *Diana* in terra, et *Proserpina* apud inferos; non tamen propterea haec nomina facile, nisi forte apud poëtas, commutata sunt. Quemadmodum igitur nemo veterum aedem Dianae vocavit *aedem Proserpinae*, vel *aedem Lucinae*, quae eadem etiam ac Diana credebatur, ita neque *aedem Lunae*. Et cur, quaeso, verisimile non eſt, eumdem regem Lunae et Dianae templa aedificaſſe? siquidem Tatius, teſte Dion. Halic. 2, 114. templa erexerit, arasque consecrarit Ἡλίῳτε καὶ ΣΕΛΗΝΗι, καὶ Κρόνῳ καὶ Ῥέα. πρὸς δὲ τούτοις Ἑστίᾳ, καὶ Ἡφαίστῳ, καὶ ΑΡΤΕΜΙΔΙ, καὶ Ἐνυαλίῳ, καὶ ἄλλοις θεοῖς. Similiter Varro 4. de Ling. Lat. 20. Tatius rex, *ut annales dicunt*, *vovit Opi*, *Floraeque*, *Diovi*, *Saturnoque*, *Soli*, *Lunaeque*, *Vulcano*, *Summanoque*, *itemque Larundae*, *Termino*, *Quirino*, *Vortumno*, *Laribus*, *Dianae*, *Cloacinaeque*. Quin etiam, diversa Lunae et Dianae templa in Aventino fuiſſe, docet P. Victor. Regione 13. memorans *Templum Lunae in Aventino magnum*. *Templum commune Dianae*. De utroque templo agunt Donat. 3. de Urb. Rom. 13. et Nardin. 7. Rom. Vet. 13.

In poſticis parietibus Cereris templi adfixit] Pal. prior, *in poſticis partibus Cereris templi afflixit*. GEBH. Barber. et Naud. *poſticis partibus*. Petav. *in poſtibus poſticis partibus*. Mediam lectionem probo argumento illius lib. 23, 8, 8. *Hortus erat poſticis aedium partibus*. Sic Put. et omnes Gallicani integre, satis fidi et locupletes hic auctores contra Andream et Pall. quorum inſtinctu Gruterus τὸ *partibus* ejecit. Varro lib. 1. de vita populi Romani: *In poſtica parte erat culina*, *dicta ab eo*, *quod ibi colebant ignem*. Idem Ταφῇ Μενίππου· *Perrexit in interiores partes domus poſticae*. Valer. Max. lib. 5. cap. 7. *Cum domo poſtica clam eſſet egreſſus*. Sueton. Othon. [6.] *Proripuitque*

Digitized by Google

procuratum est, quod tripedem mulum Reatę natum nunciatum erat, et a Formiis aedem Apollinis ac Cajetae de coelo tactam. ob ea prodigia viginti hostiis

se postica parte Palatii ad constitutum. Quibus omnibus firmatur apud Tacitum 3. Histor. [85.] *Vitellius capta urbe per aversam Palatii partem Aventinum in domum uxoris sellula defertur.* ubi deleta voce *partem* praecivit intempestivam correctionem ἄρισος ἀρίστῳ Grutero Lipsius. Vossianus *Cereris posteris partibus affixit.* J. FR. GRON. *in Cereris posticis adfixit*, reliquis omissis, Gaertner. *in postici parietibus Cereris templi adfixit* Lov. 5. et edd. principes, pro quo *posticis parietibus*, praeeunte cod. Moguntino, Aldus dedit. *posteris partibus* praeferunt Lov. 1. 6. et Harl. *postinicis partibus* Hearnii L. 1. *posticis partibus* Lov. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Hearnii N. Quamvis autem Crevierius tam apte dici putet *posticis parietibus*, quam *posticis partibus*, et hinc utrumlibet eorum parvo discrimine habeat, posterius tamen, tot codicum fide fretus, recepi. Quin etiam Moguntini quidem se *posticis parietibus* in cod. suo reperisse testati sunt, verum prioris vocis caussa, pro qua male edebatur *postici*; ut de ea praecipue solliciti minus ad sequentem adtenderint. *posticis partibus*, ut apud Plaut. in Sticho 3, 1, 42. *Posticam partem magis utuntur aedium.* Ita *superiore parte aedium* infra est cap. 7. *posteris*, quod quidam codd. exhibent, ex τοῦ *posticis* glossemate natum videtur. Ceterum *afflixit* Lovel. 1. et 3. Sed vide ad 41, 18, 4. Mox *superexstabant* Gaertn.

§. 3. *In prodigium versa ea tempestas*] *versa est tempestas* Lov. 2. *versa ea tempestas est* Gaertner. Paullo ante *sede dissipavit* idem Gaertn.

§. 4. *Et a Formiis aedem Apollinis ac Cajetae de coelo tactam*] *ac* vacat ex vet. lib. et libro Obsequentis de prodigiis, quem librum ex ipsius Livii verbis contexuit. In eo ita est [cap. 60.] *Aedes Apollinis Cajetae de coelo icta.* SIGON. Ut Sigonius monuit legendum, ita comparet in Pall. utroque, *et Formiis aedem Apollinis Cajetae de coelo tactam.* GEBHARD. Sigonio videtur τὸ *ac* vacare, partim quia non fuerit in vet. libro, partim quia Obsequens: *Aedes Apollinis Cajetae de coelo tacta.* Sed cur nuntiatum a Formiis, quod factum erat Cajetae? immo maneat conjunctio, tollatur praepositio: *quod tripedem mulum Reate natum nunciatum erat, et Formiis aedem Apollinis ac Cajetae de coelo tactam.* Utrobique, et Formiis et Cajetae, aedes Apollinis tacta erat. J. FR. GRON. *Apollinis Cajetae* Lov. 1. 3. et Mead. 2. *Apollinis Ocaiete* Lov. 4. *Apollinis Cocaiectae* Mead. 1. *Apollinis Aclede* Lovel. 2. *Apollinis Aiectae* Harl. *Apollinis ac Sedae* Lov. 6. *Apollinis et Cajetae* Gaertn. et Crevierii Victor. *Apollinis ac Cajetae* Voss. et Lovel. 5. Omnino cum Gronovio legendum puto *et Formiis aedem Apollinis ac Cajetae de coelo tactam.* Quid si post voces *et Formiis* exciderit aedes Dei ibi tacta ob similitudinem sequentium, ac scribatur *et Formiis aedem* .... (puta Jovis, Apollinis vel alterius numinis) *item aedem Apollinis Cajetae de coelo tactam?* Supra 32, 1. *Ab Suessa nuntiatum est, duas portas, quodque inter eas muri erat, de coelo tactum; et Formiani legati aedem Jovis, item Ostienses aedem Jovis.* Verum ita statuendum erit, er-

Digitized by Google

majoribus sacrificatum est, et diem unum supplica-
5 tio fuit. Per eosdem dies ex literis A. Terentii pro-praetoris cognitum, P. Sempronium in ulteriore provincia, quum plus annum aeger fuisset, mortuum esse. eo maturius in Hispaniam praetores jussi profi-

rorem jam adeo antiquum esse, ut ante tempora Obsequentis commissus fuerit; qui prodigii, quod Formiis accidit, non meminit; et ita simul ratio dabitur, cur is vocem *Formiis* vel *a Formiis* neglexerit. Ea autem, recepta Gronovii emendatione, non adparet.

Hostiis majoribus sacrificatum est, et diem unum supplicatio fuit] Verbum *est* primus recepit Frob. anno 1535. quod non modo deest in excusis antiquioribus, sed exsulat etiam ab omnibus Mstis nostris, et ab Hearnii L. 1. Deinde *in diem unum* Lovel. 2. *et in diem unum* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae usque ad Frob. eamdem; quae praepositionem, in nullo praeterea Msto, quam in uno illo, a me inventam, recte iterum expunxit. Eamdem neque agnoscunt edd. principes. V. ad 10, 21, 6.

§. 5. *Per eosdem dies ex literis A. Terentii propraetoris*] *Per eos dies* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. V. ad Liv. 10, 10, 6. Dein Terentii praenomen *A.* deest in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. antt. quod Moguntini, praecuntibus membranis suis, Livio reddiderunt. Hinc *praetoris* Lov 2. Tum *in ulteriore Hispania* Lovel. 3. 4. et Mead. 2. sed tres illae voces exsulant ab Harl.

§. 6. *Legationes transmarinae deinde in senatum introductae*] *Legationes deinde transmarinae introductae* Voss. Lov. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. *Legationes deinde transmarinae inductae* Gaertn. V. ad 40, 25, 1. Voces *in senatum* desunt etiam in Lov. 1. et 2. Ceterum cum his conferendus Polyb. in Exc. Legat. num. 51.

Prima Eumenis et Pharnacis regum, et Rhodiorum querentium de Sinopensium clade] Quae haec fuerit clades, ne verbo quidem antea, quod sciam, meminit Livius. Hic vero quasi rem notam introducit. GLAR. *Primae Eumenis* legendum conjicit Crevierius, adducto simili loco ex c. 20. Deinde Vossius ad Melam 2, 7. lin. 60. *clade Sinopensium* exponit cladem, non quam acceperunt, sed quam dederunt Sinopenses. In appendice vero ad Melam intelligit cladem Rhodiis inlatam esse, ac statuit, Sinopenses, quum in potestatem Pharnacis venissent, invitos coactos fuisse naves Rhodiorum invadere. Certum est, plura vocabula reciprocam significationem, sive et activam et passivam admittere. Ita *injuriae vestrae* sunt vel inlatae vobis ab aliis, vel inlatae aliis a vobis. Vide ad 5, 3, 4. *odium vestrum* est vel odium aliorum in vos, vel odium vestrum in alios. V. ad 30, 44, 7. et 41, 23, 11. *verecundia hujus ordinis* est vel verecundia hujus ordinis, aliorum causa; vel aliorum, hujus ordinis causa. 4, 45, 8. *mora certaminis* est, vel quam infert certamen, vel quae infertur certamini. Vide ad 36, 9, 13. Ita *strages Deûm* active est, quam Dii inferunt. Vide Celeberr. Burm. ad Valer. Flacc. 2,

Digitized by Google

cisci. Legationes transmarinae deinde in senatum introductae sunt. Prima Eumenis et Pharnacis regum, et Rhodiorum querentium de Sinopensium clade. Philippi quoque legati, et Achaeorum, et Lacedaemoniorum, sub idem tempus venerunt. iis, prius

179. Similiter *nex venatorum*, quae a venatoribus inminet. Vide eumdem ad Phaedr. 2, 8, 6. *pudor patris*, quem reverentia paterna adfert filio, apud Terent. Andr. 1, 5, 27. Alia vide apud Gell. 9, 12. Nihilominus praeferenda est sententia Clariss. Jac. Gronovii, qui ad eumdem locum Melae docet, *cladem Sinopensium* hic notare illam cladem, quam acceperunt, non quam fecerunt Sinopenses; praesertim quum a Polyb. in Exc. Legat. num. 51. vocetur ἡ Σινωπέων ἀτυχία. Ex eodem Polyb. loco constat, *querentium* non ad Eumenis et Pharnacis, sed ad solos Rhodiorum legatos referendum esse. Postquam enim uno verborum ambitu Eumenis, Pharnacis, Achaeorum, et Lacedaemoniorum legatos Romam venisse narrasset, addit demum: Ηκον δὲ καὶ Ῥόδιοι πρεσβεύοντες ὑπὲρ τῆς Σινωπέων ἀτυχίας. Eidem tamen Sinopensium negotio, si non etiam Eumenem, certe tamen Pharnacem inligatum fuisse, inde patet; quia non modo secundum Livium Eumenis, Pharnacis, et Rhodiorum legatis commune hoc datum est responsum, *legatos ad eas res visendas missurum senatum*; verum etiam secundum Polybium magis definite, τούτοις, nempe Rhodiorum legatis, καὶ τοῖς παρ' Ἐυμένους καὶ Φαρνάκου πρεσβεύουσι ἡ σύγκλητος ἀπεκρίθη· διότι πέμψει πρεσβευτὰς τοὺς ἐπισκεψομένους περὶ τε Σινωπέων καὶ περὶ τῶν τοῖς βασιλεῦσιν ἀμφισβητουμένων. Per cladem autem Sinopensium, cujus Livium ne verbo quidem antea mentionem fecisse Glareanus queritur, intelligenda videtur urbis istius olim liberae ac sui juris a Pharnace rege Ponti expugnatio, memorata a Strab. 12, 545. Quod igitur ipsi Sinopenses a Pharnace subacti non poterant, hanc eorum cladem Romae apud senatum per legatos questi sunt Rhodii, Sinopensium amici ac foederati; qui antea iisdem Sinopensibus, quum a Mithridate Pharnacis patre bellum inlatum esset, auxilium tulerunt, teste Polyb. 4, 56. Eumenes vero neutri, neque Sinopensibus, neque Pharnaci opem tulit: non huic, utpote cum quo circa hoc tempus bellum gessit: vide Polyb. Exc. Legat. num. 53. et 55. non illis, quia in legibus pacis inter Eumenem et Pharnacem initae nihil de Sinopensibus cautum est. Vide Polyb. in Exc. Legat. num. 59. Eumenis itaque legati Romam quidem venisse videntur, ut de Pharnace quererentur; non tamen, quod Sinopen in potestatem redegisset, sed potius, quod bellum sibi ab eo inlatum foret. Hoc colligo ex verbis Polybii superius relatis, quibus senatus promittit, se legatos missurum, non tantum ἐπισκεψομένους περὶ Σινωπέων, quod ad querelas Rhodiorum de Pharnace referendum, sed etiam περὶ τῶν τοῖς βασιλεῦσι ἀμφισβητουμένων. Adde Pol. Exc. Leg. num. 53. 55. et 56. Eadem, quae mihi, sententia placuit etiam Cl. Dukero, eamque iisdem Polyb. et Strab. locis adstruebat.

Digitized by Google

Marcio audito, qui ad res Graeciae Macedoniaeque
8 visendas missus erat, responsa data sunt. Asiae regibus ac Rhodiis responsum est, legatos ad eas res visendas missurum senatum.

1 III. De Philippo auxerat curam Marcius. nam ita fecisse eum, quae senatui placuissent, fatebatur, ut facile adpareret, non diutius, quam necesse esset,
2 facturum. neque obscurum erat rebellaturum, omniaque, quae tunc ageret diceretque, eo spectare.
3 Jam primum omnem fere multitudinem civium ex maritimis civitatibus cum familiis suis in Emathiam, quae nunc dicitur, quondam adpellata Paeonia est,
4 traduxit: Thracibusque et aliis barbaris urbes tra-

§. 7. *Ad res Graeciae Macedoniaeque visendas missus erat*] *ad reges Graeciae* Mead. 2. scribarum errore. V. ad 36, 9, 9. *Visere res* obcurrit etiam infra hoc cap. et 41, 19. alibi *inspicere res* dicit. Vide ad 26, 51, 8. et 34, 62, 16. *ad res Asiae* Lov. 3. *ad res Traciae* inter versus. Tum *visendas a senatu missus erat* Lov. 6. Paullo ante *Philippi quoque legati, Achaeorum, et Lacedaemoniorum*, priori *et* omisso, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Mox in sequentibus *τὸ sunt* deest in Voss. Praeterea §. seq. *senatum missurum* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 1. *De Philippo auxerat curam Marcius*] Vetus editio *De Philippo et iram auxerat Marcius*. Sed fugit illam ratio. MOD. Pall. uterque *De Philippo et iram hauserat Marcius*. Vet. ed. *De Philippo et iram auxerat*. GEBH. *De Philippo iram auxerat* Lovel. 2. et 6. *De Philippo et iram auserat* Lov. 4. *De Philippo et iram auxerat* reliqui cum typis descriptis ante Aldum, qui vulgatum ex fide cod. Moguntini recte recepit. Mox voces *ita fecisse eum* desunt in Lov. 3. earum ultima in reliquis omnibus scriptis, et editionibus ante Frobenianam anni 1535. quae prima illam exhibuit.

§. 2. *Omniaque, quae tunc ageret diceretque, eo spectare*] Pal. prior, *omnia quaeque tunc diceret ageretque*. GEBH. *omnia quaeque tunc ageret* Lov. 2. *omnia quaeque ageret* Lov. 3. *omnia quoque tunc ageret* Voss. *omnia quique tunc ageret* Lov. 1.

§. 3. *Omnem fere multitudinem civium*] Sic scribe, non *equitum*; quod postremas editiones aliquot invasit. J. FR. GRON. *equitum* primum adparuit in ultima Gruteri ed. invitis prioribus edd. omnibusque scriptis nostris, et Hearnii; invito etiam Polyb. qui pag. 1436. vocat *τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας*.

Digitized by Google

didit habitandas, fidiora haec genera hominum fore ratus in Romano bello. Ingentem ea res fremitum tota Macedonia fecit; relinquentesque penates suos cum conjugibus ac liberis pauci tacitum dolorem continebant; exsecrationesque in agminibus proficiscentium in regem, vincente odio metum, exaudiebantur. His ferox animus omnes homines, omnia loca temporaque suspecta habebat. Postremo negare propalam coepit, satis tutum sibi quidquam esse, nisi liberos eorum, quos interfeciſſet, comprehensos in custodia haberet, et tempore alium alio tolleret. 5 6 7

IV. Eam crudelitatem, foedam per se, foedio- 1

In Emathiam, quae nunc dicitur, quondam adpellata Paeonia est] Plinius lib. 4. c. 10. ait, *Macedoniam* antea dictam *Emathiam*, cujus partem septentrionalem *Paeonia* ac *Pelagonia* protegi subjungit. Sed ob vicinitatem haec confusa videntur ab historiographis, quando ne a geographis quidem omnia ad amussim discriminata visuntur. Porro hujus loci compositio mihi non admodum placet. GLAR. Polyb. l. laud. ἐις τὴν νῦν μὲν Ἡμαθίαν, τὸ δὲ παλαιὸν Παιονίαν προσαγορευομένην.

§. 5. *Ingentem ea res fremitum in tota Macedonia fecit*] Vet. lib. non habet particulam *in* SIG. Pall. uterque *Ingentem ea res fremitum Macedonia tota fecit*. Mox *τὸ penates* abdicant Pall. et vet. ed. GEBH. *fremitum Macedonia tota* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. *fremitum in Macedoniam totam* Lov. 6. *fremitum in Macedonia tota* Voſſ. Lov. 1. 5. et edd. usque ad Aldinam, quae *in tota Macedonia* dederat. Mox *relinquentesque lares suos* Lov. 3. In reliquis scriptis omnibusque edd. vett. decſt vox media, quam Moguntini ex cod. suo receperunt.

Exsecrationesque, quae in agminibus proficiscentium audiri solent, in regem, vincente odio metum, exaudiebantur] Quid opus erat hic tot superfluas voces infulcire? an parum integrum videbatur *exsecrationesque in agminibus proficiscentium in regem, vincente odio metum, exaudiebantur*? GEL. Lectionem Gelenii firmant ex noſtris Voſſ. Lov. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Reliqui servant priorem lectionem, nisi quod vocula *quae* desit in Lov. 1. 6. et Harl. Voces *in regem, vincente odio metum* insuper in Lov. 1.

§. 6. *His ferox animus*] *Hujus ferox animus* Voſſ. Lov. 1. 6. Harl. et Gaertn. Ant. Perizon. ad marginem Livii legendum conjecit *Hinc ferox animus*. Mox §. seq. *tutum quidquam sibi esse* Lov. 3. *τὸ sibi* deeſt in Harl.

§. 7. *Nisi liberos eorum, quos*

Digitized by Google

rem unius domus clades fecit. Herodicum, principem Theſſalorum, multis ante annis occiderat: generos quoque ejus poſtea interfecit. in viduitate relictae filiae, singulos filios parvos habentes. Theoxena et Archo nomina mulieribus erant. Theoxena, multis petentibus, adspernata nuptias eſt. Archo Poridi cuidam, longe principi gentis Aeneatum, nupsit; et, apud eum plures enisa partus, parvis admodum relictis omnibus, deceſſit. Theoxena, ut in

etc.] Hujus sententiae meminit Euripides in Andromacha [vers. 520.]

Καὶ γὰρ ἄνοια μεγάλη, λιπεῖν
Υἱοὺς ἐχθρῶν, ἐξὸν κτείνειν,
Καὶ φόβον οἴκων ἀφελέσθαι.

Et Ariſtoteles in 2. Rhetor. [21.] *Καὶ ἐπὶ τὸ ἀναιρεῖν τῶν ἐχθρῶν τὰ τέκνα καὶ μηδὲν ἀδικοῦντα.*

Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείποι.

SIG. Ariſtoteles etiam 1. Rhetor. in fine. Eamdem sententiam expreſſit Cyrus apud Herodot. 1, 154. Vide Erasmi Adag. in *Ultio malefacti.* DUK. Polyb. pag. 1436. *Ἔγραψε τοῖς ἐπὶ τῶν πόλεων διατεταγμένοις, ἀναζητῆσαι τοὺς υἱοὺς καὶ τὰς θυγατέρας τῶν ὑπ' αὐτοῦ Μακεδόνων ἀνῃρημένων εἰς φυλακὴν ἀναθέσθαι.* etc. *ἐπιφθεγξάμενος ὡς φασι τὸν σίχον τοῦτον,*

Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας υἱοὺς καταλείπει.

Vide etiam Suidam voce *Νήπιος*, et Proverb. Metr. num. 88.

§. 2. *Herodicum, principem Theſſalorum*] *Heroditum* Voſſ. *Herodaſum* Lov. 6. *Erodicum* Lov. 3. Mox *gentes quoque ejus* Voſſ. *generos quoque poſtea interfecit* Gaertner. *generos poſtea ejus interfecit* Harl. Tum *filios parvulos* Voſſ. et Gaertner.

§. 3. *Theoxena et Archo nomina his mulieribus erant*] Haec verba omnia desiderantur in vet. ed. GEBH. Desunt etiam haec verba in Voſſ. Lov. 1. 5. Hearnii L. 1. et edd. principibus, sed librariorum neglegentia ob repetitam vocem *Theoxena.* Vide ad 9, 11, 11. *Theoſena* Lov. 2. Harl. et Mead. 2. Sed *Theoxenus* dux Achaeorum Rhodiis militantium supra memoratur 33, 18. Saepe alibi literae *x* et *s* commutantur. V. ad 26, 19, 4. *nomina iis erant mulieribus* cod. Mog. Hinc Frob. anno 1535. edidit *nomina his mulieribus erant.* Gronov. tandem pronomen omisit, quod etiam in scriptis reliquis, et in edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, aliisque ante memoratam Frobenii deeſt. Mox *adspernata eſt nuptias* Voſſ. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§. 4. *Archo Poridi cuidam, longe principi gentis Aenianum, nupsit*] Legendum *Aeneatum*, et mox *Aeneam* [pro *Aeniam.*] Urbs enim in Thracia ab Aenea condita hoc nomine eſt. De qua aït Stephanus: *Αἶνεια, τόπος Θράκης ἀ-*

Digitized by Google

in suis manibus liberi sororis educarentur, Poridi nupsit: et, tamquam omnes ipsa enisa foret, suum sororisque filios in eadem habebat cura. postquam 6 regis edictum de comprehendendis liberis eorum, qui interfecti essent, accepit; ludibrio futuros, non regis modo, sed custodum etiam libidini, rata, ad rem atrocem animum adjecit; ausaque est dicere, se 7 sua manu potius omnes interfecturam, quam in potestatem Philippi venirent. Poris, abominatus men- 8 tionem tam foedi facinoris, Athenas deportaturum

πὸ Αἰνείου. Θέων Αἰνιάδας ταύτην καλεῖ. Αἰνείας δὲ μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν εἰς Θράκην παρεγένετο, καὶ ἔκτισε πόλιν Αἰνιάδας, ὅπου τὸν πατέρα ἔθαψε. τὸ ἐθνικὸν Αἰνιεύς. ἔστι καὶ Αἰνεάτης. Hinc Aeneas apud Virgil. in 3, [18.]

Aeneadasque meo nomen de nomine signo.

SIG. *principi gentis Aenianum* legendum, libenter crediderim, non *Aeneatum*: quod de urbe *gentem* non dixisset, et *gens Aenianum* satis nota est. TURN. 30. Advers. 24. Libri omnes omittunt *Aeneatum*, exhibentes *Poridi cuidam, longe principi gentis, nupsit.* GEBH. *Poridi, ejusdem longe principi gentis, nupsit* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *Poridi cuidam, longe principi gentis, nupsit* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Hearnii N. et edd. vett. *Aesianum* addidit Aldus auspiciis cod. Mog. id autem in *Aeneatum* mutavit Sigonius, cujus emendationem contra Turneb. defendit J. Fr. Gronov. ad 28, 5, 15. variis adductis argumentis, quibus libens subscribo. Mox *parvulis admodum relictis omnibus* Gaertn. *parvis relictis omnibus* Lov. 6.

§. 5. *Omnes ipsa enisa foret, suum sororisque filios in eadem habebat cura*] *Tò ipsa* omittitur in Mead. 2. Hinc *suum* deest in Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. ejus loco *matris* exhibet Lov. 3. Tum *filios* nesciunt Lov. 3. 4. 5. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed pro *filios* exstat *esset* in Voss. Lov. 6. et Gaertn. *esse* in Lov. 1. Tandem *in eadem cura habebat* Harl. Locutionem inluxtrat Celeberr. Burm. ad Suet. Caes. 23.

§. 6. *Ludibrio futuros, non regis modo, sed custodum etiam libidini*] *libidinis* omnes scripti nostri, Hearnii I. 1. omnesque typis excusi usque ad Sigonium, qui *libidini* edidit; cujus mutationis non modo in scholiis rationem non reddidit, sed ne mentionem quidem fecit. Hinc neque lectionem ejus probare audeo, invitis Mstis nostris, neque etiam in animum inducere possum, Livium ita locutum esse, ut dixerit *esse ludibrio libidinis regis.* Vide igitur, num *libidinis*, in quod omnes libri conspirant, natum sit ex aberratione solita scribarum pro *libidinibus*, de qua v. ad 21, 60, 7. *libidinis* ferri non posse videtur, sed ratio loquendi vel *libidini*, vel *li-*

Digitized by Google

eos ad fidos hospites dixit, comitemque ipsum fu-
9 gae futurum esse. Proficiscuntur ab Thessalonica Aeneam ad statum sacrificium, quod conditori Aeneae
10 cum magna ceremonia quotannis faciunt. ibi die per sollemnes epulas consumto, navem praeparatam a Poride, sopitis omnibus, de tertia vigilia conscen-

bidinibus exigit. Val. Max. 9, 1, 8. *Probrosa patientiae corpora, ludibrio temulentae libidini futura.* et cap. 12, 5. *Ne ludibrio insolentissimis victoribus esset. Libidines* autem numero plurium supra 24, 5. 34, 4. et alibi obcurrit.

§. 7. *Se sua manu potius omnes interfecturam*] *sua manu se potius* Harl. et Mead. ambo. *potius sua manu se* Lov. 5. et edd. Aldo priores. *se sua manu potius interfecturam omnes* Lov. 6. Vox *omnes* deest in Lov. 2.

§. 8. *Athenas deportaturum eos ad fidos hospites*] *Achaneo deportaturum* Lov. 3. *a Theneo deportaturum* Mead. 2. *Athneo deportaturum* reliqui nostri cum edd. Camp. Rom. anni 1472. et Parm. *Atheneon deportaturum* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et plures aliae, donec Frob. anno 1531. ederet *Athenas deportaturum*; quod se in cod. suo invenisse Moguntini monuerant. *ad Aenon deportaturum* scribendum conjecit Pierius ad Virg. 3. Aen. 18. Cui conjecturae illud adversatur, quod Poris et Theoxena, quum statо sacrificio Aeneae vel, ex sententia Pierii, Aeni interfuissent, adsumtis iterum liberis navem conscenderint, tamquam redituri in Thessalonicam. Contra, recte Frobenium *Athenas* ex cod. Mog. recepisse, inde constare potest, quod Poridi et Theoxenae *trajicere in Euboeam* propositum fuisse dicatur. Ex Euboea enim facilis in Atticam erat trajectus. Forte alicui in mentem venire posset, indicari Athenas Euboeae, memoratas Stephano Byz. aliisque. Vide Meurs. de regno Attic. 2, 14. Verum quum Athenae Atticae reliquarum ὁμωνύμων gloriam obscuraverint, et Euboïcae *Διάδες* cognominatae fuerint, posteriorem hanc urbem innuens Livius eam vel illo, vel alio cognomine lectoribus notiorem reddidisset, ne priorem indicari putarent.

§. 9. *Proficiscuntur ab Thessalonica Aeneam ad statum sacrificium*] Moguntini ediderunt *Aeniam*, nulla tamen codicis sui mentione in excerptis facta. Eamdem lectionem reliqui servarunt usque ad Sigonium, qui *Aeneam* restituit, ut praeferunt non tantum editi ante Moguntinos, sed et omnes scripti nostri, nisi quod corrupte *Aenoan* sit in Lovel. 1. *ent*, sive *enim* in Gaertn. Et recte legitur *Aeneam*, ut distinguatur ab *Aenia* sive ab *Αἰνίᾳ διὰ τοῦ ι*, quae dicitur *πόλις Περραιβῶν*, apud Steph. Byz. ea voce. Et ita etiam scribendum videri infra 44, 10, 7. et cap. 32, 7. ad ea loca notabimus. Pierius ad Virg. 3. Aen. 18. hic *Aenon* ex antiquo cod. legebat. Et quidem ex hoc loco constat, urbem, quo Poris profectus est, ab Aenea conditam fuisse. Jam vero Aenos ex quorumdam sententia Aeneam conditorem habuit. Vide Vales. ad Amm. Marcell. 22,

Digitized by Google

dunt, tamquam redituri in Theſſalonicam: sed trajicere in Euboeam erat propositum. Ceterum in adversum ventum nequidquam eos tendentes prope terram lux obpreſſit: et regii, qui praeerant cuſtodiae portus, lembum armatum ad pertrahendam eam navim miserunt, cum gravi edicto, ne reverterentur 11

8. Verum secundum alios Aeni conditores fuerunt Cymaei. Stephan. Byz. voc. Αἶνος. Ἐν τῇ ἐκβολῇ τοῦ Ἕβρου διεσμόν ὄντος πόλις Αἶνος, καὶ κτίσμα Κυμαίων. Secundum alios incolae ejus fuere Aeoles ex Mitylene. Scymnus Chius in Descr. orb. vers. 696.

Μετὰ τὴν Μαρώνειαν δὲ κεῖτ' Αἶνος πόλις,
Ἔχουσ' ἀποίκους ἐκ Μιτυλήνης Αἰολεῖς.

At contra urbis, quo Poris abiit, conditor Aeneas certus erat ex ſtato sacrificio, quod ipsi quotannis ibidem fiebat. Ea autem non alia erat, quam Theſſalonicae vicina Aenea; quam ab Aenea conditam eſſe, multis narrat Dionys. Hal. 1. Antiq. 39. V. etiam Steph. Byz. voc. Αἰνεία. Praecipue autem notanda sunt haec Dionysii verba. Αὐτη διέμεινεν ἕως τῆς Μακεδόνων δυνασείας τῆς κατὰ τοὺς διαδόχους τοῦ Ἀλεξάνδρου γενομένης. ἐπὶ δὲ τῆς Κασσάνδρου βασιλείας καθηρέθη, ὅτε Θεσσαλονίκη πόλις ἐκτίζετο· καὶ οἱ Αἰνειᾶται τὴν ἄλλοις πολλοῖς εἰς τὸν νεόκτιστον μετῴκησαν. Unde ratio reddi poteſt, cur Poris, licet Theſſalonicae habitans, tamen ſtato sacrificio Aeneae interfuerit. Dein *ad ſtatum sacrificium* Voſſ. Lov. 1. 2. et Gaertn. *ad ſtatutum sacrificium* Lov. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. principes, pro quo recte Frob. anno 1531. *ſtatum* reposuit. V. ad 39, 13, 8. Mox *Aeneae conditori*, vocibus trajectis, Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Et ita haec verba ex antiquo cod. suo laudavit Pierius dicto loco. Denique *maxima ceremonia*, pro *cum magna*, Gaertn.

§. 10. *De tertia vigilia conscendunt, tamquam redituri in Theſſalonicam*] Dele praepositionem *in*, J. FR. GRON. Quum tamen proxime dixerit Livius, non contradicente Gronovio, *Proficiscuntur ab Theſſalonica*, cur etiam ipsi nunc dicere non licebit *redituri in Theſſalonicam*? praesertim quum omnes scripti praepositionem hic agnoscant. V. ad 42, 26, 7. Praeterea *tertia vigilia*, omiſſa praepositione *de*, Voſſ. Lov. 1. 2. 5. 6. et antt. edd. Sed eam recte Frob. anno 1535. addidit, et reliqui codd. agnoscunt. V. ad 9, 44, 10.

§. 11. *Ad pertrahendam eam navim*] Ita Aldus ex cod. Mog. edidit, quum antea vulgaretur *ad protrahendum eam navem*; quod supereſt in solo Lov. 5. *ad retrahendam* legendum Clariſſ. Perizon. conjecerat, teſte Dukero in addendis ad Flori 3, 19, 7. Frequenter hoc verbum de fugitivis ex fuga reductis usurpari, vidimus ad 2, 12, 4. Verum reliqui scripti noſtri membranis Mog. consentiunt, nisi quod *pertrahendum* sit in Lov. 1. *trahendam* in Lov. 3. Quum autem, eodem sensu et *pertrahere* usurpari, supra dictum sit ad 30, 12, 2. ab opti-

Digitized by Google

12 sine ea. Quum jam adpropinquabant, Poris quidem ad hortationem remigum nautarumque intentus erat; interdum manus ad coelum tendens Deos, ut ferrent
13 opem, orabat. ferox interim femina, ad multo ante praecogitatum revoluta facinus, venenum diluit, ferrumque promit: et, posito in conspectu poculo, ſtrictisque gladiis, *Mors*, inquit, *una vindicta eſt.*
14 *Viae ad mortem hae sunt: qua quemque animus fert, effugite superbiam regiam. Agite, juvenes mei, primum, qui majores eſtis, capite ferrum; aut haurite poculum, si segnior mors juvat.* Et hoſtes aderant, et auctor
15 mortis inſtabat. Alii alio leto absumti semianimes e nave praecipitantur. ipsa deinde, virum comitem mortis complexa, in mare sese dejecit. nave vacua dominis regii potiti sunt.

1 V. Hujus atrocitas facinoris novam velut flam-

mi cod. scriptura, tot aliorum consensu firmata, non discedo. Ceterum *eandem navem* Lov. 1. et 6. V. ad 10, 10, 6. *navem* etiam Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. V. ad 25, 30, 7. Paullo ante *nequidquam eo tendentes* Voſſ. et Lovel. 6. Sed non audio.

§. 12. *Quoniam dies adpropinquabat*] Exemplaria, quorum fidem et inter se consensum libenter in hac editione sequimur, habent *cum jam appropinquabant*. GEL. Libri omnes *quoniam dies appropinquabat*. GEBH. Ita ex meis etiam Lovel. 2. 4. 5. Mead. 2. et Harl. *quoniam dies appropinquabant* Mead. 1. et Gaertn. *quum dies appropinquabant* Lov. 6. Reliqui propius ad lectionem codicum Gelenii accedunt: nam *quoniam appropinquabant* eſt in Lov. 3. *quum appropinquabant* in Voſſ. et Lov. 1. Diei appropinquantis mentionem hic inportunam eſſe, et diem jam diu exortam eſſe debuiſſe, inde colligitur, quod cuſtodes navim de tertia vigilia ex portu egreſſam, sed in adversum ventum nequidquam tendentem, procul viderint.

Opem ut Dii ferrent, orabat] Membranae *interdum manus ad coelum tendens Deos, ut ferrent opem, orabat*. MOD. Pall. uterque *interdum manus ad coelum tendens, opem ut ferrent, orabat*. GEBH. Vocem *Dii* in solis tantum Lov. 2. et 5. reperio, quorum prior adhuc transponens eam legit *opem Dii ut ferrent*; reliqui omnes eamdem ignorant, quod Moguntini cod. lectionem tanto verisimiliorem reddit. *Tŏ Deos* enim excidiſſe videtur ob similitudinem ultimae syllabae vocis praecedentis *tendens*.

Digitized by Google

mam, regis invidiae adjecit, ut vulgo ipsum liberosque ejus exsecrarentur. quae dirae brevi ab omnibus Diis exauditae, ut saeviret ipse in suum sanguinem, effecerunt. Perseus enim, quum in dies 2
magis cerneret favorem dignitatemque Demetrii fratris apud Macedonum multitudinem crescere, et gratiam apud Romanos, sibi spem nullam regni superesse, nisi in scelere, ratus, ad id unum omnes cogitationes intendit. ceterum quum se ne ad id qui- 3
dem, quod muliebri cogitabat animo, satis per se validum crederet, singulos amicorum patris tentare sermonibus perplexis instituit. et primo quidam ex 4
his adspernantium tale quidquam speciem praebuerunt, quia plus in Demetrio spei ponebant. deinde, 5
crescente in dies Philippi odio in Romanos, cui Perseus indulgeret, Demetrius summa ope adversaretur,

§. 13. *Posito in conspectu poculo, strictisque gladiis*] Libri omnes *instrictisque gladiis*. GEBH. Similiter Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. et Mead. ambo. Eodem adludunt Lov. 3. Harl. et Gaertn. *instructisque* praeferentes. *strictisque* Ascensius anno 1513. edidit, cui consentit Lov. 6. Supra 3, 50, 3. *Strictum etiam telum, respersusque ipse cruore, tota in se castra convertit.* ubi alia vide. Paullo ante *venenum ferrumque promit* Lovel. 2. Reliqui omnes vocem *diluit* tuentur.

§. 14. *Viae ad mortem hae sunt*] Ultimam vocem nescit Lovel. 1. Mox *effugito* Lov. 4. et Mead. 2. Tum *saevior mors* Lov. 6. a m. 2.

§. 15. *Alii alio leto absumti semianimes e nave praecipitantur*] Prima vox deest in Voss. et Lov. 1. secunda in Lov. 3. Sed altera alteram intercepit. *Alii alio loco* male Harl. et Gaertn. Tum *e navi* legit Lov. 3. V. ad 25, 30, 7. Hinc *praecipitabantur* Harl. et Mead. 2. Mox *amplexa* Lov. 2.

§. 1. *Ut vulgo ipsum liberosque ejus exsecrarentur*] *Τὸ ejus* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Ceterum observat Amplifs. Roëllius, non videri haec in Demetrium convenire; cujus favorem dignitatemque in dies magis apud Macedonum multitudinem crescere, ipse Livius mox narrabit. In verbis seqq. *quae irae* Voss. V. ad 38, 25, 8. *quoad irae* Lov. 6. Tum vocem *Diis* nescit Lov. 2.

§. 2. *Favorem dignitatemque Demetrii fratris apud Macedonum multitudinem crescere*] Pall. uterque, et vet. ed. *favorem et dignitatem Demetrii fratris apud multi-*

Digitized by Google

prospicientes animo exitum incauti a fraude fraterna juvenis, adjuvandum, quod futurum erat, rati, fovendamque spem potentioris, Perseo se adjungunt. 6 cetera in suum quaeque tempus agenda differunt. in praesentia placet, omni ope in Romanos accendi regem, inpellique ad consilia belli, ad quae jam

tudinem Macedonum crescere. GEBHARD. *favorem et dignitatem* omnes scripti, et edd. ante Frob. qui anno 1535. *dignitatemque* excudit. Tum *multitudinem Macedonum* Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. principes. Aldus deinde voces invertit. Mox *nisi scelere* Lov. 3. qui etiam *cogitationes convertit* praefert; quod ex gloſſa natum videtur. Hinc §. seq. *singulos patris amicorum* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 4. *Primo quidam ex his adspernantium tale quidquam speciem praebuerunt*] *primo quidem* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. V. ad 39, 17, 5. Tum *praebuerunt speciem* Voſſ. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. Frobeniana anni 1535. priores.

§. 5. *Philippi odio in Romanos, cui Perseus indulgeret*] Codices veterum haud minus corruptos fuiſſe, quam qui ad nos pervenerunt, exemplo Prisciani patet; qui probaturus, casum quartum nominum in *eus* desinentium, licet auctores magis accusativo Graeco utantur, etiam more Latinorum in *eum* formari, hunc locum lib. 7, 737. ita laudat, *odio cui Perseum indulgeret.* Omnes noſtri *Perseus* recte praeferunt. Et ita legendum eſſe, si animum adtendisset, Priscianus facile videre potuiſſet.

Exitum invauti a fraude fraterna juvenis, adjuvandum] *exitum ut cautius adjuvandum* Lov. 1. *exitum incautius adjuvandum* Voſſ. Lov. 2. Harl. et Gaertn. *exitum incautus adjuvandum* Mead. 1. *exitum incaunis adjuvandum* Lovel. 4. et Mead. 2. *exitum in causis adjuvandum* Lov. 3. *exitum et cautius adjuvandum* Lov. 6. *exitum id cautius adjuvandum* Lovel. 5. et edd. vett. Locum, in reliquis Mſtis corruptum, optime Aldus ope membranarum Mog. integritati reſtituit, ut nunc legitur. *Exitum juvenis* eſt ejus mortem. V. ad 5, 27, 10. et viros doctos ad Val. Max. 1, 6, 10.

Fovendamque spem potentioris, Perseo se adjungunt] Copula *que* deeſt in priscis edd. Addidit primus Aldus. Servant eamdem codd. noſtri. *rem potentioris* legit Lov. 2. Tum Priscian. 7, 738. locum ita laudat *Perseo adeſſe jungunt*; quod manifeſte vitiosum eſſe, omnes vident. V. ad 5, 12, 4.

§. 6. *Cetera in suum quaeque tempus differunt*] Lege addendo *caetera in suum quaeque tempus agenda differunt.* ubi haec vox, *agenda*, interciderat. GELEN. Libri omnes *caetera in suum quaeque tempus differunt*, non agnito τῷ *agenda.* GEBH. *in suum quoque tempus* Mead. 1. sollemni scribarum lapsu. V. ad 3, 27, 7. c. 69, 8. 4, 40, 3. 10, 40, 6. 34, 24, 7. 37, 24, 2. et alibi. *agendo*, quod interposuit Gelenius, ab omnibus noſtris abeſt. Tum *deferunt* male Harl. Ita variant etiam scripti supra 8, 23, 17. Mox vox *bel-*

Digitized by Google

sua sponte animum inclinaſſet. Simul, ut Demetrius in dies ſuspectior eſſet, ex compoſito sermones ad spretionem Romanorum trahebant. ibi quum alii mores et inſtituta eorum, alii res geſtas, alii speciem ipsius urbis, nondum exornatae neque publicis neque privatis locis, alii singulos principum 7

Vi deeſt in Lov. 2. Praeterea *ad consilia belli, quae jam sua sponte animum inclinassent* Voſſ.

§. 7. *Ex compoſito sermones ad spretionem Romanorum trahebant*] Ita plerique habebant libri. Aliis *spretio* vox insolens visa. *spem* reposuerunt: sed compoſitionem fecere, quam ego plane non intelligo. GLAR. *spem* habent etiam vet. lib. pro qua voce malim *speciem*, ut sit, ex compoſito quidam de dignitate Romanorum sermonem inferebant, ut alii redarguendi ejus sermonis gratia, praesente Demetrio, eos eluderent, atque ut a Demetrio defensionem Romanorum, quo suspectior fieret, elicerent. Vox certe *spem* Glareano non probatur. SIGON. Ita [*ad spem Romanorum*] esse in Mſtis ait Sigonius: si ita habent, spem intelligit, quam Demetrius conceperat de Romanis: neque ſtare poteſt conjectaneum ejus *speciem*, quum repugnet narrationi. Sed ed. Ven. habet *ad spretionem*, quod non spreverim, si etiam esset in MSS. ii enim contemnebant Romana, ut elicerent defensionem eorum a Demetrio. GRUT. *ad spem Romanorum* Pall. uterque. sed *ad spretionem Romanorum* exhibet vet. ed. GEBH. An *spem Romanorum*, quam Demetrius habebat positam in Romanis? Immo merito Glareanus, qui *τὸ spem* hic reposuerint Moguntinae ed. curatores, eo compoſitionem feciſſe, quam nemo intelligat. Sigonius *speciem*, ut sit, eos de dignitate Romanorum sermonem intuliſſe. Nihilo melius. Aut reſtituenda vetus lectio *ad spretionem*, si poteſt haec vox tolerari: aut ex ea faciendum *contemptionem*, vel *mentionem*. J. FR. GRONOV. Antequam Moguntini *ad spem Romanorum* ex cod. suo reponerent, ita jam Veneti ediderant anno 1498. neque aliter eſt in omnibus noſtris, nisi quod solus Lov. 5. cum edd. antt. praeferat *ad spretionem Romanorum*; quod Gronov. in contextum revocavit. Verum, quamvis *spretio* analogia defendi poſſit, ea tamen sola vocem non alibi obviam adversus tot codicum consensum tueri nequit. Neque etiam *spem* ferri poſſe, optime viri docti monuerunt. Nihil igitur propius video, quam ut cum Sigonio legamus *ad speciem*, id eſt, ad externam formam, habitum, qui in oculos incurrit. Supra 4, 33, 8. *Quae militem terruerat species, nihil equos terruit.* 5, 40, 3. *Ipsa res speciesque miserabilis erat.* 22, 1, 12. *Capuae speciem coeli ardentis fuiſſe.* cap. 24, 12. *Speciem parti utrique praebuiſſe novi subsidii.* ubi vide Gronov. Neque adversabor ei, qui *ad speciem* cum Sigonio exponendum putet ad dignitatem, modo ita accipiat, quosdam insidiose dignitatem Romanorum memoraſſe, ut alii eam irridendi occasionem haberent, et ita incautum Demetrium ad eam defendendam elicerent. Eo sensu vocem sumi, vidimus ad

Digitized by Google

8 eluderent; juvenis incautus, et amore nominis Romani, et certamine adversus fratrem, omnia tuendo suspectum se patri et opportunum criminibus fa-
9 ciebat. Itaque expertem eum pater omnium de rebus Romanis consiliorum habebat. totus in Persea versus, cum eo cogitationes ejus rei dies ac noctes
10 agitabat. Redierant, quos forte miserat in Baſtarnas ad arceſſenda auxilia, adduxerantque inde nobiles juvenes, et regii quosdam generis: quorum unus

34, 52, 11. Saepe autem *spes* et *species* commutantur, ut dictum eſt ad 3, 9, 13. Doujatius ideo cum Gronovio vel *spretionem*, vel *mentionem* malebat, quia *speciem* mox iterum sequitur. Sed vide ad 1, 3, 9. Praeterea *sermonem* Harl. Paullo ante *Insimul* Lov. 1. Vide ad 22, 58, 3. Tum *in dies* non agnoscit Lov. 6.

Ibi quum alii mores] *ubi quum alii* Harl. et Gaertn. Male. *ibi* hic ponitur pro tum. V. ad 7, 23, 4. Solent autem *ubi* et *ibi* confundi. V. ad 27, 5, 2.

Alii in singulos principes eluderent] Lege *alii singulos principum*, non *in singulos*. GEL. *in singulos* omnes noſtri. Sed recte praepositionem Gelenius delevit. *Eludere aliquem* pro eum illudere, apud noſtrum et alibi obvium eſt. Supra 26, 22, 14. *Eludant nunc antiqua mirantes.* ubi vide Gronov. Vide alia exempla ad 2, 45, 6. et 28, 44, 17.

§. 9. *Totus in Persea versus*] Hic etiam Prisc. 7, 738. *in Perseum* invenit: quod apud me supereſt in solo Lov. 3. Vide ad cap. 7, 7. Mox *die ac nocte* Lov. 2. Sed vide ad 35, 40, 8.

§. 10. *Redierant, quos forte miserat in Baſtarnas*] *Baſternas* per e plerique habent codices in secunda syllaba: at Graeci per a primam vocalem in secunda, ut Strabo atque Ptolemaeus. Plinius lib. 4, 14. vicinos Peucinis ac Dacis facit. Idem Ptolemaeus in Sarmatiae Europeae descriptione [3, 5.] GLAR. Libri noſtri *in Baſternas*. GEBH. *ad Baſternas* Lov. 2. *in Baſternas* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Frobenium, qui 1531. *in Baſtarnas* vulgavit; forte quia infra cap. 57. et 58. ita Moguntinos ex unico cod. edidiſſe observarat, (unde et cod. Mog. etiam hic ita legiſſe verisimile fit, licet nihil ex eo notetur) et ipse ita ex unico cod. Lauriſſeno editurus erat lib. 41, 19. Βασάρνας vocavit etiam Polyb. Exc. Legat. num. 62. Praeterea *redierunt* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quorum Lov. 2. mox etiam *adduxeruntque* praefert, sed invitis reliquis scriptis. Contra Gruteri ed. ultima, quae *redierant* hic servat, ibi tamen perperam *adduxeruntque* admisit, pro quo demum Clericus recte *adduxerantque* revocavit. Mox *ad excienda auxilia* Lov. 3.

In matrimonium Philippi filio pollicebatur] *filio Philippi in matrimonium pollicebatur* Harl. *in matrimonium filio Philippi polli-*

Digitized by Google

sororem suam in matrimonium Philippi filio pollicebatur: erexeratque consociatio gentis ejus animum regis. Tum Perseus, *Quid ista prosunt?* inquit. *ne-* 11
quaquam tantum in externis auxiliis est praesidii, quantum periculi fraude domestica. Proditorem nolo dicere, 12
certe speculatorem habemus in sinu: cujus, ex quo obses Romae fuit, corpus nobis reddiderunt Romani, animum ipsi habent. Omnium pene Macedonum in eum 13
ora conversa sunt: nec regem se alium rentur habituros

cebatur Lev. 4. et Mead. ambo. *in matrimonium Philippi pollicebatur* Lov. 2. Paullo ante *nobiles inde juvenes* Voss. Lovel. 3. et 6. *nobiles exinde juvenes* Gaertn. *Tò inde* deest in Harl.

§. 11. *Quantum periculi fraude domestica*] Videtur excidisse praepositio *in*, vel *a*. J. FR. GRONOV. Crevierio mihique magis placeret *in fraude;* ut *in*, vel *i* interceptum sit a praecedentis vocis litera finali. V. ad 37, 41, 8. Paullo ante *Tum* exsulat a Lovel. 2. et Mead. pr. *Cum Perseus* legunt Lov. 4. et Mead. 2.

§. 12. *Proditorem nolo dicere, speculatorem citius, ex quo obses Romae fuit*] Hoc loco nostra archetypa melius: *Proditorem nolo dicere, certe speculatorem habemus in sinu: cujus ex quo obses* etc. GELEN. Solus Lov. 5. lectionem veterum edd. praefert. *Proditorem nolo dicere speculatorem, corpus nobis reddiderunt,* medliis omnibus omissis, Lov. 1. *Proditorem nolo dicere speculatorem: cujus ex quo* Voss. Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *Proditorem nolo dicere, speculatorem habemus: cujus ex quo* Lov. 2. Unice vera est Gelenii emendatio. Praeterea *corpus nobis tradiderunt* Lov. 2. et Harl. *corpus nobis ediderunt* Mead. 1. *corpus nobis addiderunt* Mead. 2. Male. Supra 39, 47, 10. *Obsidem enim se animum ejus habere, etsi patri corpus reddiderint.*

§. 13. *Nec regem se alium rentur habituros esse, quam*] In archetypis nostris legitur *nec regem se alium habituros ajunt.* GEL. Hoc [*nec regem se alium habituros ajunt*] Gelenii est, cui tamen nos non facimus secundas, sed tenemus prius editum: *nec regem se alium rentur habituros esse, quam quem Romani dedissent.* Idem verbum bis alibi Livio restituimus, et est ex illis, quae amavit auctor. Neque ignoro, quod libro praecedenti [cap. 53, 4.] *Ad hoc Romanos Demetrium in paterno solio locaturos, Persei nullam apud eos gratiam esse. Haec vulgo loquebantur.* Nimirum sermones hujusmodi indicio erant, quid sentirent. *dedissent* invidiose, quasi, vel ipso Philippo amoto, id jam facturi fuissent, si arbitrii eorum res essent. J. FR. GRON. *se alium habituros esse,* omissa voce vel *rentur*, vel *ajunt*, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *se alium rentur habituros esse* Voss. Lov. 5. 6. et Hearnii Oxonn. reliqui; quod Gronovius recte adversus Gelenium vindicavit, docens verbum hoc esse ex illis, quae ama-

Digitized by Google

14 *esse, quam quem Romani dedissent.* His per se aegra mens senis stimulabatur. et animo magis, quam vultu, ea crimina accipiebat.

1 VI. Forte lustrandi exercitus venit tempus, cujus sollemne est tale. Caput mediae canis praecisae et prior pars ad dexteram, cum extis posterior ad 2 laevam viae ponitur. inter hanc divisam hostiam copiae armatae traducuntur. praeferuntur primo agmini arma insignia omnium ab ultima origine Macedoniae regum: deinde rex ipse cum liberis sequitur: 3 proxima est regia cohors custodesque corporis: postremum agmen Macedonum cetera multitudo clau-

vit auctor. Supra 1, 59, 6. *Quidquid sit, haud temere esse ventur.* 5, 3, 5. *Concordiam ordinum dissolvendae maxime tribuniciae potestatis esse ventur.* 24, 37, 5. *Palam ventur agendum.* ubi vide Gronov. 25, 12, 15. *Haec est origo ludorum Apollinarium,' victoriae, non valetudinis ergo, ut plerique ventur, votorum.* Similiter *rebatur* Livio restituit Gronov. 27, 25, 11. Exemplis autem ibi laudatis adde haec lib. 27, 28. 30, 9. 31, 39. 38, 48. et alibi. Mox *Romani* deest in Voss. Lovel. 1. et Gaertn. Tum *cecidissent* Lov. 1. *credidissent* Gaertn. *dederint* legendum conjicit Crevier. Sed emphasin τοῦ *dedissent* explicat Gronovius.

§. 14. *His per se aegra mens senis stimulabatur*] *His a Perseo aegra mens* Voss. Harl. et Gaertn. Male. Mens senis aegra *per se*, id est, sponte, licet non stimularetur. Vide ad 39, 12, 8. *aegra mens segnis* Lovel. 6. Mox τὸ *ea* neglexit Harl.

§. 1. *Forte lustrandi exercitus venit tempus*] Pall. uterque *advenit.* GEBH. Ξανθικὰ Macedones celebrabant; eratque militum lustratio. Hesychius Ξανθικὰ ἑορτὴ Μακεδόνων, Ξανθικοῦ μηνὸς ἡ ἀγομένη· ἐστὶ δὲ καθάρσιον τῶν στρατευμάτων. Nempe ad diem VIII. Xanthici celebrari id festum solitum scripsit. Eam lustrationem militum hic describit Livius. Curtius 10, [9.] *Macedonum reges ita lustrare soliti erant milites, ut discissae canis viscera ultimo in campo, in quem deducerentur, ab utraque abjicerentur parte.* MEURS. Graec. Fer. lib. 5. Vulgatum in solo inveni Lov. 5. Reliqui Mss. legunt *advenit*, quod ex alterius glossa marginali natum videtur. V. ad 5, 30, 1.

Caput mediae canis praecisae et prior pars ad dexteram cum extis, posterior ad laevam] Omnium horum loco *dextra*, vel *dextera posterior ad laevam* legunt Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. nisi quod *dextram* in contextu, *dextra* in margine praeferat Mead. 1. *prior hostiae pars dextra, posterior ad laevam* Lov. 5. Lov. 6. a manu 2. et

Digitized by Google

dit. Latera regis duo filii juvenes cingebant, Perseus jam tricesimum annum agens, Demetrius quinquennio minor; medio juventae robore ille, hic flore; fortunati patris matura soboles, si mens sana fuisset. Mos erat, lustrationis sacro peracto, exercitum decurrere, et divisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnae. Regii juvenes duces ei ludicro certamini dati. ceterum non imago fuit pugnae, sed, tamquam de regno dimicaretur, ita concurrerunt, multaque vulnera sudibus facta; nec praeter ferrum quidquam defuit ad justam belli speciem. Pars ea, quae sub Demetrio erat, longe 4 5 6 7

edd. ante Aldum, qui vulgatum ex cod. Mog. adscivit, nisi quod Frob. demum anno 1535. vocem *prior* addiderit. Si ex Mſto Mog. non intercedo: sin, ea vox haud magnopere necessaria est. Subjiciendo enim *posterior* indicat, ante memoratam esse priorem. Supra 5, 20, 4. *Duae senatum distinebant sententiae: senis P. Licinii, quem primum dixisse a filio interrogatum ferunt.* etc. *altera Ap. Claudii.* Ubi male plures codd. *una senis P. Licinii.* Vide ad 3, 37, 8. Forte etiam, mutata distinctione, legendum *et prior pars ad dexteram, cum extis posterior ad laevam.* Ut innuatur, canis mediae praecisae alteri parti caput, alteri exta, non vero uni eidemque parti caput et exta, alteri nihil additum fuisse. Mox §. seq. *Primo praeferuntur agmini* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn.

§. 4. *Si mens sana fuisset*] *esset* habent Pall. Sed melius vet. ed. *fuisset.* GEBH. *sana erat* Gaertn. Sed is tum voces sequentes *Mos erat* omittit. *sana esset* Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 5. *Exercitum decurrere, et divisas bifariam duas acies concurrere*] *decurrere exercitum* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. usque ad Frob. qui anno 1535. voces trajecit. Tum *divisas bifariam acies* Lov. 2. et Harl.

§. 6. *Tamquam de regno dimicaretur, ita concurrerunt, multaque vulnera sudibus facta*] Forsan et hic *rudibus*, et cap. 9. ut lib. 26, [41, 4.] J. FR. GRON. *tamquam de regno sudibus facta*, reliquis omissis, non tantum Hearnii L. 1. et edd. vett. sed etiam codd. nostri, nisi quod *subidus* legant Voss. Lov. 3. 4. et Mead. 1. *subsidiis* Voss. a manu 2. Lovel. 1. 6. et Gaertn. Quae nunc exstat lectio, a Moguntinis ex cod. suo recepta est, nisi quod voculam *ita*, ab Aldo demum additam, omiserint. Merito autem *sudes* Gronovio displicuerunt: quum enim iis aeque, atque aliis telis, vulnera inferri potuerint, id ardoris, quo juvenes pugnavere, signum dari nequit, sudibus vulnera facta esse. Vide Lipsium 4.

Digitized by Google

superior fuit. id aegre patiente Perseo, laetari prudentes amici ejus, eamque rem ipsam dicere praebituram causſam criminandi juvenis.

1 VII. Convivium eo die sodalium, qui simul decurrerant, uterque habuit, quum vocatus ad coe-
2 nam ab Demetrio Perseus negaſſet. Feſto die invitatio benigna et hilaritas juvenalis utrosque in vinum
3 traxit. Commemoratio ibi certaminis ludicri et jo-

Poliorc. 4. Recte igitur *rudibus* scribendum eſſe conjecit. Non modo enim, ut ex Livii lib. 26. docuit, *rudes* in decursione ac simulacro pugnae in usu fuerunt, verum etiam voces *sudes* ac *rudes* alibi a librariis confunduntur. Vide exempla supra 26, 51, 4. et apud Celeberr. Burm. ad Nason. 4. Faſt. 209. id autem fieri potuit ob similitudinem literarum *r* et *s*, unde facile in Mſtis commutantur. Vide Gronov. ad Liv. 10, 6, 7. lib. 1. Observ. 15. et Salmas. ad Solin. pag. 81. Mox §. seq. *rem dicere ipsam* Voſſ. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et editi, quos vidi, ante Froben. anni 1535. Hearnius vocem *ipsam* in Aleriensi principe deeſſe monet.

§. 1. *Cum vocatus ad coenam*] *convocatus* Mead. 1. sollemni scribarum errore. V. ad 4, 24, 7. Paullo ante *decurrerunt* Lov. 2.

§. 2. *Invitatio benigna et hilaritas juvenilis utrosque in vinum traxit*] Membranae *hilaritas juvenalis*. de qua voce supra agere memini. MOD. Pall. *invitatio benigna et juvenilis*, faſtidito τῷ *hilaritas*. GEBH. *Invitatio benigna* memoratur etiam supra 33, 39, 3. *Primus congreſſus cum legatis et deinceps invitatio benigna et hospitalis fuit.* Quid in hac re sit *invitare* et *invitatio*, vide Obrecht. ad Dict. Cret. 2, 52. Graev. ad Juſtin. 1, 6. et Cort. ad Sall. 4. Hiſt. pag. 991. Vocem *hilaritas* ignorant Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiquiores, quam Moguntini ex cod. suo primi receperunt. Eadem tamen exſtitit etiam in cod. Voſſ. si excerptis ejus fidem habere poſſum, in quibus nihil ad vocem illam notatur. Tum *juvenalis*, quod ex cod. Mog. profert Modius, erat etiam in Lov. 1. 4. et Mead. 2. Vide ad 37, 20, 5. Peſſime deinde *utrosque in unum contraxit* Lov. 3.

§. 4. *Ad has accipiendas voces speculator ex convivis Persei missus*] Libri noſtri omnes *ad has excipiendas voces ex conviviis missus*. GEBH. Sic [*accipiendas*] recentiorum fecit aliquis; in Modiana certe jam apparet: sed vetuſtae omnes, ut conjeceram olim, *ad has excipiendas voces*. Sic dicuntur, quae in hoc accipiuntur, ut serventur, ut earum aut in honorem, aut injuriam dicentis recordere. Tacit. in vit. Agric. [45.] *Auget moeſtitiam, quod adsidere valetudini, fovere deficientem, satiari vultu, complexu non contigit: excepiſſemus certe mandata, vocesque, quas penitus animo figeremus.* Idem lib. 6. Ann. [24.] ubi narravit, Tiberium, in Drusum Germanici filium etiam defunctum saevum, recitari dictorum factorumque ejus descripta per diem juſſiſſe: *quo*

Digitized by Google

cosa dicta in adversarios, ita ut ne ipsis quidem ducibus abstineretur, jactabantur. Ad has excipi- 4
endas voces speculator ex convivis Persei missus, quum incautior obversaretur, exceptus a juvenibus forte triclinio egressis, male mulcatur. Hujus rei 5
ignarus Demetrius, *Quin comissatum*, inquit, *ad fratrem imus? et iram ejus, si qua ex certamine residet, simplicitate et hilaritate nostra lenimus?* Omnes se ire 6

non aliud atrocius virum, adstitisse tot per annos, qui vultum, gemitum, occultum etiam murmur exciperent. Sed et proprium verbum est insidiarum. Lib. 9, [31, 6.] *Si qua licentia populando effusus exercitus excipi ac circumveniri posset.* Lib. 27, [27, 3.] *Si quos vagos pabuli aut lignorum causa longius a castris progressos possent excipere.* Lib. 33, [29, 2.] *Alios vagos per hiberna milites ad varios commeantes usus excipiebant.* J. FR. GRON. Non modo Modiana priores edd. sed et codd. Hearnii Oxonn. omnesque nostri *excipiendas*, nisi quod in Lov. 1. sit *expiandas*. Veterem igitur lectionem recte Gron. revocavit. 2, 4, 5. *Sermonem eorum ex servis unus excepit, qui jam antea id senserat agi.* 4, 30, 3. *Legem de multarum aestimatione pergratam populo quum ab tribunis parari consules unius ex collegio proditione excepissent.* Suet. Tib. 21. *Egresso post secretum sermonem Tiberio, vox Augusti per cubicularios excepta sit.* Insidiarum significatione verbum hoc Livio frequens est. Supra 5, 41, 6, *Solitudine absterriti, ne qua fraus hostilis vagos exciperet.* 22, 42, 11. *Inter pabulatores excepti a Numidis fuerant.* quibus locis alia vide. 34, 13, 3. *Exercebat ea res novos milites, et hostium magna vis excipiebatur.* V. Tennul. ad Front. 1, 2, 4. Praeterea *ex conviviis Persei* scripti nostri, et edd. principes. De hoc errore vide ad 32, 6, 6. Mox *incaute* Lov. 2. Harl. et Mead. 1.

Exceptus a juvenibus forte triclinio egressis, male mulctatur] Scribe *male mulcatur*. J. FR. GRON. V. ad 28, 30, 12. Perperam *multatur* Lovel. 1. 2. 4. 5. et edd. principes. V. ad 8, 24, 15. Praeterea *receptus* male Lov. 3. et *egressus* Voss.

§. 5. *Quin comissatum, inquit, ad fratrem imus*] *comessantium* Harlej. *consatum* Lov. 1. *commensatum* Lov. 2. *comesatum* Lov. 5. *comessatum* Lovel. 6. et Mead. 2. *commessatum* Lov. 3. Mead. 1. et Gaertn. *commissatum* Lov. 4. Similiter variant codd. supra 3, 29, 5. 9, 17, 17. infra h. cap. §. 8. hoc lib. c. 9, 1. 8. et saepius hac historia. De orthographia hujus vocis vide Faërn. et Bentl. ad Ter. Eun. 3, 1, 52. Fabric. ad Ter. Ad. 5, 2, 8. Lambin. ad Hor. 4, 1, 11. Voss. Etym. Ling. Lat. 5. *Comissari*, et Dausquej. in Orthogr. part. 2. ea voce, ut et quos ibi laudavit. Mox vox *nostra* deest in edd. antiquis, quam Moguntini ex cod. suo addiderunt, consentientibus scriptis nostris. Tum *lenimus* male Lovel. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 6. *Omnes se ire conclamarunt*] *Et omnes ire secum conclamarunt*

Digitized by Google

conclamarunt, praeter eos, qui speculatoris ab se pulsati praesentem ultionem metuebant. quum eos quoque Demetrius traheret, ferrum veste abdiderunt,
7 quo se tutari, si qua vis fieret, possent. Nihil occulti esse in intestina discordia potest. utraque domus speculatorum et proditorum plena erat. Praecucurrit index ad Persea, ferro subcinctos nuncians
8 cum Demetrio quatuor adolescentes venire. etsi caus-

Harl. Lov. 1. et Mead. 1. *Omnes ire se conclamarunt* Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. Mox *ab se propulsati* Harl. et Mead. 1. Tum *quum eos Demetrius quoque traheret* Voss. Lov. 3. et Gaertn. Vox *quoque* deest in Lov. 1. et 6. Tandem *ferrum veste addiderunt* scribarum errore Voss. Lovel. 1. 4. et Mead. 1. V. ad 2, 45, 7. et 4, 56, 5.

§. 7. *Nihil occulti esse in intestina discordia potest*] *Nihil occultum* Gaertn. Sed vide ad 36, 7, 6. *Nihil occulti in intestina discordia esse* Lov. 6. Praepositio *in* deest in Voss. Lov. 1. et Harl. Sed excidit ob primam syllabam vocis sequentis. V. ad 8, 33, 6. Dein mox *proditorum et speculatorum* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui fide cod. Mog. *speculatorum et proditorum*, consentientibus ceteris scriptis, dedit.

Percurrit index ad Persea, ferro subcinctos nuncians] Melius nostri libri *Praecurrit*. GEBH. *Praecurrit* ed. Moguntina, non *Praecucurrit*. JAC. GRON. *Praecurrit* edd. veteres usque ad Moguntinam, quae ex optimo cod. admisit *Praecucurrit*. Ejus loco Modius revocavit *Praecurrit*. Postea Gruteri priores, sine dubio operarum errore, exhibuerunt *Percurrit*; unde Gebhardo occasio data est notandi, libros suos praeferre *Praecurrit*, quod et ultima Gruteri adoptarat. Hinc Jac. Gronov. restituit *Praecucurrit*; Clericus dein *Praecurrit*; pro quo cod. Moguntini lectionem substitui, licet alterum sit in omnibus nostris, excepto solo Lov. 3. qui *Percurrit* legit. V. ad 8, 30, 13. Tum *ad Persea* Voss. et Lov. 3. V. ad 40, 5, 9. Praeterea vocem *nuncians*, tamquam a moris Liviani ignaris adjectam, delet Clariss. Crevierius: sufficere enim nomen *index*. Non adversarer, si lectio fide codicum niteretur, qui hic omnes eam dictionem agnoscunt. Paullo post vox *quatuor* deest in Lov. 1.

§. 8. *Etsi causa adparebat*] Nostri libri habent *et sic causa apparebat*. GEBH. Similiter Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antt. perperam sequentis vocis litera initiali in fine praecedentis repetita. Hinc *sic collegas*, pro *si*, erat in optimo Leid. supra 5, 18, 4. Saepius *nec* datum est pro *ne*. V. ad 3, 11, 5. 4, 3, 7. c. 57, 11. 8, 18, 3. 9, 11, 6. et alibi. *illic carcerem* pro *illi* 3, 57, 4. Praesertim id frequentissimum fuit in litera *s*. Vide ad 28, 25, 2. in litera etiam *m*. Vide ad 36, 43, 8. etiam in litera *t*, aliisque fere omnibus. Sed, ne taedio sim, exempla non adjicio. Corruptius *et sic ea adparebat* Lov. 6. Vide ad 38, 58, 11.

Digitized by Google

sa adparebat, (nam ab iis pulsatum convivam suum audierat) tamen, infamandae rei cauſſa, januam obserari jubet: et ex parte superiore aedium, versisque in viam feneſtris, comiſſatores, tamquam ad caedem suam venientes, aditu januae arcet. Demetrius, per vinum, quod excluderetur, paullisper vociferatus, in convivium redit, totius rei ignarus. 9

VIII. Poſtero die Perseus, quam primum conve- 1

Idem cod. *audiverat*. Sed v. ad 21, 48, 7.

Tamen, infamandae rei cauſſa, januam obserari jubet, et ex parte] Omittunt *τὸ tamen* Pall. GEBHARD. Eam vocem solus meorum Lov. 5. editionibus adsensus servat; in nullo reliquorum illa adparet. Solet autem *τὸ tamen* poſt *etsi*, *licet*, *quamvis*, similesque particulas saepe omitti. V. ad 22, 20, 1. Deinde *infandae rei cauſſa* Lovel. 6. Vocem *cauſſa* delendam censet Barth. ad Statii 7. Theb. 417. et 9, 96. ubi conjecturae hanc cauſſam reddit, quod *cauſſa* modo praeceſſerit. Saepius quidem Livius eam omisit; invitis tamen Mſtis, qui hic conſtanter in vulgatum conspirant, eamdem ejicere periculosius eſt. V. ad 31, 12, 4. Neque ejiciendi juſtam cauſſam eſſe, quod modo praeceſſerit, vidimus ad 1, 3, 9. Insuper *januam observari* Gaertn. Sed v. ad 5, 41, 7. Tum vocula *et* exsulat a Voſſ. Lov. 1. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. quae elisa eſt ab ultima syllaba vocis praecedentis. V. ad 35, 41, 7. Mox *ad aedem suam* Lovel. 1. *ad sedem suam* Gaertn. V. ad 9, 23, 1. *Τὸ suam* deeſt in Harl.

§. 9. *Demetrius, per vim quod excluderetur, paullisper vociferatus*] *per vinum* quidam emendarunt: at mihi legendum videtur *per viam*. Sic enim facere solent adolescentes, et *viae* paulo ante mentio. GLAR. Ob oculos habuit Glareanus ed. Ascensii anni 1513. in qua operarum errore editum video *per vim*. Reliquae omnes praeferunt *per vinum*, excepta una, in qua operarum lapsu eſt *per unum*. Etiam codd. omnes *per vinum*, nisi quod Lov. 3. in contextu legat *per unum*, inter versus *per vim*. Nihil igitur mutandum. *per vinum* eſt per ebrietatem. Plaut. Aulul. 4, 10, 64.

Ego me injuriam feciſſe filiae fateor tuae
Cereris vigiliis per vinum.

In Mil. Glor. 3, 1, 59.

Neque per vinum umquam ex me exoritur discidium.

Seneca Epigr. 5. eorum, quae praemittuntur Consol. ad Helv.

Sed tu perque jocum dicis vinumque. quid ad rem
Si plorem? risus si tuus iſta facit?

Praeterea *vociferatur* Lovel. 3. a manu 1. et Lovel. 6. Mox *rediit* Voſſ. Lovel. 2. et Harl. Vide ad 36, 35, 2.

§. 1. *Quum primum convenundi poteſtas patris fuit*] Libri omnes *quam primum*. Amplius Pal. pr. negligit *τὸ poteſtas*. GEBH. *quod primum* Lov. 1. 3. 4. et Gaertn. *quam primum* Lov. 2. 5. et edd. Camp. Rom. anni 1472. Mediol.

Digitized by Google

niendi potestas patris fuit, regiam ingressus, perturbato vultu in conspectu patris tacitus procul consti-
2 tit. cui, cum pater, *Satin' salvae?* et, *quaenam ea moestitia esset?* interrogaret eum, *De lucro tibi*, inquit, *vivere me scito. jam non occultis a fratre petimur insidiis. Nocte cum armatis domum ad interficiendum me venit: clausisque foribus, parietum praesidio me a*

anni 1480. Parm. Tarv. utraque, et aliae. Quum autem quaedam per errorem dedissent *quin primum*, Ascens. postea anno 1513. *quum primum* emendavit. Prius itaque revocavi. Simili modo errabatur supra 33, 48, 7. Tum *conveniendi patris potestas fuit* Lovel. 2. Sed vocem *potestas* ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. a manu 1. Gaertn. et Mead. 1. *conveniendi patris tempus fuit* Lov. 6. a manu 2.

§. 2. *Cui pater, Satin salvae? et, quaenam ea moestitia esset, interrogaret eum*] Libri omnes *cui cum pater, Satin' salve?* GEBH. Editiones ante Gruterum *cui quum pater*. Ubi particula necessaria est, supervacuum pronomen. Deinde vett. edd. *de ludicro tibi, inquit*. Sigonius praeclare, *de lucro*: sed quod pro *tibi* reponit *pater*, id neque confirmant libri nostri ullo vestigio, et τὸ *tibi*, ut saepe apud optimos scriptores, eleganter παρέλκει. Naudaeanus hic omnium integerrimus: *interrogaret, de lucro, tibi, inquit*, ejecto etiam praenomine *eum*, et meo judicio recte. Veram scripturam puta: *perturbato vultu in conspectu patris tacitus procul constitit. Cum pater, Satin' salvae? et, quaenam ista moestitia esset? interrogaret: de lucro tibi, inquit, vivere me scito.* J. FR. GRON. Non modo omnes ante Gruterum editiones, sed et codd. quos consului, *cui quum pater* constanter tuentur, nisi quod *quum* desit in solo Lov. 3. et *cui tum pater* legat Mead. 1. sollemni scribarum errore. Vide ad Epit. Liv. 48. circa fin. Omnibus his invitis vocem primam *cui* delere non audeo. Tum *satin' salvae res* Lov. 5. 6. a manu 2. et edd. usque ad Aldum, qui τὸ *res* expunxit, quod etiam a ceteris omnibus exsulat. V. ad 1, 58, 7. Illud *res*, quod subintelligendum Livius reliquerat, male liberalis librarius de suo addidit. Vide ad 37, 18, 1. Deinde pronomen *eum* non agnoscunt Lov. 2. 5. Harl. et ed. Camp. Ut tamen id ejiciam, pauci codd. iique non primae auctoritatis, persuadere nequeunt. Si quid mutandum, unica litera mutata legerem *qui, quum pater*, vel, servata lectione vulgata, et verbis paullo aliter interpunctis *cui, quum pater, Satin' salvae? et, quaenam ea moestitia esset? interrogaret eum, De lucro tibi, inquit, vivere me scito.* ut *qui*, vel *cui* referatur ad verbum *inquit*.

De ludicro tibi, inquit, vivere me scio] Obscura sententia, et, ut puto, vitiata. Interrogaverat Perseum pater, cum eum perturbato vultu tacitum procul conspexisset, *satin' salvae*, et *quaenam ea moestitia esset?* Respon-

Digitized by Google

a furore ejus sum tutatus. Quum pavorem mixtum admiratione patri injeciſſet, *Atqui, si aures praebere potes,* inquit, *manifeſtam rem teneas, faciam. Enimvero se,* Philippus dicere, *auditurum,* vocarique extemplo Demetrium juſſit: et seniores duos amicos, expertes inter fratres certaminum, infrequentes jam in regia, Lysimachum et Onomaſtum arceſſit, quos in consilio haberet. Dum veniunt amici, solus, fi- 3 4 5

det filius: *De ludicro tibi vivere me scio, jam non occultis petimur insidiis.* Hoc autem quid sit, vix intelligi poteſt. In veteribus libris nihil varietatis eſt, nisi quod legitur *De ludicro ter inquit.* Ex quo suspicor eſſe legendum *De lucro, pater, inquit, vivere me scito.* Eſt autem *de lucro vivere* vitam ipsam in lucro ponere, quod ii facere solent, qui summo e periculo evaserunt, ex quo servatum se eſſe Perseus patri narraturus eſt. Sic loquitur Cic. [9. ad fam. 17.] ad Papirium: *De lucro prope jam quadriennium vivimus, si aut hoc lucrum eſt, aut haec vita, superſtitem reipublicae vivere.* Et Horat. Carminum 1. [od. 9.]

Quid sit futurum cras, fuge quaerere, et,
Quem sors dierum cumque dabit, lucro
Appone.

Aptiſſima ergo sententia haec eſt, quae expositioni factarum sibi insidiarum praeponitur, cum se lucrum aït putare, quod vivat. SIG. Eſt emendatio Sigonii valde adblandiens auctori; frivola tamen, utpote conjectanea, si examines. Pall. uterque conſtanter habet: *De ludicro tibi, inquit, vivere me scio.* Intelligit ludicrum, quo inter se concurrerant fratres cap. 6. Vet. ed. aliter haec diſtinguit, et oculis ingerit: *cui cum pater Satin salvae res? quaenam ea moeſtitia eſſet; interrogaret de ludicro: Tibi, inquit, vivere me scio.* Sed vulgatam scripturam defendimus. c. 9, 10. *Heſterna die in luſtratione et decursu et simulacro ludicro pugnae funeſtum prope proelium feciſti: nec me aliud a morte vindicavit, quam quòd me et meos vinci passus sum.* GEBH. *De ludicro ter* solus Harl. *De ludicro tibi* reliqui. Sed cum Gronovio ad verba praec. probo Sigonii conjecturam *De lucro*; at servo vulgatum *tibi.* Locutionem *de lucro* inluſtrant viri docti ad Ter. Phorm. 2, 1, 16. Adde Vlit. ad Gratii Cyneg. 94. *tibi* eleganter hic παρέλκει. Vide, quae notavi ad Silii 1, 46. et Celeberr. Burm. ad Phaedri 1, 22, 3. Praeterea *me vivere scio* Lov. 6. *vivere me scio* reliqui codd. noſtri, Hearnii L. 1. et edd. antt. *scito* primus Curio dedit.

Jam non occultis a fratre petimur insidiis] Ita Moguntini ex cod. suo ediderunt. Consentiunt scripti noſtri, excepto solo Lov. 5. qui cum primis edd. legit *occulto.* Mox vocabulum *demum* deeſt in Lov. 3. Tum *clausisque foribus per jocum praesidio* Voſſ. et Lov. 6. *clausisque foribus parietumque praesidio* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *parietum praesidio* ejecta copulativa, dedit.

§. 3. *Pavorem mixtum admira-*

Digitized by Google

lio procul ſtante, multa secum animo volutans, in-
6 ambulavit. poſtquam veniſſe eos nunciatum eſt, se-
ceſſit in partem interiorem cum duobus amicis, to-
tidem cuſtodibus corporis: filiis, ut ternos inermes
7 secum introducerent, permisit. Ibi quum consedis-
set: *Sedeo,* inquit, *miserrimus pater, judex inter duos filios, accusatorem parricidii, et reum; aut conficti, aut*
8 *adnüſſi criminis labem apud meos inventurus. Jam pri-*
dem quidem hanc procellam inminentem timebam, quum vultus inter vos minime fraternos cernerem, quum voces
9 *quasdam exaudirem. sed interdum spes animum subibat,*

tione patri injecisset] *pavorem maximum* Voſſ. Hinc *admiratione patris* Lov. 4. a manu 1. Harl. et Mead. 1. Mox *praebere poteris* Lovel. 1.

§. 4. *Seniores duos amicos, expertes inter fratres certaminum*] MS. *expertes juvenalium inter fratres certaminum.* quae vox an huic loco conveniat, viderint alii. MOD. *amicos duos* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Dein *expertos inter fratres* Voſſ. Lov. 3. in contextu, Lov. 5. 6. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Curionem. Quin et cod. Mogunt. *expertos* (non, ut Modius dicit, *expertes*) *juvenalium certaminum* praefert. Quominus tamen in ea lectione adquiescam, illud obſtat, quod alibi *expertus* cum adjuncto genitivo apud Livium non obcurrat, nisi 24, 22, 2. *Servitudinis indignitatisque hominesexpertos, adversus notum malum irritatos esse.* cui controversiam moverunt interpretes. Eamdem tamen locutionem etiam suo a Livio ex conjectura reddere conatus sum ad 4, 9, 9. *expertis*, vel *expertes* hic legunt ex scriptis noſtris Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. 2. Pro ea etiam lectione adferri poteſt, conveniſſe, ut certaminum inter fratres expertes eligerentur, quia, cum patre juvenum, judices quasi hujus controversiae futuri erant. Sed eligat lector, quid praeferendum censeat. Mox *jam* deeſt in Harl. quae tamen vocula vix abeſſe poteſt. Tum *in regiam* legunt Lov. 1. et 6. Praeterea §. seq. *inambulabat* Lov. 2. Harl. et Mead. 1.

§. 6. *Cum duobus amicis, totidem cuſtodibus corporis*] *et totidem cuſtodibus* Lovel. 2. et Harl. Sed ea particula opus non eſt. Livius enim per hanc appositionem indicat, amicos, quibuscum caussam filiorum cogniturus erat, ei etiam loco satellitum futuros. Tum *trinos inermes* Lov. 2. Vide ad 23, 49, 6.

§. 7. *Ibi quum consedisset*] *sedisset* Lov. 1. 2. 6. *consedissent* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, ac plures eas secutae, ut referatur etiam ad duos amicos, quos non tantum ut corporis cuſtodes adcivit, sed ut secum judices forent. Judicum vero eſt *sedere* ac *considere*. V. ad 3, 46, 9.

Digitized by Google

deflagrare iras vestras, purgavi suspiciones posse. etiam hostes, armis positis, foedus iciisse, et privatas multorum simultates finitas. subituram vobis aliquando germanitatis memoriam, puerilis quondam simplicitatis consuetudinisque inter vos, meorum denique praeceptorum; quae, vereor, ne vana surdis auribus cecinerim. Quoties ego, audientibus vobis, detestatus exempla discordiarum fraternarum, horrendos eventus eorum retuli, quibus se stirpemque suam, domos, regna, funditus evertissent? Meliora quoque exempla parte altera posui; sociabilem consortionem inter binos Lacedaemoniorum reges, salutarem

et 26, 48, 9. Adde Markland. ad Statii 1. Silv. 2, 45.

Aut conficti, aut admissi criminis labem] MS. *aut commissi criminis*. MOD. Vulgatum tuentur omnes nostri. Utrumque vero, *admittere* et *committere*, in hac re Livius usurpavit. V. ad 2, 37, 3. Verba haec etiam a librariis confundi solent. Vide Celeberr. Burm. ad Nason. 2. Art. Am. 365. et 9. Met. 478.

§. 8. *Jam pridem quidem hanc procellam*] Mediam vocem neglegunt Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. Sed excidisse videtur ob similitudinem praecedentis *pridem*. Mox *timebam*, *quum tumultus quosdam exaudirem*, mediis omissis, Lovel. 1.

§. 9. *Etiam hostes, armis positis, foedus iciisse*] *foedus jecisse* Voss. Lov. 2. a manu 1. Lov. 4. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes. *foedus inisse* Lovel. 6. quod ex enarratoris glossa natum videtur. V. ad 22, 34, 7. Locutionem *icere foedus* Livio familiarem esse, vidimus ad 1, 25, 1.

§. 11. *Horrendos eventus eorum retuli, quibus se stirpemque suam*] Pall. uterque, et vet. ed. *quibus stirpem suam*. GEBH. Legendum puto *qui se* etc. nam si nil hic mutandum, legerem *earum*, TAN. FABER. *eorum* adversus Fabrum tuetur Crevierius, subintelligens vocem *fratrum*, quae quodammodo inclusa latebat in τῷ *fraternarum*. *quibus* autem referebat ad *eventus*. Si quis tamen cum Fabro *qui* pro *quibus* legere malit, se non magnopere repugnaturum profitetur. Codices nostri et *eorum*, et *quibus* tuentur, praeterquam quod loco prioris *eos* legat Lov. 1. Deinde *quibus stirpem suam* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd ante Aldum, qui vulgatum ex cod. Mog. recepit. Paullo ante *Quoties ergo* Lov. 3. V. ad 27, 53, 11. Tum *stanti bus vobis* male Lov. 1.

§. 12. *Meliora quoque exempla parte altera posui*] *Et meliora quoque* Harl. Sed particula *et* adsumta est ex ultimis literis prioris vocis *evertissēt*. Vide ad 39, 18, 8. Tum *parte alia* Lov. 3. V. ad Epit. Liv. 50.

Sociabilem consortionem inter binos Lacedaemoniorum reges] Rara vox *consortio*, sed apta tamen.

Digitized by Google

13 *per multa secula ipsis patriaeque. Eamdem civitatem, postquam mos sibi cuique rapiendi tyrannidem exortus sit,*
14 *eversam. Jam hos Eumenem Attalumque fratres, a quam exiguis rebus, prope ut puderet regii nominis, mihi, Antiocho, et cuilibet regum hujus aetatis, nulla re magis, quam fraterna unanimitate, regnum aequasse.*
15 *Ne Romanis quidem exemplis abstinui, quae aut visa, aut audita habebam: T. et L. Quinctiorum, qui bellum mecum gesserunt; P. et L. Scipionum, qui Antiochum*

Loquitur autem de iis, qui, ab Aristodemi gemellis geniti, per multa deinceps tempora rempublicam Lacedaemoniorum concordi rexere imperio. Aristodemus enim quintus ab Hercule Procles ac Eurysthenem genuit gemellos, a quibus deinde regum Spartanorum duplex descendit genus. Vide de ea re Herodotum lib. 6. et Pausan. lib. 3. GLAR. Vocis *consortio*, quae rara Glareano dicitur, tria nobis exempla laudat Non. Marc. ea voce. *Consortium neutri generis, Consortio feminini. Lucil. lib. XVIIII. Dejerat enim scripsisse, et post non scripturum; redi in consortionem. M. Tull. de Offic. lib. III*, [6.] *Dissolvatur necesse est omnis humana consortio. Titus Livius. Quaenam ista suavitatis? quaenam consortio est?* Observant autem viri docti, Mercerus ad d. loc. Nonii, et Ger. Joh. Vossius ad Fragm. Tragic. pag. 11. locum Livii, quem quidam ad Livium Andronicum retulerunt, reperiri apud nostrum lib. 6, 40, 18. atque inde patere, *societas* pro *suavitas* in Nonio emendandum esse. Eadem voce utitur et Vellej. Pat. 2, 99. *Tribuniciae potestatis consortione aequatus Augusto.* Ad quem locum Celeberr. Burm. alia Vellej. et Valerii Max. exempla laudavit, et insuper monuit, Stephanium ad Saxon. Gramm. Hist. Danic. pag. 39. plenius hanc vocem illustrasse. Insuper ea usus est Plinius 9. Hist. Nat. 1. *Animalium, quae terrestria adpellavimus, hominum quasi consortione degentia, indicata natura est.* Ei obponitur *dissortio* vel, ut antiqui scripserunt, *disertio* apud Fest. ea voce. *Disertiones, divisiones patrimoniorum inter consortes.* Doujatius vocem *consortio*, praeterquam ex Cic. 3. de Offic. et Livii 6. etiam illustrare conatus est ex Livii 10. in quo tamen libro hanc vocem non reperiri, audacter adfirmo. Antecessorum Parisiensium primicerius consuluerat Calepinum suum, sed nimia festinatione non satis ad verba ejus adtendit. Lexicographus enim, qui tria exempla a Doujatio adducta observarat, non monuit, vocem *consortio* obcurrere *apud Livium lib. X.* sed *apud Livium lib. X. dec. IV.* id est *apud Liv. lib. XL.* et innuit ipsum hunc locum, quem prae manibus habemus.

§. 13. *Rapiendi tyrannidem exortus sit*] Ultima vox deest in Lovel. 5. *exortus est* legit Harl. Mox §. seq. *mihi, Antiocho, cuilibet regum*, sine copulativa, Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum

Digitized by Google

devicerunt; patris patruique eorum, quorum perpetuam vitae concordiam mors quoque miscuit. Neque vos illo- 16
rum scelus, similisque sceleri eventus, deterrere a vecordi discordia potuit: neque horum bona mens, bona fortuna, ad sanitatem flectere. Vivo et spirante me, hae- 17
reditatem meam ambo et spe et cupiditate improba crevistis. Eo usque me vivere vultis, donec, alterius vestrûm 18
superstes, haud ambiguum regem alterum mea morte faciam. Nec fratrem, nec patrem potestis pati. nihil ca-

fraterna humanitate perperam Harl.

§. 16. *Neque vos illorum scelus, similisque sceleri eventus, deterrere a vecordi discordia potuit*] Pall. uterque *similesque*. Vet. vero ed. *similesque sceleri exitus*. GEBH. Ita Aldus ex integerrimis membranis Mog. edidit; quum antea datum esset *Neque vos illorum scelus, similesque sceleri exitus potuit*, reliquis omissis; quod exstat etiam in Lov. 5. In reliquis scriptis varie peccatur. Corruptissime *Neque vos illorum silenq; sceleus sceleri potuit potuit* praefert Lov. 1. *Neque vos illorum scelus similesque sceleri esse potuit* Lovel. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo: lacuna tamen, index aliquid deesse, post τὸ *esse* relicta erat in Mead. 1. *Neque vos illorum simileque scelus sceleri potuit* Voss. a quo non aliter differt Gaertn. quam quod *scelerique* praeferat. *Neque vos illorum simileque scelus latere potuit* Lov. 6. a manu 1. in quo *tenere*, pro *latere*, emendat manus altera. *Neque vos illorum exitus a scelere deterrere potuit* pro varia lectione inter versus adscriptum praefert Lov. 2. Solus igitur Moguntinus codex hic iterum Livio saluti fuit.

§. 17. *Haereditatem meam ambo et spe et cupiditate improba petitis*] *crevistis* habet exemplar Moguntinum; quod certe magis antiquitatem sapit, quam suppositia vox *petitis*. GELEN. *petitis* Hearnii L. 1. omnesque nostri, excepto Lov. 3. qui habet *petistis*. Solus verum nobis servavit cod. Mog. Supra 24, 25, 3. *Quum clausis Andranodorus Insulae portis haereditatem regni creverit*. ubi etiam librarii lectionem, quam non intelligebant, ferre non potuerunt. De ea vide Briss. de Verb. Signif. in voce *Cernere*, Popmam de Differ. verb. in voce *Adire et cernere haereditatem*, et Schulting. ad Ulp. Fragm. tit. 22, 27. 28. Voces *ambo et spe et* male desunt in Lov. 3.

§. 18. *Nec patrem potestis pati. nihil cari, nihil sancti nominis nostis; cujus vice regni*] Restituimus ad fidem veterum codicum hoc modo: *Nec fratrem, nec patrem potestis pati. nihil cari, nihil sancti est: in omnium vicem regni* etc. GELEN. Pall. *nihil cari, nihil sanctimoniis, cui vice regni unius insitabilis amor successit*. vet. ed. *nihil cari, nihil sancti nominis nostis; cujus vice regni unius* etc. GEBH. Duae priores voces *Nec fratrem* desunt in omnibus nostris, Hearnii L. 1. et edd. vett. quas Moguntini in cod. suo in-

Digitized by Google

ri, nihil sancti est: in omnium vicem regni unius insa-
19 *tiabilis amor successit. Agite, conscelerate aures paternas: decernite criminibus, mox ferro decreturi: dicite palam, quidquid aut veri potestis, aut comminisci libet.*
20 *Reseratae aures sunt, quae posthac secretis alterius ab altero criminibus claudentur.* Haec, furens ira, quum dixisset, lacrimae omnibus obortae, et diu moestum silentium tenuit.

1 IX. Tum Perseus: *Aperienda nimirum nocte janua*

venerunt, et Gelenius recte Livio vindicavit. Deinde *nihil sancti nominis mostis; cujus vice*, ut olim edebatur, praeferunt Lov. 5. et Hearnii L. 1. *nihil sancti nominis cujus vice* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *nihil sancti nominis cui vise* Harl. et Mead. 2. cujus posterioris librarius additis notis *τὸ nominis* delendum indicavit. *nihil sancti nominis cui vitae* Lov. 3. *nihil sanctimoniis cui vice* Lov. 4. et Mead. 1. *nihil sanctimoniis cujus vice* Lovel. 2. Salutem hic iterum Livius debet integritati cod. Moguntini, unde horum verborum emendationem Gelenius accepit. Tum *insitabilis amor* Voss. et Lovel. 4. *instabilis amor* Lov. 1. 2. 6. Harl. et Gaertn. *inextricabilis amor* Lov. 2. pro varia lectione in margine, et Lov. 3. Paullo ante *τὸ alterum* exsulat a Voss. *ambiguum alterum regem* legit Gaertn.

§. 19. *Decernite criminibus, mox ferro decreturi*] Vocula *mox* non adparet in Lovel. 2. Tum *ferro decerturi* Harl. unde suspicio oriri posset, legendum esse *decertaturi*. Sed nihil mutandum. Nam *decernere acie, armis, ferro, certamine* Livio familiares sunt locutiones. 1, 15, 3. *Obviam egressi, ut potius acie decernerent.* ubi quaedam vide. 34, 19, 6. *Confligant, ubi secum armis decernant.* 36, 17, 16. *Crastino die acie decernamus.* 37, 13, 7. *Decernerent navali certamine.* Et ita simpliciter *decernere*, 3, 62, 4. *Si jam satis animi est, decernique placet.* 34, 19? *Parati de summa rerum decernere.* 37, 13, 5. *Consilium habitum, utrum extemplo decernerent.*

Quidquid aut veri potestis, aut comminisci libet] *quid veri potestis* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *quod veri potestis* Lov. 5. et edd. principes. Primus deinde Ascens. anno 1513. dedit *quod fueri potestis*, sed Aldus ex cod. Mog. *quidquid aut veri potestis*. Deinde *aut comminisci* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Id etiam se in omnibus libris suis reperisse, monuit Gebhard. ad 37, 5, 5. Scriptum per compendium fuerat *cminisci*, id est, *comminisci*, quod non intellectum erroris causa extitit. Vide ad d. l. Livii. Hinc etiam factum *reminisci* in Lov. 3. et editionibus Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et proximis, donec Ascens. anno 1513. *comminisci* emendaret, quod praefert Lovel. 2. *aut libet comminisci* obfert cod. Mog.

§. 20. *Lacrimae omnibus obortae*] *obortae omnibus* Voss. et Gaert-

Digitized by Google

fuit, et armati comissatores accipiendi, praebendumque ferro jugulum, quando non creditur, nisi perpetratum, facinus; et eadem petitus insidiis audio, quae latro atque insidiator. Non nequidquam isti unum Demetrium 2 *filium te habere, me subditum et pellice genitum adpellant. nam, si gradum, si caritatem filii apud te haberem,* 3 *non in me, querentem deprehensas insidias, sed in eum, qui feciſſet, saevires: nec adeo tibi vilis vita eſſet noſtra,* 4 *ut nec praeterito periculo meo movereris, neque futuro,*

ner. *abortae omnibus* Lov. 1. 3. 6. *omnibus abortae* Lov. 4. et Harl. Quod recte et eleganter dictum esse de lacrimis, quae ubertim demanant, credidit, aliisque persuadere conatus est Gebhard. 1. Crep. 12. Ego vero, quin errantibus librariis tribuendum sit, non dubito. Vide etiam ad 1, 58, 7. Mox vocula *et* abest a Lov. 3. et Hearnii L. 1. in praecedentibus etiam *sunt* a Lov. 1. 6. et Gaertn.

§. 1. *Aperienda nimirum nocte janua fuit*] Vocem *nocte* neglexerunt Voss. et Gaertn. Ea tamen servanda est, et inservit periculo ex mente Persei augendo. Et hinc passim Perseus eam repetiit infra hoc cap. *Demetrium cum armatis nocte intempesta in vestibulo meo deprehendisses.* Tum, *Credis nihil a gladiis nocte periculum fuisse.* Et iterum, *Quid hoc noctis, quid inimicus ad iratum, quid cum ferro subcinctis juvenibus venis.*

Quando non creditur, nisi perpetratum, facinus] *quoniam*, sive per compendium *qm*, *non creditur* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod ex glossa marginali in contextum inrepsit. Saepissime enim Livius ita loqui amavit. Supra 2, 15, 5. *Quando id certum atque obstinatum est.* cap. 29, 1. *Acerrimi cujusque arbitrio, quando ita placet, rem agemus.* 3, 35, 7. *Comitiorum illi habendorum, quando minimus natu sit, munus consensu injungunt.* 4, 45, 8. *Quando nec ordinis hujus ulla, nec reipublicae est verecundia.* 5, 13, 5. *Cujus insanabili pernicie quando nec caussa nec finis inveniebatur.* cap. 27, 4. lib. 34, 7, 5. 33, 3. 34, 2. 35, 22, 3. 37, 57, 15. 39, 51, 9. 40, 56, 4. 42, 51, 1. 45, 39, 18. Alia exempla v. ad 33, 2, 9. Adde Cel. Burm. ad Valer. Flacc. 7, 156. et Cortium ad Sall. Jug. 102, 9. Saepe autem haec vocabula in Mstis commutantur. V. ad 9, 8, 5.

Et eadem petitus insidiis audio] Pall. *facinus, ejusdem petitus insidiis audio.* Neque dissentit vet. ed. GEBH. Similiter *ejusdem* non tantum vett. edd. sed et omnes scripti nostri, excepto Lovel. 3. qui legit *eisdem*. Ascensius postea anno 1531. *siquidem petitus* in contextu legit, *ejusdem* in marginem conjecit. Moguntini deinceps *eadem petitus* ex cod. suo adoptarunt; Frob. anno 1535. *et eadem petitus.* Sed *penitus* est in Lov. 1. et Gaertn. quorum posterior mox praefert *latro et insidiator.*

§. 4. *Nec adeo tibi vilis vita esset nostra, ut nec praeterito peri-*

Digitized by Google

5 *si insidiantibus sit inpune. Itaque, si mori tacitum oportet, taceamus, precati tantum Deos, ut a me coeptum scelus in me finem habeat, nec per meum latus tu pata-*
6 *ris. Sin autem, (quod circumventis in solitudine natura ipsa subjicit, ut hominum, quos numquam viderint, fidem tamen inplorent) mihi quoque, ferrum in me stri-*
7 *ctum cernenti, vocem mittere liceat; per te, patriumque nomen, quod utri nostrûm sanctius sit, jam pridem sentis, ita me audias, precor, tamquam si, voce et comploratione nocturna excitus, mihi quiritanti interveniſſes,*

culo meo movereris] *adeo vilis tibi* Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Pronomen *tibi* deeſt in Lov. 1. in quo iterum emphasis eſt: unde etiam abeſſe nequit. *eſt tibi vile mori* dixit Ovid. 7. Her. 48. Dein *periculo modo vereveris* Voſſ. et Lov. 1. *periculo modo movereris* Lov. 3. *periculo meo modo movereris* Gaertn. Mox *nec futuro* Lovel. 3. et Mead. 2. quomodo librarii scripsiſſe videntur, quia praeceſſit *nec praeterito*. Sed vide ad 9, 9, 14. Deinde *sit* deeſt in Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harlej. Mead. ambobus, et Gaertn.

§. 5. *Itaque, si mori tacitum oportet*] *Ita* Lov. 1. Vide ad 21, 53, 7. Tum *si mori tantum oportet* Voſſ. errore librarii. *tacitum* enim verum eſſe adparet ex eo, quod mox ei obponitur *vocem mittere*. Alibi etiam easdem voces librarii commutarunt. V. ad 27, 17, 4. et viros doctos ad Nason. 5. Met. 498.

§. 6. *Circumventis in solitudine* etc.] Quaeri posset, quomodo in solitudine, si adsint homines, licet numquam visi, quorum fides inploratur? Verum *in solitudine* hic non tam eſt remotis omnibus omnino hominibus, quam absentibus amicis, cognatis, notis. Ita *solitudo* adscribitur liberis, qui parentibus orbati sunt, apud Cic. 1. in Verr. 58. *Consulere vivi ac prospicere debemus, ut liberorum solitudo et pueritia quam firmissimo praesidio munita sit.* Et ita Thaïs, quum apud Ter. in Eun. 1, 2, 67. dixiſſet *sola sum*, id exponit addens, *habeo hic neminem, neque amicum, neque cognatum.* Vide Gronov. ad Senec. Consol. ad Marc. 24.

Mittere liceat. Per te patriumque nomen etc.] Videtur scribendum: *Itaque, si mori tacitum oportet, taceamus, precati tantum Deos, ut a me coeptum scelus in me finem habeat, nec per meum latus tu petaris: sin autem (quod circumventis in solitudine natura ipsa subjicit, ut hominum, quos numquam viderint, fidem tamen implorent) mihi quoque ferrum in me strictum cernenti vocem mittere licet; per, te, patrium nomen, quod utri nostrum sanctius sit, jam pridem sentis, ita me audias, precor*, etc. Vel *per ego te patrium nomen.* J. FR. GRON. Omnino Gronovio adsentior, aliter haec et priora verba partim distinguenti, partim emendanti, et hoc quidem loco *per, te, patrium nomen*, ex-

Digitized by Google

Demetrium cum armatis nocte intempesta in vestibulo meo deprehendisses. quod tum vociferarer in re praesenti pavidus, hoc nunc postero die queror. Frater, non co- 8
missantium in vicem jam diu vivimus inter nos. regnare utique vis: huic spei tuae obstat aetas mea, obstat gentium jus, obstat vetustus Macedoniae mos, obstat vero etiam patris judicium. Haec transcendere, nisi per 9
meum sanguinem, non potes. omnia moliris et tentas. adhuc seu cura mea, seu fortuna, restitit parricidio tuo. Hesterna die in lustratione, et decursu, et simulacro lu- 10

pulsa copulativa *que*, legenti, quomodo etiam hic emendandum esse in pr. ed. not. ad 29, 18. monuerat. Vide etiam, quae notavi ad Silii 1, 658. et 5, 82.

Ita me audias, precor, tamquam si, voce et comploratione nocturna] De formula *tamquam si* vide ad 45, 23, 12. Deinde perperam *contemplatione nocturna* legit Lovel. 1. Mox *quiritanti* deest in Lov. 2. *queritanti* praeferunt Voss. Lovel. 3. 5. Gaertn. et edd. priscae. Vide ad 39, 10, 7. Recte ejus loco *quiritanti* ex cod. suo receperunt Moguntini; quod reliquorum nostrorum testimonio firmatur. V. ad 33, 28, 3. Insuper *intervenisse Demetrium* etc. *deprehendisses* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. *intervenisse Demetrium* etc. *deprehendisse* Lovel. 3. 5. Harl. Mead. 1. Gaertn. et edd. principes. Sed male.

Quod tum vociferarer in re praesenti pavidus, hoc nunc postero die] *quantum vociferarer* Mead. 1. *quod vociferarer* Harl. Tum *in re praesertim pavidus* Harl. et Mead. 1. V. ad 34, 62, 15. Deinde *haec nunc postero die* Lov. 1.

§. 8. *Obstat vetustus Macedoniae mos, obstat vero etiam patris judicium*] Non video, cur hic quoque non legendum sit *Macedonum*, ut cap. 11, 7. *Qui transcendere festinat ordinem aetatis, naturae, moris Macedonum.* et cap. 12, 13. *Cujus jure gentium, more Macedonum* etc. *regnum est futurum.* DUKER. *obstat etiam vere* Voss. Ita variant etiam supra 3, 56, 13. 4, 60, 1. et alibi. *obstat etiam vero* Lovel. 1. 6. et Gaertn. Vox *vero* deest in Lov. 3. quae hic adfirmandi particula est. Supra 33, 39, 5. *Quod ad eas civitates adtineret, quas Antiochus intercepisset, id vero ferendum non esse, Romanos tanta pericula exhausisse, Antiochum belli praemia habere.* V. ad 10, 23, 5. Paullo ante *jam vivimus*, omissa voce *diu*, Harl.

§. 9. *Huc transcendere*] Pall. *Hanc transcendere.* GEBH. Lege *Haec transcendere.* Ut infra cap. 11. *Qui transcendere festinat ordinem aetatis, naturae, moris Macedonum, juris gentium.* J. FR. GRON. *Hoc transcendere* Voss. Lov. 6. Harl. Gaertn. et Victor. Crevierii. *Haec transcendere* Lov. 1. 2. 3. et 4. quod recepi. Mox *omnia volvis et tentas* Voss. Tum *seu cura, seu fortuna* Lov. 3. Insuper *resistit parricidio* Voss. Lovel. 1. 3. 6. Harl. Gaertn. et Lovel. 4. a manu pr.

§. 10. *Hesterna die in lustratio-*

Digitized by Google

dicro pugnae, funeſtum prope proelium feciſti: nec me aliud a morte vindicavit, quam quod me ac meos vinci
11 *paſſus sum. Ab hoſtili proelio, tamquam fraterno lusu, pertrahere me ad coenam voluiſti. Credis, me, pater, inter inermes convivas coenaturum fuiſſe, ad quem armati comiſſatum venerunt? credis nihil a gladiis nocte periculum fuiſſe, quem sudibus, te inspectante, prope oc-*
12 *ciderunt? Quid hoc noctis, quid inimicus ad iratum, quid cum ferro subcinctis juvenibus venis? Convivam me tibi committere ausus non sum; comiſſatorem te cum*

ne, et decursu, et simulacro ludicro pugnae] *Heſterna die illuſtratione* Gaertn. *Heſterna illuſtratione* Voſſ. *Heſterno in luſtratione* Lovel. 1. *Heſterna in luſtratione* Lov. 6. quod admittendum videtur, vel legendum *Heſterno die in luſtratione*. Alibi enim semper Livium *heſterno die*, non *heſterna*, dixiſſe, videbimus ad 44, 38, 1. Dein *simulato ludicro pugnae* Lovel. 3. et Harl. Male. *simulacrum pugnae* vocavit cap. 6. Et ita *simulacrum navalis pugnae* supra inluſtratur ad 26, 51, 6.

§. 11. *Tamquam fraterno lusu, pertrahere me ad coenam*] *fraterno tamquam jussu* Voſſ. et Gaertn. *juſſu* etiam Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *trahere* Voſſ. *protrahere* Lov. 3. V. ad 35, 29, 3. Pronomen *me* deeſt in Lovel. 1. Mox *Credisne, pater, inter inermes convivas me coenaturum* Lov. 3. 5. et edd. vett. Reliqui noſtri ſtant pro vulgato, quod Frob. anno 1535. adscivit.

Credis nihil a gladiis nocte periculum fuiſſe] Lege *nihil a gladiis nocte periculi fuisse*. J. FR. GRON. Apparet, unam vocem coaluisse, quum scriptum primo eſſet *periculi mi fuiſſe*, pro *periculi mihi f.* quomodo legendum puto, ut sic nulla lineola pereat. JAC. GRON. Jac. Gronovii conjecturam probat etiam Crevier. duplici reddita ratione, tolerari non poſſe *nihil periculum*, et *τὸ quem*, quod sequitur, poſtulare in iis, quae praecedunt, *mi* vel *mihi*. Addit autem, in cod. Victor. exſtare *mihi*, sed poſt verbum *fuiſſe*: quomodo etiam praefert Lov. 6. Mox etiam hic *rudibus* legendum eſſe, supra hoc lib. cap. 6, 6. conjecit J. Fr. Gronovius.

§. 12. *Quid hoc noctis, quid inimicus ad iratum, quid cum ferro subcinctis*] *Et quid hoc noctis* Lovel. 2. et Harl. quod, si plures codd. consentirent, placere posset. Virg. Ecl. 1, 27.

Et quae tanta fuit Romam tibi cauſſa videndi.

ubi vide viros doctos, et Nic. Heins. ad Nason. 3. Am. 8, 1. Deinde *quid ut inimicus* Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et priscae edd. Verum ita legendum foret *quid ut inimicus ad iratum cum ferro subcinctis juvenibus venis*. Sed recte Frob. anno 1535. voculam *ut* omisit. Mox *venientem* non adparet in scriptis noſtris, Hearnii L. 1. et

Digitized by Google

armatis venientem recipiam? Si aperta janua fuisset, fu- 13
nus meum parares hoc tempore, pater, quo querentem audis. Nihil ego, tamquam accusator, criminose nec dubia argumentis colligendo ago. Quid enim? negat se 14
cum multitudine venisse ad januam meam? an ferro subcinctos secum fuisse? Quos nominavero, arcesse. possunt quidem omnia audere, qui hoc ausi sunt; non tamen audebunt negare. Si deprehensos intra limen meum cum 15
ferro ad te deducerem, pro manifesto haberes; fatentes pro deprehensis habe.

edd. priscis; quam vocem Aldus fide cod. Mog. recepit.

§. 13. *Funus meum parares hoc tempore, pater*] *mecum parares* Voss. Tum *pater*, et mox *tamquam* desunt in Lov. 1.

§. 14. *Quid enim? negat se cum multitudine venisse*] Distinctione et una litera mutata animandam orationem existimo: *Nihil ego, tamquam accusator, criminose, nec dubia argumentis colligendo ago. Quid enim neget? se cum multitudine venisse ad januam meam? an ferro succinctos secum fuisse?* J. FR. GRON. *To enim* male exsulat ab Harl. Ea vox notari solet unica litera *n*, quae intercepta est ab initiali vocis sequentis. Neque opus videtur, ut cum Gronovio distinctionem et unam literam mutemus. Solent enim *tà quid* et *quid enim* in interrogationibus acrioribus ita absolute usurpari. V. ad 28, 41, 12. Ita Cic. 2. de Fin. 19. *Quid enim? te ipsum voluptasne induxit, ut adolescentulus eriperes P. Sullae consulatum.* cap. 22. *Quid enim? fortemne possumus dicere eumdem illum Torquatum?* cap. 28. *Quid enim? summus dolor plures dies manere non potest?* 1. Tusc. 25. *Quid enim? obsecro te, terrane tibi aut sata aut concreta videtur tanta vis memoriae.* Vide etiam Celeberr. Burm. ad Quinct. 7. Instit. 10. pag. 653. Praeterea *venisse se cum multitudine* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *Quos nominavero*, *accersiri possunt. quidem omnia auderent* male Voss. et Lovel. 1. ac 6.

Non tamen audebunt negare. Si deprehensos intra limen meum cum ferro ad te deducerem] Pall. *negare, se deprehensos intra limen meum cum ferro. si ad te deducerem.* GEBH. Similiter tantum non omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. nisi quod Lov. 2. et Harl. praeferant *comprehensos*. Sed recte ei substituit Froben. anno 1535. id, quod nunc vulgo exstat. Negare enim non modo poterant, sed etiam debebant, se deprehensos, vel comprehensos cum ferro esse intra limen Persei, quos Perseus aditu januae prohibuit. Pauci codd. qui *Si deprehensos* servant, tamen *si ad te deducerem* legunt. Hinc suspicio nasci posset, legendum esse *audebunt negare. Scilicet deprehensos intra limen meum cum ferro si ad te deducerem:* ut *scilicet* per compendium scriptum sit *sc.*

Digitized by Google

X. *Exsecrare nunc cupiditatem regni, et furias fraternas concita. sed, ne sint caecae, pater, exsecrationes tuae, discerne et dispice insidiatorem et petitum insidiis. noxium huic esse caput. Qui occisurus fratrem fuit, habeat etiam iratos paternos Deos: qui periturus fraterno scelere fuit, perfugium in patris misericordia et justitia habeat. Quo enim alio confugiam, cui non sollemne lu-*

quod in *se* et *si* facile migrare potest.

§. 15. *Pro manifesto haberes*] Pall. *rem pro manifesto haberes*. GEBH. Potest intelligi *hoc*, quod praecessit. Fere tamen malim: *pro manifestis haberes*. Tacitus 11. Ann. [6.] *Et caeteri, qui non judicium* (*quippe in manifestos*) *sed poenam statui videbant*. J. FR. GRON. Et Plautus Menaechm. 4, 2, 28. *Nec magis manifestum ego hominem umquam ullum teneri vidi*. Sed plerumque adduntur genitivi *criminis*, *sceleris*. Vide Cort. ad Sall. Catil. 52. extr. et ad Jugurth. 35. DUK. Gronovii emendationem probare nequeo. Perseus patri persuadere conabatur, se non ut accusatorem criminose, nec dubia argumentis colligendo agere, quum contenderet, fratrem nocte cum armatis domum ad se interficiendum venisse. Nunc itaque dicit, patrem, quod fratri objiciebat, pro manifesto habiturum, si ferro adcincti intra limen suum deprehensi essent. *rem pro manifesto haberes* leguntur omnes codd. nostri, Pall. Gebhardi, Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. qui anno 1535. vocem *rem* omisit. Utinam Gelenius lectorem monuisset, qua auctoritate eam expunxisset. Nunc videri potest excidisse operarum neglegentia ob ultimam syllabam vocis praecedentis *dedecorem*. Vide ad 40, 57, 8. Recte autem dicitur *rem pro manifesto haberes*. V. ad 1, 3, 2. Sin Gelenius praeeuntem cod. Mog. secutus est, ex initio orationis intelligerem *facinus*.

§. 1. *Furias fraternas cogita*] *concita* legi debet, non *cogita*. GELEN. *concita* servant Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et Gaertn. Olim scriptum fuisse videtur *cōcita*, quod nullo negotio in *cogita* ob simillimos literarum ductus abire potuit.

Discerne et dispice insidiatorem] Ἀσυνδέτως Pall. et vet. ed. *discerne, dispice insid.* GEBH. Copulam omittunt Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. Primus eam Froben. anno 1535. addidit.

Noxium huic esse caput] Cum praecedens oratio, ac item sequentes duae binae habeant membra; miror, quid sibi haec verba velut mutila velint. Fieri autem potest, ut quid desit: quicquid id est, admonendus fuit lector. GLAR. Aut haec verba vacant, aut aliquid desideratur, quemadmodum censet Glareanus. Locum non mutavi, asterisco tantum signavi. SIGON. Sententia erit integra, si *esto* scribatur. GRUT. Pall. uterque *noxium hinc esse caput*. GEBH. Rubenius *et petitum insidiis*: *noxium incesse caput*. Suetonius Claud. [12.] *Populus et militem quasi pro-*

Digitized by Google

ſtrale exercitus tui, non decursus militum, non domus, non epulae, non nox, ad quietem data naturae beneficio mortalibus, tuta eſt? Si iero ad fratrem invitatus, mo- 4
riendum eſt: ſi recepero intra januam comiſſatum fratrem, moriendum eſt. nec eundo, nec manendo inſidias evito, quo me conferam? Nihil praeter Deos, pater, 5
et te colui. non Romanos habeo, ad quos confugiam. per-

ditorem, et senatum quasi parricidam diris exsecrationibus incessere non ante deſtitit. Schelius [ad Polyb. cap. 14.] *in noxium exsecrare caput.* J. FR. GRON. Nulli, vel scripti, vel editi, aliquid mutant, nisi quod *hinc eſſe* legant Lov. 4. et 6. Et tamen locus manifeſte corruptus eſt. Gruteri conjectura, licet proxime ad vulgatum accedat, ideo minus placet, quod Perseus ita duo adprecaretur insidiatori, unum tantum insidiis petito. Schelii emendatio nimium a recepta lectione recedit. Eamdem ob cauſſam adsentiri nequeo Gronov. in priori not. edit. reponenti *petitum insidiis innoxium hoc caput.* Sed ipse omittendo conjecturam illam tacitus damnavit. Omnium minime laudanda eſt temeraria Doujatii sententia, qui aliquid deeſſe, idque ita supplendum judicat: *illi sceleſtum puta, innoxium huic eſſe caput.* In nullo cod. nullave ed. ante Elzevir. Heinsii ulla adparet lacuna. Inconsultum itaque eſt, tot infarcire vocabula, ubi sensus loco conſtare poteſt. Donec integriores codd. meliorem lectionem subjiciant, in sententia Rubenii adquiescam; quam verisimilem eſſe indicant codd. *hinc eſſe* praeferentes; unde, unica litera expuncta, fit *inceſſe.* Clariſſ. Crevierius, ut simul sensus clarior fiat, simul verba propius ad veteris scripturae veſtigia accedant, conjicit *noxium his*, nempe exsecrationibus *inceſſe caput.* Ego sententiam non muto.

§. 2. *Perfugium in patris misericordia*] *profugium* Harl. Sed v. ad 37, 27, 2. Infra cap. 12. *Perfugium sibi nusquam gentium eſſe ait, ut ego ne apud te quidem quidquam spei reliquae habeam.* Paullo ante *fraternos Deos* librarii errore idem Harl.

§. 3. *Cui non sollemne luſtrale exercitus tui, non decursus militum, non domus, nec epulae* etc.] Pall. et vet. ed. *non domus, non epulae.* GEBH. *cui non sollemne luſtrale exercitus, cui non decursus militum* Lov. 5. et edd. ante Froben. qui anno 1535. dedit *exercitus tui, non decursus*, ut habent reliqui codd. noſtri. *non domus, nec epulae* in solis exſtat prioribus Gruteri edd. qui ipse in ultima emendavit *non epulae.* Ceterum Muret. 19. Var. lect. 14. in his sibi observaſſe videtur manifeſtam imitationem Cic. 4. Catil. 1. *Ego sum ille consul, Patres conscripti, cui non forum, in quo omnis aequitas continetur; non campus, consularibus auspiciis conseeratus; non curia, summum auxilium omnium egentium; non domus, commune perfugium; non lectus, ad quietem datus; non denique haec sedes honoris, sella curulis, umquam vacua mortis periculo atque insidiis fuit.*

§. 4. *Si iero ad fratrem invita-*

Digitized by Google

isse expetunt, quia tuis injuriis doleo, quia ademtas tot urbes, tot gentes, modo Thraciae maritimam oram, indignor. nec me, nec te incolumi, Macedoniam suam futuram sperant. Si me scelus fratris, te senectus, absumserit, aut ne ea quidem exspectata fuerit, regem regnumque Macedoniae sua futura sciunt. Si quid extra Macedoniam tibi Romani reliquissent, mihi quoque id relictum crederem receptaculum. At in Macedonibus sa-

tus, morlendum est] Verba haec desunt in Lovel. 1. errore librarii. Post illa lacuna unius folii est in Lov. 3. usque ad cap. 14. §. 2. Ceterum *Et si iero* legit Harl. In quo *Et si* exponi posset *quod si*. Vide Muret. ad Cic. 3. Catil. 1. Sed reliqui omnes voculam *Et* ignorant.

§. 5. *Nihil praeter Deos, pater, et te colui. non Romanos habeo*] *et te solum, non Romanos* Lovel. 1. 6. et Voss. *et te solum colui. non Romanos* Harl. Mox *pertisse* Lovel. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Vide ad 29, 32, 13. Tum *que tibi ademtas* Voss. *quia tibi ademtas* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. usque ad Gronovianam anni 1679. *qui tibi* praeferentem. Quamvis autem Clericus hanc lectionem retinuerit, ea tamen quin inter sphalmata operarum referenda sit, non dubito; partim quia mutatae lectionis in notis ratio non redditur; partim quia Gronovii editio minor, quae eodem tempore prodiit, *quia* servavit, quod recte Crevier. restituit. Tum voces *tot urbes* male desunt in Lov. 1.

Nec me, nec te incolumi, Macedoniam suam futuram sperant] Pal. prior, *Macedoniam suam futuram spectant*. GEBH. Similiter Voss. Vide ad 34, 27, 3. Praeterea *nec te, nec me incolumi* Harl. cujus librarius existimasse videtur, non decere, ut Perseus se memoret ante patrem. Verum hunc morem, quem hodie civiliorem ac moratiorem putamus, minus scrupulose veteres observarunt. Infra cap. 15. *Ut me mihi tibique serves, precor.* V. ad 34, 34, 4. et Celeb. Burm. ad Lucani 9, 985. Ita 8, 34, 8. *Nemo hominum, nemo Deorum verecundiam habeas.* Alia v. ad 21, 13, 7.

§. 6. *Si me scelus fratris, te senectus, absumserit*] Libri omnes *Sed si me scelus*. GEBH. Nec aliter Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Gaertner. Hearnii L. 1. et edd. priscae. Sed additam particulam primus omisit Frob. anno 1535. Librarios similibus particulis additis male cohaerentem, ut putabant, Livii orationem melius connectere conatos esse, vidimus ad 6, 32, 8. Praeterea *adsumserit* Lovel. 4. et Mead. 1. *assumserit* Lov. 1. V. ad 2, 42, 4. et 9, 17, 17. *assumsit* Harl. Vide hoc lib. ad cap. 14, 10. Mox *anne ea quod exspectata fuerit* sine sensu Harlej. *aut nec ea quidem* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et omnes edd. ante Gronov. anni 1665. Vide ad 1, 10, 3. et 8, 7, 19. Tum voeula *id* exsulat a Voss.

§. 7. *Vidisti hesterno die impetum in me militum*] Libri omnes *Vidisti hesterno die* (pr. Pal. vitiose continet *externa*) *impetum militum*

Digitized by Google

tis praesidii est. Vidisti hesterno die impetum in me militum. Quid illis defuit, nisi ferrum? Quod illis defuit interdiu, convivae fratris noctu sumserunt. Quid de 8
magna parte principum loquar, qui in Romanis spem omnem dignitatis et fortunae posuerunt, et in eo, qui omnia apud Romanos potest? neque, Hercule, istum mihi tantum fratri majori, sed prope est, ut tibi quoque ipsi, regi et patri, praeferant. Iste enim est, cujus be- 9

in me, quod illis defuit interdiu, convivae fratris noctu sumserunt. GEBH. *impetum militum in me* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Mox verba *Quid illis defuit, nisi ferrum* ob similitudinem sequentium desunt in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. primis. Vide ad 9, 11, 11. Ea ex cod. suo receperunt Moguntini.

Convivae fratris noctu adsumserunt] *nocti* Voss. unde conjectura nasci posset, scribendum esse *nocte*, idque mutasse librarios, quia praecessit *interdiu*. Sed aliud observatur. 1, 47, 1. *Nec nocte, nec interdiu virum conquiescere pati.* 21, 32, 10. *Edoctus, interdiu tantum obsideri saltum, nocte in sua quemque dilabi tecta.* 37, 11, 5. *Ubi quum interdiu quiesset, nocte in proximam terrae Samiae trajecit.* 44, 39, 8. *Nec falleret nos, nec interdiu nec nocte absundo.* Reliqui tamen *noctu* servarunt. Praeterea *sumserunt* Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum, qui *assumserunt* primus vulgavit. Si ex codd. facile fero. Sin, vulgatum mutandi cauſſam non habuit. Infra cap. seq. *Ad me interficiendum ferrum sumserunt.* cap. 14. *Illos ita aperte sumsisse ferrum, ut omnes viderent.* Et eod. cap. *Num tui occidendi caussa ferrum sumserint.* Ovid. 5. Her. 35. *Sumtisque decentior armis.* 26. Her. 371. *pro tanta sumere ferrum Conjuge.* ubi vide Celeberr. Burm.

§. 8. *In Romanis spem omnem dignitatis et fortunae posuerunt*] *spem omnis dignitatis* Lovel. 6. et Mead. 2. cum edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Et ita dare voluisse videtur scriba cod. Voss. qui tamen *omnibus* eo errore dedit, quem notavimus ad 22, 8, 7. Sed nihil mutandum. Supra 9, 4, 14. *Hic omnes spes opesque sunt.* 34, 31, ? *In illis spem omnem vincendi et retinendae Hispaniae esse.* Sall. Jug. 54. *Spes omnis in fuga sita.* cap. 85. *Mihi spes omnes in memet sitae.* Tum *dignitatis, fortunae*, sine copula, Lovel. 1. Mox *in eo, quoniam apud Romanos potest* male Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. *in eo, qui apud Romanos omnia potest* Lov. 6.

Ut tibi quoque ipsi, et regi, et patri, praeferant] *tibi quoque ipsi, et patri* Lovel. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *tibi ipsi quoque, et patri* Gaertn. *tibi quoque ipsi patri* Lov. 6. *tibi quoque ipsi regi patri* Voss. *tibi quoque patri* Lov. 2. *tibi quoque istum patri* Lovel. 1. qui paullo ante vicissim vocem, *istum* omiserat. Quod nunc editur, Aldus ex cod. Mogunt. adscivit. Mox §. sequens *tuam senectam obligatam* Gaertner.

Digitized by Google

neficio poenam tibi senatus remiſit, qui nunc te ab armis Romanis protegit, qui tuam senectutem obligatam et obnoxiam adolescentiae suae eſſe aequum censet. Pro iſto Romani ſtant, pro iſto omnes urbes tuo imperio liberatae, pro iſto Macedones, qui pace Romana gaudent. mihi praeter te, pater, quid usquam aut spei, aut praeſidii eſt?

XI. *Quo spectare illas literas ad te nunc miſſas T. Quinctii credis, quibus, et bene te consuluiſſe rebus tuis, aït, quod Demetrium Romam miseris, et hortatur, ut iterum*

§. 10. *Macedones, qui pace Romana gaudent*] Libri omnes noſtri *gaudebant*. GEBH. *omnes Macedones* Lov. 6. Deinde *gaudebant* omnes scripti noſtri, et edd. ante Aldum; qui cod. Mog. lectionem *gaudent* recte probavit.

§. 1. *Hortatur, ut iterum, et cum pluribus legatis, et primoribus quoque Macedonum, remittas eum*] Pall. *et principibus Macedonum remittas eum*. vet. ed. *et primoribus quoque ipsorum Mac. r. e.* GEBH. *hortatur, iterum* Harlej. omiſſa particula *ut*, quae poſt verbum *hortari* saepe omitti solet. Supra 6, 15, 5. *Ut contra adhorter te, liberes foenore plebem Romanam*. Eodem cap. §. 10. *Quid ego vos, de veſtro inpendatis, hortor*. 44, 3, 9. *Quum alacres, protinus duceret ad caſtra hoſtium, conſulem hortarentur*. Verum reliqui libri eam tuentur. Videtur igitur intercepta eſſe vel ab ultimis literis vocis praecedentis, vide ad 29, 28, 3. vel ab initialibus sequentis. Tum vocula *et* priori loco deeſt in Lov. 5. Mead. 1. et edd. antt. Eam auspicio cod. Mog. recepit Aldus; qui tamen simul, sed, credo, operarum errore, edidit *compluribus*. Deinde *et primoribus quoque ipsorum Macedonum remittas eum* Voſſ. Lovel. 1. 5. 6. et edd. primae. *To ipsorum* primus omisit Aldus. *et primoribus quoque tpr. remittas eum* Hearnii L. 1. *et principibus Macedonum remittas eum* Lov. 2. et 4. *et primoribus Macedonum remittas eum* Harl. et Mead. ambo. *et primoribus eum remittas Macedonum* cod. Mog. Ex horum codd. et praesertim poſterioris, auctoritate vocem *quoque* expunxi. Praeterea legendum puto *cum pluribus legatis ex primoribus eum remittas Macedonum*, a cod. Mog. in nullo alio discedens, quam quod *ex* pro *et* reponam. Non enim legati et primores Macedonum erant diversi, sed legati debebant eſſe ex primoribus Macedonum. Poteſt tamen etiam *et* servari. Ita mox *Quum te plures, et principes Macedonum, cum iſto mittere jubet*. id eſt, plures, et eos quidem principes.

§. 2. *T. Quinctius nunc eſt auctor omnium rerum iſti et magiſter*] Editio prima habet *auctor omnium rerum iſtic et magiſter*. MS. Thuan. *auctor omnium rerum iſte et mag*. Libens legerim: *T. Quinctius nunc eſt auctor omnium rerum: iſte eſt magiſter*. JAC. GRON. *actor* Voſſ. sollemni scribarum errore.

Digitized by Google

rum, et cum pluribus legatis et primoribus Macedonum, remittas eum? T. Quinctius nunc est auctor omnium rerum isti et magister. Eum sibi, te abdicato patre, in 2
locum tuum substituit. illic ante omnia clandestina concocta sunt consilia. Quaeruntur adjutores consiliis, quum 3
te plures, et principes Macedonum, cum isto mittere jubet. Qui hinc integri et sinceri Romam eunt, Philippum regem se habere credentes, imbuti illinc et infecti Romanis delenimentis redeunt. Demetrius iis unus omnia est. eum jam regem, vivo patre, adpellant. Haec 4

V. ad 1, 26, 5. et innumeris aliis in codicibus Livii locis. Adde Celeberr. Burm. ad Nas. 9. Met. 576. Cort. ad Plinii 3. Ep. 19, 2. et viros doctos ad Suet. Caes. 5. Tum vox *rerum* abest ab omnibus codd. nostris, Hearnii L. 1. et edd. antt. Supra 39, 36. *Philopoemenis, auctoris omnium, quae Lacedaemone acta fuerant, factionis erat.* Quum tamen Aldus hanc vocem ex cod. Mog. adoptaverit, facile eam fero. Praeterea *istic et magister* Lov. 5. et edd. principes. *iste et magister* Voss. et Lov. 6. *iste magister* Lovel. 1. et Hearnii L. 1. *isti* demum vidi in ed. Ven. anni 1495. Mox pronomen *te* non adparet in Lovel. 1. 2. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn.

Illic ante omnia clandestina concocta sunt consilia] Non interpolanda haec lectio, ut fecit princeps editor *clandestina concepta sunt consilia*. GEBH. *coacta sunt consilia* Voss. *concreta sunt consilia* Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. *concepta sunt consilia* Lov. 5. et priscae edd. pro quo Aldus ex cod. Mog. *concocta sunt consilia. coquere* pro clam parare, moliri, supra est 3, 36, 2. *Instructi consiliis, quae clam ab aliis coquebant.* 8, 3, 2. *Principes occulte Romanum coquebant bellum.* Vide, quae notavi ad Silii 2, 327. 10, 430. et Barth. ad Silii 7, 403. An vero eodem modo *concoquere* dicatur, vehementer dubito. *Decoquere* eo sensu dixisse videtur Porcius Latro Declam. in Catil. cap. 4. *Consilia nefarii facinoris in amplissimi civis M. Lecae domo decoquebantur. Excoquere* Plaut. in Pers. 1, 1, 53. *Dum excoxero lenoni malum. Concoquere* Cic. pro Q. Rosc. 15. *Tibi vero diu deliberandum et concoquendum est, utrum potius Chaereae injurato in sua lite* etc. *credas.* ubi locutio haec Magno Graevio displicuit, qui culpa librariorum primam syllabam geminatam esse, Ciceronemque *coquendum* scripsisse putat. An ergo et hic eodem modo illos offendisse credendum est? praesertim quum unus cod. *coacta* praeferat. Idem et Clariss. Dukero in mentem venit.

§. 3. *Imbuti illinc et infecti Romanis delinimentis*] *Delinimenta* pro veneficiis et incantamentis Livius perspicue posuit: quo de verbo jam aliquid me dixisse recordor [17. Adv. 21. et 25, 17.] TURN. 30. Adv. 24. Vide Cl. Duker. ad Livii 39, 11, 2. *deleni-*

Digitized by Google

si indignor, audiendum est statim, non ab aliis solum,
5 *sed etiam a te, pater, cupiditatis regni crimen. Ego*
vero, si in medio ponitur, non agnosco. quem enim suo
loco moveo, ut ipse in ejus locum succedam? Unus an-
6 *te me pater est: et, ut diu sit, Deos rogo. Superstes*
(et ita sim, si merebor, ut ipse me esse velit) haereditа-
7 *tem regni, si pater tradet, accipiam. Cupit regnum,*
et quidem scelerate cupit, qui transcendere festinat ordi-

mentis Lov. 4. et Mead. ambo. Vide, quae ad eumdem locum notavi. Tum *imbuti illis* Lov. 1. *imbuti illic* Lov. 4. et Mead. ambo. *illic*, sive *illinc*, et *illic* etiam supra commutantur 30, 34, 2. Paullo ante *auditores*, pro *adjutores*, perperam trajectis literis, Voss.

§. 4. *Eum jam regem, vivo patre, adpellant*] Pal. pr. *eum regem jam patre vivo appellant.* GEBH. *patre vivo* Voss. Lov. 6. Harlej. Mead. ambo, et Gaertn. quomodo etiam a manu 2. in margine legit Lov. 1. in cujus contextu omnia haec verba a manu 1. desunt. Mox *apud te, pater* Lov. 2. *a te patre* Gaertn.

§. 5. *Si in medio ponitur, non agnosco*] *In medio positum* est id, quod controversum est et dubium, de quo ambigitur, et in controversiam vocatur. TURN. 30. Adv. 24. Ideo dixit *in medio ponitur*, quia pater utrumque filium hujus criminis suspectum habebat. Praecesserat enim cap. 8, 17. *Vivo et spirante me, haereditatem meam ambo et spe et cupiditate improba crevistis.* Ita Senec. Thyest. 203. *In medio est scelus Positum occupanti.*

Quem enim suo loco moneo, ut ipse in ejus locum succedam] Legendum *suo loco moveo* e libris nostris. Amplius Pal. pr. *ut ipse in eum locum succedam.* GEBH. *moneo* error est operarum in primis Gruteri edd. pro quo ipse in ultima emendavit *moveo*. Recte vero *in ejus locum succedam* omnes nostri. Mox cap. seq. *Ego minor in ejus succederem locum.*

§. 6. *Superstes ei ita sim, si merebor, ut ipse me esse velit*] MS. *ut ipse me esse vult.* Sed illud postulat sententia. MOD. Scopae dissolutae. Lege: *Unus ante me pater est, et, ut diu sit, Deos rogo. Superstes (et ita sim, si merebor, ut ipse me esse velit) haereditatem regni, si pater tradet, accipiam.* Haec Barberini, Petaviani, Naudaeani, duumque Florentinorum scriptura est: distinctionem nos addidimus. Et sane si vel mera conjectura esset, satis se probaret intelligentibus. J. FR. GRON. Unus tantum Lovel. 5. cum editis legit *Superstes ei ita sim.* Reliqui omnes, et Hearnii Oxonn. Gronovii emendationem probant. Tum *ut ipse me vult esse* cod. Mog. Forte scribere voluit *et ipse me vult esse.*

§. 7. *Obstat frater major, ad quem jure, voluntate etiam patris, regnum pertinet*] *major frater* Lovel. 2. Harlej. et Mead. 1. Tum perperam *voluntate etiam regnum patris* Lovel. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. Aldo priores. Paullo ante *naturae* deest in Lovel. 5. et 6.

Digitized by Google

nem aetatis, naturae, moris Macedonum, juris gentium. Obstat frater major, ad quem jure, voluntate etiam patris, regnum pertinet. Tollatur: non primus regnum 8
fraterna caede petiero. Pater senex, et filio solus orbatus, de se magis timebit, quam ut filii necem ulciscatur. Romani laetabuntur, probabunt, defendent factum. Hae 9
spes incertae, pater, sed non inanes sunt. ita enim se res habet: periculum vitae propellere a me potes, puniendo 10

§. 8. *Tollatur nunc primus, ut regno fraterna caede potiar. Pater senex, et filio solus orbatus, magis timebit, ne irascatur, quam ut filii necem ulcisci patiatur*] Hic locus est egregie contaminatus. Ex collatione ad manuscripta restituimus sic: *Tollatur. non primus regnum fraterna caede petiero. Pater senex et filio solus orbatus de se magis timebit, quam ut filii necem ulciscatur.* GELEN. Pall. uterque hacc ita concepta exhibet: *Tollatur. non primus regnum paterna caede potior. Pater senex, et filio solo orbatus, et magis timebit, ne irascatur, quam ut filii neceſſe* (ita prior; alter tamen *necem*) *patiatur.* Vet. ed. *Tollatur nunc primus in regnum, fraterna caede sit potior. Pater senex et filio solus orbus magis timebit, ne irascatur, quam ut filii necem ulcisci patiatur.* GEBH. Sic Gelenius ex scripto. Qui levi conjectura adjuvandus, ut legatur: *Pater senex et filio solus orbatus, de se magis timebit, quam filii necem ulciscetur.* J. FR. GRON. An non minus disjectum videtur *et filio orbatus, solus*, vel *et solus, filio orbatus?* De *ut*, quod Gronov. tollendum judicat, vide ad 37, 37. DUK. *Tollatur nunc primus in regnum, fraterna caede sit potior* Lov. 5. Hearnii Oxonn. et edd. vett. *Tollatur, ut primus regnum fraterna caede potiar* Lov. 2. *Tollatur. non primus regnum fraterna caede potior* Voſſ. et Lov. 1. Neque aliter differunt Lov. 4. Harl. et Mead. 2. quam quod *paterna caede* praeferant, vel Mead. 1. quam quod *paterna caede patiar* legat. *Tollatur. non primum regnum* (*regna* Gaert.) *fraterna caede potior* Lov. 6. et Gaertn. Deinde *to et* non adparet in Mead. 2. Tum *orbatus magis timebit, ne irascatur, quam ut filii ulcisci necem patiatur* Lov. 5. Hearnii Oxonn. et edd. vett. *orbatus magis timebit, ne irascar, quam ut filii necem patiatur* Lovel. 2. *orbatus et magis timebit, ne irascatur, quam ut filii necem patiatur* Voſſ. Lov. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. *orbatus et magis timebit, quam ut filii necem patiatur* Lov. 1.

§. 10. *Periculum vitae propellere a me potes*] Pall. uterque *procellere*. V. ad Propert. (3,6,3.) notas meas: *Cum furibunda mero mensam procellis.* GEBH. *percellere* Lov. 1. *procellere* Lov. 4. et Mead. uterque. Probum id quidem verbum, sed huic loco non convenit. Idem enim notat, ac percellere, id est evertere. Vide Broukh. ad d. l. Propertii. At periculum vitae non *procellimus ab aliquo*, id est evertimus, sed *propellimus*, id est procul depellimus. Supra 7, 24, 5. *Propulistis a castris, supina valle praecipites egistis.* Non dubito igitur, quin *procellere* tribuendum sit erranti librario, qui simili modo etiam alibi pecca-

Digitized by Google

eos, qui ad me interficiendum ferrum sumserunt: si facinori eorum succesſerit, mortem meam idem tu persequi non poteris.

1 XII. Poſtquam dicendi finem Perseus fecit, conjecti eorum, qui aderant, oculi in Demetrium sunt, 2 velut confeſtim responsurus eſſet. deinde diu fuit silentium, quum perfusum fletu adpareret omnibus lo-

runt. V. ad 3, 30, 5. 6, 22, 8. et c. 42, 4.

Qui ad me interficiendum ferrum susceperunt] Ita habet Pal. prior. Sed melius vulgo *sumpserunt*. c. 14. *Num tui occidendi caussa ferrum sumpserunt*. GEBH. Vide ad cap. praec. §. 7.

Mortem meam idem tu persequi non poteris] *Persequi* eſt ulcisci. Cic. pro Domo 19. *Mortem ejus se velle persequi dixit*. 13. Phil. 18. *Trebonii mortem persequi, an Caesaris*. Caesar 7. Gall. 38. *Persequamur eorum mortem, qui indignissime interierunt, atque hos latrones interficiamus*. Vide Broukh. ad Tibull. 1, 9, 28. et Cort. ad Sall. Catil. 9. et Jug. 14.

§. 2. *Deinde diu silentium fuit*] *To diu* non comparet in Pall. et vet. ed. GEBH. Non comparet etiam in noſtris, Hearnii L. 1. et edd. antt. Poſtea Moguntini monuerunt, se in cod. suo inveniſſe *deinde diu fuit silentium*; unde Aldus dedit *deinde diu silentium fuit*. Ceterum Crevierius hujus loci interpunctionem mutavit, quem secutus sum.

Quum perfusum fletu adpareret omnibus loqui non poſſe] Defenditur haec lectio praeeunte vet. ed. Sed Pall. uterque *cum praefuso fletu appareret omnibus loqui non posse*. GEBH. *praefuso fletu* Lov. 1. et Mead. ambo. *perfuso fletu* Voſſ. Lov. 6. et Gaertn. *profuso fletu* Lov. 2. 4. et Harl. Vide ad 9, 10, 7. Ovid. 5. Faſt. 407.

Stabat, ut ante patrem, lacrimis perfusus Achilles.

Quum dicere juberent, atque ita orsus eſt] Pal. pr. *itaque ita orsus eſt*. GEBH. Aut diſtinctio mutanda, ut sit: *Quum dicere juberent, atque ita orsus eſt:* et τὸ *atque* accipiendum ut lib. 26, 39, 16. aut scribendum: *Tandem vicit dolorem ipsa necessitas, quae dicere juberet*. J. FR. GRON. Haec satis alioquin accomodata. Caeterum nemo illic juſſit, nisi pater, ut fatetur infra ipse Demetrius cap. 15. *Te iratum et jubentem dicere causam audivi*. ut parum placeat τὸ *juberent*; neque etiam aliam mutationem facile patiar, quum diserte liber Thuan. habeat, *necessitas, quum dicere juberetur*. Quod satis sincerum. JAC. GRON. Vellem diſtincte docuiſſent viri docti, quid praecipue vitii in scriptura recepta hujus loci sit. Non eſt quidem neceſſe, *atque* a praecedentibus συμπλ τελείᾳ separari: sed tamen credo, recte dici poſſe *vicit dolorem necessitas, atque*, vel *et ita orsus eſt*. DUK. *jubetur* Lovel. 1. *juberet* Victor Crevierii. *juberetur* Hearnii L. 1. quod non displicet. Vide ad 38, 40, 1. Eam lectionem etiam Crevierius recepit. Non tamen huc faciunt verba Demetrii cap. 15. quae firmandae illius, aut eer-

Digitized by Google

qui non posse. Tandem vicit dolorem ipsa necessitas, quum dicere juberent, atque ita orsus est: *Omnia, quae reorum antea fuerant auxilia, pater, praeoccupavit accusator. Simulatis lacrimis in alterius perniciem veras meas lacrimas suspectas tibi fecit. quum ipse, ex quo ab Roma redii, per occulta cum suis conloquia dies noctesque insidietur; ultro mihi non insidiatoris mo-*

te rejiciendae vulgatae lectionis causa laudat Clariss. Jac. Gronovius. Quum enim Demetrius ibi queratur, se patrem jubentem causam dicere audivisse, id factum esse accipi debet, quum Demetrius primum arcessitus in conspectum patris venisset, antequam Perseus accusasset; quod sibi etiam videri, Clariss. Jac. Perizonius ad marginem Livii sui monuit. Referendum id itaque ad verba Philippi cap. 8. *Agite, conscelerate aures paternas: decernite criminibus, ferro decreturi: dicite palam, quidquid aut veri potestis, aut comminisci libet.* Loco enim a Gronovio laudato non tantum, se patrem *jubentem dicere causam* audivisse, Demetrius ait, sed etiam postea subjungit, se *fratrem accusantem* audivisse. Quin etiam vulgatum *juberent* defendere conatur Perizon. ad Val. Max. 2, 2, 1. Praeterea *itaque orsus est* Lovel. 2. et Harl. *itaque ita orsus est* Lov. 4. et Mead. 2. Saepe hae voculae *atque* et *itaque* a librariis commutantur. V. exempla ad 5, 21, 17. 10, 5, 3. 27, 21, 7. et alibi. J. Fr. Gronovius mutata distinctione *atque* accipiebat pro statim: de quo v. ad 27, 21, 7. Verum servata vulgata interpunctione illud *atque* solito sensu commode intelligi potest. *Necessitas, quum dicere juberent, vicit dolorem, atque ita orsus est.*

§. 3. *Quae reorum antea fuerant auxilia*] *ante* Mead. 2. et Gaertn. Ita saepe variant scribae. V. ad 5, 18, 5. c. 19, 6. 8, 8, 3. c. 9, 2. 9, 22, 2. c. 39, 5. c. 45, 3. 21, 17, 1. c. 63, 7. 40, 13, 4. et pluribus locis. Tum *fuerunt* Voss. et Gaertn. Mox *simulatisque lacrimis* Lov. 5. et edd. ante Froben. qui anno 1535. copulam omisit, quam nullus etiam reliquorum codicum agnoscit.

§. 4. *Quum ipse, ex quo ab Roma redii, per occulta cum suis conloquia*] Libri nostri omnes *per occulta cum suis colloquens*. GEBHARD. Similiter codd. nostri, et edd. principes. Verum ita saltem dare debuissent *perocculte cum suis conloquens. colloquia* autem primum inveni in Ven. ed. anni 1495. Praeterea vox *ipse* deest in Lovel. 2. et Harl. Tum *ab Roma ex quo redii* Lov. 1. 6. et Voss.

Insidietur ultro mihi, non insidiatoris] Distinguo. *Quum ipse*, etc. *insidietur ultro, mihi non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris speciem induit.* J. FR. GRON. Omnes, quas vidi, editiones vetustiores dubium relinquunt, qua ratione haec verba interpungenda sint, nulla penitus distinctione adposita. Primus Ascens. anno 1513. edidit *insidietur ultro mihi, nunc non insidiatoris*: quod secuti editores servarunt usque ad Froben. qui anno 1535. dedit *insidietur, ultro*

Digitized by Google

do, sed latronis manifesti et percussoris, speciem induit.
5 *Periculo suo te exterret, ut innoxio fratri per eumdem te maturet perniciem. perfugium sibi nusquam gentium esse aït, ut ego ne apud te quidem quidquam spei reliquae*
6 *habeam. Circumventum, solum, inopem, invidia gratiae externae, quae obest potius, quam prodest, onerat. Jam illud quam accusatorie, quod noctis hujus crimen*
7 *miscuit cum cetera insectatione vitae meae? ut et hoc, quod jam, quale sit, scies, suspectum alio vitae nostrae teno-*

mihi non insidiatoris. Modius demum subposuit *insidietur ultro mihi; non insidiatoris.* Verum vel Gronovii, vel potius Frobenii distinctio probanda est, quam posteriorem etiam Crevierius recte recepit. Ita vero *ultro* erit insuper. Supra 1, 5, 3. *Captum regi Amulio tradidisse, ultro accusantes.* 3, 11, 13. *Tribunum ad rem peragendam ultro incitabant.* cap. 62, 1. *Sibi ultro per contumelias hostem insultare.* cap. 65, 11. *Cavendoque ne metuunt homines, metuendos ultro se efficiunt.* 5, 37, 4. *Accepere, ultro honorem habitum violatoribus juris humani, elusumque suam legationem esse.* 26, 41, 6. 28, 22, 15. 40, 27, 13. 42, 50, 3. aliisque locis. Vide Graev. ad Cic. pro Quinct. 23. Cort. ad Sall. Fragm. 3. Histor. pag. 965. et quae notavi ad Silii 6, 678.

Percussoris speciem induit] *percussoris faciem* Mead. 2. Interdum has voces librarii confuderunt. Vide Inlustriss. Heinsium ad Nason. 4. Met. 229. Hic nihil mutandum est. *Species percussoris*, ut 9, 11, 7. *Semper aliquam fraudi speciem juris inponitis.* 22, 24, 12. *Speciem parti utrique praebuisse novi subsidii.* ubi vide Gronov. 23, 16, 14. *Paucitatem maxime spernentibus Poenis ingentis repente exercitus speciem fecerint.* Florus 2, 2, 35. *Speciem viventium praeferebant.* 4, 10, 6. *Elatis super capita scutis caesorum speciem praebuisset.*

§. 5. *Ut ego ne apud te quidem quidquam spei reliquae habeam*] Libri omnes *spei quicquam reliqui habeam.* GEBH. Quod nunc vulgo exstat, primum exhibuit Froben. anno 1535. quod, si ex cod. adscivit, haud displicet. In nullo tamen meorum hanc lectionem inveni. *spei quidquam reliqui*, ut ante Frobenium edebatur, Lovel. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. *spei quidquam reliquam* Lovel. 1. *spei quidquam reliquum* Voss. Lovel. 2. 6. et Gaertn. V. ad 2, 57, 3. Paullo ante *nuspiam esse gentium* Lov. 1. *nuspium gentium esse* Lov. 6.

§. 6. *Jam illud quam accusatorie, quod noctis hujus crimen miscuit cum cetera insectatione vitae*] Libri Pall. omissis binis vocabulis, *Jam illud, quod noctis hujus crimen.* GEBH. Similiter Lovel. 4. et Mead. 2. *Jam illud quidem accusatorie, quod noctis* Lovel. 2. *Jam illud quidem accusatorie noctis* Lov. 1. a manu 1. *Jam illud quod accusatorie noctis* Lov. 1. a manu 2. Lovel. 6. et Harl. *Jam aliud quam accusatorie noctis hujus crimini cum cetera insultatione* Voss. *crimen immiscuit cum cetera*

Digitized by Google

re faceret: et illam vanum criminationem spei, voluntatis, consiliorum meorum nocturno hoc ficto et composito argumento fulciret. Simul et illud quaesivit, ut repentina et minime praeparata accusatio videretur, quippe ex noctis hujus metu et tumultu repentino exorta. Oportuit autem, Perseu, si proditor ego patris regnique eram, si cum Romanis, si cum aliis inimicis patris inieram consilia, non exspectatam fabulam noctis hujus esse, sed proditionis meae ante me accusatum: si illa sc-

8

9

10

insultatione animae Lovel. 1. et 6. *insultatione* etiam Gaertn. De voce *insectatio* v. ad 3, 65, 5.

§. 7. *Nocturno hoc ficto et composito argumento*] *facto*, pro *ficto*, Lov. 1, 6. et Voss. librariis haud insolita aberratione. V. Nic. Heins. ad Claudian. 3. de Laud. Stilic. 22. Similiter *confictus* et *confectus* commutantur. V. supra ad 35, 2, 6. *effictus* et *effectus*. V. Cel. Burmann. ad Suetonii Ner. 21. Et quidem id praecipue scribis ansam peccandi praebuisse videtur, quod non intelligerent, quo sensu *composito*, quod sequitur, hic accipiendum foret. *Argumentum* autem *compositum* non notat factum, sed fictum argumentum; quo sensu *composita fabula* supra est 3, 10, 10. *Tribuni coram in foro personare, fabulam compositam Volsci belli.* Justin. 39, 1. *Compositа fabula, quasi per adoptionem Antiochi regis receptus in familiam regiam esset.* Similiter *compositus et fictus* junguntur apud Senec. Consol. ad Helv. 16. *Per ipsum tamen compositum fictumque vultum lacrimae profunduntur.* Paullo ante *meorum* deest in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. antt. Primus adjecit Aldus, sed jubente cod. Mog.

§. 8. *Ut repentina et minime praeparata accusatio videretur*] Sine copula Pall. et vet. ed. *repentina minime praeparata.* GEBH. Similiter codd. nostri, Hearnii L. 1. et principes excusi. Ascensius dein anno 1513. *minimeque praeparata* vulgavit; pro quo Moguntini ex cod. suo receperunt *et minime praeparata.*

§. 9. *Si proditor ego patris regnique eram, si cum Romanis, si cum aliis inimicis patris inieram consilia*] Subjiciam, ut haec et sequentia conspiciuntur in Pall. utroque Msto: *Oportuit autem, Perseu, si proditor ego patris ingeram consilia, non exspectatam fabulam esse noctis hujus: sed proditionis me accusatum, si illa criminosa ac vana accusatio erat.* GEBH. Voces omnes *patris regnique eram, si cum Romanis, si cum aliis inimicis* desunt in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et vetustis excusis, sed neglegentia librariorum ob repetitam vocem *patris.* V. ad 9, 11, 11. Aldus primus, quae omissa erant, fide cod. Mog. loco restituit. Praeterea *ingeram consilia* Lovel. 4. Mox *non exspectare fabulam esse noctis hujus* Voss. *non exspectarem fabulam esse noctis hujus* Lov. 1. *non exspectare fabulam noctis hujusmodi* Lov. 6. *non exspectatam fabulam esse noctis hujus* reliqui

Digitized by Google

parata ab hac vana accusatio erat, invidiamque tuam adversus me magis, quam crimen meum indicatura, hodie quoque eam aut praetermitti, aut in aliud tempus dif-
11 *ferri: ut perspiceretur, utrum ego tibi, an tu mihi, no-*
12 *vo quidem et singulari genere odii, insidias feciſſes. Ego tamen, quantum in hac subita perturbatione potero, separabo ea, quae tu confudiſti: et noctis hujus insidias,*
13 *aut tuas, aut meas, detegam. Occidendi sui consilium me imſſe, videri vult: ut scilicet, majore fratre sublato, cujus jure gentium, more Macedonum, tuo etiam, ut aït, judicio regnum eſt futurum, ego minor in ejus,*
14 *quem occidiſſem, succederem locum. Quid ergo illa sibi*

scripti, et typis inpreſſi usque ad Froben. qui anno 1535. voces ita trajecit, ut nunc eduntur.

Sed proditionis meae ante me accusatum] Supervacuum τὸ *meae*. J. FR. GRON. Voces *meae ante* desunt in scriptis noſtris, Crevierii Victor. et edd. antt. usque ad Aldum, qui eas ex cod. Mog. contextui addidit.

§. 10. *Si illa criminosa ac vana accusatio erat, invidiamque tuam*] Incorrupta lectio *si illa separata ab hac vana* etc. GEBH. Ut ante Gelenium edebatur, praeferunt omnes scripti noſtri, et Hearnii L. 1. nisi quod τὸ *si* non adpareat in Voſſ. ejusque loco *sed* legatur in Lov. 1. tum in nonnullis desit vocula *ac*, et denique copula *que* exsulet a Voſſ. et Lov. 1. Moguntini in cod. suo invenerunt *si illa separata ac vana accusatio erat*; ex cujus lectionis veſtigiis Gelenius emendaſſe videtur, quod nunc vulgo exſtat. Nondum tamen locum persanatum puto. Demetrius probare intendit, se falso proditionis accusari. Dicit igitur, si crimen verum foret, vel ejus se ante a fratre accusari, vel id nunc ab eo non objici, nec cum altero crimine jungi debuiſſe: sed ideo Persen noctis hujus crimen cum cetera insectatione vitae miscuiſſe, ne, si alterum ab altero separaſſet, magis invidiam suam erga fratrem, quam crimen ejus, indicaret. Videtur itaque legendum *nisi illa separata*. Omnia igitur ita cohaerere credo. Oportuit proditionis meae ante me accusatum, aut hodie eam quoque praetermitti, et in aliud tempus differri, nisi illa separata ab hac vana accusatio erat. Prima syllaba τοῦ *nisi* facile intercipi potuit ab ultima litera vocis praecedentis *accusatum*.

Hodie quoque eam aut praetermitti] Censeo fuiſſe *hodieque eam aut praetermitti*. J. FR. GRON. V. ad 5, 27, 1. *jam*, pro *eam*, omnes scripti et priscae edd. Eadem etiam vocula transposita, *hodie quoque aut jam praetermitti* Lov. 6. *eam*, praeeunte cod. suo reſtituerunt Moguntini. Solent

Digitized by Google

vult pars altera orationis, qua Romanos a me cultos aït, atque eorum fiducia in spem regni me veniſſe? nam ſi et in Romanis tantum momenti eſſe credebam, ut, quem vellent, inponerent Macedoniae regem, et meae tantum apud eos gratiae confidebam, quid opus parricidio fuit? An, ut cruentum fraterna caede diadema gererem? ut illis ipſis, apud quos aut vera, aut certe simulata, probitate partam gratiam habeo, ſi quam forte habeo, execrabilis et invisus eſſem? niſi T. Quinctium credis, cujus virtute et conſiliis me nunc arguis regi, quum et ipse tali pietate vivat cum fratre, mihi fraternae caedis fuiſſe auctorem. Idem non Romanorum solum gratiam,

15 16 17 18

et alibi ita variare librarii. V. quae notantur ad 5, 32, 4.

§. 11. *Ut perspiceretur, utrum ego tibi, an tu mihi*, etc. *insidias feciſſes*] MS. *utrum ego ipse tibi, an tu mihi*. MOD. Pall. *ut persequeretur*. GEBH. *ut prosequeretur* Harl. *ut persequerer* Lov. 1. Voſſ. et Gaertn. *ut perſequeretur* codd. reliqui. Illud *ipse*, quod codicem Mog. addere Modius monet, hic a manu librarii eſſe, nullamque emphasin habere videtur. Nisi forte, ut Ampliſſ. Röellius censet, legamus *ego tibi, an tu ipse mihi*. Tum *insidias feciſſem* perperam Lovel. 1, 6. et Voſſ.

§. 13. *Occidendi sui consilium me iniſſe*] *iniſſe me* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. *cepisse me* Gaertn. quae lectio ex alterius expositione ac gloſſa nata videtur. *Inire consilium*, pro capere, saepe apud Cic. et alios obcurrit. Cic. pro Muren. 38. *Inita sunt in hac civitate consilia urbis delendae; civium trucidandorum, nominis Romani exſtinguendi*. Juſtin. 2, 13. *Consilium inſunt pontis interrumpendi*. Mox *et more Macedonum*, addita copula, Lov. 1. et 6. Tum *tuo, ut etiam aït, judicio* Lov. 6. *tuo etiam judicio, ut aït* Gaertn.

§. 14. *Quid ergo illa sibi vult pars altera orationis*] *Quid ergo sibi vult illa pars altera* Harl. *tò illa* deeſt in Lov. 5. Gaertn. et ed. Camp. Tum *fiducia eorum* Voſſ. Lov. 1. 6. et Gaertn.

§. 15. *Et meae tantum apud eos gratiae confidebam*] *et me apud eos tantum gratiae habere confidebam* ex librarii interpolatione Gaertner. Supra 39, 51, 4. *Fidei regum nihil sane confisus*. Paullo ante *tantum momenti credebam eſſe* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 16. *An, ut cruentum fraterna caede diadema gererem*] *An cruentum* Lov. 4. et Mead. 2. *Incruentum*, omiſſis voculis *An ut*, Mead. 1. Tum *diadema fraternae caede* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. Harlej. Mead. uterque, et Gaertn. Mox voces *si quam forte habeo* perperam desunt in Lov. 2. et Harl. errore scribarum omiſſae ob re-

Digitized by Google

sed Macedonum judicia, ac pene omnium Deorum hominumque consensum conlegit, per quae omnia se mihi pa-
19 *rem in certamine non futurum crediderit. idem, tam-*
quam in aliis omnibus rebus inferior essem, ad sceleris
20 *spem ultimam confugisse me insimulat. Vis banc for-*
mulam cognitionis esse, ut, uter timuerit, ne alter di-
gnior videretur regno, is consilium obprimendi fratris
cepisse judicetur?

1 XIII. *Exsequamur tamen quocumque modo conficti*
ordinem criminis. Pluribus modis se petitum crimina-
tus est, et omnes insidiarum vias in unum diem contulit.

petitum verbum *habeo*. Vide ad 9, 11, 11.

§. 17. *Cujus virtute et consiliis me nunc arguis regi*] Pall. cum vet. ed. *mea nunc arguis regi*. GEBH. Similiter Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertner. et olim typis excusi usque ad Ascens. qui, lectione illa in marginem rejecta, in contextum *me* recepit. Insuper *virtute* parum huic loco convenire Crevierio videtur, qui melius legi posse putat *auctoritate*. Persen enim cap. 11. objecisse, *T. Quinctius nunc est auctor omnium rerum isti*.

§. 18. *Sed Macedonum judicia, ac pene omnium Deorum hominumque consensum conlegit*] Pall. uterque *ac Deorum poene omnium consensum*. Vet. ed. *ac Deorum poene hominumque consensum*. GEBH. Aliter legerem: *sed Macedonum poene omnium judicia, ac Deorum hominumque*. TAN. FABER. *ac Deorum pene omniumque consensum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *ac Deorum pene omnium consensum* Mead. 2. *ac Deorum pene hominumque consensum* Lovel. 5. et typis olim descripti ante Aldum; qui, quod nunc editur, primus recepit, sed auspiciis cod. Mog. Paullo ante *non Romanorum gratiam solum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox autem vocula *se* exsulat a Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn.

§. 19. *Idem, tamquam in aliis omnibus rebus inferior essem*] Scribe: *crediderit; dein tanquam aliis omnibus rebus inferior essem*. J. FR. GRON. Cicero Divin. in Q. Caecil. 19. *Tu quum omnibus rebus inferior sis*. Et, *Si superior ceteris rebus esses*. DUK. Supra 21, 31, 5. *Opibus aut fama inferior. ideo tamquam in aliis rebus omnibus* Voss. et Gaertn. Mox *ultimam spem me confugisse* Voss. et Gaertn. *ultimam spem confugisse me* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 2. Tum *insimulas* iidem octo. Sed quum praecesserit *conlegit, crediderit*, nunc etiam inferendum videtur *insimulat*.

§. 20. *Ut, uter timuerit, ne alter dignior videretur regno*] Prima vocula deest in Voss. et Lov. 1, ac 6. Sed eam intercepisse videntur priores literae vocis sequentis. Dein *videretur regno dignior* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn.

Digitized by Google

Volui interdiu eum post lustrationem, quum concurrimus, 2
et quidem, si Diis placet, lustrationum die occidere: volui, quum ad coenam invitavi, veneno scilicet tollere: volui, quum comissatum gladiis adcincti me secuti sunt, ferro interficere. Tempora quidem qualia sint ad par- 3
ricidium electa, vides: lusus, convivii, comissationis. Quid? dies qualis? quo lustratus exercitus, quo inter divisam victimam, praelatis omnium, qui umquam fuere, Macedoniae regum armis regiis, duo soli tua tegentes latera, pater, praevecti sumus, et secutum est Macedonum agmen. Hoc ego, etiam si quid ante admisissem 4

Mox *consilium opprimendi judicetur cepisse* Voss. et Lov. 1. *consilium opprimendi fratris judicetur cepisse* Lov. 5. 6. Mead. 1. et edd. vett. *consilium fratris opprimendi judicetur cepisse* Lov. 2. 4. Mead. 2. Harl. et Gaertn. In ordinem, quem nunc obtinent, voces digessit ed. Frob. anni 1535.

§. 2. *Gladiis adcincti me secuti sunt*] Pall. et vet. ed. *gladiis cincti*. GEBH. Similiter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. Supra 7, 10, 5. *Hispano cingitur gladio.* 38, 21, 13. *Gladio Hispaniensi est cinctus.* et ita alii passim. *accincti* Aldus ex cod. Mog. adscivit. Verum in hac re Livius aliique potius utuntur composito *subcinctus*. Supra cap. 7, 7. *Ferro subcinctos nuncians cum Demetrio quatuor adolescentes venire.* cap. 9, 12. *Quid cum ferro subcinctis juvenibus venis?* Eodem cap. §. 14. *Quid enim: negat ferro subcinctos secum fuisse?* 7, 5, 3. *Cultro subcinctus ad M. Pomponium tribunum pergit.* Paullo ante *quum simul concurrimus* Lovel. 2. et 6. *quum currimus* Lov. 4. Sed v. ad 30, 25, 3. et 35, 41, 7.

§. 3. *Quis dies, qualis? quo lustratus exercitus*] Lege *Quid dies* etc. GELEN. Pall. *Quid dies?* GEBH. *Quidem dies qualis?* Voss. Lov. 6. Gaertn. et Crevierii Victorin. *Quidem dies talis qualis?* Lov. 1. *Quid? dies qualis?* ut Gelenius voluit, et auctoritate ejus Frob. anno 1535. recepit, Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo: pro quo Gruter. iterum *Quis dies*, et recte Crevierius *Quid? dies qualis?* receperunt. Vide ad 28, 41, 12.

Macedoniae regum armis reges duo solito more tua tegentes latera, pater, praevecti sumus] Antiquior lectio melior *praelatis o. q. u. f. M. r. armis regiis, duo soli tua teg.* etc. GEBH. *reges*, ut olim edebatur, solus servat Lovel. 5. Ita vero datum est, quia *regis*, ut praeferunt reliqui codd. nostri, sensum commodum non habebat; quum tamen conjectu facile esset, id sollemni errore pro *regiis* positum esse. Vide ad 32, 6, 6. In reliqua parte horum verborum corruptae lectioni, quae ante Gelenium vulgo exstitit, adhaerent Lov. 5. et Hearnii L. 1. *duo solito more gentis latera paterna praevecti* legunt Voss.

Digitized by Google

piaculo dignum, luſtratus et expiatus sacro, tum cum maxime in hoſtiam itineri noſtro circumdatam intuens, parricidium, venena, gladios, in comiſſationem praeparatos, volutabam in animo: ut quibus aliis deinde sacris contaminatam omni scelere mentem expiarem? Sed caecus criminandi cupiditate animus, dum omnia suspecta

Lov. 1. 6. et Gaertn. nisi quod eorum ultimus *provecti* praeferat. *duo solito more native gentis latera paterna praevecti* Lov. 2. *duo solito more natae gentis latera paterna praevecti* Harl. in contextu. *duo solito more latera paterna praevecti* Mead. 1. et Harl. in margine. *duo solit nate gentis latera paterna praevecti* Mead. 2. *duo solit uate gentis latera paterna praevecti* Lov. 4. in quibus duobus posterioribus manifesta adparent vestigia lectionis, quam feliciter Gelenius substituit. Non enim Philippi regis filii in sollemni luſtratione latera paterna praevecti sunt; sed latera paterna tegentes inter divisam victimam praevecti sunt, ut Livius supra narravit cap. 6.

§. 4. *Luſtratus et expiatus sacro, tum cum maxime in hoſtiam* etc. *intuens*] Vocula *et* non adparet in Lov. 4. et Gaertn. Praeterea *sacratum cum maxime* Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertner. *sacra tum cum maxime* Voſſ. Lov. 5. et edd. vett. *sacro, tum maxime* Lovel. 2. Supra vidimus ad 27, 4, 2. *cum maxime* notare hoc maxime tempore, *tum maxime* eo maxime tempore. Hinc sequitur per pleonasmum dictum ferri posse *nunc cum maxime*, de quo vidimus ad 29, 17, 7. et 20. Ex eodem consequens est, jungi non posse particulas *tum cum maxime*: quare in mentem venit, probandam esse Lovel. 2. lectionem, qui *cum* omisit. Id tamen ne audeam, partim obstat auctoritas reliquorum codd. particulam illam vel aperte servantium, vel quamvis corruptorum eamdem tamen se inveniſſe in exemplaribus, quae secuti sunt, non obscure indicantium; partim plura Livii aliorumque scriptorum loca, ubi eaedem voces junctae obcurrunt. Ita supra 33, 9, 3. *Siniſtro tum cum maxime adpropinquante phalangis parte.* 40, 32, 1. *Caſtra amissa eſſe, et tum cum maxime ardere.* 43, 7, 8. *Quae tum cum maxime Hortensius faceret.* Alia exempla vide apud Cellar. ad Curtii 5, 7, 2. Duker. ad Flori 4, 1, 3. et Oudend. ad Front. 2, 9, 5. Credere igitur librarios in omnibus illis locis eodem modo peccaſſe, et alterutram particulam expungere, periculosum puto; et hinc etiam hic eam loquendi formulam non muto. Deinde *inde hoſtiam* etc. *intuens* Voſſ. V. ad 10, 20, 6. *in hoſtia* etc. *intuens* Lov. 4. Male. Cic. 2. Tusc. 12. *Dum honeſtas, dum dignitas, dum decus aderit, tuque in ea intuens te continebis, cedet profecto virtuti dolor.* De Univ. 10. *Quales animalium formas mens, in speciem rerum intuens, poterat cernere.* Eadem loquendi forma *inspicere in patinas, tamquam in speculum*, dixit Ter. in Adelph. 3, 4, 65. In praecedentibus *antea admiſiſſem* Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertner. Vide ad cap. praec. §. 3. Quamvis perinde sit, utro modo legamus, veram tamen Livii ma-

Digitized by Google

efficere vult, aliud alio confundit. nam, si veneno te in- 6
ter coenam tollere volui, quid minus aptum fuit, quam pertinaci certamine et concursu iratum te efficere, ut merito, sicut feciſti, invitatus ad coenam abnueres? Quum 7
autem iratus negaſſes, utrum, ut placarem te, danda opera fuit, ut aliam quaererem occaſionem, quoniam se-

num puto, quod tot praeferunt codd. Ultimam literam *τοῦ antea* intercepit initium vocis sequentis. Vide ad 23, 8, 9.

Gladios, in comissationem praeparatos, volutabam in animo] Pall. uterque *in comissatione praeparatus*. GEBH. Similiter Lovel. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *in comiſſatione praeparata* Voſſ. et Lovel. 1. *in comiſſationem praeparatam* Lov. 6. *in comiſſatione praeparatos* Lov. 5. Mead. 1. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1535. recte *in comiſſationem praeparatos*; quod in Lov. 2. superfuiſſe videtur.

Ut quibus aliis deinde sacris contaminatam omni scelere mentem expiarem] Nulla hic fingi poteſt deſtinatio vel finalis cauſſa, quam particula *ut* explicet. Nemo enim unquam hac fini, ut expiaretur, proposuit sibi, se hominem occisurum, nedum parricidium commiſſurum. Lege: *venena, gladios, in comiſſationem praeparatos, volutabam in animo. Et quibus aliis deinde sacris contaminatam omni scelere mentem expiarem?* Immo maneat *τὸ ut*. Sic lib. 44, [39, 5.] *Sine ulla sede vagi dimicaſſemus: ut quo nos victores reciperemus?* Adde, quae nuper ad Fabium Quintilianum avum properabamus [decl. 328, pag. 665. ed. Burm.] Graeci ἵνα τί. Plinius 13, 3. *Quaeso, ut qualiter sentiretur, juvaretque ab ea parte corporis?* Ubi male quidam *ut, qua iret, sentiretur, oleretque in ea*, etc. J. FR. GRON. Omnino loci hujus sensum non intellexit librarius Lov. 1. qui dedit *ut, quibus aliis deinde sacris* etc. *expiarem, non haberem*. Locum recte Gronov. exposuit. Praeterea ordine inverso *deinde aliis sacris* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *gentem expiarem* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. Primus Vascos. *mentem* emendavit: cujus lectionis veſtigia adparent in Mead. 1. Exhibet enim *in gentem expiarem*. Librarius indicaſſe videtur, se duplicem lectionem *mentem* et *gentem* inveniſſe; et utramque conservaturus dedit *m*, *gentem*, alii poſtea pro *m* subſtituerunt *in*. Paſſim autem *gens* et *mens* commutantur. Vide Celeberr. Burm. ad Nas. 2. ex Pont. Ep. 1, 17. Rutil. 1. Itin. 493. Markl. ad Statii 1. Silv. 2, 183. et quae notavi ad Silii 6, 614. Mox *criminanda cupiditate animi* Lov. 4.

§. 6. *Quid minus aptum fuit*] *actum fuit*, frequentiſſimo scribarum errore, Voſſ. et Gaertn. Vide exempla supra 1, 9, 6. 3, 17, 10. c. 27, 6. 5, 42, 6. 21, 28, 8. c. 34, 9. Vide etiam, quae notavi ad Silii 9, 117. Similiter *coactus* et *coaptus*. V. ad 9, 39, 5. Mox *certamine, concursu iratum te* Harl. et Mead. 1. *certamine et concursu te iratum* Lovel. 2. et 6.

§. 7. *Utrum, ut placarem te, danda opera fuit, ut aliam quaererem occasionem*] Prius *ut* negletum in Voſſ. Lov. 1. 6. et Gaertn.

Digitized by Google

8 *mel venenum paraveram? an ab illo consilio velut transiliendum ad aliud fuit, ut ferro te, et quidem eo die, per*
9 *speciem comissationis, occiderem? Quo deinde modo, si te metu mortis credebam coenam evitasse meam, non ab eodem metu comissationem quoque evitaturum existimabam?*

1 XIV. *Non est res, qua erubescam, pater, si die fe-*
2 *sto inter aequales largiore vino sum usus. tu quoque, velim, inquiras, qua laetitia, quo lusu apud me celebratum hesternum convivium sit, illo etiam (pravo forsitan)*

quorum librariis repetitio voculae forte displicuit. Vide ad 1, 17, 11. Tum *pacarem te* Harl. et Mead. ambo. *te pacarem* Voss. Gaertn. et edd. principes. *Pacare* et *placare*, quod hic rectius est, saepius confunduntur. V. ad 3, 9, 10. Mox *quia semel*, pro *quoniam*, Voss. V. ad 2, 32, 1. 3, 55, 15. 22, 29, 9. 23, 28, 1. et alibi.

§. 8. *An ab illo consilio velut trans.*] Prima vocula defit in Voss. Lov. 2. 6. Harl. et Mead. ambobus, intercepta vel a fine vocis praecedentis, vel a sequenti. Tum *amisso consilio*, pro *ab illo*, Lovel. 2. et Harl. Mox *die* exsulat ab omnibus Mstis nostris, et edd. antiquioribus. Moguntini id auctoritate codicis sui addidere. Praeterea §. seq. *ob eumdem metum* Lov. 2. Vide ad 26, 1, 3.

§. 1. *Non est res, qua erubescam*] *quam erubescam* Voss. Utraque locutio in usu est. Vide Celeberr. Burm. ad Quinctil. 6. Instit. Orat. 4. pag. 571. et ad Ovid. in Ibid. 352. Cum casu sexto obcurrit etiam apud Tacit. in Agric. 41. *Nec erubuit beneficii invidia.* Justin. 38, 6. *Quia ipsi tales reges habuerint, quorum etiam nominibus erubescant.* Sed uni cui dici obedire temerarium foret.

§. 2. *Quo lusu apud me celebratum hesternum convivium sit*] *quo usu* Lov. 1. 2. 4. 6. et Voss. Dein *externum convivium* Voss. Lov. 6. et Harlej. passim obvio errore. V. ad 1, 28, 4. c. 51, 3. 2, 31, 10. c. 32, 6. c. 42, 9. c. 45. 5. c. 51, 7. 3, 48, 1. 4, 9, 3. c. 47, 8. 7, 35, 5. 9, 36, 6. 10, 35, 11. aliisque locis. Paullo ante *το velim* omittit Lov. 6.

Illic etiam pravo forsitan odio provehente] Legendum *illo etiam (pravo forsitan) gaudio provehente.* GELEN. *illum* Voss. *ille* Lov. 1. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *illi* Lov. 2. *illic* Lov. 4. 5. et Mead. 2. Sed *illo* est in cod. Mog. Praeterea *odio*, cui recte Gelenius *gaudio* substituit, omnes nostri, et Hearnii L. 1. Hic iterum desinit lacuna Lov. 3. quae inceperat cap. 10, 4.

In juvenili armorum certamine] Pall. *in juvenali.* GEBH. Similiter Lov. 1. 4. et Mead. uterque. Vide ad 37, 20, 5. Praepositionem omittit Lov. 2. Mox *inferior erat* Gaertn.

§. 3. *Miseria haec et metus crapulam facile excussurunt*] Quid sibi velit vox haec *miseria*, nescio. Fortassis fratris invidiam intelligit, et patrem scire vult, quae domi suae sint acta, quae item

Digitized by Google

gaudio provehente, quod in juvenali armorum certamine pars noſtra non inferior fuerat. miseria haec et metus crapulam facile excuſſerunt; quae ſi non interveniſſent, 3 *inſidiatores nos sopiti jaceremus. Si domum tuam ex-* 4 *pugnaturus, capta domo, dominum interfecturus eram, non temperaſſem vino in unum diem? non milites abſti-nuiſſem meos? Et, ne ego me solus nimia ſimplicitate* 5 *tuear, ipse quoque minime malus ac suspicax frater,* Nihil aliud scio, *inquit,* nihil arguo, nisi quod cum

in domo Persei. Totum autem malum inde ortum, quod Perseus ad Demetrii domum speculatores mittere non dubitaverit. Sed judicet lector. GLAR. Ego minus scio, quid his ambagibus velit Glareanus. An ulla res magis propria reorum, quam *miseria?* Cicero pro Cluent. [71.] *Quod si qua calamitas hunc in hoc judicio adflixerit innocentem, nae iſte miser*, etc. Pro Muraena [41.] *Si hunc sententiis veſtris adflixeritis, quo se miser vertet?* Pro Sulla [33.] *Jam impedior egomet dolore animi, ne de hujus miseria plura dicam.* Ergo *miseria haec et metus* nihil aliud, quam reatus et periculum capitis. J. FR. GRON. Supra 39, 43, 3. *Hic in dulgentem amatorem, unum ex illis miseris adtrahi jussum, securi percuſſiſſe.* ubi vide, quae notavi. Cic. pro Planc. 34. *Quod in eo me reprehendiſti, quod nimium multos defenderim*, etc. *ad nos pleraeque confluant, qui miseris et laborantibus nihil negare poſſumus.* Praesertim autem *miseri* erant, qui innocentes accusantur. Vide Abram. ad Cic. 2. Philipp. 38.

Quod si non intervenissent insidiatores, somno sopiti jaceremus] Quanto melior antiqua lectio? *quae si non interveniſſent, insidiatores nos sopiti jaceremus.* Quod enim dicit *insidiatores*, ironia eſt. GELEN. *quod si non* Voſſ. Lov. 1. 3. et Gaertn. Reliqui cum Gelenio *quae si non.* Vocibus *miseria* et *metus* subjungit neutrum plurale *quae.* Supra 10, 37, 11. *Voluntatem sibi ac favorem consentientis populi pro omnibus jussis eſſe, ac futura.* V. ad 4, 57, 6. Praeterea vocem *nos*, pro *somno* a Gelenio receptam, non tantum tuentur omnes Mſti, quibus usus sum, sed etiam edd. Camp. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde *jacemus* Lov. 4. et Mead. 1. Per compendium scriptum fuerat *jac'emus*; librarii vero additam compendii notam non animadverterunt. Alia exempla v. ad 2, 14, 6. c. 27, 6. c. 39, 2. c. 59, 3. 3, 14, 2. c. 48, 2. c. 58, 5. c. 71, 3. 4, 6, 10. c. 19, 2. et innumeris aliis locis. Vide etiam ad 39, 52, 6.

§. 4. *Non temperaſſem vino in unum diem? non milites abſtinuissem meos*] Pal. pr. *non temperassem vino? non unum diem?* GEBHARD. Supra *sodales* appellat. Forte hic *comites.* J. FR. GRON. *non temperaſſem vinum* male Gaertner. Tum *milites meos abſtinuissem* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et editi ante Aldum.

§. 5. *Nihil aliud scio, inquit, nihil arguo*] Pal. pr. *nihil scio,*

Digitized by Google

6 ferro comisſatum venerunt. *Si quaeram, unde id ipsum scieris? neceſſe erit te fateri, aut speculatorum tuorum plenam domum fuiſſe meam, aut illos ita aperte sum-*
7 *siſſe ferrum, ut omnes viderent. et, ne quid ipse aut prius inquisiſſe, aut nunc criminose argumentari videretur, te quaerere ex iis, quos nominaſſet, jubebat, an ferrum habuiſſent? ut, tamquam in re dubia, quum id quaesiſſes, quod ipsi fatentur, pro convictis haberentur.*
8 *Quin tu illud quaeri jubes, num tui occidendi cauſſa ferrum sumserint? num me auctore et sciente? Hoc enim videri vis, non illud, quod fatentur, et palam eſt, et*
9 *sui se tuendi cauſſa sumsiſſe dicunt. Recte, an perperam fecerint, ipſi sui facti rationem reddent. Meam*

caus-

inquit, aliud, neque arguo. GEBHARD. *nihil aliud, inquit, scio, neque arguo* Lovel. 2. *neque arguo* etiam Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et priscae edd. usque ad Frob. qui anno 1535. dedit *nihil arguo.* Recte. Cic. 13. ad fam. 29. *Nihil aspere, nihil acerbe dixit.* Plin. 4. Ep. 22. *Quo viro nihil firmius, nihil verius.* Similiter *nulla arma, nullam vim expertus* supra 8, 36, 9. ubi alia vide. 34, 13, 7. *Ipsi nullum imperatorem, nullos in ea milites haberent.* Mox praepositio *cum* deeſt in Lov. 3.

§. 6. *Si quaeram, unde id ipsum scieris*] Vocula *si* abeſt ab omnibus scriptis noſtris, Hearnii L. 1. et edd. antt. Moguntini eam ex cod. suo addiderunt. Tum *quaero* Lov. 2. et 3. Deinde *scias* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. *sciat* Lovel. 4. et Mead. 2. *sciam* cod. Mog. *sciens* Frob. anno 1535. vulgavit; sed, ut videtur, errore operarum, quem tamen editores servarunt usque ad Sigon. *scieris* emendantem; ut in Mead. 1. fuisse videtur, quia ex eo nihil in excerptis notatur.

Neceſſe erit, aut speculatorum] Addendae duae voces *te fateri: neceſſe erit te fateri, aut speculatorum.* GELEN. Voces a Gelenio additae desunt in omnibus noſtris, et Hearnii L. 1. Neque mox *tuorum* adparet in Lovel. 2. neque *omnes* in Lovel. 1. 3. 6. et Voſſ.

§. 7. *Aut nunc criminose argumentari*] Voculam *nunc* expellunt Voſſ. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertner. Mox *quaesiſſet* Lov. 1. 3. 6. et Voſſ. Insuper *pro victis haberentur* scripti noſtri, et typis exarati usque ad Aldum, qui *pro convictis* edidit fide cod. Mog.

§. 8. *Et sui se tuendi cauſſa sumsisse dicunt*] Placet, *Hoc enim videri vis: non illud, quod fatentur, (et palam eſt) sui se tuendi cauſſa sumpsisse. Recte, an per-*

Digitized by Google

causſam, quae nihil eo facto contingitur, ne miscueris: aut explica, utrum aperte, an clam te adgreſſuri fuerimus. Si aperte, cur non omnes ferrum habuimus? cur 10
nemo praeter eos, qui tuum speculatorem pulsarunt? si clam, quis ordo conſilii fuit? Convivio soluto, quum 11
comiſſator ego discessissem, quatuor subſtitiſſent, ut sopitum te adgrederentur? quomodo fefelliſſent, et alieni, et mei, et maxime suspecti, quia paullo ante in rixa fuerant? quomodo autem, trucidato te, ipſi evasuri fuerint? quatuor gladiis domus tua capi et expugnari potuit?

XV. *Quin tu, omiſſa iſta nocturna fabula, ad id,* 1
quod doles, quod invidiam urit, reverteris? Cur us- 2
quam regni tui mentio fit, Demetri? cur dignior patris

peram fecerint, ipsi rationem reddent. J. FR. GRON. *de caussa se defendendi sumsisse dicunt* Voſſ. et Lovel. 1. ac 3. *et caussa se defendendi sumsisse dicuntur* Lovel. 6. Voces *et* ac *dicunt* delenti Gronovio recte adsentitur Crevier. Dein *ipsi suam rationem reddent* Lov. 3. 5. et Gaertn. *ipsi sui rationem reddent* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Moguntinos, qui auspicio cod. sui dedere *sui facti.* Mox *aperte, aut clam* Lovel. 3. 6. et Gaertn.

§. 10. *Qui tuum speculatorem pulsarunt*] *qui tum speculatorem* cod. Mog. Non sequor. *pulsaverunt* noſtri. V. ad 21, 44, 7.

§. 11. *Ut sopitum te adgrederentur*] Vide, an tollenda sit nota interrogandi poſt *aggrederentur.* DUK. Eam etiam ex mente Dukeri suſtuli.

Domus tua capi et expugnari potuit] Haec per interrogationis notam leguntur in editionibus usque ad ultimam Gruteri, quae ejus loco σημὴν τελείαν dedit, quibusdam sequentium exemplum ejus imitantibus, aliis melius interrogandi signum reducentibus. Praeterea *potuerit* Voſſ. et Gaertn. quasi scriptum fuiſſet *potu'it,* et ex praecedentibus repetendum foret *quomodo.* Sed vulgatum praeſtat. Paſſim librarii utraque haec verborum tempora notam compendiariae scripturae vel addendo, vel demendo commutarunt. V. ad 1, 22, 7. c. 50, 6. 2, 20, 9. c. 23, 5. c. 32, 9. c. 39, 10. c. 43, 10. c. 55, 6. 3, 9, 10. c. 20, 3. c. 24, 4. c. 34, 3. c. 40, 12. c. 50, 9. c. 70, 15. 4, 4, 7. 10. c. 10, 9. c. 20, 6. 11. c. 30, 16. c. 40, 7. c. 49, 10. et mille aliis locis.

§. 1. *Quod doles, quod invidiam urit*] *quod invidia urit* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertner. quod ferri poteſt, si *invidia* capiamus casu sexto. Malim

Digitized by Google

fortunae successor quibusdam videris, quam ego? cur spem meam, quae, si tu non esses, certa erat, dubiam
3 *et sollicitam facis? Haec sentit Perseus, etsi non dicit: haec istum inimicum, haec accusatorem faciunt: haec domum, haec regnum tuum criminibus et suspicionibus*
4 *replent. Ego autem, pater, quemadmodum nec nunc*

etiam *quod dolet*, et ad prius membrum *tibi*, ad alterum *te* intelligere.

§. 2. *Cur usquam regni tui mentio fit*] Forte *ut tui*: vel *in regno tui*. J. FR. GRON. *mentio fuit* scripti nostri, et editi. Frobenius anno 1535. emendavit *mentio fit*: quod probo. Passim ita variarunt librarii. V. ad 4, 9, 8. 8, 22, 10. 21, 46, 3. 27, 40, 13. et 34, 7, 4. Mox *quibusdam* non adparet in Lov. 3. qui deinde cum Lov. 1. 6. legit literis transpositis *recta erat*. Solent et hae voces a librariis commutari. Vide Celeberr. Burm. ad Gratii Cyneg. 7. et ad Lucani 7, 216. Praeterea §. seq. *Hoc sentit Perseus* male Lov. 1. 3. et Harl.

§. 4. *Nec nunc sperare regnum, nec ambigere umquam de eo*] *nec nunc spectare regnum* Voss. et Harlej. de quo scribarum errore v. ad 34, 27, 3. Deinde *nec ambire* Voss. Lov. 2. 6. et Harl. Male. Supra 28, 21, 6. *De principatu civitatis, quam Ibem vocant, ambigentes*. V. ad 8, 37, 2.

Ut indignus te patre, indignus omnibus videar] *ut te patre indignus omnibus videar* Lov. 2. omisso priori *indignus*. Idem etiam Gronov. in pr. ed. not. se in Naudaeano inveniisse testatur, et hac parte non ineptum sensum effecturum judicat, modo *id*, quod sequitur, interpretabimur: ut te patre, et propterea successione in regnum, indignus omnibus videar. Et ita legendum esse, nulla tamen Gronovii mentione facta, monet Doujatius. Crevierius Gronovii conjecturam *indignus tibi, pater, indignus omnibus* probabat. Jac. Perizonius in margine Livii conjecit scribendum *indignus eo patri, indignus omnibus videar*. Quum tamen reliqui omnes codd. stent pro vulgata lectione, eamque servari non posse constet, praestare videtur, ut cum Illustri Schelio minima mutatione *ominibus*, pro *omnibus*, legamus. Sollemnis autem est illa scribarum aberratio, de qua vide ad Epit. Liv. 117. Doujatius quidem Schelii conjecturam ideo rejicit, quod ea recepta diceret Demetrius, se nolle nec debere committere, ut indignus videatur votis destinantium sibi regni successionem: ejus autem rei mentionem ipsi ad diluendam fratris criminationem minuendasque patris suspiciones minime profuturam, nec Livio ex Demetrii persona excidere debuisse. Verum non puto, patrem aegre ferre posse, si filium dicentem audiat, se, licet fratri majori cessurus sit, simul tamen operam daturum, ne a patre degeneret, et regno indignus videatur.

§. 5. *Id enim vitiis meis, non cedendo, cui jus fasque est, non modestia, consequar*] Sed ne haec quidem verba satis intelligo. Duo proposuit: alterum, nunc non sperandum regnum, quod minor

Digitized by Google

sperare regnum, nec ambigere unquam de eo forsitan debeam, quia minor sum, quia tu me majori cedere vis; sic illud nec debui facere, nec debeo, ut indignus te patre, indignus omnibus videar. id enim vitiis meis, non cedendo, cui jus fasque est, non modestia, consequar. Romanos objicis mihi, et ea, quae gloriae esse debent,

sit, quod majori cedendum dicat pater: alterum, nec ambigendum unquam de eo forsitan. Nunc lector videat, ut haec verba sequantur, et ut intelligenda, denique an putet in codice mendam esse. GLAR. Hunc locum negat se intelligere Glareanus. Est autem sensus: Quemadmodum regnum sperare, quia minor sum, quia me majori cedere vis, non debeo; sic ne efficere quidem debeo, ut indignus te patre videar. Regnum enim vitiis meis, id est, non cedendo majori fratri, consequar; ut autem te dignus videar, modestia. Quod cum ita sit, ergo legendum est: *id enim vitiis meis, non cedendo, cui jus fasque est, hoc modestia consequar.* SIGON. Pall. uterque: *id enim vitiis meis, non cedendo, cui jus fasque est, modestia consequar.* GEBH. Ingenua confessio Glareani summa ratione nititur: qui eum docere sperat, vir doctus facit intelligendo, ut nihil intelligat. Sensum ait esse: regnum enim vitiis meis, id est, non cedendo fratri, consequar; ut autem te dignus habear, modestia: ideoque legendum: *hoc modestia consequar.* Insanum bene profecto: ut accusatus majestatis et cogitati in fratrem patremque parricidii fateatur in ipsa defensione, etiam nunc se existimare, vitiis et non cedendo fratri se posse regnum consequi. Nihil vidi acutius. At, ut serio agamus, quem promptiorem ad ipsum se induendum laqueum Demetrio vel Perseus aptare posset? Quis judex tam probus ac simplex esset, ut, quem audiret ita sermocinantem, eum dubitaret regno potius inhiare, quam consectari aestimandam minimi laudem imperii cupido, patre dignum videri? Nihil est tota accusatio Persei: non tot delatores, tot suspicionum ipsius patris caussae nocebant Demetrio: hoc unum dictum ad peragendum et condemnandum eum sufficit. Non sic excidere Livius solet, nec reos, innocentes utique, tam manifesta verborum imprudentia se ipsos jugulantes inducere. Ergo alia quaeramus. Et mihi quidem non haec modo vitio scripta, sed et proxime praecedentia videntur. Quid est enim, *indignus te patre, indignus omnibus?* Veniebat in mentem: *indignus te patre, indignus majoribus videar.* Sed acute Schelius: *indignus omnibus.* nempe regnum illi haud dubia spe destinantium, et Demetrii, ut regnaturi, mentionem facientium. Quod sequitur, ita forsan melius erit: *id enim citius, non cedendo, cui jus fasque est, quam modestia, consequar.* Nempe ut indignus videar. Tacitus 3. Hist. [39.] de Junio Blaeso. *sanctus, inturbidus, nullius repentini honoris, adeo non principatus appetens, ut parum effugeret, ne dignus crederetur.* Nisi malis, *indignus tibi, pater, indignus omnibus.* nempe regno. J. FR. GRON. Recte Gronovius monuit, Sigonium haec

Digitized by Google

6 *in crimen vertis. Ego, nec obses Romanis ut traderer, nec ut legatus mitterer Romam, petii. a te missus ire non recusavi. utroque tempore ita me gessi, ne tibi pu-*
7 *dori, ne regno tuo, ne genti Macedonum essem. Itaque mihi cum Romanis amicitiae caussa tu fuisti, pater. Quoad tecum illis pax manebit, mecum quoque gratia erit: si bellum esse coeperit, qui obses, qui legatus pro patre*

pessime emendasse, et interpretatum esse. Verum etiam ipsa ejus emendatio longius a vulgato et codicum lectione abit, quam ut placere possit; praesertim quum vel id, quod nunc receptum est, non ineptum sensum praebeat, vel codices non rejiciendam emendationem suppeditent. Si *non modestia* per synthesin interpretari liceret inmodestia, vulgatum servari posset, *vitiis meis, non cedendo, non modestia* accipiendo per adpositionem. Ita Demetrius dicit: *id*, id est, ut indignus te patre, indignus ominibus videar, *vitiis meis*, nempe *non cedendo, non modestia*, sive inmodestia, consequar. Id tamen paullo durius agnosco. Superest itaque adhuc alia ratio vulgatum sensu convenienti exponendi, hoc modo: *Id*, id est, ut indignus te patre, indignus ominibus videar, *vitiis meis consequar, non* consequar *cedendo, non* consequar *modestia*. Ita *cedendo* refertur ad id, quod praecesserat, se nec nunc sperare regnum, nec ambigere umquam de eo forsitan debere, quia minor est; *modestia* ad id, quia pater eum majori cedere volebat. Praeterea *non cedendo, non modestia* eadem forma dicta erunt, qua *non signa, non ordines servent* 8, 34, 10. ubi alia vide. *non nocte, non die cessaverant* 21, 11, 5. ubi etiam vide. Ita 37, 18, 2. *Non ex auctoritate senatus, non jussu populi Romani pepigerimus.* c. 20, 4. *Non strates, non infrenatos magna pars habebant equos.* 39, 25, 11. *Non in civitatibus suis, non in communibus gentis conciliis quisquam hiscere audeat.* cap. 34, 7. *Non color, non vultus ei constaret.* 42, 3, 6. *Quod non Pyrrhus, non Hannibal violassent.* cap. 43, 3. *Nihil satis paratum ad bellum habeant, non exercitum, non ducem.* Et hanc elegantiam duo codd. Plinio vindicant 1. Ep. 6. *In proximo non venabulum, non lancea.* Si neque haec interpretatio satisfacit, aliam lectionem suggerunt codices. Nimirum omnes omnino Mstri nostri, uno excepto Lov. 5. qui semper editionibus adhaeret, delent τὸ *non* ultimo loco. Praeterea *cedendi*, pro *cedendo*, legunt Lov. 3. Mead. 1. et Gaertn. An itaque legendum? *id enim vitiis meis, non cedendi, cui jus fasque est, modestia consequar.* Praeterea *cujus fasque est*, una litera omissa, Voss. Lovel. 1. et Gaertn. *cujus jus fas quod est* Lovel. 3. et 6. *cujus fas est* Mead. 1. in margine. *cui fas est* Lov. 2. et Harl. Sed saepe in his *jus* et *fas* jungere solent Livius et alii. Supra 7, 6, 11. *Ut primum contacta sunt ab eo, a quo nec jus, nec fas fuerit.* c. 31, 3. *Sicut fas jusque est.* 8, 10, 1. *Ut jus fasque erat.* cap. 39, 13. *Secundum jus fasque restituerentur.* 42, 21, 3. *Deditis contra jus ac fas bellum intulisset.*

§. 6. *Nec ut legatus mitterer, a*

Digitized by Google

non inutilis fui, idem hostis illis acerrimus ero. Nec ho- 8
die, ut profit mihi gratia Romanorum, postulo; ne ob-
sit, tantum deprecor. nec in bello coepit, nec ad bellum
reservatur. Pacis pignus fui, ad pacem retinendam le-
gatus missus sum. neutra res mihi nec gloriae, nec crimi-
ni sit. Ego, si quid inpie in te, pater, si quid scelera- 9
te in fratrem admisi, nullam deprecor poenam. si inno-

te petii: missus ire non recusavi] Magis arridet antiquus ordo: *Ego, nec obses Romanis ut traderer, nec ut legatus mitterer Romam, petii: a te missus ire non recusavi.* GELEN. *nec ut legatus Romam mitterer, a te petii; missus ire non recusavi* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. Frobenius deinde anno 1531. vocem *Romam* omisit; quae etiam deest in Lov. 3. et 6. *Romam mitterer* in Gaertn.

§. 7. *Amicitiae causa tu fuisti, pater*] Pall. *pater, caussa amicitiae tu fuisti.* GEBH. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *pater, amicitiae caussa tu fuisti* Lov. 2. Mox τὸ *esse* deest in Lov. 2. et Harl. Deinde *coepit*, pro *coeperit*, Vossius. Vide ad cap. praecedentis §. 11.

§. 8. *Postulo; ne obsit, tantum deprecor. nec in bello coepit, nec ad bellum reservatur*] *postulo; ne obsit, ne* (alii *nec*) *ad bellum reservetur* Hearnii L. 1. et omnes nostri, excepto Lov. 5. qui insuper legit *id postulo.* Neque aliter edd. principes. Quum deinde Moguntini monuissent, se in Msto suo reperisse *postulo: ne obsit, tantum deprecor. nec in bello coepit, nec ad bellum reservetur*, Aldus lectionem eam recepit; pro quo Frob. demum anno 1535. dedit *reservatur.* Mox paullo ante *Romanorum gratia* scripti nostri, et edd. vett. Aldus *gratia Romanorum*, codicem Mog. secutus, dari curavit.

§. 9. *Si quid inpie in te, pater*] Haec verba exsulant a Msstis nostris, Hearnii L. 1. et edd. antt. ob τῶν *si quid* repetitionem. V. ad 9, 11, 11. Aldus, quae perperam exciderant, auspiciis cod. Mog. revocavit.

Nullam deprecor poenam] *veniam* Voss. et Lov. 1. ac 6. Sed scribae ita dedisse videntur, partim quia meminerant, modo praecessisse *deprecor ne obsit*, et mox sequi *deprecor ne conflagrem*, pro etiam atque etiam peto, ne obsit, ne conflagrem, quo sensu hic *deprecor poenam* capi non posse animadvertebant; partim quia nesciebant, *deprecari* etiam plane contrario sensu usurpari de eo, qui aliquid recusat. De duplici sensu verbi *deprecari* vide Manut. ad Cic. 4. ad Fam. 7. et ad 8, 1. Licet semel ponatur, utroque tamen sensu capi debet apud Justin. 11, 9. *Non mortem, sed, dum Darii corpus sepeliant, dilationem mortis deprecantur.* id est, non mortem subire recusant, sed mortis dilationem precibus obtinere conantur. Id non intelligens Bongars. aliique similiter male *vitam* ibi, pro *mortem*, legendum contenderunt.

Digitized by Google

cens sum, ne invidia conflagrem, quum crimine non pos-
10 *sim, deprecor. Non hodie me primum frater accusat:*
sed hodie primum aperte, nullo meo in se merito. Si
mihi pater succenseret, te majorem fratrem pro minore
deprecari oportebat, te adolescentiae, te errori veniam
impetrare. in eo, ubi praesidium esse oportebat, ibi exi-
11 *tium est. E convivio et comissationibus prope semisom-*
nus raptus sum ad caussam parricidii dicendam, sine ad-
12 *vocatis, sine patronis, ipse pro me dicere cogor. Si pro*
alio dicendum esset, tempus ad meditandum et componen-
dam orationem sumsissem, quum quid aliud, quam inge-
nii fama, periclitarer? Ignarus, quid arcessitus essem,

Ne invidia conflagrem, quum crimine non possim] Bene habent haec verba; sed non tam clara sunt, quam certam habent argutiam: et vide, an *crimen* acceperit pro convicta culpa. GLAREAN. Ideo dicit, se crimine conflagrare non posse, quia nullum crimen commiserat. *invidiam conflarem* perperam Mog. cod. *invidiam conflagrem* Lovel. 4. et Mead. 1. *invidia conflagremur, quum crimine non possimus* Voss. et Lov. 1. *quum crimine non possem* Harl.

§. 10. *Te errori veniam impetrare*] *erroris veniam* Voss. et Lov. 1. Male. *errori veniam impetrare*, ut *locum seditioni quaerere*; de quo v. ad 3, 46, 2. Paullo ante *pro minori deprecari* Voss. Lov. 5. 6. et Gaertn.

In eo, ubi praesidium esse oportebat, ibi exitium est] Mutuatus hanc sententiam Curtius 6, [9.] accusatione Philotae, *Unde praesidium petieram, periculum exstitit.* GEBH. Clariss. Crevierius voces *in eo* glossema putat, quod ad explicandum τὸ *ubi* margini adpositum in contextum deinde irrepserit: notat insuper, τὸ *in* deesse in Victor. codice. Eadem praepositio exsulat etiam a Lov. 3. et 6. Si tamen illa *in eo* displicent, malo cum Lov. 2. legere: *sed, ubi praesidium esse oportebat.*

§. 11. *E convivio et comissationibus prope semisomnus raptus sum ad caussam*] *Ex convivio* Lov. 3. *et convivio* Lov. 1. et Harl. *convivio* sine praepositione Mead. 1. Tum *comissatione* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertner. et edd. usque ad Frob. qui anno 1535. *comissationibus* reposuit, quod Moguntini se in cod. suo reperisse antea testati sunt. Tum *semisomnis* Lov. 2. 3. 6. et Mead. 1. Utraque forma in usu antiquis fuisse, verum est. Sed Livius *semisomnus*, quam *semisomnis*, dicere amavit. V. ad 25, 39, 3. et 37, 20, 13. Hinc *captus* sollemni scribarum errore Harl. Vide ad 6, 23, 5. Denique *sum* abest a Lov. 1. 3. 6. et Voss.

§. 12. *Ad meditandum et componendam orationem*] Pall. *ad meditandam*, *ad componendam oratio-*

Digitized by Google

te iratum et jubentem dicere cauſſam, fratrem accusantem audivi. Ille diu ante praeparata, meditata in me 13
oratione eſt usus: ego id tantum temporis, quo accusatus sum, ad cognoscendum, quid ageretur, habui. Utrum 14
momento illo horae accusatorem audirem? an defenſionem meditarer? Adtonitus repentino atque inopinato malo, vix, quid objiceretur, intelligere potui: nedum satis sciam, quo modo me tuear. Quid mihi spei eſſet, niſi pa- 15
trem judicem haberem? apud quem etiamſi caritate a fratre majore vincor, misericordia certe reus vinci non debeo. Ego enim, ut me mihi tibique serves, precor: ille, 16
ut me in securitatem suam occidas, poſtulat. Quid eum,

nem. GEBH. *Tò meditandum* omittit Voſſ. *ad componendum et mittendam orationem* Lov. 1. et 6. *ad meditandum et componendum orationem* Lov. 3. *ad meditandum et ad componendum orationem* Gaertn. *ad meditandam et componendam orationem*, quod nunc exſtat, primum inveni in Heinsii Elzevir. ed. *Meditari orationem, cauſſam, accusationem, defensionem*, et similia non damno. Verum eam lectionem nullius cod. noſtri consensus probat. Nam reliqui omnes *ad meditandum et componendam orationem:* quod fuit etiam in omnibus ed. prioribus. Et ita *meditari* simpliciter Cic. utitur 1. de Orat. 30. *Ut, quid Craſſus ageret, meditandi aut dicendi causa.* in Bruto 22. *Illum non in agendo solum, sed etiam in meditando vehementem et incensum fuisse.* Hinc *paratus meditatusque* apud Cic. aliosque aliquoties observatur. Priscam igitur lectionem revocavi.

Te iratum et jubentem dicere cauſſam] *te irascentem* Lov. 3. reliquis pro vulgato ſtantibus. Tum *te jubentem*, trajectis literis, Lovel. 5. et edd. priscae; pro quo Frob. anno 1535. *et jubentem* vulgavit. Ei vero consentiunt ceteri, quos vidi, codices. Vide ad 6, 1, 1. Mox §. seq. voces *in me* desunt in Lov. 1. 6. et Voſſ. Tum *quid ageret* Voſſ. V. ad 10, 10, 1.

§. 14. *Utrum momento illo horae accusatorem audirem*] Pall. uterque, et vet. ed. *Utrum illo momento accusatorem audirem.* GEBHARD. Similiter codd. noſtri, et edd. vett. *Tò horae* etiam exsulare a suo L. 1. teſtis eſt Hearnius. Quod nunc vulgo exſtat, primus Aldus ex cod. Mog. auctoritate recepit.

§. 15. *Apud quem etiamsi a fratre caritate vincor*] Scriptura antiqua *etiamsi caritate a fratre majore vincor.* GELEN. Ut ante Gelenium edebatur, praeferunt Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *etiamsi caritate a fratre vincor* Voſſ. *etiamsi a fratre caritate majore vincor* Lovel. 2. et Mead. 1. *Tò majore* abeſt etiam ab Hearnii L. 1. Mox *reus* non

Digitized by Google

quum regnum ei tradideris, facturum credis in me esse, qui jam nunc sanguine meo sibi indulgeri aequum censet?

1 XVI. Dicenti haec lacrimae simul spiritum et vocem intercluserunt. Philippus, submotis iis, paul-
2 lisper conlocutus cum amicis, pronunciavit: *Non verbis se, nec unius horae disceptatione, causam eorum dijudicaturum, sed inquirendo in utriusque vitam, mores; et dicta factaque in magnis parvisque rebus obser-*
3 *vando:* ut omnibus adpareret, noctis proximae crimen facile revictum; suspectam nimiam cum Romanis Demetrii gratiam esse. Haec, vivo Philippo, velut semina jacta sunt Macedonici belli, quod maxi-

adparet in Voss. et Lov. 1. *misericordia certe rei vinci non debeo* Gaertn. *misericordia certe revinci non debeo* Harl.

§. 16. *Quid eum, quum regnum ei tradideris, facturum credis esse*] Pronomen *eum* omittitur in Voss. et Gaertn. *enim* ejus loco legit Lov. 6. V. ad 27, 17, 11. Utraque lectione juncta, *Quid enim eum* exhibent Lov. 2. et Harl. et *Quid eum enim* Lov. 1. et Mead. 1. Deinde *facturum credis in me esse* omnes codd. nostri, (nisi quod *facturum esse me credis* sit in Gaertner.) Hearnii L. 1. omnesque edd. ante Gronov. anni 1665. in qua primum voces *in me* omissae sunt; sed forte operarum errore, licet reliquae posteriores eam lectionem probarint. Veterem igitur scripturam revocavi. Paullo ante *me ut in securitatem* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertner.

Sanguine meo sibi indulgeri aequum censet] *sanguinem eo sibi indulgeri* Lov. 3. *sanguinem meum sibi indulgeri* Lovel. 2. in marg. *sanguine meo eo sibi indulgeri* Lovel. 1. in contextu. *sanguinem meum eo sibi indulgeri* Voss. Lov. 1. in marg. Lov. 6. et Gaertn. quomodo librarii junxisse videntur duas lectiones, in exemplaribus suis obvias, *sanguinem meum*, et *sanguine meo*. Quamvis autem posterius in reliquis codd. perstet, prius tamen praeferendum puto, quia *indulgere alicui aliqua re* alibi non notaverim. *Indulgere* autem male inter verba neutra referri, et accusativum adsciscere, docuit Sanct. 3. Minerv. 3. voc. *Indulgeo.*

§. 1. *Simul spiritum et vocem intercluserunt*] *simul et vocem incluserunt* Lov. 3. Male. *simul spiritum et vocem*, ut *simul pacis libertatisque* 33, 12, 2. ubi plura vide. Utraque locutio *intercludere*, vel *includere spiritum, vocem* probari potest. V. ad 2, 2, 8. et 21, 58, 4. Hic tamen uni codici a reliquis dissentienti credere nimis calidum foret. Solent *intercludere* et *includere* saepius commutari. Vide ad 34, 30, 2.

§. 2. *Inquirendo in utriusque vitam, mores*] Cur haec ἀσυνδέτως,

Digitized by Google

me cum Perseo gerendum erat. Consules ambo in 4
Ligures, quae tum una consularis provincia erat, proficiscuntur. et, quia prospere ibi res gesserunt, supplicatio in unum diem decreta est. Ligurum duo 5
millia fere ad extremum finem provinciae Galliae, ubi castra Marcellus habebat, venerunt, uti reciperentur, orantes. Marcellus, opperiri eodem loco Liguribus jussis, senatum per literas consuluit. Se- 6
natus rescribere M. Ogulnium praetorem Marcello jussit: *Verius fuisse, consules, quorum provincia esset, quam se, quid e republica esset, decernere: tum quoque non placere, si per deditionem Ligures recipiet, receptis*

mox *dicta factaque*, non itidem *dicta, facta* dicit? Fortassis scriptum fuit *vitam ac mores*. Cic. pro Sex. Ros. Amer. 38. *Vitam, naturam, moresque hominis*. Sallust. Jug. 85, 27. *Vita moresque mei*. DUK. Ovid. 2. Trist. 89. *vitamque meam, moresque probabas*. Codices nostri nihil mutant.

§. 3. *Ut omnibus adpareret, noctis proximae crimen facile revictum*] Hoc *revictum*, ut ingenue fatear, me male habet: videri poterat in utramque dictum partem, ut, uter peccaverit, *convictus* diceretur, nisi sequeretur mox, suspectam nimiam cum Romanis Demetrii gratiam esse. Itaque non videntur esse responsi verba, sed authoris, qui obiter populi de responso regio judicium narrat. GLAR.

Suspectam nimiam cum Romanis Demetrii gratiam esse] *nimium* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox §. seq. *consularis fuit provincia* Gaertn. *consularis erat provincia* Lov. 1. 3. et 6.

§. 5. *Ad extremum finem provinciae Galliae*] *provinciae et Galliae* Lov. 2. et Harl. Male. 43, 9. *Galliae provinciae pleraque oppida adiit*. V. ad 25, 3, 5.

§. 6. *M. Ogulnium praetorem*] *M. Ugolinum* Voss. *M. Ogulinum* Lov. 6. et Gaertn. *M. Ogolinum* Harl. *Ogolinum*, omisso praenomine, Lov. 2. et 3. *M. Ogulinum* Mead. 1. V. ad 39, 56, 5.

Verius fuisse, consules] Recte Sigonius ad verba sequentia *Verius fuisse* exponit, aequius fuisse. V. supra ad 2, 48, 2. Mox verba *quid e republica esset, decernere* desunt in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Adscripta tamen erant in margine Mead. 2.

Tum quoque non placere sibi, sed per deditionem Ligures recipi, et receptis arma adimi, atque eos ad consulem mitti, senatum aequum censere] Illic [in libris antiquis] legitur: *si per deditionem Ligures recipiet, receptis arma adimi*. GELEN. Totus hic locus de recipiendis armatis Liguribus ob-

Digitized by Google

arma adimi: atque, eos ad consulem mitti, senatum aequum censere. Praetores eodem tempore, P. Manlius in ulteriorem Hispaniam, quam et priore praetura provinciam obtinuerat; Q. Fulvius Flaccus in citeriorem.

scurus est. neque enim explicatur, quomodo recipiendi: deinde num *verius* pro melius acceperit. Et quid hic senatui non placeat, obscurum est. Denique *ad eos.* pro *ad cos.* positum videtur. GLAR. Sensus hujus loci vix intelligi potest, ut aït Glareanus. quare tueamur veterum librorum lectionem, quae est: *Tum quoque non placere sibi, per deditionem Ligures recipi, et receptis arma adimi.* Inde verba, *Atque eos ad consulem*, legamus: *Itaque eos ad consules.* repetita litera ex voce praecedenti, *adimi, atque, adimi. Itaque.* Inde elicietur hic sensus: Senatus rescribi jussit, aequius fuisse, Marcellum consules, quorum provincia Ligures erat, de Liguribus, qui se dedebant, quam se consulere. Tum quoque id sibi non placere, ut per deditionem Ligures reciperentur, et receptis arma adimerentur. Quamobrem eos ad consules mitti, senatum aequum censere. Sic lib. 39, [54, 10.] *Neque senatui placere, deditos spoliari. Itaque se cum iis legatos ad cos. missuros.* Quod autem aït senatus, non placere sibi, ut receptis arma adimantur, id habet hanc vim, non videri sibi, eos, qui sponte se dedunt, armis suis esse spoliandos, perinde atque, qui subacti armis se dedidissent, ut supra saepe dixit. lib. 39, [2, 1.] *C. Flaminius consul Ligures in deditionem accepit, et arma ademit.* Item [eod. cap. §. 4.] *In deditionem Ligures concesserunt, tum conquisita cum intentiore cura arma, et omnia adempta.* Item [eod. cap. §. 9.] *Ligures subegit Aemilius, armaque ademit.* Quod autem paulo ante *verius esse* dixit, pro aequius esse accipiendum est. Sic lib. 39, [27, 3.] *Multo verius esse, quae sub Antiocho fuerint, praemia belli Eumenem, quam Philippum, habere.* SIGON. Pal. alter *non placerent, si per deditionem.* Vet. ed. *tum quoque non placere sibi: sed per deditionem Ligures recipi, et receptis arma non adimi.* GEBH. Gelenius e scriptis notat: *placere, si per deditionem Ligures recipiet, receptis arma adimi.* Quod spreverunt. Mihi vero id placet, modo rescribas *reciperet.* Deinde *ad consules remitti.* J. FR. GRON. Cum editis ante Gelenium stat Lov. 5. *non placere, sed per deditionem Ligures recipi, et receptis* Voss. Lov. 1. 6. et Mead. 1. in margine. *non placeret, sed per deditionem Ligures recipi, et receptis* Lov. 3. *non placerent, si per deditionem Ligures recipi, et receptis* Lov. 4. et Mead. 1. in contextu. *non placere, si per deditionem Ligures recipiet, receptis*, ut Gelenius in suis invenit, Gaertn. quo etiam duorum superiorum vestigia ducunt. Hanc itaque lectionem recepi. Deinde voculas *itaque*, quam Sigonius hic restituendam judicat, et *atque* saepe quidem in Mstis commutari, vidimus ad hujus lib. cap. 12, 2. hic tamen nihil mutandum est. Senatus haec tria Marcello rescribi jussit: primo oportuisse, ut de omni negotio potius consules, quam se, consuluisset: secundo quoniam tamen ad se decurrerit, videri, Liguribus sponte se dedentibus arma non adimenda esse: tertio non Marcellum, sed consules cognoscere.

Digitized by Google

riorem pervenit, exercitumque a Terentio accepit. nam ulterior morte P. Sempronii proconsulis sine imperio fuerat. Fulvium Flaccum oppidum Hispa- 8
num, Urbicuam nomine, obpugnantem Celtiberi ad-

debere, utrum Ligures in deditionem accipiendi forent. *Τῷ Itaque* hic locus non est. Recte vero Sigonius et Gronov. *ad consules*, pro *ad consulem*, restituerunt. Uterque enim consul Ligures provinciam sortiti erant, ut non modo hoc cap. sed etiam cap. 1. Livius dixit. Alibi librarios ita peccasse, vidimus ad 39, 38, 7. Denique *aequum* deest in Harl. Verum ea vox in senatusconsultis fuit sollemnis, et senatus ita sententiam enunciare solebat, ut diceret, *se aequum censere*. Vide Brisson. de Formul. lib. 2. pag. 194.

§. 7. *Praetores eodem tempore, P. Manlius in ulteriorem Hispaniam, quam et priore praetura prov. obt.*] Hunc P. Manlium in comitiis praetoris exponendis *praetorem iterum* nominavit. fuit autem primum anno DLV. Movet autem, quod ait priore praetura ulteriorem Hispaniam provinciam obtinuisse, cum scripserit eo loco [33, 42.] in citeriorem esse consuli M. Catoni adjutorem missum, neque vero de alio praetore intelligi potest. Quod unusquisque probabit, qui praetores omnes, qui ante hunc annum Hispanias sortiti fuerint, sigillatim inspexerit. Aequum praeterea est videre, an hic forte Manlius ille sit, quem senatu motum esse a Catone censore ait Plutarchus [in Cat. Maj. pag. 346.] *Βουλῆς τε ἐξέβαλεν ὑπατεύσειν ἐπίδοξον ὄντα Μανίλιον*. Me, ut ita suspicer, impellit secunda, postquam senatu motus est, ejus praetura, quam, ut locum senatorium recuperaret, petiisse videtur; quod fecisse P. Lentulum tradit Dio lib. 37, [pag. 43.] qui cum post praeturam et consulatum a censoribus Gellio et Lentulo senatu esset motus, alteram consule Cicerone repetendae senatoriae dignitatis causa gessit. Sic enim Dio: *Λέντουλος ὁ Πούπλιος ὁ μετὰ τὴν ὑπατείαν ἐκ τῆς γερουσίας ἐκπεσών. ἐστρατήγει γάρ, ὅπως τὴν βουλείαν ἀναλάβῃ*. SIGON. Priorem praeturam A. V. IDLVIII. gesserat, 33, 42. in qua quod hic ulteriorem Hispaniam provinciam habuisse dicitur, non posse in concordiam redigi cum iis, quae 33, 43. scribit Livius, Pighius quoque ad A. V. IDLXXI. adnotavit. Adde 34, 17. ubi successisse dicitur Q. Minucio, qui A. V. IDLVII. provinciam habuit Hispaniam citeriorem, et 33, 36. et ex ea triumphavit 34, 10. Quod autem Sigonius et Pighius conjiciunt, ei causam iterum petendae praeturae potuisse esse, ut, quia forsitan senatu motus fuerat a censoribus, jure magistratus in eum venire posset, satis incertum est. Nam hoc tempore non insolens fuisse, praeturam repeti, ostendunt exempla P. Aelii Tuberonis 41, 8. M. Furii Crassipedis, A. Atilii Serrani, C. Cluvii Saxulae, ibid. cap. 28. et C. Memmii 42, 9. quos omnes ob eam causam iterum praeturam petiisse, non verisimile est. DUK. *eo tempore* Voss. et Gaertner. V. ad 10, 10, 6. Mox *Sempronii proconsulis* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *propraetoris* subposuit. V. ad hujus lib. cap. 39, 1.

§. 8. *Oppidum Hispanum, Ur-*

Digitized by Google

orti sunt. Dura ibi proelia aliquot facta: multi Romani milites et vulnerati, et interfecti sunt. victi perseverantia Fulvii, quod nulla vi abstrahi ab obsidione potuit, Celtiberi, fessi proeliis variis absces-
9 serunt. urbs, amoto auxilio eorum, intra paucos dies capta et direpta est: praedam militibus praetor
10 concessit. Fulvius, hoc oppido capto, P. Manlius,

bicuam nomine] Lectio haec primum adparuit in ed. Ascensii anni 1513. Priores praeferunt *Urbicuam*; quibus adsentitur ex scriptis Lov. 5. Reliqui codd. admodum variant. *Uthicemam nomine* legit Voss. *Uthienam nomine* Lov. 2. et Harl. *Uthicnam nomine* Lov. 3. 4. et Mead. uterque. *Veicam nomine* Lovel. 3. *Vchicam nomine* Hearnii L. 1. *Athicam nomine* Lovel. 6. a manu 1. *Uthicam nomine* a manu 2. *Uticernam nomine* Gaertner. Occonem in nummo Augusti *Urbuicam* legisse, testatur Ortelius in Thes. Geogr. hac voce. Hanc nostram forte eam esse, quae *Urbica* vocatur in Antonini Itin. pag. 447. conjecit Clariss. Wesseling. ad d. loc.

Dura ibi proelia aliquot facta] Valer. Flacc. lib. 3, [710.] *et duras obit horrida pugnas.* Sed Livium scripsisse puto *Dubia ibi proelia aliquot facta.* J. FR. GRONOV. *dura proelia, bella, dura pugna* et similia alia saepius obcurrunt; magis tamen apud poëtas, quam alios scriptores. Praefero igitur, quod Gronovius conjecit, *Dubia ibi proelia.* Ita *dubia pugna* 34, 17, 3. *Milites veteres, periti hostium bellique, haud dubiam pugnam fecerunt. dubium bellum* 36, 39, 7. *Qui jam tertium ibi annum dubio detineretur bello.* Ita *anceps proelium* 9, 32, 8. *anceps certamen* 21, 29, 4. et alia passim. Saepissime autem *durus*, et *dubius* in Mss. confunduntur. V. Cel. Burmann. ad Val. Flacc. 6, 545. et Nemes. Ecl. 1, 59. Corte ad Sall. Catil. 10. et Plin. 8, 14, 20. Praeterea *proelia aliquot acta* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Supra 22, 9, 6. *Levibus proeliis cum Gallis actis.* Vide ad Epit. Liv. 49. non longe a fine. Reliqui tamen *facta* servant, quod damnare nolo. *actus* et *factus* passim commutantur. V. ad 6, 28, 2.

Vicit perseverantia Fulvius] Melius quadrat *victi perseverantia Fulvii*, quam *vicit persev. Fulvius.* GELEN. *vicit perseverantia Fulvius* Gelenius e Moguntino, quum haberetur *Fulvii.* Forte non pejus sit: *vicit perseverantia Fulvii, qui nulla vi abstrahi ab obsidione potuit.* J. FR. GRON. Veterum edd. lectio est *vicit perseverantia Fulvii*, quae supereſt in Voss. et Lovel. 5. et nuper Crevierio placuit. Ejus loco *vicit perseverantia Fulvius* praeferunt membranae Mogunt. Nec aliter Lovel. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii Oxonn. quod Aldus recepit. Gelenii emendationem, *victi perseverantia Fulvii, quod nulla vi abstrahi ab obsidione potuit, Celtiberi, fessi proeliis variis, abscesserunt*, recepit Frob. anno 1535. Similiter ex nostris Lov. 1. et 6. et Crevierii Victorin. Editiones deinde Sigonio posteriores reddiderunt lectionem Moguntinam; quod Gronovio inpo-

Digitized by Google

exercitu tantum in unum coacto, qui dissipatus fuerat, nulla alia memorabili gesta re, exercitus in hiberna deduxerunt. Haec ea aestate in Hispania gesta. Terentius, qui ex ea provincia decesserat, ovans 11
urbem iniit. translatum, argenti pondo novem millia trecenta viginti: auri octoginta pondo, et duae coronae aureae pondo sexaginta septem.

suit, et effecit, ut lectionem Moguntinam, ab Aldo receptam, sed a Gelenio rejectam, attamen ad Gelenium referret. Ceterum vel lectio optimi istius Msti probanda est, modo cum Gronov. etiam *quod* mutemus in *qui*; vel recipienda est emendatio Gelenii, a nonnullis nostris firmata: quam etiam admisi.

§. 10. *Fulvius, hoc oppido capto, P. Manlius*, etc. *exercitus in hiberna deduxerunt*] Utriusque praetoris Fulvii et Manlii praenomina memoravit h. cap. Postea eorum per partes res gestas relaturus, et a Fulvio incipiens, omisso ejus praenomine, inquit, *Fulvium Flaccum oppidum Hispanum*, etc. Videtur igitur convenire, ut de Manlio acturus ejus etiam praenomen hic omiserit, ac scripserit, *Fulvius hoc oppido capto, Manlius*. Et sane ita praeferunt Lovel. 2. et Harl. V. etiam supra ad 9, 13, 6. Praeterea vulgatum *exercitus*, quod superest in omnibus nostris, commode defendi potest ex illis, quae Gronov. notavit ad 3, 24, 5. Et ita, licet ambo consules junctis copiis ad Furculas Caudinas rem gesserint, tamen *exercitus Romani* memorantur 9, 3. At cod. Mog. praefert *exercitum in hiberna deduxerunt*, nempe quisque suum. Ita cap. seq. *Consules quoque dimittere exercitum voluerunt.*

§. 11. *Translatum argenti pondo millia CCCXX. auri LXXXIII. pondo, aureae coronae LXVII.*] Quantum ad argentum attinet, exiguum est, quod Terentius in aerarium intulit prae eo, quod scriba locuples de suo adjecit, non minus liberalis in auro coronario. Credibilior summa est in MSS. codicibus: *Translatum argenti pondo IX millia CCCXX, auri LXXX pondo, et duae coronae aureae pondo LXVII.* GELEN. Pro *millia* legendum puto *mille*, nec ad *CCCXX* referendum; alioqui author dixisset *CCCXX millia*, quae fieret immensa summa. Sensus itaque est, mille pondo argenti translatum, ac praeterea cccxx. Atque illa facile conveniet cum aliis triumphantium de ea regione imperatorum summis. Quidam legunt *IX millia, CCCXX.* GLAR. Priscam lectionem in prima parte verborum inveni in solo Lovel. 5. Glareano consentit Pighius in Ann. ad a. IↃLXXI. pag. 328. argentum triumpho translatum ita enuncians, *argenti pondo mille CCCXX.* Sed pro Gelenii emendatione stant omnes reliqui codd. nostri, nisi quod in Lovel. 2. et Harl. sit *argenti pondo trecenta viginti.* Praeterea *auri LXX. pondo, et duae coronae aureae*, tribus ultimis vocibus omissis, Voss. *auri LXXII. pondo, et duae coronae aureae*, iisdem vocibus neglectis, Lovel. 6. *auri octoginta pondo et duo, coronae aureae sexaginta se-*

Digitized by Google

1 XVII. Eodem anno, inter populum Karthaginiensem et regem Masiniſſam in re praesenti disceptato-
2 res Romani de agro fuerunt. ceperat eum ab Karthaginienſibus, pater Maſiniſſae, Gala: Galam Syphax inde expulerat: poſtea, in gratiam soceri Has-
3 drubalis, Karthaginienſibus dono dederat. Karthaginienses eo anno Maſiniſſa expulerat. Haud minore certamine animorum, quam quum ferro et acie
4 dimicarunt, res acta apud Romanos. Karthaginienses, quod primo majorum suorum fuiſſet, deinde ab Syphace ad se perveniſſet, repetebant. Maſinissa, *paterni regni agrum se et recepiſſe, et habere jure*

ptem Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. *auri septuaginta pondo et duo, coronae aureae sexaginta septem* Lovel. 4. Mead. 2. et Gaertn. *auri septuaginta pondo, et duae coronae aureae LXVII* Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. *auri LXXX duo pondo, coronae aureae pondo LXVII* se in ed. Rom. principe inveniſſe, teſtatur Hearnius. Mihi contra *auri LXXII pondo, coronae aureae sexaginta septem* in edd. Camp. et Parm. ut et in Lov. 5. obvium fuit. In proximis demum *auri LXXXII pondo, aureae coronae LXVII.* Frobenius anno 1535. lectionem Gelenii recepit: Pighius vero l. laud. summam auri et numerum coronarum aurearum eadem forma enunciavit, qua proxime ante Gelenium concipiebatur. Eamdem lectionem probavit nuper Crevierius praetexens, nimium ceteroquin pondus eſſe, quod in duas coronas impendatur: neque Livio insolens eſſe, coronarum pondus non exprimere. An potius proxime lectionem, quam ex codd. Mſtis Gelenius laudat, legendum *auri octoginta pondo et duo, coronae aureae pondo sexaginta septem?* Paullo ante *decessit* Lov. 2. et Harl.

§. 1. *Inter populum Karthaginiensem et regem Masinissam in re praesenti disceptatores*] Vox *regem* deeſt in Harl. Sed vide ad 38, 48, 5. Tum *in praesenti*, media voce neglecta, Lov. 5. et ed. Camp. Male. V. ad 34, 62, 15.

§. 2. *In gratiam soceri Hasdrubalis*] *in gratiam generis Hasdrubal* Gaertn. *in gratia generi Hasdrubalis* Lov. 6. De locutione *in gratiam alicujus* vide ad 39, 26, 12. Mox §. seq. *Masinissam expulerant* male Lov. 3. *expulerat Masiniſſa* Lov. 1. 6. et Gaertn.

§. 4. *Karthaginienses, quod primo majorum suorum fuiſſet*] Pall. *quod majorum suorum fuiſſet, deinde ab Syphace ad se veniſſet.* GEBH. *quod more majorum* Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. 1. Gaertn. et ed. Ven. anni 1498. *Karthaginienses more majorum* Lov. 1. *Karthaginiensesque more majorum* Harlej. *Karthaginienses quod majorum* Mead. 2. Mox *deinde et a Syphace* Voſſ. hinc *veniſſet* Lovel. 4. et

Digitized by Google

gentium, ajebat, *et cauſſa, et poſſeſſione ſuperiorem esse. nihil aliud se in ea disceptatione metuere, quam ne* 5
pudor Romanorum, dum vereantur, ne quid socio atque amico regi adversus communes suos atque illius hoſtes indulſiſſe videantur, damno ſit. Legati poſſeſſionis jus 6
non mutarunt. cauſſam integram Romam ad senatum rejecerunt. In Liguribus nihil poſtea geſtum. recesserant primum in devios saltus: deinde, dimiſſo exercitu, paſſim in vicos caſtellaque sua dilapſi sunt. Consules quoque dimittere exercitum voluerunt, ac 7
de ea re Patres consuluerunt. Alterum ex his, dimiſſo exercitu, ad magiſtratus in annum creandos

Mead. 2. Praeterea *se recepiſſe* Lov. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui voculam *et* mediam interposuit. Tum *et habuisse* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Tandem *gentium jure* Lov. sex, Harl. Mead. 2. et edd. vett. Aldus deinde ordinem invertit.

Et cauſſa, et possessione superiorem eſſe] *potiorem esse* Voſſ. quod pro gloſſemate habeo, reliquis omnibus vulgatum tuentibus. *Superior esse* dicitur, qui potius, melius jus habet. Supra 34, 31, 9. 10. *In ea controversia* etc. *superior sum et aequitate rei, et veſtra confessione.* Cic. Divin. in Caecil. 19. *Ego, si superior ceteris rebus esses, hanc unam ob caussam te accusatorem repudiari putarem oportere.*

§. 5. *Ne pudor Romanorum*, etc. *damno sit*] Etsi innumeris locis omittitur reciprocum, tamen id mihi hic valde durum videtur. *sibi* ante *sit* facile perire potuit. DUKERUS.

Adversus communes suos atque illius hoſtes] *Tò suos* exulat ab omnibus scriptis noſtris, et edd. vetuſtis. Recte id Aldus ex cod. Mog. recepit. Paullo ante *in sua disceptatione* Voſſ.

§. 6. *Legati possessionis jus non mutarunt*] Pal. pr. *non imitarunt.* Forte *non immutarunt.* GEBH. *possessiones non mutare* Lov. 1. 6. et Voſſ. *non mutare* etiam Lovel. 2. Harl. et Mead. 1.

Caussam integram Romam ad senatum rejecerunt] *caussam in integrum* male cod. Mog. Liv. 10, 25, 17. *Ut omnia integra ac libera Q. Fabio servarentur.* 38, 9, 1. *Re integra praetorem et principes consulerent.* 36, 35, 10. *Integram se caussam eorum Romam rejicere.* 39, 4, 4. *Ut ea disceptatio integra in adventum suum servaretur.* cap. 38, 6. *De legionibus deportandis, quum de consulum praetorumque exercitibus ageretur, rem integram referri jusserunt.* Cic. 13. ad fam. Ep. 4. *Quamobrem eſt tuae prudentiae, aut sequi ejus auctoritatem, aut certe illi integram omnem caussam reservare.* ad Brut. epiſt. 18. *Omnino jam tempora integram tibi caussam reservant.* Vide Cort.

Digitized by Google

venire Romam jusserunt: alterum cum legionibus suis
8 Pisis hiemare. Fama erat, Gallos Transalpinos juventutem armare: nec, in quam regionem Italiae effusura se multitudo esset, sciebatur. ita inter se consules compararunt, ut Cn. Baebius ad comitia iret,

ad Sall. Jug. 108. Vox *Romam* male deest in Lov. 6. Mox *recesserunt* Lovcl. 1. 3. et 6. qui forte ita dederunt, quod sequitur *dilapsi sunt*. Verum, plusquamperfecta et perfecta saepissime jungi, vidimus ad 34, 26, 12.

§. 7. *Voluerunt, ac de ea re Patres consuluerunt. Alterum ex his*] *ut de ea re* Voss. et Lov. 1. ac 6. Ea lectio placere posset, si plures codd. consentirent; modo ita distingueretur: *Dimittere exercitum voluerunt. Ut de ea re Patres consuluerunt, alterum ex his.* At reliqui codd. stant pro vulgato.

Alterum cum legionibus suis Pisis hiemare] In sequentibus subjungitur, inter consules convenisse, ut Cn. Baebius ad comitia iret; unde sequitur, L. Aemilium ejus collegam cum legionibus suis Pisis hiemasse. Huic dispositioni adversantur, quae infra obcurrunt cap. 19, 8. *Quod deerat militum, sumere a Cn. Baebio proconsule, qui Pisis hibernabat, jussus praetor.* et c. 25, 7. ubi L. Aemilius, prorogato ex consulatu imperio, quum a Liguribus Ingaunis, in quos principio veris exercitum introduxerat, obpugnaretur, *duos equites ad Cn. Baebium proconsulem cum literis Pisas mittit, ut obsesso sibi per inducias quam primum subsidio veniret.* Sed haec forte ita ex sententia Clariss. Dukeri conciliari possunt, si dicamus, Ligures, altero exercitu e finibus suis abducto, ad arma rediisse, atque in eos L. Aemilium moviisse: eo vero tumultu Romae audito, quum duobus exercitibus adversus eos opus esse videretur, Cn. Baebium, perfectis comitiis Pisas remissum, milites, quos dimiserat, ad signa revocasse, vel legiones urbanas, quae ad incerta bellorum scribi solebant, eo secum adsumsisse. Clariss. Crevierius putat, neutrum e consulibus exercitum dimisisse. Mutatis enim temporibus mutatam esse et senatus et consulum sententiam.

§. 8. *Ita inter se consules compararunt*] *tum inter se consules* Harl. *ita tamen inter se consules* Voss. Lov. 1. et Gaertn. quorum ultimus etiam legit *compararant*. Lov. 3. *comparaverunt*.

§. 1. *Creati P. Cornelius Lentulus, M. Baebius Pamphilus*] Consulares tabulae, quae in Capitolio sunt, quibus tantum tribuo, quantum non depravatis alteris Romanorum monumentis est tribuendum, consules edunt, *P. Cornelium Cethegum, M. Baebium Tamphilum.* Item Plin. lib. 13. cap. 13. ex Cassii Heminae annalibus. Ita vero legendum esse etiam apud Livium, apparet ex eo, quod *P. Cornelius Cethegus* biennio ante praetor fuit; *Lentulus* nullus praetor editus est. Nemo autem per haec tempora ad consulatum fere, nisi praetorius, perveniebat. SIG. Adde Pighium ad A. V. IↃLXXII. *Cethegum* et *Tamphilum* etiam Fasti

Digitized by Google

iret, quia M. Baebius frater ejus consulatum petebat.

XVIII. Comitia consulibus rogandis fuere. creati P. Cornelius Cethegus, M. Baebius Tamphilus. Praetores inde facti, duo Q. Fabii, Maximus et Buteo, Ti. Claudius Nero, Q. Petillius Spurinus, M.

Idatiani, *Cetegum* et *Amphilum* Caesari hujus anni consules habent. Harduinus ad Plinii 13. Hist. Nat. 13. probat vulgatam scripturam Livii, et Baebii cognomen in omnibus MSS. Plinii *Pamphilus* esse dicit. Addit non credendum esse Fastis Capitol. *Tampilum* (*Tamphilum* debuerat scribere) Baebiae gentis cognomen esse asseverantibus, et auctoritatem nummorum veterum, e quibus viri docti Cornelio huic *Cethegi*, et genti Baebiae *Tamphili* cognomen asseruerunt, suo more, id est, admirandis, sed nemini creditis nec credendis, commentis eludere conatur. Si vel sexcenti MSS. Livii et Plinii hujus anni consulibus Cornelio *Lentuli*, et Baebio *Pamphili* cognomen tribuerent, nihil certius foret, quam eos omnes corruptos esse. DUKER. *Lentulus* servant omnes nostri, ut et Valer. Max. 2, 5, 1. *Cethegus* contra, praeter Plinium, etiam Nepos in Hann. 13. Mihi quoque verius videtur, notius Corneliorum cognomen *Lentulus* minus frequenti alteri *Cethegus* substitutum esse. Recte etiam *Tamphilus* omnes scripti, et edd. vett. pro quo demum Ascens. anno 1513. *Pamphilus* reposuit. V. etiam ad 21, 6, 8. De sententia Harduini, *Cethegorum* memoriam nummis conservatam, et gentis Baebiae familiam *Tamphilorum* fuisse negantis, vide etiam Clariss. Haverk. in Comm. ad Thesaur. Morell. tom. 1. pag. 134. et pag. 43.

§. 2. *T. Claudius Nero*] *Ti. Claudius*, ut saepe. SIGON. Ita legit Voss. reliqui *T. Claudius* et hic, et §. seq. quibus ibi consentit Voss. Gruterus in ultima editione subposuit *C. Claudius*, quod recentiores servarunt. Gruterus autem in eo secutus est Pighium, qui ita legendum monuit in Ann. Rom. ad ann. IDLXXII. pag. 330. Rationem addidit, quia triennio post *Ti. Nero* praetor reperitur. Vide Liv. 40, 59. Ideo vero potius *Caji*, quam aliud, praenomen substituisse videtur, quod Claudiis Neronibus apud Livium tantum *Appii*, *Caji*, et *Tiberii* praenomina tribuantur, et Ap. Claudius Nero praetor memoratus sit anno quarto decimo ante supra 33, 42. Ti. Claudius Nero praetor triennio post sequatur. Verum quis pro certo adfirmare sustinebit, in gentis Claudiae per plura capita latissime propagatae familia Neronum non nisi unum Ti. Claudium Neronem, qui honorum capax erat, hoc tempore floruisse? Proxime igitur codd. scriptos cum Sigonio edidi *Ti. Claudius*.

Q. Petillus Spurinus] *Petillius*, ut lib. 38, [50, 5.] in hujus tribunatu dixi. SIGON. *Titi* praenomen ei mox §. seq. tribuunt Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Moguntinos, qui *Q.* restituerunt, concinentibus reliquis scriptis. Hoc etiam loco recte in idem praenomen consen-

Digitized by Google

3 Pinarius Posca, L. Duronius. His, inito magistratu, provinciae ita sorte evenerunt. Ligures consulibus; praetoribus, Q. Petillio urbana, Q. Fabio Maximo peregrina, Q. Fabio Buteoni Gallia, Ti. Claudio Neroni Sicilia, M. Pinario Sardinia, L. Duronio
4 Apulia; et Istri adjecti, quod Tarentini Brundisinique nunciabant, maritimos agros infestos transmarinarum navium latrociniis esse. eadem Massilienses

tiunt omnes scripti, et editi. Utrum *Petilius*, an *Petillius*, scribendum sit, vidimus ad 38, 50, 5. ubi Sigonii sententiam probandam dixi. Vide etiam Dausq. in Orthogr. part. 2. h. voce. Mox *Pusca* Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *Pisca* Harlej. Tota vox deest in Lovel. 3. et 6. Tum Duronii praenomen *L.* deest in Voss. et Lov. 1. qui iidem codd. cum Lov. 2. 3. 4. et Mead. 1. scribunt *Duronius*.

§. 3. *Q. Fabio Maximo peregrina, Q. Fabio*] Ex more Livii *Quintis Fabiis Maximo peregrina, Buteoni Gallia.* J. FR. GRON. Morem hunc non semper observavit Livius; certe non 37, 50, 8. *Q. Fabius Pictor flamen Quirinalis Sardiniam, Q. Fabius Labeo classem.* In similibus igitur nihil mutandum sine consensu codicum, qui hic vulgatum tuentur, exceptis Lovel. 3. et 6. a quibus quatuor priores voces exsulant, quae non aliam ob causam scribarum neglegentia omissae sunt, quam quod τὰ *Q. Fabius* bis repetantur. Vide ad 9, 11, 11.

§. 5. *Quatuor legiones consules, quina millia ducenos*] Lege *quatuor legiones consulibus, quae quina.* GELEN. Ab Gelenio additum τὸ *quae* sine ulla mentione librorum veterum. Certe nobis inspecti membranacei omnes una cum prius editis id non agnoscunt. Nihil certius, quam Livium more suo scripsisse: *Exercitus inde decreti. quatuor legiones consulibus: quina millia ducenos pedites, trecenos haberent equites, et quindecim millia sociúm ac Latini nominis, octingentos equites.* J. FR. GRON. *quae* à Gelenio additum non comparet in ullo vel nostro, vel Hearnii Mstο; sed ejus loco *ut* legit Lov. 2. quod repetitum videtur ex ultimis literis praecedentis *consulibus*. Nam *consulibus*, ut Gelenius reposuit, vel per compendium *coss.* praeferunt omnes scripti, et edd. vett. usque ad Aldum, qui compendium *coss.* perperam extulit *consules*. Idem error saepissime in Mstis obcurrit, librarios nempe hoc scribendi compendium non eo, quo debebant, casu reddidisse. Exempla vide ad 2, 33, 9. cap. 37, 6. cap. 40, 2. 4. cap. 46, 2. cap. 47, 10. c. 48, 1. c. 55, 3. Tot ex uno libro laudata testimonia docere possunt, innumera in reliquis omnibus supersse. In aliis similibus aliarum vocum compendiis pari modo librarios partim in casu, partim in numero evolvendo, obfendisse, vidimus ad 10, 10, 2. Praeterea *ducentos* Lov. 1. 5. Harl. Gaertner. et ed. Camp. *ducentenos*, utraque lectione juncta, Voss. V. ad 3, 44, 4. De voce *ducentenus* vide ad 45, 16, 3. Verum et aliud hic latet. Voces sequentes hac for-

Digitized by Google

de Ligurum navibus querebantur. Exercitus inde 5
decreti: quatuor legiones consulibus, (quina millia ducenos Romanos pedites, trecenos haberent equites) et quindecim millia sociùm ac Latini nominis, octingenti equites. In Hispaniis prorogatum veteri- 6
bus praetoribus imperium est cum exercitibus, quos haberent. et in supplementum decreta tria millia civium Romanorum, ducenti equites: et sociùm Lati-

ma concipiuntur: *quindecim millia sociûm ac Latini nominis, octingentos equites*, quae referri nequeunt nisi ad verbum proximum *haberent*. Eo tamen illas referri non posse, vel tirones vident. Non enim hi milites sociales contributi erant in legiones. Quare omnino haec verba casu primo enuncianda sunt, ut referantur ad remotius *decreti*. Error hic ortus erit ex notis, quibus numeri perscripti erant, quasque librarii, quo casu proferendae forent, adsecuti non sunt. Exempla alia passim obcurrunt. Ita mox §. 6. cap. seq. §. 6. supra hoc lib. cap. 1, 7. Adde 2, 22, 2. 10, 2, 11. 35, 9, 7. 36, 38, 4. 42, 12, 9. Praeterea numerus cardinalis *quindecim millia* et *octingenti* stricte sumtus indicat, ambobus consulibus simul tot milites sociales datos esse, sive cuique eorum septem millia quingentos pedites, quadringentos equites. Sed verisimile non est, consulibus, quorum cuique in duabus legionibus decem millia et quadringenti pedites, sexcenti equites decreti sunt, tam paucos milites sociûm ac Latini nominis adsignatos esse. Quamvis enim, quot socii milites conscriberentur, in arbitrio fuerit senatus, semper tamen vel totidem, vel plures fuerunt, quam legionarii. V. ad 38, 35, 9. Adde locum Livii 42, 31. Hinc constare potest, numerum cardinalem in distributivum esse mutandum. Hoc etiam modo frequenter librarios lapsos esse, vidimus ad 32, 18, 11. Totum igitur locum hoc modo scribendum puto: *Exercitus inde decreti: quatuor legiones consulibus, (quina millia ducenos Romanos pedites, trecenos haberent equites) et quina dena millia sociûm ac Latini nominis, octingenti equites.* Partim hoc etiam vidit Crevierius. Si tamen Gelenius *quae* ex cod. Mog. quem sub oculis habuit, addiderit, neque eam voculam rejicio. Certe Livius vel parentheses ulla connexione destitutas interponere solet, vel eas pronominibus cum reliqua periodo connectere. V. infra ad cap. 57, 3. Praeterea, si quis *quindecim millia* et *octingenti* servandum judicabit, haud praefracte ei adversabor, ob loca supra laudata cap. 1, 5. Ceterum, ne quis vocem *Romanos* eo praetextu delendam censeat, quod supervacua sit, quum milites non alii in legiones legantur, quam Romani, sive cives Romani, similiter locutum observo Livium cap. 26, 7. *Duas legiones civium Romanorum tumultuarias scriberet.* ubi vide.

§. 6. *Quos haberent. et in supplementum decreta tria millia civium Romanorum*] Malo *quos habebant*, vel *habuerant*. Dein ulti-

Digitized by Google

7 ni nominis sex millia peditum, trecenti equites. Nec rei navalis cura omissa. duumviros in eam rem consules creare jussi, per quos naves viginti deductae navalibus sociis civibus Romanis, qui servitutem servissent, complerentur; ingenui tantum ut iis praees-
8 sent. Inter duumviros ita divisa tuenda denis navibus maritima ora, ut promontorium iis Minervae, velut

mam vocem omittunt Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. Verum mox sequitur: *naves viginti deductae navalibus sociis civibus Romanis complerentur.* Supra cap. 1, 7. *In Hispaniam etiam utramque quae ducerentur, quatuor millia peditum civium Romanorum* etc. *scribi jussa.* cap. 26, 7. *Duas legiones civium Romanorum tumultuarias scriberet.* cap. 36, 8. *Novam legionem ei consules scribere jussi, et mille praeterea peditum civium Romanorum.* Lib. 32, 8, 2. *In supplementum legionum tria millia militum Romanorum scriberet.* Mox *trecentos equites* Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. uterque; de quo errore scribarum modo vidimus §. praec.

§. 7. *Navalibus sociis civium Romanorum, qui servitutem servissent*] Lege *navalibus sociis civibus Romanis*, non *civium Romanorum.* GELEN. Vide, libertinaene conditionis homines, an eos, qui postliminio redierint, dicere velit: nam servos vix credo, etiamsi continuo *ingenuos* subjungit. GLAR. Ut ante Gelenium edebatur, praeferunt Voss. Lov. 5. 6. Mead. 2. et Gaertn. *sociis civium*, proxima voce omissa, Lov. 3. *sociis populi Romani* Harl. Sed Gelenio *civibus Romanis* emendanti consentiunt Lov. 1. 2. 4. et Mead. 1. Et recte. Socii navales conscribebantur ex civibus Romanis, sed qui olim servitutem servierunt. *Libertini* vocantur 36, 2, 15. *In eam classem socios navales libertinos legeret.* 42, 27, 3. *Socios navales libertini ordinis in viginti et quinque naves ex civibus Romanis C. Licinius praetor scribere jussus.* cap. 31, 7. *Recognosceret socios navales, dimissisque, si qui parum idonei essent, supplementum legeret ex libertinis, et daret operam, ut duae partes civium Romanorum, tertia sociorum esset.* Patet ergo, postliminio reversos non intelligi; quos umquam *libertinos* vocatos non memini: praeterea, quum in omnia ingenuorum jura restituti reliquis deteriores non essent, causa non erat, cur potissimum in hanc minus honoratam militiam ablegarentur. Deinde *servissent servitutem* Voss. et Lov. 1. ac 3. *serviissent servitutem* Lovel. 6. et Gaertn. Vox *servitutem* omittit Harl. Male. Infra 45, 15, 5. *In quam omnes, qui servitutem servissent, conjicerent.* Vide Sanctii Minerv. 3, 3. in voce *Servio.* Paullo ante *creare consules* Lovel. 6. sed vocem *consules* male neglexit scriba Voss.

Ingenui tantum in iis praeessent] Pall. et vet. ed. *ingenui tantum ut iis praeessent.* GEBH. *in iis* primus edidit Frob. anno 1535. forte operarum lapsu: certe nullus meorum ita praefert, neque etiam Gelenius aliquid monuit. Eumdem tamen errorem omnes

Digitized by Google

cardo, in medio esset: alter in dextram partem usque ad Massiliam, laevam alter usque ad Barium tueretur.

XIX. Prodigia multa foeda et Romae eo anno 1
visa, et nunciata peregre. In area Vulcani et Con- 2
cordiae sanguinem pluit; et pontifices hastas motas nunciavere, et Lanuvii simulacrum Junonis Sospi-

servarunt usque ad Gronov. qui anno 1665. priscam lectionem, omnium Mstorum fide firmatam, revocavit. V. ad 27, 15, 15. Praeterea *ut iis possent* Voss. Scriptum fuerat per compendium *pessent;* ex quo, evanescente linea superius priori literae adjecta, facile factum est *possent.*

§. 8. *Promontorium iis Minervae*] De eo intelligo, quod in Picentinis inter Surrentum ac Salernum e regione Prochytae insulae a Ptol. ponitur. Barium, eodem auctore, non longe a Salapia ad ostia Aufidi amnis. Meminit ejus Horat. lib. 1. Serm. satyr. 3. *via pejor ad usque Bari moenia piscosi.* GLAR. De promontorio Minervae vide Cluver. 4. Ital. Ant. 3. pag. 1162. de Bario ibid. cap. 11. pag. 1210. Praeterea *usque in Barum* Voss. *usque in Barium* Gaertn. *usque ad Barum* Lov. 2. 6. Harl. et Mead. 1. Hinc *tuerentur* Lov. 5. et edd. vett. usque ad Frob. qui anno 1535. dedit *tueretur.* Nec aliter, uno illo excepto, Msti nostri.

Alter in dextram partem] Deleotiosam praepositionem. J. FR. GRON.

§. 2. *In area Vulcani et Concordiae sanguinem pluit*] Hoc et alia hinc descripsit Obseq. c. 60. de Prodig. Schefferus ibi adnotat, non unam aream, sed duplicem, id est, ni fallor, aliam Vulcani, aliam Concordiae fuisse, quia Obseq. cap. 59. in A. V. DLXX. scribit, *in area Vulcani per biduum, in area Concordiae totidem diebus sanguinem pluit.* Verum si duplex fuit, in area Vulcani etiam aliam, quae non Vulcani, sed Concordiae, diceretur, fuisse oportet: nam *aedes Concordiae in area Vulcani* erat, 9, 46. Sed hoc mihi non valde verosimile videtur, ac magis credo, Livium aream Vulcani et Concordiae pro eadem dicere, eamque modo *aream Vulcani*, modo *aream Concordiae* appellare, (* et) quia aedes Concordiae in area Vulcani erat; hic utramque conjungere. Obseq. cap. 59. duo prodigia, quorum alterum Livius 39, 46. in principio, alterum ibid. cap. 59. in fine anni DLXX. factum refert, conjunxit; non ut significaret, aliam fuisse aream Vulcani, aliam Concordiae, sed quia utrumque eodem anno acciderat. DUK. *Volcani* Lov. 4. Gaertn. et cod. Mog. Ita et scribebatur in optimo cod. 39, 46, 5. Alia v. ad 39, 53, 2. Tum *sanguine pluvit* Lov. 1. *sanguine* etiam Lov. 3. V. ad 3, 10, 6. *pluvit* etiam Gaertn. V. ad 1, 31, 1. Paullo ante §. praec. prius *et* non comparet in Lov. 1. 6. et Voss. *eo anno et Romae visa* legit Lov. 3.

Pontifices hastas motas nunciavere] Lib. 24, 10, 10. ubi prodigii similis Livius meminit, *hasta Mar-*

Digitized by Google

3 tae lacrimaſſe. et peſtilentia in agris, foriſque, et conciliabulis, et in urbe tanta erat, ut Libitina tunc

tis memoratur: *Haſtam Martis Praeneſte ſua ſponte promotam.* Saepius etiam apud Obseq. de Prodig. ut cap. 96. *Haſtae Martis in regia motae.* ubi viri docti alia exempla laudarunt. Etiam cap. 60. ubi eadem refert prodigia, quae Livius hoc loco, *Haſtae Martis motae.* Hinc Scheff. vocem *Martis* ex Obsequente verbis Livii adjiciendam conjicit, quum cetera conveniant. Ego tamen nihil mutare audeo, partim quia non variant Mſti, partim quia simpliciter *haſtae motae* etiam supra memorantur 21, 62, 4. *Lanuvii haſtam se commoviſſe.* Ad quem locum Sabellicus haſtam Junonis Lanuvinae, sive Sospitae, indicari putat; cujus sententiam egregie inluſtrant nummi gentis Prociliae, imaginem Junonis, cornibus caprinis ornatae, et haſta armatae, exhibentes, et locus Cic. 1. de Nat. Deor. 29. insignia hujus Junonis pellem caprinam, haſtam, scutulum, et calceos repandos referens, quem optime ad hunc nummum advocavit Clariſſ. Haverk. in Comm. ad Thes. Morell. tom. 1. pag. 360. An igitur hic, ubi non *haſta*, sed *haſtae* memorantur, potius indicantur haſtae quum Martis Praeneſte, aliorumque Deorum, tum Junonis Sospitae Lanuvii cultae? nam et proximum prodigium, quod Lanuvii circa simulacrum ejusdem Junonis accidit, id suadere videtur. Praeterea hoc, itidem ac sequens, prodigium non Romae, sed alibi extra urbem accidiſſe, colligo ex verbo *nunciavere*, quo utitur Livius de illis prodigiis, quae aliis locis accidiſſe Romam adferebantur. Vide ad 34, 45, 6. Et ipse etiam Livius §. 1. diſtinguit inter prodigia *Romae visa et nunciata peregre.* Mox *Lanſvii* Mead. 1. *Lavinii* Voſſ. Lov. 3. 6. Harl. et Gaertn. de quo scribarum errore vidimus ad 3, 29, 6. de *Junone Sospita* ad 8, 14, 2.

§. 3. *Et peſtilentia in agris, foriſque, et conciliabulis, et in urbe tanta erat, ut Libitina tunc vix ſubficeret*] Exiſtimabam alias, *conciliabula* dici poſſe loca illa in urbe, in quibus viri nobiles convenire solent negotiandi, vel insimul colloquendi causa, quales nunc Neapoli *Seggi*, et Florentinae *Loggie* dicta. Hanc natam opinionem confirmabam Feſti dictis lib. 3. [ea voce] scribentis, *conciliabulum* fuiſſe *locum, ubi in concilium conveniebatur*, quo in significatu usus C. Gracchus apud Gellium 3, 7. Sic Plaut. in Bacchid. [1, 1, 46.]

Quid? ſi apud te veniat de subito prandium, aut potatio
Forte, aut coena, ut ſolet in iſtis fieri conciliabulis?

Idem in Trin. [2, 2, 33.]

Ne penetrarem me usquam, ubi eſſet damni conciliabulum.

At, me haud recte sensiſſe, haec verba Livii primum admonuere, deinde mox subsequenda certiorem reddidere. Namque loca extra urbem *conciliabula* fuiſſe, Livii verba hoc in loco, tum etiam paulo infra demonſtrant [cap. 37, 3.] ubi habet: *Decemviri ſupplicationem in biduum valetudinis causa in urbe, et per omnia fora conciliabulaque edixerunt.* Et rursus (§. 4.) *Et veneficii quaeſtio ex senatusconſulto, quod in urbe propiusve urbem decem millibus paſſuum eſſet commiſſum, C. Claudio praetori*, etc. *ultra decimum lapidem C. Maenio* etc. *decreta.* Per

Digitized by Google

vix subficeret. His prodigiis cladibusque anxii Patres decreverunt, ut et consules, quibus Diis vide- 4

fora autem et *conciliabula* Livius intellexisse videtur, ut mea fert sententia, omnia, quae extra urbem erant, majora minorave oppida, castella, et loca, in quibus erant conventus aliqui juridici. *Conciliabula* autem specifice loca fuerunt, in quibus jus dicebatur, foris tamen inferiora. Conciliabulum autem a municipio, colonia, oppido, praefectura, vico, castelloque separari et distingui, docet Paulus Jurisconsultus lib. 4. Sentent. tit. 6. Hanc sententiam confirmant Frontini dicta lib. de Limit. agror. [pag. 41. ed. Goes.] ubi de controversia territorii loquitur. Quod vero in conciliabulis jus diceretur, praeter loca adducta, clarissime ostendunt verba legum antiquarum de limitibus agrorum, puta Peduceae, Alienae, seu, ut aliis, Alianae, Rosciae, Flaviae, vel, ut alii, Fabiae, in quibus legitur, in agrorum limitum litibus magistratus, qui in ea colonia, in qua erant agri controversi, municipio, praefectura, foro, conciliabulo jure dicundo praesint, facito, ut fiat. Non negandum tamen, et *conciliabulum* nonnumquam accipi pro frequenti hominum conventu. Nec ab hac interpretatione discrepant Festi et Gellii dicta, si recte perpendantur. Conciliabulum vero minoris fuisse conditionis municipio, declarat Front. l. cit. inquiens: *Hoc conciliabulum fuisse fertur, postea in municipii jus relatum.* Et Urbicus de Limit. agror. [pag. 60. ed. Goes.] *Sunt autem loca publica coloniarum, ubi prius fuere conciliabula, et postea sunt in municipii jus relata.* Ex quibus colligimus, municipia melioris conditionis fuisse coloniis, quod et Gellius 16, 13. ex Caesaris D. Adriani oratione demonstrat. Sic Livius 34, [45.] et Paterc. 1, [15.] scriptum reliquit, Puteolos primum coloniam fuisse, qui tamen paulo post ante Ciceronis consulatum in municipii conditionem mutati, uti constat ex eodemmet Cic. in orat. in Rull. [2, 32.] et in altera pro Coelio [2.] Ex superius etiam adductis satis constare puto, distinctionem inter *forum* et *conciliabulum* allatam a Car. Sigonio lib. 2. de Antiq. jure Ital. 15. minime subsistere, dum inquit, in conciliabulis exercitas nundinas, in foro vero amplius jus dictum. Nam locus Livii, ab ipso adductus, lib. 7, [15.] ad suam confirmandam sententiam, tantum abest, ut illi faveat, ut illi adversari facile dignoscatur. Inquit enim, legem latam, ne ambiendi magistratus gratia nundinas et conciliabula obire liceret. Non enim Livium pro eadem re nundinas et conciliabula accepisse dicendum, sed inter se distincta fuisse, non ambigendum, et utrobique homines frequenter convenire consuevisse. In conciliabulis vero et jus dictum fuisse, satis jam probatum existimo. MARC. DONAT. Vocula initialis *et* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. De *foris* et *conciliabulis* vide Turnebum infra hoc lib. ad cap. 37, 3. Tum *et in conciliabulis* Gaertn. Quamvis autem Livium praepositiones repetere solitum fuisse notarim ad 6, 28, 6. unius tamen codicis testimonium non tantum pondus habere videtur, ut ei invitis reliquis credendum sit. Insuper *in urbe*, omisso praecedenti *et*, Lov. 3. 6. *in urbem* Lov. 1. *in urbemque* Voss. *in urbeque* Gaertn.

Digitized by Google

retur, hostiis majoribus sacrificarent, et decemviri
5 libros adirent. Eorum decreto supplicatio circa omnia pulvinaria Romae in diem unum indicta est. iisdem auctoribus et senatus censuit, et consules edixerunt, ut per totam Italiam triduum supplicatio et
6 feriae essent. Pestilentiae tanta vis erat, ut, quum propter defectionem Corsorum, bellumque ab Ilien-

Libitina vix sufficeret, ut 41, 21, 6. *Ne liberorum quidem funeribus Libitina sufficiebat*. De *Libitina* vide Kirchm. 1. de Funer. 9. qui eam vocem hic poni existimat pro eo, quod ad curandum funus erat necessarium, quia similia in Libitinae templo venalia erant: Crevierius pro iis, qui funebribus officiis obeundis praesunt.

§. 4. *Et decemviri libros adirent*] Copulativa deest in Voss. et Gaertn. quam male elisit ultima syllaba vocis praecedentis *sacrificarēt*, vel *sacrificarent*. Vide ad 37, 59, 1.

§. 5. *Iisdem auctoribus et senatus censuit, et consules edixerunt*] *hi iisdem auctoribus* Mead. 2. Ejus scriba vel duas lectiones *hisdem* et *iisdem*, quas in codice suo invenerat, junxit. Vide ad 3, 44, 4. certe *hiisdem auctoribus* est in Lov. 4. vel scribere voluit *his iisdem auctoribus*. Supra 3, 17, 6. *Arcem ab his iisdem Sabinis auro captam recepistis*. ubi vide, et adde Cort. ad Sall. Jug. 14, 21. Praeterea hic etiam priori loco copula exsulat a Lov. 3. Vide ad 2, 44, 3.

§. 6. *Bellumque a Biliensibus concitatum in Sardinia*] Quidam emendarunt *ab Iliensibus*. At ego legendum puto ex Strabonis lib. 5, [225.] *Iolensibus*: nisi quis potius *Iluensibus*, per *u* in secunda syllaba, legere velit. *Iluae* duae ejus nominis apud Ptolemaeum sunt insulae, altera e regione Populoniae, altera inter Corsicam ac Sardiniam. GLAR. Non recte *Iolensibus*, aut *Iluensibus* reponendum censet Glareanus, cum *Ilienses* Sardiniae populi a Plinio et Solino commemorentur. †„Lectio haec apud „auctores ambigua est.“†. SIG. *a Biliensibus*, male in voces suas divisis literis, olim unica serie scribi solitis, Lov. 4. 5. et Mead. 2. *ab Yliensibus* Lov. 6. *ab Illibiensibus* Gaertn. *ab Iliensibus* reliqui codd. *Iluenses* a nullo scriptore memorantur. in nullo etiam cod. *ab Iolensibus* inveni. Nihilominus cum Glareano, ita legendum existimante, facit Merula ad Fragm. Enn. pag. 569. Duplex in Sardinia populus exstitisse dicitur, Ἰολαεῖς vel Ἰολάειοι, dicti ab Iolao, qui ex Thespiensibus et Attico agro in hanc insulam coloniam duxit, et Ἴλιεῖς vel Ilienses, qui Troja capta huc adpulsi partem Sardiniae obtinuerunt. Vide, quae notavi ad Silii 12, 362. Utrumque hunc populum confudit Harduin. ad Plinii 3. cap. 7. secundum quem Ἴλιεῖς Ilio everso huc confugere Iolao duce, unde et Ἰολάειοι vocantur. Verum error ejus ex Paus. in Phocic. 18. ab ipso laudato, qui multis *Iolenses* et *Ilienses* distinguit, satis refellitur. Quum itaque et Ἰολαεῖς et Ἴλιεῖς

Digitized by Google

sibus concitatum in Sardinia, octo millia peditum ex sociis Latini nominis scribi placuisset, et trecentos equites, quos M. Pinarius praetor secum in Sardiniam trajiceret, tantum hominum demortuum esse, tantum ubique aegrorum consules renunciaverint, ut is numerus effici militum non potuerit. quod deerat militum, sumere a Cn. Baebio proconsule, qui

in Sardinia habitasse credantur, et codd. ferme omnes *ab Iliensibus* hic et cap. 34. tueantur, nullus certe *ab Iolensibus* praeferat, infra etiam 41, 6. et 12. viri docti ex unico cod. *Ilienses* ediderint, legitima causa esse nequit, cur vulgatum displicere debeat. Accedit, Ἰολαεῖς non *Iolenses*, sed *Iolaënses* Latine reddi debere. Salmasius quidem in Exerc. Plin. pag. 70. ubi etiam passim in Livio *Iolenses*, pro *Ilienses*, scribendum censet, multa adfert, ut gentilis hujus *Iolensis* formam probet. Putat enim, ut non tantum *Arcesilaus*, sed etiam *Arcesilas* dicebatur, sic etiam dictum esse *Iolaus* et *Iolas*, a posteriori autem formari *Iolenses*: id inde probat, quod Ἰόλεια, quae aliter Ἰολάεια vocantur, saepe apud Schol. Pindari memorentur; praeterea quia, ut a Φωκαεῖς sunt *Phocenses*, ita ab Ἰολαεῖς formari possunt *Iolenses*. Sane frequenter *Iolaïa* apud dictum Schol. memorata reperi; verum simul, nomen ejus festi varie scribi. Ἰόλεια tantum tribus locis inveni, ut ad Pythion. 9, 154. et Isthmion. 1, 2. et 4, 117. At Ἰολάεια ad Nemeon. 4, 32. et Isthmion. 1, 79. ut et in Schol. recent. ad Olympion. 7, 154. neque aliter editur apud Diodor. Sic. 5. pag. 205. Contra Ἰόλαια vel Ἰόλαΐα ad Olympion. 7, 153. 9, 148. Nemeon. 4, 21. et in Schol. recent. ad Olymp. 7, 154. pro varia lectione, et 9, 143. quomodo etiam editur apud Pausan. in Phocic. 18. Et ita hoc festum vocant Meurs. Graec. feriatae lib. 4. voc. Ἰολάΐα, et Fasold. de Festis Graecor. Decade 9. Festo 9. Verius itaque puto, ad eumdem modum ubique apud Scholiast. scribendum esse. Praeterea vox Φωκαεῖς huc perperam adducitur. Est enim a Φώκαια Ioniae urbe, et etiam formatur Φωκαιεῖς, Latine *Phocaeensis*: at *Phocensis* Graecis est Φωκεῖς, gentile τοῦ Φωκίς, quae regio est Graeciae. Vide supra ad 5, 34, 8. Ut finiam, contra Salmasium, hic *ab Iolensibus* scribendum contendentem, ut modo contra Glareanum et Merulam, urgueo codicum undecim, quibus utor, dissensum, quorum nullus ita legit; quum fere omnes vulgatum tueantur.

Ex sociis Latini nominis scribi placuisset] Libri omnes *ire placuisset*. GEBH. *ire* etiam omnes nostri, et edd. vett. quas vidi. *scire* se in Oxoniensi L. 1. et ed. Alexiensi principe inveniisse, auctor est Hearnius. Moguntini monuerunt, sibi in membranis suis obvium fuisse *placuisset scribi*; unde Aldus *scribi placuisset* reposuit. Mox *trecenti* Lovel. 2. et Gaertn. Vide ad cap. praec. §. 5.

§. 7. *Tantum ubique aegrorum consules renunciaverint*] *tantum utrique aegrorum* Voss. unde con-

Digitized by Google

Pisis hibernabat, jussus praetor, atque inde in Sar-
9 diniam trajicere. L. Duronio praetori, cui provin-
cia Apulia evenerat, adjecta de Bacchanalibus quae-
stio est: cujus residua quaedam velut semina ex
10 prioribus malis jam priore anno adparuerant: sed
magis inchoatae apud L. Pupium praetorem quae-

jici posset, scribendum esse *utique*. Sed nihil muto.

Ut is numerus effici militum non potuerit. quod deerat militum] Postremam vocem e margine irrepsisse crediderim. J. FR. GRON. *numerus militum effici* Lov. 6. Si alterutro loco vox *militum* ὑποβολιμαία est, eam priori potius delerem. Sed, similes vocum praecedentium repetitiones Livio familiarissimas esse, vidimus ad 1, 3, 9. Mox *hibernaverat* Lovel. 6. Utrum ibi hibernarit Baebius, vide ad cap. 17, 7.

§. 9. *Cui provincia Apulia evenerat, adjecta de Bacchanalibus quaestio est*] Pall. *objecta*. GEBH. Similiter Lov. 4. Gaertn. Harl. et Mead. ambo. Praeterea *provincia Apulia venerat* Harl. Lov. 3. Mead. 1. et Gaertn. a manu 1. V. ad 9, 12, 1. *provincia Apuliae venerat* Voss. Lov. 1. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. a manu 2. Ita *pugnae venisset* pro *pugna evenisset* supra erat in Mstis 8, 31, 5. Vide ad eumdem lib. 9, 12, 1. *provincia Apuliae evenerat* Lovel. 5. et edd. vett. quod eodem modo dici potuit, quo *provincia Lucani et Galliae* 25, 3, 5. *lacus Lucrini* (*Averni*) 24, 12, 4. 13, 1. 20, 14. *lacus Timavi* 41, 1, 2. 2, 1. *flumen Asturae* 8, 13, 5. *populus Atheniensium, Lacedaemoniorum* 45, 23, 15. *arbor abietis* 24, 3, 4. *promontorium Pachyni* 24, 35, 3. Vide Celeberr. Duker. ad Flori 2, 6, 18. Verius tamen videtur, sequentis vocis literam initialem perperam in fine praecedentis repetitam fuisse. Vide ad hunc lib. cap. 8, 7. Praefero itaque vulgatum *provincia Apulia evenerat*, quod Frob. anno 1531. reposuit, et supereſt in Lov. 2. Nam ita Livius loqui solet. Vide ad 36, 39, 1.

§. 10. *Apud L. Puppium praetorem*] Quidam codices *T.* habebant, sed *L.* legendum. Consulibus enim M. Claudio Marcello et Q. Fabio Labeone L. Puppius fit praetor Apuliae. Proximo autem ante eum anno Bacchanalium quaestiones cum omni cura exsecutus erat L. Posthumius Tempsanus. De hujus autem Puppii exsecutione nihil, quod sciam, meminit Livius. GLAR. Praetoribus, qui Apuliam sortiebantur, quaestionem de Bacchanalibus adjectam fuisse significat. Sic enim de L. Postumio, qui triennio ante praetor fuerat, [39, 41.] *Et L. Postumius praetor, cui Tarentum provincia evenerat, reliquias Bacchanalium quaestionis cum omni exsecutus est cura*. Hoc etiam loco L. Puppium priori anno, et L. Duronium sequenti praetores cum Apulia quaestionem eandem obtinuisse ait. Hoc dixi, ne quis *L. Postumium*, pro *L. Pupio*, hoc loco reponendum esse censeret, ut quidam fecerunt. SIG. Et in praenomine, et in nomine gentili scripti et editi variant. Praenomen *Ti.* ipsi tribuit Voss. *T.* reliqui scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. qui tamen 39, 39. et 45. constan-

Digitized by Google

ſtiones erant, quam ad exitum ullum perductae. id perſecare novum praetorem, ne serperet iterum latius, Patres juſſerunt. Et leges de ambitu consules 11
ex auctoritate senatus ad populum tulerunt.

XX. Legationes deinde in senatum introduxerunt. 1
Regum primas, Eumenis, et Ariarathis Cappadocis,

ter *L.* vocatur, quod primus etiam Aldus hic reposuit. Dein *Puppium* Lovel. 1. edd. Mog. et reliquae, quia ita alibi apud Livium edebatur; sed recte Gronov. 1665. *Pupium* emendavit: ita enim non tantum edd. priores, sed et reliqui omnes codd. Eam etiam veram nominis orthographiam eſſe, vidimus ad 39, 45, 2. Insuper *propraetorem* ad marginem Livii conjicit Clariſſ. Jac. Perizon. quia Pupius anno IↃLIX. praetor creatus Apuliam sortitus eſt; quam eum etiam proximo anno IↃLXXI. obtinuiſſe, et de Bacchanalibus, quorum residua quaedam velut semina adparebant, jus dixiſſe, hic locus docet. Eo autem tempore non praetor, sed prorogato imperio propraetor fuit. Verum, *propraetores* saepe *praetores* vocari, docuerunt Sigon. ad 28, 38, 4. et Clariſſ. Duker. ad 23, 40, 1.

Quam ad exitum ullum perductae] Pall. *ullae perductae*. GEBH. Similiter Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et priscae edd. Primus deinde Frob. anno 1531. dedit *ullum*; quod in reliquis fuiſſe videtur, unde nihil notatur.

§. 11. *Et leges de ambitu consules ex auctoritate senatus ad populum tulerunt*] In plerisque codicibus haec verba mutila erant, quanquam ne nunc quidem satis clara; quippe ea ita narrat, quasi ex prioribus nota sint; cum nusquam earum legum antea, quod quidem sciam, sit mentio. GLAR. Pall. uterque, *Et legem de ambitu consules ex auctoritate senatus introduxerunt*. Vet. ed. *Et legem de ambitu legationes consules ex auctoritate senatus introduxerunt*. GEBH. Quae harum legum sententia fuerit, non conſtat. Vide Sigon. 2. de Judic. 30. DUK. In omnibus etiam noſtris, et Hearnii L. 1. plura verba exciderant ob repetitionem vocis *senatus* hoc loco, et *senatum* cap. seq. Ut vero verba praecedentia connecterent, varie ea interpolarunt: at singulas lectiones, manifeſta scribarum somnia, recensere operae pretium non eſt. Quod nunc exſtat, Aldus ex Mog. cod. recepit. Ceterum Sigonius d. l. putat, hoc anno duas leges de ambitu, alteram ab Aemilio, [immo Cornelio; Livium enim anni IↃLXXI. geſta jam referre, ex verbis cap. praecedentis, *His inito magiſtratu, provinciae ita sorte evenerunt*, patet] alteram a Baebio latam eſſe. In dubium tamen res vocari poteſt, ac censeri, ambos consules simul unam legem tuliſſe, vel alterum alteri, et forte Cornelium Baebio, eam ferendi provinciam conceſſiſſe: cur enim de eadem materia eodem tempore duae leges ferri juberentur? una enim lex plura capita, quibus variae ambitus speciei obviam iretur, continere potuit. An igitur, ut plures codd. omnesque edd. ante Aldum praeferunt, legendum *Et legem de ambitu?*

§. 1. *Regum primas Eumenis*]

Digitized by Google

et Pharnacis Pontici. nec ultra quidquam eis responsum eſt, quam miſſuros, qui de controverſiis eorum
2 cognoscerent, ſtatuerentque. Lacedaemoniorum deinde exsulum et Achaeorum legati introducti sunt. et spes data exsulibus eſt, scripturum senatum Achaeis, ut reſtituerentur. Achaei de Meſſene recepta, compositisque ibi rebus, cum adsensu Patrum
3 exposuerunt. Et a Philippo rege Macedonum duo legati venerunt, Philocles et Apelles, nulla super re, quae ab senatu petenda eſſet: speculatum magis inquisitumque miſſi de iis, quorum Perseus Demetrium inſimulaſſet sermonum, cum Romanis, maxime cum T. Quinctio, adversus fratrem de regno

Scribe cum antiquioribus *primas*, ut omnes tres includat numerus ille. sequitur enim, *Lacedaemoniorum deinde exulum et Achaeorum legati introducti sunt.* Eſt tamen vitium illud scripti Moguntini. J. FR. GRON. Vox *Regum* deeſt in Lov. 3. sequens vox in Harl. Sed illa etiam utitur Polyb. eadem legatis responsa, quae hic Livius, data referens, in Exc. Legat. num. 53. *Τούτοις*, legatis regum, *πρῶτον ἐχρημάτισεν ἡ σύγκλητος. prima* quidem erat in cod. Mog. *primas* tamen, ut antea edebatur, Aldus, qui ex cod. Mog. lectionem vulgatam emendavit, retinuit; similiter reliqui usque ad Gruterum, cujus poſtuma ed. *prima* dedit. Sed recte Gronovius *primas*; neque aliter scripti noſtri, nisi quod quidam eorum, qui *Legatos*, pro *Legationes*, ex gloſſa legunt, etiam praeferant *primos*.

Ariaratis] *Ariarathis*, ut supra. SIGON. Vide ad 37, 31, 4. Adspirationem etiam agnoscunt plerique codd. et omnes edd. antt. Eam demum omisit Frob. anno 1535.

§. 3. *Et a Philippo* etc. *duo legati venerunt, Philocles et Apelles*] Prima vocula deeſt in Lovel. 3. Dein *Pholocles* Lovel. 1. 2. 6. et Mead. 1. *Pholoches* Voſſ. *Phelodes* Gaertn. *Pholodes* Lovel. 3. et 4. Sed nihil mutandum cum reliquis. Nam *Philocles* etiam infra memoratur cap. 54. et 55. Utrumque etiam *Ἀπελλῆ καὶ Φιλοκλεῖ*, tamquam legatos antea cum Philippi filio Demetrio Romam miſſos, refert Polyb. in Exc. Legat. num. 46. Mox *petenda ab senatu eſſet* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *petenda eſſet ab senatu* Voſſ. et Gaertn. Praeterea *speculatum magis, quam inquisitum missi* Lov. 3.

De iis, quorum Perseus Demetrium insimulaſſet sermonum] *sermonibus* Lov. 1. 2. et Voſſ. quorum Lov. 2. etiam mox legit *habitis*, pro *habitorum*. Sed cum reliquis Mſtis vulgatam lectionem praefero. Metabasis haec sive,

Digitized by Google

habitorum. Hos, tamquam medios, nec in alterius favorem inclinatos, miserat rex. erant autem et hi Persei fraudis in fratrem ministri et participes. Demetrius, omnium, praeterquam fraterni sceleris, quod nuper eruperat, ignarus, primo neque magnam, neque nullam spem habebat, patrem sibi placari posse. minus deinde in dies patris animo fidebat, quum obsideri aures a fratre cerneret. Itaque, circumspiciens dicta factaque sua; ne cujus suspiciones augeret, maxime ab omni mentione et contagione Romanorum abstinebat; ut neque scribi sibi vellet, quia hoc praecipue criminum genere exasperari animum sentiebat. 4 5 6

ut aliis videtur, enallage casus Livio est frequens. Supra 3, 13, 7. *Summam pecuniae quantam aequum esset promitti, veniebat in dubium.* 5, 44, 1. *Periculum commune cogit, quod quisque possit in re trepida praesidii, in medium conferre.* 23, 10, 3. *Eum postulare, ut sibi dedatur.* 45, 44, 9. *Omnium, qui in Macedonia imperatores fuerant, favore est adjutus.* Plura alia v. ad 2, 57, 3. 4, 41, 6. 5, 41, 2. 27, 42, 10. 30, 31, 9. 31, 44, 2. 32, 10, 5. 40, 36, 7. 42, 34, 16. et adde Sanctium 4. Minerv. 12. et ad eum loc. Clariss. Perizon. Celeberr. Burm. ad Rutilii 1. Itiner. 191. Sueton. Calig. 43. et Cort. ad Sall. Jugurth. 14, 2.

§. 4. *Fraudis in fratrem ministri et participes*] *fraudibus* Lovel. 4. quod eo modo dictum esse potest, quo *amicus populo Romano*; de quo vide ad 39, 47, 10. Sed, dissentientibus reliquis scriptis, potius existimo, *fraudibus* pro *fraudis* scribam illo lapsu dedisse, de quo vidimus ad 22, 8, 7.

§. 5. *Omnium, praeterquam fraterni sceleris*, etc. *ignarus*] In Frobenio reperio primo; scripti editique veteres, nec non ipsa Moguntina, et tres eam secutae *praeterquam fraterno scelere.* Quo significatur, omnium, quae de se patrem, fratrem, totam aulam agitare posset suspicari, inscium fuisse, praeterquam quantum ex scelere fraternae accusationis colligeret. J. FR. GRON. Priorum edd. lectionem servant Hearnii Oxonn. Crevierii Victor. omnesque nostri, excepto Lov. 2. ex quo quum nihil in excerptis notatum fuerit, eum *fraterni sceleris* exhibuisse, verisimile est. Huic tamen lectioni tanto minus tribuo, quod non in Froben. anni 1535. sed jam anni 1531. primum exstitisse videam. Mox *nec magnam, nec ullam* Lovel. 3. *neque magnam, nec ullam* Lov. 4. *neque magnam, neque nullam* Harl. et Mead. 1. V. ad 9, 9, 14. Deinde *sibi* nescit Lov. 2.

Quum obsideri aures a fratre cerneret] Forte malis *cujus obsideri*

Digitized by Google

1 XXI. Philippus, simul ne otio miles deterior fieret, simul avertendae suspicionis causſa quidquam a se agitari de Romano bello, Stobos Paeoniae ex-
2 ercitu indicto, in Maedicam ducere pergit. Cupido eum ceperat in verticem Haemi montis adscendendi, quia vulgatae opinioni crediderat, Ponticum simul et Hadriaticum mare, et Hiſtrum amnem, et Alpes conspici poſſe: subjecta oculis ea haud parvi sibi

aures. Poteſt tamen et illud tolerari. J. FR. GRON.

§. 6. *Circumspiciens dicta factaque sua, ne cujus suspiciones augeret*] Pall. uterque *nec hujus suspicionis egeret*. GEBH. Similiter Lov. 2. 4. et 6. *nec hujus suspiciones egeret* Mead. 1. *ne hujus suspiciones egeret* Harl. *ne hujus suspicionis egeret* Lov. 3. et Gaertn. *factaque sua, ne hujus suspiciones ex re* Voſſ. *factaque ex re*, mediis vocibus omiſſis, Lov. 1. Mox *cognitione Romanorum* Voſſ. et Gaertner. *cogitatione Romanorum* Lov. 1. 2. 3. et 6. Tum *sibi scribi* Gaertner. at *sibi* exsulat a Lov. 6. Tandem *exasperare animum sentiebat* Lov. 1. et Harl. *exasperari patris animum sentiebat* Lovel. 2. et 6. *exasperari sentiebat* Voſſ.

§. 1. *Stobos Paeoniae exercitu indicto, in Medicam ducere pergit*] *Maedicam*. Graeci enim *Μαιδική*, ut ante. SIGON. *Stobes* Lov. 3. *Stabos* Harl. *Scobos* Voſſ. Lovel. 2. 5. 6. Gaertn. et ed. Camp. Vide ad 39, 53, 15. Tum *exercitum indicto* Harl. *exercitu in diuo* Lov. 1. 3. 4. et Mead. 1. *exercitum in diuo* Voſſ. et Gaertn. Hinc *in Macedoniam ducere* omnes Mſti noſtri, Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. qui *in Maedicam* anno 1531. reposuit. *in Medicam* sola operarum errore editio ipsius Sigonii. V. ad 26, 25, 6. Paullo ante *simul* priori loco deeſt in Lov. 2. V. ad 27, 15, 14. Voces etiam *a se* exsulant a Lov. 3.

§. 2. *Vulgatae opinioni crediderat, Ponticum simul et Adriaticum mare, et Iſtrum amnem*] De hac re multa habet Isr. Voſſius ad Pomp. Melam 2, 11. DUK. *vulgari opinioni* Gaertner. Sed mox cap. proximo sequitur: *Nihil vulgatae opinioni degressi inde detraxerunt*. Tum *Adachum mare* corruptiſſime Voſſ. qui *Adriaticum* pro varia lectione oſtentat. *Hadriaticum mare* Lovel. 5. et edd. principes. Vide ad 24, 10, 10. Hinc *Iſtrium amnem* Voſſ. *Hiſtrium amnem* Lov. 1. *Hiſtricum amnem* Harl. *Hiſtrum amnem* Lov. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. In additam adspirationem pronior videtur Dausq. in Orthogr. part. 2. ea voce. Similiter praecipuos Virgilii codd. praeferre, teſtatur Nic. Heins. ad Maron. 3. Georg. 350. et ita ex mente ejusdem Heinsii edidi apud Silium 1, 326. qui in fronte exemplaris, ad cujus margines Mſtorum lectiones adnotavit, auctor eſt, semper in integerrimo Silii cod. Colonienſi *Hiſter* scribi. Paullo ante *in vertice* Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harlej. Mead. ambo, et edd. ante Ascens. qui *in verticem* anno 1513. emendavit. In sèqq. perperam *ex Alpibus* Lov. 3. et Gaertn.

§. 3. *Viam exercitui nullam esse*] Pall. *exercitui viam eſſe*. Vet.

Digitized by Google

momenti futura ad cogitationem Romani belli. Per- 3
cunctatus regionis peritos de adscensu Haemi, quum satis inter omnes constaret, viam exercitui nullam esse, paucis et expeditis perdifficillimum aditum, ut 4
sermone familiari minorem filium permulceret, quem statuerat non ducere secum, primum quaerit ab eo, *Quum tanta difficultas itineris proponatur, utrum perseverandum sit in incepto, an abstinendum? Si pergat ta-* 5

ed. *exercitui viam non esse.* GEBHARD. *exercitui viam esse* Lov. 1, et 4. *exercitui viam non esse* Harl. Mead. uterque, Lov. 3. 5. et edd. vett. *viam exercitui non esse* Hearnii L. 1. *nedum exercitui viam esse* Lovel. 2. et 6. *exercitui inviam esse* Voss. *exercitui minari esse* Gaertn.

Paucis et expeditis per difficillimum aditum] Minus ambiguum foret *per difficillima.* J. FR. GRONOV. Nondum ita sentiebat Gronov. 4. Obs. 2. pag. 29. sed putabat repetendum esse *viam.* Qua ratione ductus deinde sententiam mutaverit, non possum scire. DUKER. Gronovii emendationem probat Crevier. Verum quum huic uni innitatur, quod vulgata scriptura ei nimis ambigua visa sit, ambiguum illud tolletur, et emendatio ipsius non necessaria erit, si una voce legamus *perdifficillimum.* Ita ediderunt Aldus, et quidam recentiorum; quod demum mutavit Sigonius, unam iterum vocem in duas dividens. Contra *perdifficillimum* probat Vossius 7. Gramm. 17. et exempla superlativorum non tantum cum *per* compositorum, sed quaedam etiam, quibus aliae intensivae particulae adduntur, in medium protulit. Adde Sanctium in Minerv. 4, 9. et quae ibi notavit Perizon. Vide etiam Falster. in Supplem. ling. Lat. voce *Perdifficillimus.* Ejusdem generis sunt *maxime gravissimus* apud Liv. 41, 23, 6. ubi locutio iterum Gronov. displicet. *quam pinguissimus* apud Colum. 2, 9. *praealtissimus* apud Apul. 8. Met. pag. 168. ed. Pricaei: *Seque in praealtissimum puteum* etc. *praecipitavit.* Ubi quum Pricaeus in Mſto Oxon. invenerit *Seque peraltissimum*, etiam legi posset *Seque in peraltissimum.* Sed nec vulgatum damno. Positivus *perdifficilis* obcurrit apud Liv. 32, 11, 3. et 44, 8, 5. aliisque locis.

§. 4. *Quaerit ab eo, Quum tanta difficultas itineris proponatur*] Hic quaerit, nemo respondet: itaque quidam suspicantur, defectam esse orationem. At ego nihil definio. Multa enim similia passim in hoc libro reperias. GLAR. Quum postea addatur, Demetrio adsentiendum patri fuisse, ne invitum parere suspicio foret, Livius aperte indicat, Demetrium ad singula capita a patre proposita respondisse eadem adprobando. Ceterum *ut tanta difficultas* Mead. 1. ubi *ut* accipi posset pro quamvis; de quo vide ad 22, 25, 2. Aliorum tamen in vulgatum consensus nihil mutandum esse persuadet. Paullo ante *mulceret* Mead. 1. Male. 28, 25, 4. *Ipsis placido sermone permulcentibus notos.* 36, 12, 6.

Digitized by Google

men ire, non posse oblivisci se in talibus rebus Antigoni: qui, saeva tempestate jactatus, quum in eadem nave secum suos omnes habuisset, praecepisse liberis diceretur, ut et ipsi meminissent, et ita posteris proderent, ne quis cum tota gente simul in rebus dubiis periclitari auderet. 6 *Memorem ergo se praecepti ejus, duos simul filios non commissurum in aleam ejus, qui proponeretur, casus; et, quoniam majorem filium secum duceret, minorem ad subsidia spei et custodiam regni remissurum in Macedoniam* 7 *esse.* Non fallebat Demetrium, ablegari se, ne adesset consilio, quum in conspectu locorum consultaret, qua proxime itinera ad mare Hadriaticum atque Italiam ducerent, quaeque belli ratio esset futura. sed non solum parendum patri tum, sed etiam ad-

Placida oratione territos quum permulsisset.

§. 5. *Qui, saeva tempestate jactatus, quum in eadem nave secum suos omnes habuisset*] *qui, a saeva* Harl. et Gaertn. Ovid. 1. Trist. 11, 13.

Saepe ego nimbosis dubius jactabar ab Haedis.

Alii omnes vulgatum tuentur. Dein voculam *quum* omittunt fere omnes nostri, quorum quidam eam ante, quidam post voculam *secum* inserunt. Voces etiam *in eadem nave* nescit Harl. Paullo ante *tamen* abest a Voss. *rebus* a Lov. 1. *oblivisci non posse Antigoni*, reliquis omissis, praefert Harl. *Antigoni inviti*, addita voce, legunt Voss. et Gaertn. in sequentibus *dicitur*, pro *diceretur*, Lov. 3. et *ut ipsi meminissent* Voss. et Lov. 3. ac 6. V. ad 2, 44, 3.

§. 6. *Remissurum in Macedoniam esse*] *missurum in Macedoniam* Lovel. 3. *remissurum se in Macedoniam* Gaertn.

§. 7. *Consultaret, quae proxime itinera ad mare* etc. *ducerent*] *consultasset* Harl. *consultarent* Voss. quod etiam voluisse videtur Gaertner. *resultarent* praeferens. Praeterea *quia proxime itinera* Lov. 4. Harl. et Mead. 1. *quia proxima itinera* edd. priscae. *qua proxima itinera* ed. Ascens. anni 1513. *qua proxime itinera* se in cod. suo invenisse, Moguntini monuerunt: neque aliter Lov. 3. et Mead. 2. quod Aldus adscivit, et editores eum secuti servarunt usque ad Gronov. qui anno 1665. vulgavit *quae proxime itinera*. Id vero utrum de industria, an typothetarum errore factum sit, non constat, quia mutatae lectionis nulla in notis ratio redditur. Recentiores omnes editionem il-

Digitized by Google

adsentiendum erat, ne invitum parere suspicionem faceret. Ut tamen iter ei tutum in Macedoniam esset, Didas, ex praetoribus regiis unus, qui Paeoniae praeerat, jussus est prosequi eum cum modico praesidio. Hunc quoque Perseus, sicut plerosque patris amicorum, ex quo haud dubium cuiquam esse coeperat, ad quem, ita inclinato regis animo, haereditas regni pertineret, inter conjuratos in fratris perniciem habuit. in praesentia dat ei mandata, ut per omne obsequium insinuaret se in quam maxime familiarem usum, ut elicere omnia arcana, specularique abditos ejus sensus posset. Ita digreditur Demetrius cum infestioribus, quam si solus iret, praesidiis.

XXII. Philippus, Maedicam primum, deinde so-

lam Gronovii secuti sunt; eademque lectio in reliquis Mstis nostris exstitisse videtur. Ipse tamen Gronov. hunc locum ad partes advocans supra ad 1, 23, 5. *qua proxime* laudavit, multisque ibi locutionem illam illustravit. Eamdem itaque lectionem restitui. Mox *ratio belli esset futura* Voss. et Gaertn. *ratio belli futura esset* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo.

§. 8. *Non solum parendum patri tum, sed etiam adsentiendum*] *parendum patri tutum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. anni 1531. perperam duabus prioribus literis voculae *tum* iteratis. Similem errorem vidimus 2, 12, 8. et 36, 15, 1. Contra literas easdem in voce *tutum* geminare neglexerunt supra 35, 12, 11. Vide ad 10, 37, 2.

§. 9. *Ut tamen iter ei tutum in Macedoniam esset*] *iter et tutum* Harl. et Mead. 1. *ei iter tutum* Lov. 3. *iter tutum* Voss. Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. Hinc *in Macedoniam faceret* Lov. 6. Mox *regiis* deest in Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. *praetoribus regis* legunt Lov. 1. 2. 4. 5. Voss. Harl. Mead. uterque, et edd. vett. V. ad 32, 6, 6. *regiis* primus dedit Aldus. Mox §. seq. *haud cuiquam dubium* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *coeperit* Harl. et Mead. 1. Tandem *regis animo ita inclinato* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn.

§. 11. *In praesentia dat ei omnia mandata*] *omnia* redundat. GEL. Illud *omnia* in solo tantum inveni Lov. 5. ceteri codd. ignorant. *dat ea mandata* legunt Lov. 1. 3. 6. et Voss.

Ut elicere omnia arcana etc. *possit*] *ac elicere omnia arcana* etc. *posset* Harl. et Mead. ambo. *pos-*

Digitized by Google

litudines interjacentes Maedicae atque Haemo transgressus, septimis demum castris ad radices montis pervenit. ibi unum moratus diem ad deligendos, quos duceret secum, tertio die iter est ingressus. 2 Modicus primo labor in imis collibus fuit. quantum in altitudinem egrediebantur, magis magisque silvestria et pleraque invia loca excipiebant. Pervenere 3 deinde in tam opacum iter, ut, prae densitate ar-

set etiam reliqui omnes Mssti, Hearnii L. 1. omnesque edd. usque ad ultimam Gruterianam, quae, invitis exaratis et excusis, *possit* dedit. Alterum revocavi. Cur autem *ac elicere* displiceat, patebit ex 10, 36, 17. Neque repetitio τοῦ *ut* displicere potest: *ut insinuaret se, ut elicere posset.* Vide ad 1, 17, 11.

§. 1. *Septimis demum castris*] Non ita longe Aemus mons a Medica abest; sed parva regem fecisse itinera verisimile est. GLAREAN. *deinde*, sive *deiīs*, pro *demum*, Harl. sollemni librariorum errore. V. ad 2, 38, 5. c. 52, 2. 3, 2, 10. 4, 41, 7. c. 49, 15. 5, 45, 6. 8, 15, 7. c. 26, 6. 9, 17, 11. 21, 2, 1. c. 25, 11. 22, 13, 8. c. 17, 6. c. 61, 7. 23, 18, 16. c. 19, 11. 24, 26, 15. 36, 2, 2. 38, 39, 5. 40, 32, 1. Adde Gruter. ad Suet. Aug. 31. Torren. ad Val. Max. 3, 2, 9. et 6, 8, 5. et Oudend. ad Front. 1, 1, 7. 9. Paullo ante *prius*, pro *primum*, Lov. 2. 3. 6. *primus* Harl. et Mead. 1. Tum *Hemo* plerique codd. Scribendum nempe *Haemo*. Vide Dausq. Orthogr. parte 2. ea voce.

Ad deligendos, quos duceret secum] *ad diligendos* Lov. 1. V. ad 37, 51, 7. *ad eligendum* Lov. 2. *ad eligendos* Voss. et Gaertn. Reliqui receptum tuentur. *Deligere* seligendi significatione inlustravi ad 9, 17, 15. Vide etiam ad Epit. Liv. 27. Ejus verbi litera initialis elisa erat ab ultima vocis praecedentis. Vide exempla ad 2, 44, 6. quibus, si operae foret, innumera alia ex solis Livii Mssis addi possent. Quin et alibi, ubi eadem ratio erroris dari nequit, librarios *deligere* et *eligere* confudisse, vidimus ad 34, 29, 10.

Tertio die iter est ingressus] *postero die* legendum. Ex notis numerorum manavit error, *II* et *III*. Ita legendum esse, verba Livii indicant, qui ait: *septimis demum castris ad radices montis pervenit. ibi unum moratus diem, tertio die iter est ingressus.* post autem: *tertio demum die ad verticem perventum.* Quis est, qui non intelligat, ita accipiendum esse, ad radices montis unum diem regem esse moratum, postero die iter esse ingressum, tertio demum in verticem pervenisse? SIGON. Si hoc necessario emendandum est, pro nota *II* non minus legi potest *secundo*, quam *postero*. Sed mihi nondum liquet, hic aliquid corruptum esse: nam numerus trium dierum sic iniri potest, ut septimus, quo Philippus ad radices montis pervenit, primus trium sit; quo ibi moratus est, secundus; quo iter in montem ingressus, tertius. Nec verba Livii, *tertio demum die ad verticem perventum*, patiuntur in-

Digitized by Google

borum inmissorumque aliorum in alios ramorum, perspici coelum vix posset: ut vero jugis adpropin- 4
quabant, quod rarum in aliis locis esset, adeo omnia contecta nebula, ut haud secus quam nocturno itinere inpedirentur. tertio demum die ad verticem perventum. Nihil vulgatae opinioni, degressi inde, 5
detraxerunt: magis, credo, ne vanitas itineris ludibrio esset, quam quod diversa inter se maria, mon-

terpretationem Sigonii, qui primum diem adscensus in montem eum putat, quo rex ad radices illius moratus est. Neque enim hic inter tres dies, quibus montem adscendit, numerari potest. Ex rationibus Sigonii non plures dies in adscendendo, quam in descendendo, consumti sunt. Sed hoc repugnat verbis Livii, qui regem *triduo adscendisse*, *biduo degressum* dicit. Eadem ratione *dies tertius* dicitur. 44, 3, 9. *Quum alacres, protinus duceret ad castra hostium, consulem hortarentur, dies unus fessis labore viae ad quietem datus est: tertio die consul ad hostem ducit.* DUKER. Cum Sigonio facit Doujatius. Contra adversus eum vulgatum tuetur Clariss. Crevierius, et tertium diem, quo Philippus iter ingressus esse dicitur, eodem modo numerat, quo Clariss. Dukerus. Male etiam Sigonium verba ultima §. 4. interpretatum, eodemque modo, quo idem Dukerus docuit, accipienda esse, ad marginem Livii monuit Jac. Perizonius. Ceterum vox *iter* deest in Lov. 1, 3. 6. et Voss.

§. 2. *Invia loca excipiebant*] *expediebant* Voss. An forte voluit *inpediebant*? Sed nihil muto. *Excipere* pro non interrupta, continua serie sequi, Livio est familiare. V. ad 2, 61, 1.

§. 3. *Pervenere deinde in opacum iter*] Ita demum postrema Gruteri editio. *in tam opacum iter* quidquid vidi priorum edd et Mstorum meorum, cum Hearnii Oxonn. et Victor. Crevierii; qui recte hanc lectionem Livio restituit. Mox *inmixtorum aliorum ramorum*, duabus vocibus neglectis, Lov. 3. Sed, *missus* et *mistus*, vel *mixtus*, passim a librariis confundi, vidimus ad 3, 57, 9. Tum *prospici coelum* Lov. 1. et 3. An *perspicere coelum* hic est prae densitate arborum per earum ramos conspicere coelum? Et eo forte sensu vox illa ferri potest supra 22, 6, 8. ubi malebam *prospicere*.

§. 4. *Quod rarum in aliis locis esset, adeo omnia contecta nebula*] *raro* Lov. 3. Tum *adeo esse omnia* Voss. et Gaertn. Sed librarii infinitivum de suo addiderunt, existimantes verba illa a proximis pendere, hoc modo: *rarum, adeo esse omnia contecta*. Sed intelligendum *sunt*, vel *erant*. Paullo ante *ut vero magis adpropinquabant* Gaertn. De sensu verborum *tertio demum die ad verticem perventum* vide ad §. 1. *pervenerunt* legit Lov. 3. in contextu, *perventurum* in margine.

§. 5. *Nihil vulgatae opinioni, degressi inde, detraxerunt*] *volgatae* cod. Mog. Vide ad 39, 53, 2. Tum *digressi* pauci codd. mei,

Digitized by Google

tesque, et amnes, ex uno loco conspici potuerint. 6 Vexati omnes, et ante alios rex ipse, quo gravior 7 aetate erat, difficultate viae est. Duabus aris ibi Jovi et Soli sacratis quum inmolasset, qua triduo adscenderat, biduo est degressus, frigora nocturna maxime metuens, quae caniculae ortu similia bru- 8 malibus erant. multis per eos dies difficultatibus conflictatus, nihilo laetiora in castris invenit: ubi summa penuria erat, ut in regione, quam ab omni par- 9 te solitudines clauderent. Itaque unum tantum moratus diem, quietis eorum causa, quos habuerat se-

et omnes edd. usque ad Gronov. qui recte *degressi* substituit, reliquis meis adsentientibus. Vide mox ad §. 7. Tum *quam diversa*, elisa media voce *quod*, Harlej. Vide ad 37, 54, 4. Tum *potuerunt* Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§. 6. *Ante alios rex ipse*] *ante illos* Voss. et Lov. 1. saepius obvio scribarum lapsu. V. ad 23, 7, 3. De locutione *ante alios* v. ad 5, 25, 11.

§. 7. *Duabus aris ibi Jovi et Soli sacratis quum inmolasset, (qua triduo adscenderat) biduo digressus est*] Quomodo *quatriduo ascenderat*, si *tertio demum die in verticem* pervenerit? Haec parit menda lectorum, atque librariorum incuria. Pro certo habeo, tollendam esse parenthesin et legendum: *quum immolasset, qui triduo ascenderat, biduo digressus est*. Quamquam ne *digressus* quidem probo: non enim *ascendere* et *digredi* contraria sunt, sed *degredi*; quo verbo usus est et alibi Livius, ut lib. 29, [32, 4.] *Cum quingentis peditibus degressum jugis Massanisam persecutus.* et lib. 29, [2, 14.] *Cum equitibus ad pedes degressis.* Descensum enim ex alto hoc verbum significat. SIGON. *qui triduo* conjectura Sigonii est, quum antea legeretur: *quatriduo ascenderat*. Ubi nulla mutanda litera; tantum dividenda vox erat, *qua triduo ascenderat*. J. FR. GRON. Contrario errore *sedecim*, pro *se decem*, emendat Perizon. infra 42, 21, 2. Pariter *interdum*, pro *in triduum*, datum erat in Mstis supra 3, 5, 14. *nam quater*, pro *namque ter*. Vide viros doctos ad Nas. 3. Met. 351. *post triduum*, pro *postridie*, in cod. Sangerm. apud Colum. 6, 30. *digressus* in solis inveni Lov. 1. 3. 6. et Voss. Reliqui cum Sigonio recte *degressus*. Vide modo ad §. 5. et supra ad 4, 17, 11. Praeterea *sacratis* non comparet in Harl. Mox *similima brumalibus* Lov. 5. et edd. ante Frob. qui anno 1535. *similia* emendavit.

§. 8. *Nihilo laetiora in castris invenit; ubi summa penuria erat*] *nihil laetiora in castra* Gaertn. *nihil laetiora in castris* Lov. 5. et edd. ante Frob. anni 1535. ubi vulgatur *nihilo*, quod servant reliqui codd. *nihilo laetiora castris* Lov. 3. et 6. Vide ad 9, 32, 12.

Digitized by Google

cum, itinere inde simili fugae in Dentheletos transcurrit. Socii erant: sed propter inopiam haud secus quam hostium fines Macedones populati sunt. rapiendo enim passim villas primum, dein quosdam vicos etiam evastarunt, non sine magno pudore regis, quum sociorum voces, nequidquam Deos sociales nomenque suum inplorantes, audiret. Frumento inde sublato, in Maedicam regressus, urbem, quam Petram adpellant, obpugnare est adortus. ipse a campestri aditu castra posuit. Perseum filium cum modica manu circumisit, ut a superioribus lo-

Sed reliqui praepositionem servant. Deinde *ibi summa* Harlej. Vide ad 27, 5, 2.

Ut in regione, quam ab omni parte solitudines clauderent] Prima vocula deest in Lov. 6. Tum *quam in omni parte* Gaertn. *quam omni parte* Harl. Infra cap. 34, 13. *Gente ne nunc quidem omni parte pacata.* ubi vide. Verum alterum tuentur omnes Msti reliqui. Supra 30, 36, 8. *A parte omni circumdatis equitibus.* 36, 9, 9. *Ab omni parte simul obpugnare moenia est adgressus.* 44, 8, 5. *Ab omni parte muros firmat.* Horat. 2. Od. 16, 27. *Nihil est ab omni Parte beatum.* Ovid. 15. Her. 45. *Omnique, a parte placebam.* Similiter *magna ex parte* Liv. 38, 3, 4. *in ulla parte* 39, 36, 4. *omni ex parte* Cic. de Amic. 21.

§. 9. *Itinere inde simili fugae in Dentheletas transcurrit*] *Dantheletas*, ut supra. SIGON. *Dentilētos*, seu *Dentilentos*, Lov. 3. *Dentiletos* Voss. Lov. 1. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *Denthiletos* Lovel. 2. 6. *Dentilocos* Lov. 5. et edd. princ. pes. *Dentilochos* proximae. *Dentheletas* demum Frob. anno 1535. reposuit: sed *Dentheletos* rescripsi. Caussam vide ad 39, 53, 12. Vox *fugae* exsulat a Lov. 1. 3. 6. et Voss. Tum *discurrit* praefert Gaertn.

§. 11. *Rapiendo enim passim villas primum, dein quosdam vicos etiam evastarunt*] *rapiendo passim primum* Lov. 5. et edd. principes. *Τὸ enim* deest etiam in excusis tempore eis proximo. Quum autem postea Moguntini monuissent, se in membranis suis inveniisse *rapiendo enim passim per villas, τὸ enim* inde adscivit Frob. anno 1535. quod exhibent reliqui Msti nostri. Tum *deinde etiam quosdam vicos vastarunt* Lovel. 3. *deinde quosdam etiam vicos evastarunt* Lov. 1. *dein quosdam etiam vicos evastarunt* Voss. Mead. 1. Gaertn. Lov. 5. et edd. ante Froben. anni 1535. *dein quosdam et vicos evastarunt* Lov. 6. *dein quosdam vicos evastarunt* Lovel. 2. et Harl. *dein quosdam etiam vicos vastarunt* Lov. 4. et Mead. 2. Sed *evastare* Livio frequens est, et hinc non mutandum. Vide ad 32, 33, 14.

§. 12. *Frumento inde sublato, in Maedicam regressus, urbem, quam*

Digitized by Google

14 cis urbem adgrederetur. Oppidani, quum terror undique instaret, obsidibus datis, in praesentia dediderunt sese. iidem, postquam exercitus recessit, obliti obsidum, relicta urbe, in loca munita et mon-
15 tes refugerunt. Philippus, omni genere laboris sine ullo effectu fatigatis militibus, et fraude praeto-

Petram] Id nominis hoc loco apud neminem invenio: sed ferri potest, ut cum re nomen quoque vetustate abolitum sit. GLAREAN. *Frumento deinde sublato* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui emendavit *inde*, consentientibus ceteris codd. nostris. Tum *in Macedicam ingressus* Voss. Mox *ipse campestri aditu* Lov. 6. Dein §. seq. *ab superioribus locis* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. *de superioribus locis* Lov. 3.

§. 14. *Iidem, postquam exercitus recessit, obliti obsidum*] *idem* Lov. 1. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Alia ejusdem erroris exempla v. ad 2, 39, 12. 3, 30, 1. 4, 50, 8. 5, 25, 13. 6, 7, 6. et passim. De caussa erroris vide ad 38, 27, 8. Pro *idem*, sive *idē*, datum erat *ide*, sive *inde*, in Lovel. 3. Vide ad 31, 38, 9. Praeterea duo ultima vocabula non agnoscit Harl.

§. 15. *Fraude praetoris Didae*] *fraude Didae praetoris* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *Didae fraude praetoris* Lov. 5. et edd. vett. Eo, qui nunc obtinet, ordine vocabula edidit primus Aldus. Mox *in Macedonibus* Voss, Lov. 1. 4. Mead. 1. et Gaertn. Tum *redit* Lov. 3. Vide ad 36, 35, 2.

§. 2. *Cui consilio adjutor Deûm beneficio oblatus videbatur*] Omnia haec desunt in Harl. culpa librarii, cui fraudi fuit similitudo inter ultimas syllabas vocum *meditabatur* et *videbatur*. Vide ad 9, 11, 11. Mox §. seq. *proditum* Lovel. 6. *prodit* Harl. Vide ad 10, 10, 1.

§. 4. *Inde Herodotus*] Ita primus vulgavit Ascensius, cujus errorem emendarunt Moguntini, ex membranis suis revocantes *Herodorus*, ut antea editum fuerat. Id sequentes editores servarunt usque ad Dan. Heinsium; cujus, tamquam qui Livium recensuit, nomen praeferens ed. Elzevir. iterum *Herodotus* substituit, lectionem illam retinentibus Gronoviis, Doujatio, et Clerico. At reliqui recentiores, praeeunte Hearnio, recte iterum adsciverunt *Herodorus*, probantibus Mstis nostris, et Hearnii Oxonn. Mox corruptissime *Demetrius insimulatur adusari nisus* Voss. nec melius *Demetrius insimulatur adversarii visus* Lov. 1.

§. 6. *Legati, jam ante praemeditatis in Macedonia, quae ab Roma renunciarent, venerunt*] Lege *praemeditati*. J. FR. GRON. *jam ante praemeditati*, ut Gron. conjecit, Voss. et Lov. 2. Ita 38, 3, 8. *Nihil, ne bellum haberent, prius, quam in conspectu hostis erat, praemeditati*. Omnes alii codd. stant pro vulgato; nisi quod *praemeditatis jam ante* legat Harl. Ob quorum consensum si quis vulgatam lectionem praeferendam putet, non adversabor. Quum enim, *meditari* ac *meditatus* sensu passivo usurpari, multis exemplis docuerit Vossius 5. Gramm. 6. et quibusdam, quae ex Cal-

Digitized by Google

ris Didae auctis in filium suspicionibus, in Macedoniam rediit.

XXIII. Missus hic comes, (ut ante dictum est) quum simplicitatem juvenis incauti, et suis haud inmerito succensentis, adsentando indignandoque et ipse vicem ejus, captaret, in omnia ultro suam ob-

pino suo hausit, Doujatius, etiam compositum *praemeditatis* hic eodem modo capi posse videtur. Similiter Quinctil. 5. Inst. Orat. 13, 3. *Accusator praemeditata pleraque domo adfert.* Solet autem et alibi deponentibus ita Livius uti. Vide ad 34, 40, 2. Ita autem hic deerit pronomen demonstrativum *illis*, vel *iis*, quod est supplendum. Vide ad 23, 15, 4. Praeterea voces *in Macedonia* desunt in Harl. *in Macedoniam* legunt Voss. Lov. 1. 5. 6. Mead. 1. Gaertn. et edd. antiquissimae, quasi jungi deberent *in Macedoniam venerunt.* Sed recte Moguntini ex cod. suo emendarunt *in Macedonia.* Et ita ceteri Msti nostri.

§. 8. *Deprecatio erat in literis, si quid adolescens, cupiditate regni prolapsus, secum egisset, nihil eum*] *in literis erat* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *secum* omittitur in Harl. Hinc post *egisset*, ubi vulgo minor est distinctio, maximam cum Crevierio recepi. Mox *suorum quoddam* Voss. *suorum quiddam* Lov. 1. *suorum quemque* Mead. 1. *quemquam suorum* Lov. 2.

Neque eum sese esse, qui ullius inpii consilii auctor futurus videri possit] Vox *sese* deest in Lov. 2. sequens *esse* in Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Sed altera alteram interoepisse verisimile est. Tum *inpii consilii auctorem futurum* Voss. et Lov. 1. Mox §. seq. *diu cruciatus indicio etiam ad patrem accusavit*, reliquis omissis, perperam Harl.

§. 1. *Demetrium iterum ad patrem accusavit Perseus, fuga per Paeoniam praeparata. arguebant et corrupti quidam, ut comites itineris essent*] Lege *fuga per Paeoniam praeparata arguebatur*, non *arguebant.* GELEN. In vet. lib. *arguebant et corrupti quidam.* Hinc ego, sensum et auctorem secutus, legendum et distinguendum puto, *Demetrium iterum ad patrem accusavit Perseus de praeparata per Paeoniam fuga. arguebant eum corrupti quidam.* Iccirco autem ait *iterum*, quod primum de insidiis sibi factis accusaverat; nunc de fuga, cujus indicia et comites et literas falsas T. Quintii afferebat. SIGON. Pall. uterque praefert *Demetrium iterum ad patrem accusavit fuga per Paeoniam praeparata. arguebant et corrupti quidam.* Nec alia visitur scriptura in vet. ed. GEBH. Andreas *accusavit fuga per Paeoniam praeparata. arguebant et corrupti.* Et sic omnes usque ad Ascensium. Magontiaci primum dederunt *accusavit Perseus fuga:* et secuti Aldus, Juntas, Frobenius. Gelenius ex eodem codice, in quo passim male oculis usi, qui priores edidere variantem scripturam: *accusavit Perseus. fuga p. P. pr. arguebatur, et corrupti.* Hic Sigonius pannuceam facit: ex Mag. adsumit *Perseus*, ex editionibus *arguebant*, de conjectura reddit *eum*, et inserit *τὸ de.*

Digitized by Google

2 ferens operam, fide data, arcana ejus elicuit. Fugam ad Romanos Demetrius meditabatur. cui consilio adjutor Deum beneficio oblatus videbatur Paeoniae praetor, per cujus provinciam spem ceperat
3 elabi tuto posse. Hoc consilium extemplo et fratri
4 proditur, et, auctore eo, indicatur patri. Literae primum ad obsidentem Petram adlatae sunt. inde Herodorus (princeps hic amicorum Demetrii erat) in custodiam est conjectus, et Demetrius dissimulan-
5 ter adservari jussus. Haec super cetera tristem adventum in Macedoniam regi fecerunt. movebant eum et praesentia crimina: exspectandos tamen, quos ad exploranda omnia Romam miserat, censebat.
6 His anxius curis quum aliquot menses egisset, tandem legati, jam ante praemeditatis in Macedonia,
7 quae ab Roma renunciarent, venerunt. qui, super cetera scelera, falsas etiam literas, signo adulteri-
8 no T. Quinctii signatas, reddiderunt regi. Depre-

Primum inquit de insidiis, iterum de fuga, cujus indicia comites et falsae literae T. Quinctii. Quid, quaeso, in literis Quinctii de fuga? Immo accusavit proditionis et adfectati per Romanos regni: argumenta fuga et sollicitati comites, et literae Titi adolescentem egisse secum de successione confessi. Nihil melius Gelenio: etsi olim explicabamus non incommode illud *accusavit fuga*. Sed vincat verum. J. FR. GRON. *accusavit. fugam per Paeoniam praeparatam arguebant et corrupti* Voss. *accusavit fuga* (*de fuga* Lovel. 3.) *per Paeoniam praeparata. arguebant* (*arguebantur* Lov. 2. et 6.) *et corrupti* Lovel. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Harlej. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. quod Gronovius etiam in Barber. et Petav. membranis, atque edd. Andreanis invenerat, et priori ed. not. probarat, existimans *Demetrium accusavit fuga* similiter dici, ac *dictatura legem tulit* 8, 12, 14. *inopia et miseria civitatis istam legem scripsit* 34, 6, 16. ubi hoc genus loquendi pluribus inlustravit. Melius tamen curis secundis lectionem Gelenii praetulit. Mutatio enim verborum activorum in passiva, et vicissim passivorum in activa *accusavit, arguebatur, urguebant*, qua Livius delectatus est, genium sermonis ejus aperte praefert. V. quae notantur ad 4, 2, 7. 8, 34, 9. et 35, 44, 6. Librarii compendia *arguebat*, id est, *arguebatur*, et *arguebāt*, id est *ar-*

Digitized by Google

catio erat in literis, si quid adolescens, cupiditate regni prolapsus, secum egisset. *nihil eum adversus suorum quemquam facturum: neque eum sese esse, qui ullius inpii consilii auctor futurus videri possit.* Hae literae fidem Persei criminibus fecerunt. Itaque Herodorus, extemplo diu excruciatus, sine indicio rei ullius in tormentis moritur. 9

XXIV. Demetrium iterum ad patrem accusavit Perseus. fuga per Paeoniam praeparata arguebatur, et corrupti quidam, ut comites itineris essent; maxime falsae literae T. Quinctii urguebant. nihil tamen palam gravius pronunciatum de eo est, ut dolo potius interficeretur: nec id cura ipsius, sed ne poena ejus consilia adversus Romanos nudaret. Ab Thessalonice Demetriadem ipsi quum iter esset, Astraeum Paeoniae Demetrium mittit cum eodem comite Dida, Perseum Amphipolim, ad obsides Thracum accipiendos. digredienti ab se Didae mandata 1 2 3 4

guebant, confuderunt. V. ad 38, 40, 1.

§. 2. *Nihil tamen palam gravius pronunciatum de eo est*] Vox *palam* deest in Lov. 5. et ed. Camp. sequens *gravius* in Lov. 3. *de eo* in Lov. 5. et edd. principibus. Praeterea *nunciatum* legit Harl. Mox *nequid cura* Voss. Lov. 6. et Gaertner. *ne quidem cura* Lov. 1.

§. 3. *Ab Thessalonica Demetriadem*] *ab Thessalonice* Voss. Lov. 2. 3, Mead. uterque, Gaertner. et praecipue cod. Mogunt. Utrumque Livium adhibuisse, *Thessalonica* et *Thessalonice*, vidimus ad 39, 27, 1. Optimum igitur codicem spernere nolui.

Ad Astraeum Paeoniae Demetrium mittit, etc. *Perseum ad Philippopolin*] Ptolemaei codices [3, 13.] *Aestraeum* cum *ae* diphthongo in utraque habent syllaba, Αἰστραῖον. GLAR. Praepositio *ad* nominibus harum urbium juncta tollenda. Nam et vet. lib. habent tantum *Astraeum Paeoniae*. Et Priscianus lib. 7, [738.] ex lib. 40. T. Livii Hist. ab Urbe cond. citat haec duo verba *Perseum Amphipolim*, non *ad Philippopolim*. Est autem Amphipolis oppidum item Thraciae, quod in errorem inscios librarios aut imperitos, vel potius audaces emendatores impulit, ut *ad Philippopolim* scripserint, pro *Amphipolim*. *Asterium* porro legendum ex vet. lib. Strabone, et Stephano, Ἀστέριον, πόλις Θετταλίας. SIGON. Membranae *Perseum Amphipolim*

Digitized by Google

5 dediſſe dicitur de filio occidendo. Sacrificium ab Dida seu inſtitutum, seu simulatum eſt. ad quod celebrandum invitatus Demetrius ab Aſtraeo Heracleam 6 venit. in ea coena dicitur venenum datum. Poculo epoto, extemplo sensit. et mox coortis doloribus, relicto convivio, quum in cubiculum recepiſſet sese, crudelitatem patris conquerens, parricidium fra- 7 tris, ac Didae scelus incusans, torquebatur. intromiſſi deinde Thyrsis quidam Stuberaeus et Beroeaeus

ad obsides etc. Sed sive cum Stephano *Philippopolim* in Macedonia, sive cum Plinio in Thracia ſtatuamus, aeque hic convenit. licet etiam scripta lectio recipi poſſe videatur, cum non tantum in Syria hujus nominis urbs a Seleuco juxta Euphratem condita sit; verum etiam Macedonia suam *Amphipolim* habuerit, habeatque etiam nunc, sed quae hodie *Chrysopolis* mutato nomine vocetur, sitque officina cudendae monetae Turcicae. MOD. Lectionem, quae ante Sigonium vulgo exſtitit, in uno tantum meorum Lov. 5. inveni. *aſtreum Paeoniae Demetrium* etc. *Perseo ad Philippolin* Voſſ. *Aſtreum Paeoniae Demetrium* etc. *Perseo ad Philippopolim* Lov. 1. *Aſtreum Paeoniae Demetrium* etc. *Perseum ad Philippopolim* Lov. 4. et Mead. ambo. Neque aliter Gaertn. et Lovel. 2. nisi quod prior tres priores voces nesciat, a poſteriori vox *Perseum* exsulet. *Aſtreum Paeoniae Demetrium* etc. *Perseum ad Philopolin* Lov. 3. 6. et Harl. Sigonium praepositionem ab initio recte deleviſſe, codices confirmant. *Amphipolin* etiam, pro *ad Philippopolin*, membranas suas legere, Moguntini teſtantur; et ita infra eſt cap. 56. Alibi tamen semper *Amphipolim*, ut Sigonius emendat, scriptum invenio. Vide 44, 24. 43. 44. 45. 46. Lib. 45, 6. 28. etc. Similiter *Neapolim*. Vide infra ad cap. 41, 2. Quod vero Sigonius *Aſterium* legat, nemo, credo, inceptum ejus probabit. Nam, ut ipse agnoscit, Thessaliae urbs eſt, eaque regio satis remota eſt a Paeonia, ubi sita erat urbs, in quam Demetrius a patre miſſus eſt; ut etiam Doujatius observat: qui *Aſtraeum* legendum censet, ut antea Glareanus emendarat. Et ita nomen hujus urbis scribendum contendit Harduin. ad Plin. 4, 10. monente Grevierio. Ob codicum tamen consensum in *Aſtraeum* nihil mutare audeo, nisi quis vellet *Aſtraeam*. Quae enim Ἀιςραιον Ptolemaeo, Ἀςραια vocatur Steph. Byz. ubi hoc poëtae Hadriani fragmentum laudat:

Οἳ δ' ἔχον Ἀςραίαντε Δόβηρά̃ντε.

Junguntur hic Ἀςραία et Δόβηρα, ut Ἀἰςραιον et Δηίβορα apud Ptolem. Certe, ejecta conjectura, quam Sigonius in contextum receperat, codicum lectionem revocavi, donec de vera lectione melius conſtet.

§. 5. *Seu inſtitutum, seu simulatum eſt*] *immolatum eſt* Voſſ. et Lov. 1. ac 6. *insimulatum eſt* Harl.

Digitized by Google

Alexander, injectis tapetibus in caput faucesque, spiritum intercluserunt. Ita innoxius adolescens, quum in eo ne simplici quidem genere mortis contenti inimici fuissent, interficitur. 8

XXV. Dum haec in Macedonia geruntur, L. Aemilius Paullus, prorogato ex consulatu imperio, principio veris in Ligures Ingaunos exercitum introduxit. Ubi primum in hostium finibus castra posuit, legati ad eum, per speciem pacis petendae, spe- 1 2

Mox *datum venenum* Lov. 3. et 6. Dein §. seq. *Poculo epotato* Lov. 1. et 3. a manu 2. Hinc *exortis doloribus* Lov. 6. Vide ad 5, 29, 3.

Heracleam venit] *Heracleam* puto Lynceſtidos, quae eſt ad Erigonem amnem. GLAR.

§. 7. *Intromissi deinde Thyrsis quidam Stubaraeus*] Vet. lib. *Stuberus*. Recte. *Stuberae* enim ante et poſt meminit Livius, et Graeci Στυβήρας. Quam tamen vocem suspectam habet Glareanus [ad 31, 39, 4.] *Stuberaeus* tamen scribendum: omnia enim nomina oppidorum in *ra* desinentia cum edunt gentilis nominis finem, auctore Stephano in Ἄιβουρα. SIGON. *intromissis* (*intromissi* Lovel. 6.) *deinde Thysis* Voſſ. et Lov. 1. ac 6. *intromissis deinde Thyrsis* Lov. 3. et Gaertn. *intromissis* (*intromissi* Lovel. 2.) *deinde Thusis* Harl. Mead. 1. et Lovel. 2 *intromissi* (*intromissis* Mead. 2.) *deinde Thressis* Lovel. 4. et Mead. 2. Vox *Thyrsis* decrat in Hearnii N. lacuna tamen relicta. Eadem cum paucis sequentibus detrita erat in Hearnii L. 1. Praeterea *Staburreus* Lov. 5. et edd. principes. *Stuberreus* Lov. 1. 4. et Hearnii N. V. ad 31, 39, 4.

Berreus Alexander, injectis tapetibus etc. *spiritum intercluserunt*] *Beroeaeus* scribendum ab oppido *Beroea*. Sic Stephanus Βέροια πόλις Μακεδονίας· τὸ ἐθνικὸν Βεροιαῖος. Mendosius eſt in Pisoniana [cap. 36.] *Boreae* pro *Beroea*. SIGON. *Bereus* Voſſ. Lov. 2. 3. Mead. ambo, et Gaertn. *Berreus* Lovel. 4. 5. et edd. vett. *Boneus* Lov. 6. *Betreus* Harl. Vide J. Fr. Gronov. ad 23, 39, 3. Tota illa vox, et mox *injectis* desunt a Lov. 1. Tum *incluserunt* Lov. 3. V. ad 21, 58, 4. Mox §. seq. *inimici sui fuissent* Lovel. 2. et Harl.

§. 1. *L. Aemilius Paullus, prorogato consuluri imperio*] Legendum *prorogato ex consulatu imperio*. GELEN. Vox *Paullus* non comparet in Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. utroque, et Gaertn. *L. Paullus Aemilius* legunt Lov. 2. et Harl. V. ad 26, 22, 13. et 41, 21, 8. Deinde *Paullus consulari imperio* Lov. 5 et edd. principes: sed proximae demum vocem *prorogato* addiderunt; quae etiam in omnibus ceteris scriptis supereſt. Insuper *prorogato consulatus imperio* legunt Voss. Lov. 1. 3. 6. et Hearnii L. 1. At recte Gelenius *prorogato ex consulatu imperio*, consentientibus Lov. 2. 4. Harlej. Mead. ambobus, et Gaertn. Proprie enim consula-

Digitized by Google

culatum venerunt: negante Paullo, nisi cum deditis pacisci se pacem, non tam id recusabant, quam tempore opus esse ajebant, ut generi agresti hominum persuaderetur. ad hoc decem dierum induciae quum darentur, petierunt deinde, *ne trans montes proximos castris pabulatum lignatumque milites irent. culta ea loca suorum finium esse.* Id ubi impetravere, post eos ipsos montes, unde averterant hostem, ex-

tus non erat imperium, sed magistratus, cui imperium lege curiata jungebatur. Hoc autem imperium solum prorogatum est *ex consulatu*, id est, anno proximo, postquam consulatum gessisset. Ita passim praepositio illa apud nostrum et alios sumi solet. V. loca, quae laudavit Cl. Duker. ad Livii 22, 49, 11. Adde eumdem ad 4, 31, 1. Similiter 10, 5, 14. *Consul ex dictatura factus M. Valerius.* 40, 1, 6. *Cui ex consulatu prorogatum imperium erat.* Val. Max. 3, 7, 6. *Quum ex consulatu provinciam Galliam obtineret.* ubi vide viros doctos. Suet. Caes. 8. *Ex praetura ulteriorem sortitus Hispaniam.* Eodem sensu capienda est praepositio illa lib. 10, 26. *Conflare res incipit ex illo tempore.* id est, proxime post illud tempus.

Principio veris in Ligures Ingaunos exercitum introduxit] *in principio veris* Lov. 1. V. ad 2, 30, 14. Dein *Ligures Ingaunos*, omissa praepositione *in*, edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et reliquae usque ad Ascens. qui eam anno 1513. adscivit. Mox Moguntini monuerunt, eamdem se in membranis suis invenisse. Extat insuper non tantum in omnibus scriptis nostris, sed etiam in edd. principibus. Praeterea vox *exercitum* deest in Mstis nostris, excepto solo Lovel. 5. qui editis adhaerens solus eam retinet. Si vero delenda est, insuper legendum videtur *in Ligures Ingaunos duxit.* De eo loquendi genere, apud Livium saepissime obvio, v. ad 1, 23, 5. et 23, 18, 13. Illis adde supra 32, 6, 1. *Ad hostem ducere pergit.* 33, 6, 3. *Ducere ad hostem pergit.* cap. 18, 7. *Alabanda, ubi hostes erant, ducere pergit.* 35, 4, 3. *Ad Mutinam agmine incauto ducebat.* 37, 6, 2. *Praemisso fratre Africano, Amphissam ducit.* cap. 7, 7. *Per Macedoniam Thraciamque duceret in Asiam.* 38, 2. 20. 42, 65, 67. 43, 21. 23. 44, 2. 3. 8. 13. 30. 45, 37. et passim. Si vero *exercitum* servari oportet, non tamen probandum puto *introduxit.* Livius quidem *introducere exercitum in fines Istrorum* dixit 41, 10, 1. verum hoc loco non *in fines Ligurum*, sed *in Ligures exercitum introduxit* vulgo legitur; cujus locutionis nondum exemplum me observare memini. Mallem itaque *exercitum induxit.* Supra 1, 37, 5. *Pergit porro in agrum Sabinum exercitum inducere.* 8, 19, 9. *In agrum Fundanum exercitum induxit.* 35, 4, 1. *Exercitum in agrum Bojorum induxit.* 40, 37, 9. *In Apuanos Ligures exercitum induxerunt.* cap. 41, 1. *In Ligures exercitum induxerunt.* 44, 20, 2. *Exercitum per invios saltus in Macedoniam inductum.* Solent autem *inducere* et *introducere* in Mstis confundi. V.

Digitized by Google

ercitu omni coacto, repente multitudine ingenti castra Romanorum obpugnare simul omnibus portis adgressi sunt. Summa vi totum diem obpugnarunt, 6 ita ut ne efferendi quidem signa Romanis spatium, nec ad explicandam aciem locus esset. Conferti in 7 portis, obstando magis, quam pugnando, castra tutabantur. Sub occasum solis quum recessissent hostes, duos equites ad Cn. Baebium proconsulem cum

ad 40, 2, 6. Similiter *imire* et *introire*. Vide ad 3, 10, 4. Vel etiam *exercitum traduxit*. Mox hoc cap. §. 9. *Exercitum ex Gallia traduceret in Ligures*. cap. seq. §. 2. *Exercitum in Ligures traduci posse*. 41, 12, 3. *Exercitum traduceret in Ligures*. Prius tamen malo.

§. 3. *Negante Paullo, nisi cum dedisis*] Ita demum Gronov. edidit anno 1665. Priores exhibent *neganti*; quod supereſt etiam in Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Harlej. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. Livium participiorum praesentis ablativum singularem vel in *e*, vel in *i* formasse, vidimus ad 6, 14, 13. et cap. 21, 1. Quum tamen ex Voss. Lovel. 2. et Mead. 1. nihil notetur, et hinc eos *negante* legere verisimile fiat, Gronovii lectionem mutare nolui. Mox *se*, quod Frob. anno 1535. probantibus codd. nostris adscivit, male aberat a multis edd. prioribus. Tum *ajebant opus esse* Voss. Lov. sex, Harl, Mead. ambo, et edd. priscae. Aldus substituit *opus esse ajebant*.

§. 4. *Ad hoc decem dierum inducias quum darentur*] *ad haec* Lov. 5. Gaertn. et edd. vett. pro quo Aldus emendavit *ad hoc*, consentientibus reliquis scriptis nostris. Moguntini in suo cod. obvium sibi fuisse testantur *ad hoc quum darentur inducias*. Mox §. seq. vox *montes* non adparet in Lovel. 1. Tum idem legit *averterunt*. Praeterea *coacta repente multitudine ingenti* Lov. 3.

§. 6. *Summa vi totum unum diem obpugnarunt*] Vocem *unum* ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead, ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii; qui recte eam vocem delendam monet: quam etiam ex contextu ejeci. Sed praeterea *diem totum* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *tota die* Victor. Crevierii. *totam diem* Lov. 6. Sed vide ad 27, 43, 1. Insuper *oppugnaverunt* Lov. 3. et Harl.

Nec ad explicandam aciem] Scribe *nedum ad explicandam*. Aut, deleto *τῷ quidem*, *ita ut nec efferendi signa Romanis spatium, nec ad explicandam aciem locus esset*. J. FR. GRON. Priorem emendationem Gronov. etiam proposuit pr. ed. notarum ad 44, 38. Sed nihil muto. Similiter enim *nec* post *ne quidem* infertur supra 1, 3, 4. *Ut ne morte quidem Aeneae, nec deinde inter muliebrem tutelam rudimentumque primum puerilis regni movere arma ausi sint*. Tum *explicandum aciem* Lov. 6. V. ad 40, 49, 1.

§. 7. *Pugnando castra tutabantur*] *tuebantur* Lov. 4. et Mead. 2. Sed vide ad 28, 20, 1. Mox *Sub occasu solis* Lov. 1. 3. 5. 6. et

Digitized by Google

literis Pisas mittit, ut obsesso sibi per inducias quam-
8 primum subsidio veniret. Baebius exercitum M. Pi-
nario praetori, eunti in Sardiniam, tradiderat. ce-
terum et senatum literis certiorem fecit, obsideri a
9 Liguribus L. Aemilium, et M. Claudio Marcello, cu-
jus proxima inde provincia erat, scripsit, ut, si vi-
deretur ei, exercitum ex Gallia traduceret in Ligu-
res, et L. Aemilium liberaret obsidione. Haec se-

editi ante Moguntinos, qui *Sub occasum* adsciverunt, ut est in reliquis Mstis. Vide ad 2, 55, 1.

Ad M. Baebium consulem cum literis Pisas mittit] Paullo ante [cap. 19, 8.] in ordinandis hujus anni exercitibus de M. Pinario, qui exercitum in Sardiniam ducturus erat, Livius haec scribit: *Sumere a Cn. Baebio proconsule, qui Pisis hibernabat, jussus praetor.* Quare hoc loco legendum: *duos equites ad Cn. Baebium proconsulem cum literis Pisas mittit.* M. Baebius enim hujus anni consul nondum erat Pisis, ut ex paulo post sequenti contentione senatus ac consulum clarum evadit. GLAR. Legendum *ad Cn. Baebium proconsulem.* Sic enim supra [cap. 19, 8.] *M. Pinarius praetor, quod deerat militum, sumere a Cn. Baebio proconsule, qui Pisis hibernabat, jussus.* Item hoc loco: *Baebius exercitum M. Pinario praetori eunti in Sardiniam tradiderat.* Errorem intulit *M. Baebius*, qui hoc anno consul est. De quo haud ita multo post [c. 26, 5.] ait: *Consules nisi confecto delectu negare se ituros, nec suam segnitiam, sed vim morbi in caussa esse, quo serius perficeretur.* SIGON. *ad M. Baebium consulem* Pall. et vet. ed. GEBH. Similiter omnes nostri. Sed recte locum emendarunt Glareanus et Sigonius; quorum conjecturam non tantum probavit Crevier. ad h. loc. sed etiam Noris. ad Cenot. Pis. Diss. 1. cap. 1. pag. 12.

Ut obsesso sibi per inducias quamprimum subsidio veniret] Pall. *ut obsesso per indutias sibi quamprimum veniret subsidio.* GEBH. Non aliter Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *ut obsesso per inducias sibi* etiam edd. ante Frobenianam anni 1535. *veniret subsidio* insuper Voss. et Harl.

§. 8. *M. Pinario praetori*] Ultimam vocem, quae in scriptis nostris, et edd. vett. deest, Moguntini ex cod. suo addiderunt. Mox *literis* deest in Lov. 6. Hinc *certiorem facit* cod. Mog.

§. 9. *Et L. Aemilium liberaret obsidione*] *qui L. Aemilium* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. ambae, et quaedam aliae; ubi *qui* accipi potest pro ut, quemadmodum 26, 17, 12. *Mittit ad Neronem, qui in posterum diem conloquium differret.* ubi vide. Verum *et L. Aemilium* omnes scripti, et edd. principes, quod recte Aldus revocavit. Tum *liberaret ab obsidione* Gaertn. Utraque locutio apud Livium obcurrit. *liberare a Philippo* inlustravi ad 36, 17, 13. *liberare servitute* 38, 47, 11. Verius igitur est, ut reliquos codices, qui praepositionem ignorant, quam unum, sequamur.

Digitized by Google

ra futura auxilia erant. Ligures postero die ad castra redeunt. Aemilius, quum et venturos sciisset, et educere in aciem potuisset, intra vallum suos tenuit, ut extraheret rem in id tempus, quo Baebius cum exercitu venire a Pisis posset.

XXVI. Romae magnam trepidationem literae Baebii fecerunt: eo majorem, quod paucos post dies Marcellus, tradito exercitu Fabio, Romam quum

Paullo ante *e Gallia* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§. 10. *Ligures postero die ad castra redeunt*] Ita Frob. anno 1535. evulgavit, quum priores, omnesque scripti constanter habeant *ad castra postero die redeunt*. Mox *futuros*, pro *venturos*, Gaertn. Vide ad 36, 34, 2.

Et ducere in aciem copias potuisset] Libri omnes *et educere in aciem copias*. GEBH. Scripti omnes *et educere in aciem potuisset, intra vallum suos tenuit*. Nusquam *copias*. quod profecto insiticium est: nam ut τὸ *venturos* respicit ex praecedenti *Ligures*, ita *educere* (quod et Andreas tenet Moguntinaque cum tribus proximis) ex sequenti *suos*. Sed et per se intelligitur, et prorsus eodem modo auctor lib. 8, [9, 1.] *Romani consules, priusquam educerent in aciem, immolaverunt*. Lib. 21, [60, 5.] de Hannone: *Itaque priusquam alienarentur omnia, obviam eundum ratus, castris in conspectu hostium positis, in aciem eduxit. Nec Romano differendum visum*. J. FR. GRON. *et ducere* demum vidi in ed. Francof. Modii. omnes priores, omnesque scripti *et educere*. Verba *ducere* et *educere* etiam in Mstis saepe commutantur. V. ad 9, 12, 11. 23, 9, 1. 27, 12, 9. c. 41, 8. et c. 42, 8. ubi v. Rhenan. *educere* est ducere ex castris. V. ad 3, 62, 5. Praeterea vocem *copias* in solis tantum inveni Lov. 4. 5. et Mead. 2. ab aliis omnibus abest. Livium ita absolute *educere* usurpasse, vidimus ad 1, 23, 6. Exemplis ibi notatis adde 21, 39, 10. *Priusquam educeret in aciem, talem orationem exorsus est*. 22, 12, 3. *Quin Poenus educeret in aciem, copiamque pugnandi faceret*. 32, 30, 9. *Quum in aciem eduxissent, neutrum iis cornu committere ausi*. Similiter absolute uti solet verbo *ducere*. Vide ad 1, 23, 5. Mox *in id ipsum tempus* Lov. 6. Tum *venire a Pisis possit* Lov. 3. *venire posset a Pisis* Gaertn.

§. 1. *Romae magnam trepidationem literae Baebii fecerunt: eo majorem*] Suspicor, immo poene pro certo habeo, τὸ *magnam* alienum esse, et distinctionem mutandam. Nam, praeterquam quod inficeta prorsus est gradatio ex *magnam* in *majorem*, plenissimi sensus est: *Romae trepidationem literae Baebii fecerunt eo majorem, quod paucos post dies Marcellus*, etc. J. FR. GRON.

§. 2. *Spem ademit, eum, qui in Gallia esset, exercitum in Ligures traduci posse*] *adimit* Lov. 4. Tum *posse traduci* Lov. 1. 3. 6. et Gaertner. *posse transduci* Voss. Vide ad 42, 22, 6. Reliqui omnes *traduci*. Paullo ante τὸ *Marcellus* culpa librarii excidit in Voss. quae vox

Digitized by Google

veniſſet, spem ademit, eum, qui in Gallia eſſet, exercitum in Ligures traduci poſſe, quia bellum cum Iſtris eſſet, prohibentibus coloniam Aquilejam dedu-
3 ci. eo profectum Fabium, neque inde regredi, bel-
4 lo inchoato, poſſe. Una, et ea ipsa tardior, quam tempus poſtulabat, subsidii spes erat, si consules maturaſſent in provinciam ire. id ut facerent, pro
5 se quisque Patrum vociferari. Consules, nisi confecto delectu, negare se ituros, nec suam segnitiem, sed vim morbi, in cauſſa eſſe, quo serius perficeretur.

tamen abeſſe nequit. In seq. etiam *erat*, pro *eſſet*, legit Lov. 2. Tum *coloniam* exsulat a Voſſ.

§. 3. *Neque inde regredi*] Prima vocula non adparet in Harl. omittitur etiam in Mead. 1. relicta tamen lacuna. Tum *idem* praefert Lov. 4. Sed v. ad 31, 38, 9. Mox §. seq. *Una, et ipsa tardior* Lov. 3. Male. 4, 31, 9. *Accito exercitu ab Vejis, eoque ipso ab re male geſta perculso.* 23, 12, 2. *Neminem, nisi equitem, atque eorum ipsorum primores, id gerere insigne.* Hinc *maturaſſet in provincia ire* Voſſ. *maturaſſet in provinciam*, omiſſa voce *ire*, Gaertn. At sequens *id* deeſt in Lov. 1.

§. 5. *Negare se ituros, nec suam segnitiem, sed vim morbi, in cauſsa eſſe*] MS. *negare esse ituros.* MOD. *negare ituros se* scripti omnes, et edd. priscae. Poſtea Moguntini notarunt, membranas suas praeferre *negare eſſe ituros*: unde Frob. anno 1535. fecit *negare se ituros.* Si tamen Moguntini lectio non placeet, potius legerem *sese ituros.* Paſſim enim *eſſe* et *sese*, transpositis literis, in Mſtis confunduntur. V. ad 2, 32, 4. c. 41, 4. 4, 35, 9. 6, 33, 3. 8, 38, 13. 21, 50, 10. 23, 43, 3. 24, 46, 3. 33, 31, 9. 34, 17, 7. 36, 20, 3. aliisque locis. Adde Clariſſ. Oudend. ad Front. 1, 1, 5. Tum *nec sua segnitia, sed vis morbi cauſſa eſſe* Harl. et Mead. 1. *nec suam segnitiam* Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. et edd. ante Modium, qui dedit *segnitiem.* V. ad 31, 6, 5.

Quo serius proficiscerentur] Lege *quod serius.* J. FR. GRON. Non tamen, salvo V. Cl. judicio, video causam, cur ſtare non possit lectio recepta, quam omnes agnoscunt codices. *quo* enim saepe eleganter ponitur pro *quod.* Ter. Eun. act. 1. sc. 2. *Non quo quemquam plus amem.* Cicero aliique paſſim ita loquuntur, praesertim quando sequitur comparativus, ut *quo minus.* ita hic *quo serius.* LAMB. BOS. *quo* tamen defendi poteſt. Plaut. Poen. 3, 1, 30. *An vero non juſta cauſa eſt, quo curratur celeriter, ut bibas, edas de alieno?* pro quare curratur. Et pro eo, quod apud illum Aulul. 1, 2, 14. vulgatur, *ne causae quid sit, quod te quisquam quaeritet*, Meurs. in Exercit. Crit. part. 1. pag. 39. e MS. legit *quo*, quod etiam vet. ed.

Digitized by Google

tur. non tamen potuerunt sustinere consensum sena- 6
tus, quin paludati exirent, et militibus, quos con-
scriptos haberent, diem edicerent, quo Pisas con-
venirent. permissum, ut, qua irent, protinus subi-
tarios milites scriberent, ducerentque secum. Et 7
praetoribus, Q. Petillio et Q. Fabio, imperatum est,
ut Petillius duas legiones civium Romanorum tumul-
tuarias scriberet, et omnes minores quinquaginta
annis sacramento rogaret: Fabio, ut sociis Latini
nominis quindecim millia peditum, octingentos equi-
tes imperaret. Duumviri navales creati C. Matienus 8

Brixiensis habet. Praeterea ni-
hil obstare videtur, quo minus
quo serius pro ut serius accipia-
tur. Nam, *quo* saepe pro *ut* di-
ci, notum est, et *causa ut*, pro
causa cur, est in Liv. 5, 55. *Ea
est causa, ut veteres cloacae nunc
privata passim subeant tecta.* DU
KER. Recte Clariss. Bos vulga-
tum *quo*, quod omnes tuentur
codices, vindicat. Supra 39, 13.
*Se terrendi ejus caussa, non quo
sciret quidquam, ea locutam esse.*
ubi alia vide. *quo* pro ut usurpa-
ri, vidimus ad 6, 24, 2. Ita 30,
16, 15. *Ducentes paucos in speciem
captivos, quo impetrabilior pax es-
set.* Vide Cel. Burm. ad Ovid.
20. Her. 23. Vulgatum etiam prae-
fert Crevier. Deinde *proficisce-
rentur* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl.
Mead. 1. et edd. principes. iis
proximae *proficiscuntur*. Mogun-
tini ex cod. suo *perficeretur*, sci-
licet delectus; quo nisi perfecto
se consules in provinciam itu-
ros negabant. Eamdem lectio-
nem editores probarunt usque
ad Gronov. qui anno 1665. *pro-
ficiscerentur* revocavit. Caussam
tamen non video, cur integerri-
mi codicis scripturam mutandam
duxerit. Ejus vestigia supersunt
in Lov. 3. 4. Mead. 2. et Gaertn.
perficerent, sive *perficerēt*, pro
perficereī, praeferentibus; de
quo errore vide ad 38, 40, 1.

§. 6. *Quin paludati exirent, et militibus, quos conscriptos haberent*] Pal. pr. *quos constrictos haberent*. GEBH. Vocem *paludati* male omittit Hearnii L. 1.

Permissum, ut, qua irent, protinus subitarios] Omnibus scriptis et priscis editis *τὸ ut* exest. Librarius Moguntinus addidit. J. FR. GRON. Illud *ut* nesciunt etiam nostri, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et editi ante Aldum; qui ex fidissimis membraniis Moguntinis adscivit. Particula illa post *permittere* modo omittitur, modo additur a Livio. V. ad 33, 45, 3. Optimi igitur Mssi fidem sequor.

§. 7. *Et praetoribus, Q. Petillio*] *E praetoribus* Mead. 1. Librarios particulas *et* atque *e* etiam alibi commutasse, olim monui ad Silii 14, 549. Eodem modo confuderunt *et* atque *ex*. Vide ad Livii 26, 45, 1. Tum *Petilio* Mssi. Sed vide ad cap. 18, 2. Mox verbis sequentibus *legiones*

Digitized by Google

et C. Lucretius, navesque iis ornatae sunt; Matienoque, cujus ad Gallicum sinum provincia erat, imperatum est, ut classem primo quoque tempore duceret in Ligurum oram, si quo usui esse L. Aemilio atque ejus exercitui posset.

civium tumultuarias, voce *Romanorum* omissa, Hearnii L. 1. Male. 41, 5. *Duae legiones civium Romanorum conscriptae.* Vide ad c. 18, 6. Similiter *legio Romana* 23, 24. 40, 36. et 43, 12. ubi etiam vox *Romana* ut non necessaria considerari posset, quia legio non nisi ex civibus Romanis conscribebatur. Tum *sociis Latinis*, pro *Latini nominis*, Lov. 3. et 6.

§. 8. *Duumviri navales creati M. Macienus et C. Lucretius*] Bis postea alter duumvirorum L. Cornelius Dolabella proditur. quare videndum, hic locus quam bene habeat. GLAR. *C. Macenius* Lovel. 3. *C. Macienius* Voss. Lov. 4. et Gaertn. *C. Matienius* Lov. 1. 2. et Mead. 2. *C. Matiemus* Harl. *M. Macienus* Lov. 5. et edd. vett. *C. Matienus* se in cod. suo reperisse, Moguntini monuerunt; quod etiam in Lov. 6. et Mead. 1. unde nihil adlatum in excerptis invenio, exstitisse videtur. Eam lectionem Froben. anno 1535. recepit, et reliquae omnes editiones servarunt, exceptis ultima Gruteri, et Elzevir. Heinsii, quae *C. Matienius* admiserunt. Vide ad 41, 28, 5. In alterius duumviri nomina *C. Lucretius* conspirant omnes codd. ut non audiendum censeam Vaillantium, qui, teste Hearnio, in Famil. Rom. tom. 2. pag. 70. legendum censet *Cn. Lucretius*, quia quemdam Cn. Lucretium in nummis memorari videbat: qui tamen ad alia tempora referri potest. Certe Cl. Haverk. in Comm. ad Thesaur. Morell. tom. 1. pag. 252. nummum eadem inscriptione potius ad tempora belli Punici refert, eumque cusum conjicit a quodam Cn. Lucretio, qui ea aetate quaestor urbanus exstitit. Videndum potius, an non legendum sit *M. Matienus*; ut is intelligatur, qui octennio post praetor creatur infra 41, 28. et tum per *C. Lucretium* intelligerem C. Lucretium Gallum, qui biennio post Matienum praeturam obtinet infra 42, 28. Contra Pighius in Ann. Rom. ad A. V. DLXVII. pag. 305. eum *C. Lucretium Trionem* vocat, et cognomen *Trio* in exemplaribus Livii hic periisse putat. Ejus sententiam si probamus, et vulgatum *C. Matienus* defendimus, simul credendum est, neutrum duumvirûm postea ad majores honores perveniisse. Ceterum *L. Cornelius Dolabella duumvir navalis* infra memoratus cap. 42. ab utrovis horum diversus est. Memoratur enim anno sequenti, quo jam, qui hoc anno dignitatem illam obtinuerunt, honore abiisse verisimile est. Fatendum quidem est, Livium interim novos duumviros creatos non retulisse; verum id etiam alibi in minoribus his imperiis omittere solitus est.

Navesque iis ornatae sunt] Pronomen *iis* deest in Harl. Sed male. *iis ornatae* est ab iis ornatae. V. ad 6, 11, 4. Ipsis enim duumviris naves deducendi et socios nauticos conscribendi cura datur cap. 18, 7. *Nec rei navalis cura omissa. Duumviros in eam rem consules creare jussi, per quos na-*

Digitized by Google

XXVII. Aemilius, postquam nihil usquam auxi- 1
lii ostendebatur, interceptos credens equites, non ultra differendum ratus, quin per se fortunam tentaret, priusquam hostes venirent, qui jam segnius socordiusque obpugnabant, ad quatuor portas ex- 2

ves viginti deductae navalibus sociis civibus Romanis, qui servitutem servissent, complerentur. Id hic *ornare* vocat. Vide ad 9, 40, 17. et 24, 48, 7.

Cujusque ad Gallicum sinum provincia erat, imperatum] Legendum *Matienoque, cujus ad Gallicum sinum.* GELEN. Sic [*Matienoque, cujus*] Gelenius. Docuit nos superius Livius [cap. 18.] inter duumviros ita divisam maritimam oram, ut promontorium Minervae iis velut cardo in medio esset; alter dextram partem usque ad Massiliam, laevam alter usque ad Barium tueretur. Et Matieno evenisse dextram scimus ex cap. 28. Itaque omnino censco, Livium hic distulisse ejus rei mentionem, et scripsisse, ut olim edebatur, et quos scriptos vidimus: *navesque iis ornatae sunt: cujusque ad Gallicum sinum provincia erat, imperatum.* Ipsum genus loquendi antiquum et doctum. Plautus in Poen. 3, 5. *Ita mihi renunciatum est, quibus credo satis.* hoc est, ab illis, quibus credo satis. Ubi fuit, qui conjectaret *ibus.* Trinummo [2, 4, 21.] *Pater cum peregre veniet, in porta est locus.* Frustra Douza *patri.* Noster 4, [3, 15.] *Civis Romanus si sit ex plebe, praecisa consulatus spes erit.* Intelliges, ei praecisa erit. 10, 25, 2. *Hodierno et crastino die qui nomina dederitis, mecum ducam.* Ubi perperam Sigonius *dederint.* 28, 45, 10. *Imperiumque in annum prorogaretur, cui ea provincia evenisset.* Sic omnes scripti. Vulgo *ei prorogaretur.* J. FR. GRON. Cum Gronovio faciunt omnes nostri, Hearnii Oxonn. et Crevierii Victor. Id autem loquendi genus antiquum et doctum esse agnosco. V. ad 23, 15, 4. Si tamen constaret, Gelenium lectionem, quam restituit, ex membranis Moguntinis hausisse, earum auctoritati cederem. Clericus, qui lectionem Gronovii recipere voluit, perperam vulgavit *cujus*, pro *cujusque.* Praeterea Moguntini monuerunt, se in Mso suo vidisse *imperatum est*, addita ultima voce; quod, quum etiam praeferant Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo, recipere non dubitavi. Mox *classem quoque primo tempore* Harl. sed librarius non intellexit locutionem *primo quoque tempore*, existimans *quoque* hic conjunctionem esse. Sed vide ad 42, 8, 8.

Si quo usui esse L. Aemilio atque ejus exercitui posset] Ita alibi quoque. Sed tamen legendum credo, *si qua usui.* id est, si qua ratione. Video, quid ad illud alterum dici queat; sed *qua* magis placet. TAN. FABER. *si quo* hic non magis displicere cuiquam potest, quam 26, 9, 9. *Alii obtulerunt se, si quo usus operae sit.* 27, 28, 5. *Parati milites essent*, etc. *si quo opera eorum opus esset.* DUK. Mihi etiam *si quo* magis placet, quod constanter in omnibus scriptis et editis supereat, et commode exponi potest, si quo modo, si quo loco, vel, ut Crevierius reddit, si aliquo, si ad aliquid, aeque ac Faber *si*

Digitized by Google

ercitum instruxit, ut, signo dato, simul ex omnibus
3 partibus eruptionem facerent. Quatuor extraordinariis cohortibus duas adjunxit, praeposito M. Valerio legato: erumpere extraordinaria porta jussit.

qua exponit, si qua ratione. Praeterea *exercitui ejus* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Denique *possent* Voss. Lovel. 1. et Gaertn. De locutione *classis possent* v. ad 35, 26, 9. Potius tamen *possent* errorem scribarum esse puto.

§. 1. *Nihil usquam auxilii*] Vox *usquam* deest in Lov. 5. 6. et edd. primis. Sed *usquam nihil* datum est in edd. Mediol. anni 1480. et Tarvis. utraque, quod probant Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Moguntini deinde *nihil usquam* ex cod. suo emendarunt. Mox *qui segnius*, sine media voce, Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertner. *ut qui segnius* Lov. 3. et 6. Hinc *secordius* Lov. 5. Gaertn. ed. Camp. et quaedam aliae. Vide ad 6, 37, 8. Tandem *pugnabant* Harl.

§. 2. *Ad quatuor portas exercitum instruxit*] Quae Modius se ex variis locis commentarii Lipsiani ad Tacitum de portis castrorum ad hunc locum excerpsisse testatus est, omisi, partim quia ipse Lipsius pleraque eorum curis secundis omisit, partim quia, quae huic materiae inlustrandae sufficiunt, legi possunt apud ipsum Lipsium 5. de Milit. Rom. 5. Mox *eruptionem faceret* Lovel. 3. Sed, passim *exercitus* tamquam collectivum cum verbo plurali construi, vidimus ad 3, 28, 2.

§. 3. *Extraordinariis cohortibus duas*] Hiat indecore oratio. Scribe: *quatuor extraordinarias cohortes duabus adjunctis, praeposito M. Valerio legato, erumpere extraordinaria porta jussit.* Duas intelligo, non ut Lipsius festinat lib. 2. Dial. 7. sive legionarias, sive alares, sed omnino alares: nam quidquid in legionibus, alibi occupatum: hastati et principes primae ad dextram principalem; principes et hastati tertiae ad sinistram; triarii utriusque in praesidio castrorum. *Portam extraordinariam*, praetoriam; ubi tendebant Extraordinarii, ἐκλεχθέντες τοῖς ὑπάτοις οἱ ἐπιτηδειότατοι πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ πάντων τῶν παραγενομένων συμμάχων· τῶν μὲν ἱππέων, τὸ τρίτον μέρος· τῶν δὲ πεζῶν, τὸ πέμπτον, ut ait Polyb. [6, 24.] J. FR. GRON. Oratio hians minore mole expleri potest copula *et* post *adjunxit* addenda, quam quatuor vocibus mutandis. DUK. Conjecturam Gronovii probat Crevier. Codices vulgatum tuentur. Neque video, cur locus hic magis indecore hiare dicatur, quam reliqui omnes, in quibus Livius more suo omisit pronomen *is*. Quid enim requireretur, si scripsisset, *Quatuor extraordinariis cohortibus duas adjunxit, praeposito M. Valerio legato. eas*, vel *eum erumpere extraordinaria porta jussit*? De ellipsi istius pronominis, quod interpolatores saepe de suo addere conati sunt, vide J. Fr. Gronov. ad 1, 1, 11.

Erumpere extraordinariis cohortibus a porta jussit] Legendum est *erumpere extraordinaria porta jussit.* Sic enim constabit quatuor portarum numerus: ut sint duae principales, una quaestoria, et quarta haec ipsa extraordinaria. GELEN. Vulgo numerantur qua-

Digitized by Google

ad dexteram principalem haſtatos legionis primae 4
inſtruxit; principes ex eadem legione in subsidiis
posuit: M. Servilius et L. Sulpicius, tribuni militum,
his praepositi. Tertia legio adversus principalem 5

tuor in caſtris Romanis portae: decumana, praetoria, principalis, quintana. erat tamen in eis etiam porta extraordinaria, prope quam tendebant extraordinarii. quaeſtoria, quae propinqua erat quaeſtorio. sed et duae principales erant, dextra et ſiniſtra a principibus nomen adeptae. TURN. 30. Advers. 24. Vet. ed. *erumpere extraordinariis cohortibus a porta jussit.* Pall. *erumpere extraordinarios a porta jussit.* GEBHARD. De porta extraordinaria insignem errorem Salmasii notavit Schelius ad Polyb. pag. 1161. DUK. *extraordinariis a porta* Lovel. 1. 6. et Voſſ. *extraordinarios a porta* Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Horum codicum scribae duplicem, quam in exemplari suo repererant, lectionem simul servare voluiſſe videntur, *extraordinariis* vel *extraordinarios* et *extraordinaria porta jussit.* Pejus interpolatae erant priscae ante Gelenium edd. *extraordinariis cohortibus a porta*, quod supereſt etiam in Lov. 5. sed, *extraordinariis* vel *extraordinariis cohortibus jussit* soloecum eſſe, vidimus ad 27, 24, 3. Quae Turnebus ad hunc locum notavit, vix nomine ejus digna sunt. Ita ſtatuendum. Portae caſtrorum erant quatuor, prima eſt praetoria, alio nomine extraordinaria dicta; secunda et tertia principales dextra et ſiniſtra; quarta decumana, quae et quaeſtoria dicitur. Vide Lips. 5. de Milit. Rom. 5. Porta quintana nulla fuit, a solo memorata Paullo Diacono in Compendio Feſti ea voc. *Quintana adpellabatur porta in caſtris poſt praetorium.* Sed viri docti vel vocem *porta* delendam, vel in *pars* mutandam docuerunt. V. Lips. ibid. 5, 3. Vel cum Daciero ad d. l. Paulli pro *porta* legendum *via.* Ipse etiam Lipsius in loco, quem ex commentario ejus Corneliano Modius ad hunc locum excerpsit, erravit. Hic enim emendat *erumpere ordinaria porta*, eamque ita dici putat, quia legitimum et ordinarium erat ea erumpere in hoſtem. At recte in Milit. Rom. loco priori sententiam mutavit, et *extraordinariam* portam adpellari docuit a turmis et cohortibus extraordinariis ad eam tendentibus.

§. 4. *M. Servilius et L. Sulpicius, tribuni militum, his praepositi*] Sic primus apud me Curio. Priores omnes ab Andrea ad Frobenium *M. Servilio et L. Sulpicio tribunis militum his praepositis.* Quod reſtituendum, ita tamen ut inducatur *τὸ his.* J. FR. GRON. Non primus vulgatae lectionis auctor exſtitit Curio; ante quem ita ediderunt Frob. anno 1535. Basil. anno 1539. Vascos. et Gryph. ut verisimile fiat, Frobenium ita edidiſſe ex mente Gelenii; Gelenium autem eam scripturam in Mſto Mog. inveniſſe: quo casu illam probandam putarem. Nam mox, legione tertia adversus portam principalem ſiniſtram inſtructa, Livius similiter subjungit, *Sex. Julius Caesar et L. Aurelius Cotta tribuni militum huic legioni praepositi sunt.* Lectioni autem a Frobenio reſtitutae favent Voſſ. et Lov. 1. nulla parte diſſentientes, nisi quod unica litera perperam addita praeferant *his praepositis.*

Digitized by Google

6 siniſtram portam inſtructa eſt. id tantum mutatum; principes primi, et haſtati in subsidiis locati: Sex. Julius Caesar et L. Aurelius Cotta, tribuni militum,
7 huic legioni praepositi sunt. Q. Fulvius Flaccus legatus cum dextera ala ad quaeſtoriam portam positus: duae cohortes et triarii duarum legionum in
8 praesidio caſtrorum manere juſſi. Omnes portas concionabundus ipse imperator circumiit; et, quibuscumque irritamentis poterat, iras militum acuc-
9 bat; nunc fraudem hoſtium incusans, qui, pace petita, induciis datis, per ipsum induciarum tempus contra jus gentium ad caſtra obpugnanda veniſſent:
10 nunc, quantus pudor eſſet, edocens, ab Liguribus,

Contra veterem lectionem, quam Gronovius probat, unus tantum praefert Lov. 5. Reliqui octo legunt *M. Servilium*, (in uno eſt *L. Servilium*) *et L. Sulpicium tribunos* (quidam *tribunum*, unus vel alter *tr.*) *militum his praepositis:* unde minima mutatione effici poteſt *M. Servilium et L. Sulpicium tribunos militum his praeposuit;* quemadmodum Lov. 3. inter versus exhibet. Certe vel ita, vel ut Frobenius reſtituit, emendandum videtur: nisi quis insuper mallet *et C. Sulpicium* propter illa, quae dicam ad cap. 28, 8. Similiter *C. Sulpicium* scribendum conjecit Clariſſ. Dukerus. Mox §. seq. *siniſtram principalem portam* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. 6., Mead. ambo, et Gaertner. Vocem *siniſtram* male neglexit Harl.

§. 6. *Sex. Julius Caesar et L. Aurelius Cotta*] *et L. Valerius Cotta* omnes Mſti noſtri, Hearnii L. 1. et priscae edd. pro quo recte Frob. anno 1531. subſtituit *Aurelius. Cotta* enim non gentis Valeriae, sed Aureliae cognomen eſt. Librarii, qui primus ita erravit, memoriae Valerius modo memoratus adhuc forte obversabatur. Infra c. 28, 8. conſtanter in scriptis, et edd. *L. Aurelius Cotta* vocatur.

§. 7. *Q. Fulvius Flaccus legatus*] Idem fortaſſis, qui A. V. IↃLXVI. praetor Sardiniam provinciam habuit 38, 42. et A. V. IↃLXXIII. in locum C. Calpurnii consul suffectus eſt, infra cap. 37. Alter Q. Fulvius Flaccus, hujus frater patruelis, hoc anno Hispaniam citeriorem pro praetore obtinebat, cap. 18. et 30. Vide Sigon. ad cap. 41. DUKERUS.

Duae cohortes et triarii duarum legionum in praesidio caſtrorum manere] Duas cohortes siniſtrae alae intelligit Clariſſ. Crevierius: dextram enim alam et ambas legiones alibi occupatas eſſe. Ejusdem siniſtrae alae fuiſſe duas cohortes quatuor extraordinariis junctas, quae superius memoran-

Digitized by Google

latronibus verius, quam hostibus justis, Romanum exercitum obsideri. *Quo ore quisquam vestrum, si hinc alieno praesidio, non vestra virtute, evaseritis, obcurret, non dico eis militibus, qui Hannibalem, qui Philippum, qui Antiochum, maximos nostrae aetatis reges ducesque, vicerunt; sed iis, qui hos ipsos Ligures aliquoties, pecorum modo fugientes, per saltus invios consectati cecíderunt? Quod Hispani, quod Galli, quod Macedones Poenive non audeant, Liguſtinus hostis vallum Romanum subit, obsidet ultro, et obpugnat! quem, scrutantes antea devios saltus, abditum et latentem vix inveniebamus.* Ad haec consentiens reddebatur militum clamor, *nullam militum culpam esse, quibus ne-* 11 12 13 14

tur, existimat. Ita tamen scrupulum remanere agnoscit, quod quatuor tantum sinistrae alae cohortes memorentur, quum tamen quaelibet ala socialis, eodem modo ac legio civium Romanorum, in decem cohortes fuerit divisa. Huic difficultati non respondet; neque mihi etiam ei respondendi ratio adparet, nisi forte nodum Gordium gladio Alexandri secare, ac dicere velimus, in numero cohortium alariarum vel supra §. 3. vel hoc loco, aut etiam utroque erratum, et pro *II* vel *duas* aut *duae* altero loco *IV*, altero *VI*, vel etiam utroque *V* legendum esse. Videndum etiam, an sex, quarum nulla mentio fit, alibi occupatae ac relictae esse potuerint. Cogitent lectores. Deinde *in praesidio manere castrorum jussi* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Ceterum hic desinit Lov. 3. in fine mutilus.

§. 8. *Imperator circumiit; et, quibuscumque irritamentis poterat, iras*] *circumivit* Lov. 2. et Harl. *circuivit* Lov. 1. et Gaertn. *circuit* Lov. 5. et primae edd. pro quo Frob. anno 1535. reposuit *circumiit;* quod servant reliqui nostri. De litera *m* in hac voce servata, vel elisa vide ad 26, 29, 3. De errore, qui insuper in primis edd. committitur, vide ad 36, 20, 3. Praeterea *et irritamentis, ut poterat, iras militum acuebat* Lov. 1. 6. et Voss.

§. 12. *Qui hos ipsos Ligures aliquoties, pecorum modo fugientes, per saltus invios consectati cecíderunt*] *qui ipsos Ligures* Lov. 2. 6. et Harlej. *qui eos ipsos Ligures* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Tum *occiderunt* Lov. 1. 2. et Harl. V. ad 36, 36, 6. Paullo ante §. praec. *aetatis nostrae reges* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 13. *Quem, scrutantes antea in devios saltus*] Tollenda est praepositio *in*. GELEN. *scrutantes ante* Voss. Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Tum *in devios saltus*, quod recte Gelenius

Digitized by Google

15 mo ad erumpendum signum dedisset. Daret signum: intellecturum, eosdem, qui antea fuerint, et Romanos et Ligures esse.

1 XXVIII. Bina cis montes castra Ligurum erant. ex iis, primis diebus, sole orto, pariter omnes 2 compositi et instructi procedebant: tum, nisi exsatiati cibo vinoque, arma non capiebant. dispersi, inordinati exibant; ut quibus pro spe certum esset, 3 hostes extra vallum signa non elaturos. Adversus ita incompositos eos venientes, clamore pariter omnium, qui in castris erant, calonum quoque et lixa-

damnavit, Voss. Lov. 5. et Gaertner. *indevios saltus*, una voce, Lov. 2. unde mihi nata est conjectura, priscae lectionis auctorem eo modo duplicem lectionem *invios* et *devios*, quam utramque in exemplari suo invenerat, reddere voluisse. V. ad 3, 44, 4. Quum tamen modo *saltus invios* praecesserit, non male hic viri docti *devios* praetulerunt, ne Livius sine necessitate eamdem vocem repeteret; praesertim quum etiam reliqui codd. idem vocabulum tueantur. De voce *devius* v. ad 3, 13, 10. Paullo ante *Quid Hispani, quid Galli, quid Macedones Poenive non audeant?* Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§. 14. *Reddebatur militum clamor, nullam militum culpam esse*] Vocem *militum* priore loco neque scripti ulli, neque editi principes agnoscunt. Itaque deleatur, invito quamvis Moguntino scripto, quem Aldus et deinceps alii secuti. J. FR. GRON. Vocem *militum* priori loco non agnoscunt etiam nostri, et Hearnii Oxonn. Eam tamen ob codicis Mog. auctoritatem damnare non audeo: tanto autem minus, quod aliam integerrimis membranis fidem abrogandi causam non habuerit Gronovius, quam quod mox iterum sequatur. Quomodo ergo verbis proximis ferre potuit: *quibus nemo ad erumpendum signum dedisset. Daret signum?* Vide ad 1, 3, 9. Praeterea paullo ante *Ad hoc consentiens* Voss. Male. V. ad 21, 52, 10. In fine cap. prius *et* non adparet in Lov. 5. et edd. ante Aldum; nec sequens *esse* in Mead. 2.

§. 1. *Pariter omnes compositi et instructi*] *pariter compositi omnes instructi procedebant* Lovel. 5. et edd. ante Aldum, cum quo, vulgatae lectionis auctore, sentiunt scripti reliqui.

§. 2. *Ut quibus pro spe certum esset*] Legendum, *ut quibus prope certum esset.* MURET. Emendationem hanc probat Crevier. *pro se certum* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harlej. Mead. uterque, et Gaertn. Mox *signa non daturos* Lov. 5. et edd. principes, literis *el* in *d* ob ductuum similitudinem coalescentibus, ut et alibi factum est. Vide ad 2, 16, 7. 7, 24, 5. 8, 21, 3. 9, 43, 8. 10, 11, 6. a-

Digitized by Google

rum, sublato, simul omnibus portis Romani eruperunt. Liguribus adeo inprovisa res fuit, ut perin- 4
de, ac si insidiis circumventi forent, trepidarent. Exiguum temporis aliqua forma pugnae fuit. fuga deinde effusa, et fugientium passim caedes erat. E- 5
quitibus dato signo, ut conscenderent equos, nec effugere quemquam sinerent, in castra omnes trepida fuga compulsi sunt: deinde ipsis exuti castris. Supra quindecim millia Ligurum eo die occisa, ca- 6
pta duo millia et quingenti. Triduo post Ligurum Ingaunorum omne nomen, obsidibus datis, in ditio-

liisque locis. Moguntini deinde monuerunt, codicem suum velle *non elaturos signa*, sed ipsi edidertnt *signa non elaturos*, ut est in reliquis scriptis.

§. 4. *Aliqua forma pugnae fuit. fuga deinde effusa, et fugientium passim caedes erat*] Libri Pall. omnes *fuga deinde effusa effugientium passim caedes erat*. GEBH. *aliqua fortuna pugnae fuit* Harl. Vide ad 41, 20, 1. *aliqua pugnae forma fuit* Gaertn. Nec aliter Voss. nisi quod vocem *fuit* omiserit. Tum *fuga deinde effusa*, *fugientium* praefert Lov. 6. *fuga deinde effusa effugientium* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *deinde effusa effugientium passim caedes erat*, omissa ab initio voce *fuga*, Voss. quae omnia inter aberrantium scribarum σφάλματα referenda. *effusa fuga*, *effuse fugere*, *effundi in fugam* toties apud Livium aliosque obvia, ut exempla notare operae non sit. Vide Jac. Perizon. ad 41, 7, 10. De lapsu vero scribarum, qui *effugientium* pro *et fugientium* dederunt, vide ad 38, 49, 4.

§. 6. *Capta duo millia et quingenti*] MS. *capti duo millia et trecenti tres*. MOD. Illud *capti* genium locutionis Livianae refert. Vide ad 37, 39, 12. praesertim autem quum *capti* hic referri possit ad numerum, qui ultra millenarium excrescit: nam saepe ejus potius, quam additae vocis *millia*, in constructione rationem habet. Vide ad 39, 7, 1. Praeterea copula *et* deest in Voss. Lov. 1. 5. et edd. vett. Quum autem Moguntini monuissent, se in Msto optimo vidisse *capti duo millia et trecenti tres*, ejus, ut videtur, fide Aldus voculam *et* adscivit.

Ligurum Ingaunorum omne nomen, obsidibus datis, in deditionem venit] Sic etiam Aldina. Tu vero scribe cum membranis et prius editis *in ditionem:* quod male Moguntini mutarunt. J. FR. GRON. Non Moguntini id mutarunt, sed Ascensius, qui anno 1510. *in deditionem* edidit, et triennio post *in ditionem* in margine ostentavit. Utrumque genus loquendi Livio usitatum esse, vidimus ad 33, 37, 4. Saepius etiam librarios vocabula haec inter se commutarunt. V. ad 26, 21, 17. Quum tamen codd. nostri, et Hearnii L. 1. *in ditionem* tueam-

Digitized by Google

7 nem venit. gubernatores nautaeque conquisiti, qui praedatores fuissent navibus, atque omnes in custodiam conjecti. Et a C. Matieno duumviro naves ejus generis in Liguſtina ora triginta duae captae 8 sunt. Haec qui nunciarent, literasque ad senatum ferrent, L. Aurelius Cotta, C. Sulpicius Gallus Romam missi; simulque peterent, ut L. Aemilio confecta provincia decedere, et deducere secum milites 9 liceret, atque dimittere. Utrumque permissum ab senatu, et supplicatio ad omnia pulvinaria per tri-

tur, neque de codicis Mog. lectione certo constet, Gronovio ita emendanti adsentior. Alterum malebat Crevierius; quod convenire posse non inficior, et tantum codicum auctoritati cedo. Tum *Ligurum Gaunorum* Voss. *Ligurum et Gaunorum* Harl. *Ligurum Inganorum* Lov. 2. Tum *nomen omne* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§. 7. *Qui praedatores fuissent navibus, atque omnes in custodiam conjecti*] Clariss. Crevierius conjicit *qui in praedatoriis fuissent navibus*. Nam, *praedatoriis* legendum esse, probare putat verba sequentia *naves ejus generis*, quibus indicatur, navium certi cujusdam generis prius mentionem factam fuisse. Tum *omnes* abest a Mead. voces *atque omnes in custodiam conjecti* ab Hearnii L. 1. Dein *conjecti in custodiam* legit Lovel. 1. *in custodia conjecti* Voss. et Gaertn. Vide ad 39, 41, 7.

Et a Matieno duumviro] Vet. lib. *et a C. Matieno duumviro*. SIGON. Similiter Lov. 6. et Mead. 1. Scd *et a C. Macieno* Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. et Mead. 2. *et ca. Matieno duumviro* Lov. 1. *et Amacremo duumviro* Gaertn. *et a M. Macieno* ed. Moguntina. *et a Matieno*, omisso praenomine, ed. Frob. anni 1535. Vide ad cap. 26, 8. Mox *duae ac triginta captae* primum adparuit in ultima Gruteri ed. priores omnes cum Lovel. 5. et 6. notis numeralibus *XXXII captae* legunt. *triginta duae captae* Lov. 1. 2. 4. et Mead. ambo. *triginta duae naves captae* Voss. et Gaertn. *viginti duae captae* Harl. *XX*, pro *triginta*, etiam se in L. 1. invenisse, Hearne testatur. Reposui igitur *triginta duae captae*.

§. 8. *L. Aurelius Cotta, C. Sulpicius Gallus*] Codd. nihil mutant, nisi quod *Cn. Sulpicius Gallus* legat Lovel. 2. *C. Sulpicius Galba* Lov. 6. Quum autem *L. Aurelium Cottam* tribunum militum fuisse adpareat, admodum probabile est, tiam *C. Sulpicium Gallum* eumdem militiae gradum obtinuisse. Imperatores enim vel legatos, vel tribunos militum victoriae reportatae nuncios ex provinciis mittebant. Legati memorantur 39, 38. conlato cap. 31. unus legatus et duo tribuni infra hoc lib. cap. 35. Gallus autem non fuit legatus; ita enim ante Cottam tribunum memorandus fuisset, ut infra fit loc. laud. Si Gallum tribunum fuisse statua-

Digitized by Google

duum decreta: jussique praetores, Petillius urbanas dimittere legiones, Fabius sociis atque nomini Latino remittere delectum: et uti praetor urbanus consulibus scriberet, senatum aequum censere, subitarios milites, tumultus causa conscriptos, primo quoque tempore dimitti.

XXIX. Colonia Graviscae eo anno deducta est in agrum Etruscum, de Tarquiniensibus quondam captum. Quina jugera agri data. tresviri deduxerunt, C. Calpurnius Piso, P. Claudius Pulcher, C. Teren-

mus, verisimile est, eumdem esse, qui cap. praec. *L. Sulpicius* vocatur; adeoque vel hoc loco *L. Sulpicius Gallus*, vel potius ibi *C. Sulpicius* scribendum esse. Praenomen enim *Lucius* in gente Sulpicia raro obcurrit; certe nullus circa haec tempora *L. Sulpicius* memoratur. Qui enim pontifex mortuus esse dicitur apud Liv. 32, 7, 15. non *L.* sed *C. Sulpicium Galbam* adpellandum esse, recte Sigonius monuit. Contra *C. Sulpicius Gallus* hoc eodem tempore notus fuit, et praetor creatur infra 43, 11. Neque adversatur sententiae huic, quod *C. Sulpicius Gallus tribunus militum secundae legionis, qui praetor superiore anno fuerat*, memoretur infra 44, 37, 5. Nihil enim inpedit, quo minus iterum tribuni honore functus sit; praesertim quia senatus, quod bellum gravissimum cum Perseo Macedoniae rege tum gereretur, decrevit, teste Livio 44, 21, 2. *tribunum militum creari neminem eo anno placere, nisi qui honorem gessisset.* Ceterum paullo ante voces *Haec qui nunciarent, literasque ad senatum ferrent* perperam desunt in Harl.

§. 9. *Sociis atque nomini Latino remittere delectum*] *sociisque nomini Latino* Voss. et Lov. 1. *sociis neminique Latino* Lov. 6. Tum *dilectum* Lov. 1. 4. et Mead. ambo. Vide ad 37, 51, 7. Paullo ante *dimittere urbanas legiones* Voss. et Gaertn.

§. 10. *Uti praetor urbanus consulibus scriberet*] *prout praetor* Voss. et Lov. 1. ac 6. *ut praetor* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. V. ad 37, 46, 10. Tum *consulibus rescriberet* Gaertn.

§. 1. *Colonia Graviscae eo anno deducta est*] Pall. *Colonia Cravis eo anno.* Vet. ed. *Colonia Gravisae.* GEBH. *Colonia Cravis* Lov. 1. 2. 4. et Mead. ambo. *Colonia Gravis* Voss. Lov. 6. Harl. et Gaertn. *Colonia Gravisae* Lov. 5. et editi ante Ascensium. Nomen minus vel notum, vel obvium librariis errori fuit.

§. 2. *Triumviri deduxerunt*] Pall. et vet. ed. *tresviri deduxerunt.* GEBH. Barber. et Petav. *tresviri deduxerunt.* Neque aliter iidem, immo omnes praecedenti libro cap. 44. *Coloniasque deduxerunt iidem tresviri Q. Fabius Labeo, et M. et Q. Fulvii, Flaccus et Nobilior.* Quod retinuerunt editi, antequam Moguntinus mutavit. Sic et cap. 34. hoc lib. Barber. *tres-*

Digitized by Google

tius Istra. Siccitate et inopia frugum insignis annus fuit. Sex menses numquam pluisse, memoriae pro-
3 ditum est. Eodem anno in agro L. Petillii scribae sub Janiculo, dum cultores agri altius moliuntur terram, duae lapideae arcae, octonos ferme pedes longae, quaternos latae, inventae sunt, operculis

viri deduxerunt, P. Cornelius Scipio Nasica etc. J. FR. GRON. Ernstius ad Valer. Prob. c. 19. ex hoc loco citat *treviri*. Cic. 7. ad fam. 19. *Treviri capitales*. Et Ernstii Mstum Valerii: *Triumviri capitales, sive Treviri capitales*. DUKER. *triumviri* praeferunt Voss. Lov. 2. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. quod primum in ed. Ven. anni 1495. tum in Ascens. anni 1513. et hinc in reliquis usque ad Gronov. adparuit. Contra *tresviri* Hearnius laudat ex Oxoniensi N. quod etiam habuisse videntur ceteri, quibus usus sum, codices, et pleraeque edd. principes. Cic. 3. de Orat. 19. *Pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tresviros epulones esse voluerunt*. Sed *treviri* inveni in ed. Mediol. anni 1480. Et ita, hunc locum laudans, profert Bembus in epistola ad Bernardinum Sandram apud Manut. ad Cic. 7. ad fam. 13. et quidem eo animo profert, ut probet, non modo *triumviri*, sed etiam *treviri* in usu fuisse. Quare ita vel in cod. reperisse, vel similem editionem ob oculos habuisse debuit.

C. Terentius Istra] *Hister* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Moguntini ediderunt *Ister*. Iidem tamen monuerunt, codicem suum praeferre *Istra*, quod Aldus admisit. et ita, vel *Histra*, praeferunt reliqui codd. nostri, nisi quod *Lustra* sit in Lovel. 1. Eodem cognomine *Istra* supra in praetura vocatur 39, 54.

Inopia frugum insignis annus fuit] Omisso *fuit*, Pal. pr. *insignis annus*. GEBHARD. Similiter Mead. 1. *insignis fuit annus* legit Lov. 3. Vox *insignis* non adparet in Voss.

Sex menses numquam pluisse, memoriae proditum est] Jul. Obsequens, qui prodigia sua saepe verbis Livianis memorat, c. 60. habet *sex mensibus*. Sed locutionem Livianam honestiorem esse, et *tot annos* continuationem, *tot annis* intervallum temporis notare, ex Servio monet ὁ μακάριτης Burmann. ad Nason. 1. Art. Amat. 647. Tum *nusquam* Lov. 1. et 6. Vide ad 36, 17, 10. Hinc *pluvisse* Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Curionem. V. ad 1, 31, 1. Insuper *memoria proditum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et primae edd. pro quo Frob. anno 1535. *memoriae* dedit. Quae locutio frequentior est, praesertim apud Livium. Ita 3, 54, 12. *Quem primum tribunum plebis creatum in Sacro monte, proditum memoriae est*. 9, 27, 14. *Ad triginta caesa aut capta Samnitium, proditum memoriae est*. 24, 43, 7. *Ludos scenicos per quatriduum eo anno primum factos ab aedilibus curulibus, memoriae proditur*. 27, 26, 13. *Immolasse eo die quidam memoriae prodidere consulem*. 38, 50, 3. *Auctoritas seniorum valuit, negantium, exemplum proditum memoriae esse*. 40, 40, 6. *Quod saepe Romanos equites cum magna laude fecisse sua,*

Digitized by Google

plumbo devinctis. Literis Latinis Graecisque utra- 4
que arca inscripta erat; in altera Numam Pompi-
lium, Pomponis filium, regem Romanorum, sepul-
tum esse; in altera libros Numae Pompilii inesse.
Eas arcas quum ex amicorum sententia dominus ape- 5
ruisset, quae titulum sepulti regis habuerat, inanis

memoriae proditum est. Obcurrit etiam apud Cic. de Amic. 11. *Inter se conjunctissimos fuisse M. Curium et Ti. Coruncanium, memoriae proditum est.* Horum locorum quibusdam eadem lectionis varietas in Mstis obcurrit. Alterum *memoria prodere* obcurrit apud Val. Max. 2, 6, 10. *Quos memoria proditum est pecunias mutuas dare solitos.* ubi vide viros doctos. Denique *τὸ est* non adparet in scriptis nostris, et editionibus Frobeniana anni 1535. antiquioribus.

§. 3. *Eodem anno in agro L. Petilii scribae*] Operae pretium fuerit videre, quae Plinius lib. 13. c. 13. scribit, ut lector comparatione facta judicet, uter verisimiliora scribat: nam neque nomina propria, neque arcarum aut librorum numerus consonant. Sed est hoc quoque, ut pleraque alia, apud authores variatum. Meminit et Valerius lib. 1. c. 1. sed obiter. GLAR. Ultima vox exsulat ab Lov. 2. et Harl. Ceterum multa, quibus historia haec fraudis suspecta redditur, vide apud Nardin. 7. Rom. vet. 11. quem Hearne laudavit. Adde Marc. Donatum ad §. 5.

Dum cultores agri altius moliuntur terram] *quom cultores* Gaertner. *cum cultores* Voss. V. ad 1, 40, 7. Tum vocem *agri* non agnoscunt Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. Simpliciter *cultores* pro agricolae apud Livium aliosque usurpari, vidimus ad 7, 39, 11. Verum *cultores agri* Aldus auspiciis cod. Mog. restituit, quod et ipsum Livio haud inusitatum est. Supra 4, 25, 4. *Famem cultoribus agrorum timentes in Etruriam frumenti caussa misere.* 7, 39, 11. *T. Quinctium in Tusculano agrum colere.* Ita *cultus agrorum* 4, 12, 7. *agri cultura* apud Cic. de Sen. 15. et *agri cultio* ibid. cap. 16.

§. 4. *In altera Numam Pompilium, Pomponis filium, regem Romanorum, sepultum esse*] Pall. uterque habent *Pompilium Pomponis, regem Romanorum.* GEBH. Omnia haec verba desunt in Voss. culpa librarii ob repetitionem vocum *in altera.* Vide ad 9, 11, 11. At solae voces *Pomponis filium* in Lov. 1. et Gaertn. unica vox *filium* in Lov. 4. *Numam Pompilium Pomponis* eodem modo dici potest, quo *Hasdrubal Gisgonis* 28, 12, 13. Verum, id magis in peregrinis obtinere, Gronov. ad eum locum docuit. Errori ergo scribarum tribuere malo. *Pomponium Pomponii filium* Lov. 6. et Harl. Tum *regem Romanum* Lov. 5. et edd. principes. Sed *Romanorum* jam inveni in ed. Ven. anni 1498. Nec aliter legunt scripti reliqui. Ita *rex Macedonum* 23, 34, 7. *rex Numidarum* Epit. Liv. 28. Paullo ante *scripta erat* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. In verbis sequentibus *et in altera libros* Lov. 2. et Harl. Tum *Numae Pompili* Mead. 1. V. ad 38, 27, 8.

§. 5. *Eas arcas quum ex amico-*

Digitized by Google

inventa, sine ullo vestigio corporis humani, aut ullius rei, per tabem tot annorum omnibus absumtis.

rum sententia etc.] Hanc eandem historiam ex annalibus Heminae Plinius recenset lib. et cap. 13. cujus verba, quia in pluribus a Livio discrepat, transcribere libet: *Cassius Hemina, vetustissimus author annalium, quarto eorum libro prodidit, Cn. Terentium scribam, agrum suum in Janiculo repastinantem, offendisse arcam, in qua Numa, qui Romae regnavit, situs fuisset: in eadem libros ejusdem repertos, P. Cornelio L. F. Cethego, M. Bebio Q. F. Pamphilo consulibus, ad quos a regno Numae colliguntur anni IↃXXXV. et hos fuisse e charta; majore etiam cum miraculo, quod tot infossi duraverant annis. Quapropter in re tanta ipsius Heminae verba ponam. Mirabantur alii, quomodo illi libri durare potuissent, ille ita rationem reddebat: lapidem fuisse quadratum circiter in media arca vinctum candelis quoquo versus. In eo lapide insuper libros impositos fuisse, propterea arbitrarier, eos non computruisse.* Ex quibus discrepantia facile dignoscitur inter hosce scriptores. Nam Livius agrum L. Petilii fuisse tradit, Plinius Cn. Terentii; ille binas arcas, hic unam tantum; ille candelis libros involutos scribit, iste in lapide positos, illumque candelis vinctum. At quia uterque durationis causam in *candelas* refert, ob id, quid per *candelas* sit intelligendum, curque id praestare potuerint, perquirendum. Quum scirem, apud Graecos, a quibus persaepe Latini voces mutuati sunt, per κανδύλη arcam reponendis pretiosis vestibus significari, cogitabam, *candelae* appellatione intelligendum arcam, seu capsam; sed repugnabat scriptura vocis non per *y*, sed per *i* simplex exarata. Praeterea verba illa *involuti* Livii, et *vinctum* Plinii, huic explicationi minime respondere videbam. Quamobrem *candelas* accipiendum censui in communissima significatione; nec in earum formam longaevae asservationis causam rejiciendam, sed in illarum materiam; siquidem candelae ut plurimum ex cera confici solent, quandoque et ex sevo, pice, et resina, quae omnia, sui crassa visciditate, aëris contactum prohibere possunt, a quo putredinem et corruptionem ortum ducere, statuere naturalis philosophiae periti, nec non et experimentum docet. Nam si flores fructusve testaceo alicui vasi imposuerimus, ore optime obturato, eodemque cera vel pice undequaque circumlinito, in plures menses incorruptos asservari videbimus: sic quae oleo vel melle conduntur, diu asservari manifestum est, ea quidem ratione, quod aëris contactum arcent. Sic Aemilius Probus seu Cornelius Nepos in Agesilao, cui et Plutarch. [pag. 618.] congruit, scribit [cap. 8.] *Ibi eum amici, quo Spartam facilius perferre possent, quod mel non habebant, cera circumfuderunt, atque ita domum retulerunt.* Quamvis Diodorus [15, 507.] Agesilaï corpus in melle Spartam deportatum scriptum reliquit. Ita Xenophon lib. 5. de Reb. Graec. [pag. 564.] cadaver Agesipolidis regis in melle conditum domum reportatum, quum non longe ab urbe Olyntho mortuus esset, memoriae mandavit. Veruntamen quum horum scriptorum verba pondero, in eam venio sententiam, ut existimem, eas arcas seu arcam, commentitias fuisse; nec Numae tempore infossas, sed longe postea a

Digitized by Google

in altera duo fasces, candelis involuti, septenos ha- 6
buere libros, non integros modo, sed recentissima

callido aliquo viro, ut postmodum repertae admirationi essent effodientibus, et per consequens lucri causa. Hoc autem praecipue conjicio ex ipsius Livii verbis, dum inquit, nihil repertum in ea, quam Numae corpus continere indicabat inscriptio, per tabem tot annorum consumptis ossibus; in altera vero repertos libros integra et recentissima specie. Nam Romae plurics sepulchra effossa marmorea, nec non et in aedibus nunc sacris antiquis reperta, quibus apertis inesse corpora compertum per plures centenos annos sepulta, una cum vestibus suam speciem prae se ferentibus, quae tamen mota statim in cinerem pulveremque evasere: tantum abest a veritate, ut per DXXXV. annorum circulum Numae corporis vestigium nullum in arca illa fuerit repertum. Nec magis veritati consentaneum, quod per totidem annos solo candelarum beneficio chartacei libri illi potuerint adeo recenti et integra specie asservari. Ad haec inquit Livius, libros hosce concrematos, quum animadversum fuisset, pleraque continere ad dissolvendas religiones populi Romani, et nihilominus Numam condendae religionis populo Romano authorem praeceptoremque fuisse, atque religiosissimum habitum et vocatum semper, ex ipsomet Livio et Plutarcho colligimus. MARC. DONAT. Vide ad §. 3. Praeterea *quum amicorum sententia*, sine praepositione, Lov. 6. qui etiam *habebat*, pro *habuerat*, praefert. Mox *sine vestigio ullo corporis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Gaertn. et Mead. 1. *sine vestigio corporis* Mead. 2.

Per tabem tot annorum omnibus absumtis] Suspicor legendum esse *ossibus absumptis*. Sic enim fere Plutarch. in Numa [pag. 74.] Ἡ μὲν ἑτέρα κενὴ παντάπασιν ὤφθη, καὶ μέρος οὐδὲν οὐδὲ λείψανον ἔχουσαν τοῦ σώματος. SIGON. Quamvis etiam Doujatius Sigonii conjecturam probet, attamen non ei magis, quam receptae lectioni, favet Plutarchus. Codices etiam *omnibus* tuentur.

§. 6. *Duo fasces candelis involuti*] Cassius Hemina apud Plinium lib. 13. cap. 13. *Lapidem fuisse quadratum circiter in media arca vinctum candelis quoquo versus.* Funiculis intellige pice vel cera illitis. Sic *candelis subigi* apud eundem Plinium lib. 33, 7. J. FR. GRON. Adde Hermol. Barbarum in Glossem. Plinii voc. *Candela*. Sed, quod ibidem etiam *caudellis* conjicit, a *caudex*, id est contextus tabularum, nemo facile probabit. *Candelae* quidem primo videntur dictae, quae e funiculis, scirpis, aliave materia igni concipiendo et alendo apta, et pice cerave delibuta, ad usum nocturni luminis parabantur; sed deinde etiam funiculi pice illiti ad vinciendum. Guilandinus cap. 24. comment. in Plinium de Papyro *fasces candelis involutos* exponit candelis e cedro circumdatos, candelis cedrinis obductos et obvolutos. Sed ex iis non satis intelligitur, quid candelas esse putaverit, et, quod de candelis cedrinis dicit, de se largitur. Nam Cassius Hemina apud Plinium 13. H. N. 13. non *candelas cedrinas*, sed *libros cedratos* fuisse, et propterea a tineis non tactos scribit. Nec verum est, quod cap. 23. dicit Guilandinus, Livium scribere eo anno consules fuisse *C. Bacbium*

Digitized by Google

7 specie. Septem Latini de jure pontificio erant; septem Graeci de disciplina sapientiae, quae illius ae-
8 tatis esse potuit. Adjicit Antias Valerius, Pythagoricos fuisse, vulgatae opinioni, qua creditur, Pythagorae auditorem fuisse Numam, mendacio probabili
9 adcommodata fide. Primo ab amicis, qui in re praesenti fuerunt, libri lecti. mox pluribus legentibus quum vulgarentur, Q. Petillius praetor urbanus,
10 studiosus legendi, eos libros a L. Petillio sumsit. et erat

Pamphilum et M. Aemilium Lepidum. Nam Livius cap. 18. consules hujus anni prodit *P. Cornelium et M. Baebium*, eosdem, quos Cassius. DUKER. *candella involuti* Voss. *candela involuti* Lovel. 1. *cedro involutis* Hearnii L. 1. pro varia lectione *cedro* vel *cera involuti* adscriptum erat margini Lov. 6. Pighius in Annal. ad A. V. IↃLXXII. pag. 329. candelas ex cedri resina vel p[illegible]pissa confectas fuisse contra [illegible]riem ac tineas existimat, vel etiam *scandulis involuti* emendat, et scandulas cedrinas intelligit, quibus armati libri per tot secula ab interitu vindicati fuere.

§. 7. *Septem Latini de jure pontificio erant*] *Septem s. libri Latini* Lov. 1. 6. et Voss. *Septem libri Latini* Lovel. 5. et edd. ante Frob. qui anno 1535. vocem *libri*, quam ceteri codd. ignorant, expunxit. Tum *de jure pontifico* Voss. Lov. 5. Mead. 1. et Gaertner. *de jure pontificum* Lov. 2. et Harl. Cic. de Senect. 11. *Jus augurum, pontificum, civile tracto.* Sed reliqui vulgatum servant. Cato apud Gell. 1, 12. *Volo jus pontificium optime scire.* Apud Cic. locutio illa frequens est.

§. 8. *Vulgatae opinioni, quia creditur, Pythagorae auditorem fuisse Numam* etc. *adcommodat fidem*] Lege *qua creditur*, et *accommodata fide.* GELEN. Pall. *vulgatae opinioni, qua creditur Pythagorae auditorem fuisse Numam, mendacio probabili accommodat fidem.* GEBH. *qua creditur*, ut Gelenius emendat, omnes scripti, et edd. principes. *quia creditur* demum obcurrit in ed. Mediol. anni 1480. et sequentibus. In scriptis etiam saepe hae voculae permutantur. V. ad 1, 28, 10. c. 36, 8. c. 38, 6. 3, 3, 7. 4, 10, 8. c. 21, 2. c. 35, 11. c. 46, 5. c. 59, 5. et passim. Tum *vulgatae opinionis* etc. *mendacio probabili accommodat fidem* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *accommodat fidem* etiam Lov. 5. Si Gelenius *accommodata fide* praeeunte cod. Mog. reposuit, facile adsentior; sin ex conjectura, propius ad vulgatum mallem *accommodās*, id est *accommodans, fidem.*

§. 9. *Pluribus legentibus quum vulgarentur*] *volgarentur* cod. Mogunt. Vide ad 39, 53, 2. Mox *praetor urb'* Lov. 1. et 4. *praetor urbis* Gaertn. Vide ad 25, 1, 11. Tum *hos libros* Lov. 5. et edd. *libros eos* cod. Mog. hinc Aldus

Digitized by Google

erat familiaris usus, quod scribam eum quaestor Q. Petillius in decuriam legerat. Lectis rerum summis, 11
quum animadvertisset, pleraque dissolvendarum religionum esse, L. Petillio dixit, *Sese eos libros in ignem conjecturum esse. prius, quam id faceret, se ei permittere, uti, si quod seu jus, seu auxilium se habere ad eos libros repetendos existimaret, experiretur: id integra sua gratia eum facturum.* Scriba tribunos plebis adit: 12
ab tribunis ad senatum res est rejecta. Praetor se jusjurandum dare paratum esse ajebat, libros eos

eos libros reposuit; quod praeferunt reliqui Msti.

§. 10. *Scribam eum quaestor Q. Petillius in decuriam legerat*] Magistratus suos scribas habebant, quos ipsi legebant. Hic L. Petillium in decuriam scribarum a quaestore Q. Petillio lectum fuisse Livius dicit, factumque scribam. TURN. 30. Advers. 24. Recte Turnebus monuit, decuriam scribarum innui. *Decurias scribarum* memorat Suet. Claud. 1. Id quum in tanta antiquitatum luce notissimum sit, quis aequo animo ferre potest Doujatium, andabatum more oberrantem, ac rogantem, utrum verba haec *scribam in decuriam quaestor legerat* intelligenda sint tamquam militem, an tamquam judicem, sive assessorem in provincia? an potius decuriam ministrorum habuerint quaestores? Quid enim? an quaestori jus erat vel militem legere, vel in judicum sive adsessorum decurias adsumere?

§. 11. *Quum animadvertisset, pleraque ad dissolvendas religiones esse*] Lege *pleraque dissolvendarum religionum esse*, non paullo elegantius, quam *ad dissolvendas religiones*. GELEN. Hoc genus dicendi, de quo supra admonuimus, quam vim habeat, ex Valerio, qui haec eadem fere verba in primum suum librum [c. 1.] transtulit, perspici potest, cum ait: *Quae aliqua ex parte ad solvendam religionem pertinere videbantur*. Eandem historiam attigit Lactant. lib. 1. c. 22. SIGON. Pall. *cum animum advertisset*. GEBH. Similiter Lov. 4. Mead. 2. et Gaertn. V. ad 24, 48, 4. *quum advertisset* Harl. et Mead. 1. V. Cel. Burm. ad Nemes. Ecl. 1, 41. Verum alibi etiam *advertere* et *animadvertere* commutari solent. V. supra ad 6, 2, 10. ubi alia dicta sunt, et 36, 44, 11. *ad dissolvendam religionem*, quod demum Aldus recepit, in solo legi Gaertn. Reliqui Msti cum edd. principibus *dissolvendarum religionum*; de qua locutione v. ad 5, 3, 5. Vocem *esse* ignorant Voss. Lov. 1. et 6.

L. Petillio dixit, sese eos libros in ignem conjecturum esse] *L. Petillio repetenti dixit* Lov. 2. Tum *sese libros eos* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *ut, si quos jus*, pro *uti*, Gaertn. Vide ad 37, 46, 10. Praeterea *extimaret* Voss. Lov. 4. et Gaertn. *aestimaret* Lovel. 1. et

Digitized by Google

13 legi servarique non oportere. Senatus censuit, *Satis habendum, quod praetor jusjurandum polliceretur. libros primo quoque tempore in comitio cremandos esse. pretium pro libris, quantum Q. Petillio praetori majorique parti tribunorum plebis videretur, domino esse sol-*
14 *vendum.* id scriba non accepit. libri in comitio, igne a victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt.

1 XXX. Magnum bellum ea aestate coortum in Hispania citeriore. ad quinque et triginta millia hominum, quantum numquam ferme antea, Celtiberi
2 comparaverant. Q. Fulvius Flaccus eam obtinebat

Mead. 1. V. ad 34, 2, 5. Hinc voculam *id* neglegunt scribae Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§. 12. *Scriba ad tribunos plebis adit*] Ita Lov. 5. et omnes, quas vidi, edd. principes. Aldus deinde praepositionem omisit, et post eum recentiores usque ad Gronov. qui eam anno 1665. restituit. At scripti reliqui faciunt cum Aldo. Et quidem utrumque in usu fuisse, *adire aliquem* et *ad aliquem*, constat ex illis, quae notat Broukh. ad Tibull. 1, 5, 39. *ad tribunos* vero inde firmari posset, quod Livius saepe praepositionem, cum qua verbum componitur, in regimine repetere soleat. Vide ad Livii Praefat. §. 11. Quo minus tamen eam locutionem hic probem, illud obstat, quod Livium *adire ad aliquem* alibi dixisse non meminerim. Praepositionem igitur expunxi.

Praetor se jusjurandum dare paratum esse ajebat] *Praetor jusjurandum dare paratum se ajebat* Lov. 6. *Praetor jusjurandum* etiam Voss. et Lov. 1. *Praetor eis jusjurandum* Lov. 2. et Harl. *Praetor ejus jusjurandum* Mead. 1. *Praetor ei jusjurandum* Lov. 4. Mead. 2. et Gaertn. *Praetor se et jusjurandum* Lov. 5. et edd. ante Frobenium, qui anno 1535. particulam *et* induxit.

§. 13. *Pretium pro libris, quantum Q. Petillio praetori majorique parti tribunorum plebis videretur, domino esse solvendum*] Omnia haec neglegentia scribae desunt in Harl. Hinc *tum Petillio* legit Lovel. 6. Insuper *praetori et majori parti* Gaertn. *praetori, majori parti* Voss. Tum *domino solvendum esse* Lov. 2. 4. et Mead. ambo. Paullo ante *libros quoque primo tempore* Voss. Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. V. ad c. 26, 8.

§. 14. *Igne a victimariis in conspectu populi cremati sunt*] Lege addendo *igne a victimariis facto.* GELEN. Pal. pr. *libri in comitio ignea victima his facta in conspectu populi crem. s.* Vet. ed. *libri in comitio igne, victima his facta, in conspectu populi cremati sunt.* GEBH. *ignea victima his facta*

Digitized by Google

provinciam. is, quia armare juventutem Celtiberos audierat, et ipse, quanta poterat, a sociis auxilia contraxerat; sed nequaquam numero militum hostem aequabat. Principio veris exercitum in Carpetaniam 3
duxit, et castra locavit ad oppidum Aeburam, modico praesidio in urbe posito. Paucis post diebus 4
Celtiberi, millia duo ferme inde, sub colle posuerunt castra. quos ubi adesse praetor Romanus sensit, M. Fulvium fratrem cum duabus turmis sociorum equitum ad castra hostium speculatum misit, quam proxime succedere ad vallum jussum, ut viseret, quanta essent; pugna abstineret, reciperetque 5

Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *igne*, *victima his facta* Lovel. 5. et edd. principes. *igne a victimariis in consp. pop. crem. s.* Harl. et ed. Mediol. anni 1480. cum reliquis ante Gelenium. Quae autem Modius ad hunc locum notarat, descripsit ex Lipsio ad Taciti 4. Ann. 35. ubi videri possunt. Vox *populi* deest in Lov. 6.

§. 1. *Magnum bellum ea aestate coortum*] Quaedam hic in L. 1. detrita esse, Hearnius monuit. *est ea aestate coortum* legit Gaertner. Mox τὸ *quantum* exsulat a Mead. 1. vox *ferme* a Lov. 6. Tum *comparaverunt* praeferunt Lov. 2. et Harl.

§. 2. *Et ipse, quanta poterat, a sociis auxilia contraxerat*] Quatuor priora vocabula desunt in Voss. Cui errori caussa fuit similitudo ultimarum literarum in vocibus *audierat* et *poterat*. Vide ad 9, 11, 11.

§. 3. *Exercitum in Carpetaniam duxit*] Cum Q. Fulvius citerioris Hispaniae praetor esset, Carpetani autem Lusitanis vicini; non video, quo pacto haec divisio habeat, quod antea etiam testati sumus. GLAR. *Carpataniam* Voss. et Lovel. 1. *Carpentaniam* Lov. 2. 5. 6. et priscae edd. pro quo Ascens. anno 1513. *Carpetaniam* reposuit. V. ad 21, 5, 7.

Castra locavit ad oppidum Eburiam] *Eburam* oppidum Ptolemaeus in Lusitanis ponit, *Eboram* in Edetanis. *Eburiam* ubi reperias, nescio. GLAR. *Aeburam* scribo ex Stephano. Αἴβουρα πόλις Ἰβερίας· ὡς Στράβων. ὁ πολίτης Αἰβουραῖος. δύναται καὶ Αἰβουράτης. SIGON. *Eburiam* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Froben. anno 1535. *Eburam* emendavit, ut praeferunt reliqui codd. Sed recte *Aeburam* Sigonius. Lud. Nonius in Hispan. c. 63. *Aeburam* Livii eam urbem esse putat, quae Ptolemaeo 2, 6. Λιβώρα vocatur. Sane minima mutatione ex Λιβώρα fit Αἴβουρα. Summa enim ductuum adfinitas est inter Λ et Α, et inter ω et ου.

§. 4. *Millia duo ferme inde*] Pri-

Digitized by Google

sese, si hostium equitatum exeuntem vidisset. Ita, ut praeceptum erat, fecit. Per dies aliquot nihil ultra motum, quam ut hae duae turmae ostenderentur: dein subducerentur, ubi equitatus hostium ca-
6 stris procucurrissent. Postremo Celtiberi, omnibus simul peditum equitumque copiis castris egressi, acie directa medio ferme spatio inter bina castra consti-
7 terunt. Campus erat planus omnis et aptus pugnae. ibi stetere Hispani hostem exspectantes. Romanus

ma vox omittitur in Mead. 2. quam forte librarius, quod per notam scripta in codice suo esset, non intellexit, et hinc omisit. Vide ad 39, 42, 3. Tum *fere* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. Ita mox §. 6. Vide ad 37, 38, 5.

Ad castra hostium speculatum misit, ut viseret] Plus verborum habent hic nostra exemplaria *misit, proxime succedere ad vallum jussum, ut* etc. GELEN. Una adhuc vocula auctius Frob. anno 1535. ex mente Gelenii edidit *misit, quam proxime*. Hoc autem supplementum petitum videtur ex cod. Mog. ex quo tot alias in Livio lacunas sublatas fuisse vidimus ad 36, 19, 13. Eadem desunt ab omnibus scriptis nostris.

§. 5. *Pugna abstineret, recipereturque sese*] Livii fuerat: *quam proxime succedere ad vallum jussum, ut viseret, quanta essent; pugna abstinere, recipereque sese, si hostium*. nempe *jussum*. J. FR. GRON. Codicibus dissentientibus, Gronovii conjecturam probare non audeo, et tamen *abstineret reciperetque* refero ad *jussum;* quasi foret *jussum succedere, et* ut *abstineret*. Ita enim Livium in eadem periodo constructionem variare solitum fuisse, vidimus ad 39, 14, 9. Mecum sentit Clariss. Dukerus, laudato loco Livii 36, 1, 9. *Cum Bojis jussus bellum gerere utro exercitu mallet ex duobus*, etc. *alterum ut mitteret Romam*. Mox *hostium equitatum exeuntium* Harl. Tum *deinde subducerentur* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. et edd. ante Aldum. V. ad 3, 3, 6.

Ubi equitatus hostium castris procurrisset] Pall. uterque, *ubi equitatus castris hostium procucurrissent*. GEBH. Vox *castris*, quae in Lov. 5. 6. et antiquioribus edd. omittitur, et ab Aldo ex cod. Mog. addita est, etiam in reliquis Mstis supereft, sed inverso ordine legitur *castris hostium*. In solo Gaertn. τὸ *hostium* non adparet. Praeterea *praecurrisset* Lovel. 6. V. ad 10, 14, 10. *percurrisset* Voss. *percurrissent* Harl. V. ad 8, 9, 14. *procucurrissent* Lov. 4. et Mead. ambo: quod probandum videtur. *equitatus* tamquam collectivum interdum adsciscit verbum plurale. V. ad 35, 26, 9. Praeterea augmentum, quod verbum *curro* in perfectis adsciscit, etiam servant pleraque ejus composita. Vide ad 1, 12, 8. Ita ex optimo Sangerman. cod. legendum apud Colum. 7, 10. *Per pascua subito, quum paululum procucurrerunt, consistunt.*

Digitized by Google

intra vallum suos continuit per quatriduum continuum: et illi eodem loco aciem instructam tenuerunt. Ab Romanis nihil motum. inde quievere in 8
castris Celtiberi, quia pugnae copia non fiebat: equites tantum in stationem egrediebantur, ut parati essent, si quid ab hoste moveretur. pone castra 9
utrique pabulatum et lignatum ibant, neutri alteros inpedientes.

XXXI. Praetor Romanus, ubi satis tot dierum 1

ubi vulgo editur *procurrerunt*. V. etiam Clariss. Oudend. ad Front. 2, 4, 10. *procucurrisset* jam Froben. anno 1535. ediderat: pro quo ed. Paris. anni 1573. *procurrisset* revocavit.

§. 6. *Postremo et Celtiberi, omnibus simul peditum equitumque copiis castris egressi*] MS. *Postremo Celtiberi simul omnibus* etc. quod magis probo. MOD. Pall. *Postremo et Celtiberi, omnibus simul copiis peditum equitumque castris egressi*. GEBH. Voculam *et*, quae a praecedentibus edd. aberat, primus addidit Aldus. Licet autem in excerptis reliquorum codicum nihil notetur, et hinc eamdem agnoviſſe videantur, attamen iterum delevi, quia locum habere nequit. Non enim praeceſſit, Romanos omnibus copiis ex castris egreſſos eſſe, (duas tantum equitum turmas quotidie oſtendiſſe Livius narrat) ut nunc idem *et* Celtiberi feciſſe dicantur. Quin etiam abeſt a cod. Mog. si credendum sit viris doctis, qui eum excuſſerunt. Praeterea *τὸ simul* abeſt a Voſſ. Lov. 5. et edd. antt. Quum autem Moguntini monuiſſent, in cod. suo legi *simul omnibus peditum*, mox Aldus *omnibus simul peditum* edidit. *omnibus simul copiis peditum equitumque* legunt Lov. 1. 2. 6. Harl. et Mead. ambo. *omnibus simul copiis peditum, equitum* Lov. 4. V. ad 24, 16, 9. *copiis peditum equitumque* etiam Gaertn. Vox *copiis* deeſt in Voſſ.

Acie directa medio ferme spatio inter bina castra conſtiterunt] *acie decreta* Lov. 1. 2. 5. 6. et Harl. Ita saepe variant librarii. V. ad 1, 11, 9. 21, 19, 1. et viros doctos ad Cic. 2. Agrar. 17. et ad Suet. Cal. 19. Olim scribi solebat *derectus*. V. ad 22, 47, 2. Inde transpositis literis fit *decretus*. Deinde *fere* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. et Mead. 1. V. ad §. 4. Demum *conſtituerunt* Lov. 5. V. ad 27, 16, 11.

§. 7. *Campus erat planus omnis et aptus pugnae*] Vocem *omnis* omittit Harl. Deinde *aptus*, vel *apertus*, Lov. 2. et Voſſ. V. ad 31, 22, 8. Mox *hoſtes exspectantes* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed gratius auribus accidit vulgatum. Tum *intra vallum suum suos continuit* Voſſ. *suos intra vallum continuit* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 8. *Quia pugnae copia non fiebat*] *quod pugnae copia* Voſſ. V. ad 38, 36, 4. *quia pugnae caput* Lov. 1. Mox §. seq. *uterque* etc. *ibant* Voſſ. V. ad 23, 46, 5.

§. 1. *Satis tot dierum quiete credidit spem factam*] Conſtruendum

Digitized by Google

quiete credidit spem factam hosti, nihil se priorem moturum, L. Acilium cum ala sinistra et sex millibus provincialium auxiliorum circumire montem jubet, qui ab tergo hostibus erat; inde, ubi clamorem audissent, decurrere ad castra eorum. nocte profecti sunt, ne possent conspici. Flaccus luce prima C. Scribonium, praefectum sociûm, ad vallum hostium cum equitibus extraordinariis sinistrae alae mittit. quos ubi et propius accedere, et plures, quam soliti erant, Celtiberi conspexerunt, omnis equitatus effunditur castris: simul et peditibus signum ad exeundum datur. Scribonius, uti praece-

est *satis credidit.* V. ad 21, 8, 3. Livio enim convenire non puto, ut dicat *satis spem factam*, pro *satis spei factum*; licet alii ita loqui soleant. V. Cl. Duker. ad 1, 16, 8. et Gebhard. ad 3, 30, 5.

Circumire montem jubet, qui ab tergo hostibus erat] *montes, qui erant* Lov. 1. 5. et Gaertn. et edd. vett. *montes* etiam Voss. Sed *montem, qui erat* emendavit Froben. anno 1535. quomodo etiam praeferunt reliqui codd.

§. 3. *Praefectum sociûm ad vallum hostium cum equitibus extraordinariis*] *Praefecti* vocabantur, qui socialibus auxiliis praeerant. In exercitu autem Romano *Extraordinarii* vocabantur, tertia pars equitatus socialis, quinta peditatus, ut a Polybio [6, 24.] scribitur. Erant itaque in exercitu equites extraordinarii et pedites. TURN. 30. Advers. 24.

§. 4. *Effunditur castris. simul et peditibus signum ad exeundum datur*] Vox *castris* deest in Hearnii L. 1. Tum *datus* Lovel. 4. et Mead. ambo, errore scribarum; pro quo *signum ad exeundum datum* ostentat Lov. 2. *ad exeundum datum signum* Harl. Sed sonus ingratus ex repetitione ultimae syllabae *um* praeferendam docet scripturam vulgatam, pro qua stant reliqui Msti.

§. 5. *Ubi primum fremitum equestrium audivit*] Haud dubie *fremitum equestrem.* Sic alibi *procella equestris.* J. FR. GRON. *procella equestris* obcurrit 10, 5, 7. 29, 2, 11. 30, 18, 4. 35, 5, 9. 38, 41, 14. et apud Tacit. 3. Hist. 53. Similiter *auxilium equestre* 4, 32, 11. quod inmerito Faber tentavit. *equestris terror* 6, 12, 10. et 27, 42, 2. Eodem modo *terror maritimus*, adventu classis objectus, 41, 17, 7. Praeterea *ut primum* Lov. 5. et prisci typis descripti. Ejus loco Aldus *ubi primum* dedit, probantibus aliis omnibus Mstis. V. ad 24, 15, 1, Paullo ante *ut praeceptum* Voss. Lov. 1. 5. 6. et primae edd. Hic etiam Aldus *uti* substituit, iterum adsentientibus reliquis scriptis. V. ad 37, 46, 10.

§. 6. *Haud dubia spe, castra ut*

Digitized by Google

ptum erat, ubi primum fremitum equeſtrium audivit, avertit equos, et caſtra repetit. eo effusius sequi hoſtes. primo equites, mox et peditum acies aderat, haud dubia spe, caſtra eo die se obpugnaturos. quingentos paſſus, non plus, a vallo aberant. Itaque, ubi Flaccus satis abſtractos eos a praesidio caſtrorum suorum ratus eſt, intra vallum exercitu inſtructo, tribus partibus simul erumpit, clamore non tantum ad ardorem pugnae excitandum sublato, sed etiam ut, qui in montibus erant, exaudirent. nec morati sunt, quin decurrerent, sicut imperatum erat, ad caſtra: ubi quinque millium arma-

die se obpugnaturos] Haud dubie *caſtra eo die se expugnaturos*. J. FR. GRON. *et dubia spe* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. An voluerunt *nec dubia spe?* Deinde *oppugnare* et *expugnare* saepe a scribis permiscentur. V. ad 21, 57, 6. Nulli tamen codd. Gronovio favent. Vulgatum etiam defendit Crevier. huc usque enim pugnam tantum inter bina caſtra sperasse addens. Verum, Romanis in aciem non prodeuntibus, jam diu ante hunc diem, si voluissent, caſtra eorum obpugnare Celtiberis integrum fuit. Nunc autem, quum Flaccus illis pugnandi copiam faceret, sperabant, se, hoſtibus in fugam conjectis, caſtra eorum non tantum obpugnaturos, sed etiam expugnaturos. Gronovii igitur conjectura probabilior videtur. Ceterum *caſtra se eo die obpugnaturos* Voſſ. et Gaertn. *caſtra eo die obpugnaturi* Lov. 6. Mox *passus quingentos ab vallo aberant* Lov. 5. et edd. principes. Quod nunc vulgatur, Aldus praeeunte cod. Mog. adoptavit. Neque aliter reliqui Mſti, nisi quod *ab vallo* legant etiam Voſſ. Lov. 1. et Gaertner. et *aut plus* Lov. 6. qui cogitaſſe videtur *haut*, vel *haud plus*.

§. 7. *Itaque, ubi Flaccus satis abſtractos*] *Itaque Flaccus, ubi satis* Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *simul erumpit* non adparet in Lov. 5. et edd. vett. Moguntini voces illas ex cod. suo addiderunt; quas etiam agnoscunt reliqui scripti. Tum *ad ardorem excitandum pugnae* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et editi ante Froben. anni 1535.

§. 8. *Ubi quinque millium armatorum, non amplius, relictum erat praesidium*] Cum L. Acilio miſſi erant sex millia auxiliariorum, et siniſtra ala. Hoſtium vero in caſtris relictorum quinque millia hic produntur, qui, certe intra vallum ac foſſam, facile sex millia Romanorum arcere poterant, nec memorabilis erat paucitas ad Romanos caſtra oppugnantes. Quare ego corruptum hunc numerum puto, et legendum, *ubi quingenti armati, non*

Digitized by Google

9 torum, non amplius, relictum erat praesidium. quos quum et paucitas sua, et multitudo hostium, et inprovisa res terruisset, prope sine certamine capiuntur castra. castris, quae pars maxime a pugnantibus conspici poterat, injecit Acilius ignem.

1 XXXII. Postremi Celtiberorum, qui in acie erant, primi flammam conspexere. deinde per totam aciem vulgatum est, castra amissa esse, et tum cum maxi-
2 me ardere. unde illis terror, inde Romanis animus crevit. jam clamor suorum vincentium accidebat,
3 jam ardentia hostium castra adparebant. Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt. ceterum,

amplius, relicti; aut *quingentorum armatorum, non amplius, relictum erat praesidium*. Quare exemplaria vetusta hic inspicienda: neque enim verisimilis videtur narratio. GLAR. Pall. et vet. ed. *ubi quinque millium armatorum*. GEBH. Glareani conjecturam in contextum Vascosanus adscivit. Sed priscam lectionem tuentur omnes membranae nostrae, et Hearnii: quare eam revocavi. Nam cum L. Acilio non tantum missa sunt sex millia provincialium auxiliorum, sed etiam ala sinistra sociorum nominis Latini, id est, pedites istius alae, et pars equitum; C. Scribonium enim cum equitibus extraordinariis ejusdem alae sinistrae alia parte misit Flaccus ad hostem eliciendum. Quum vero ala socialis, si non major, certe haud minor sit, quam legio Romana, eaque circa haec tempora quinque admodum millium peditum et trecentorum equitum fuerit, cum Acilio fuere ultra undecim millia militum, quibus quinque millia Celtiberorum, licet intra vallum ac fossam, haud facile resistere potuere. Recte igitur Livius Celtiberos prae hostibus castra obpugnantibus ut paucos consideravit, eorumque castra, praesertim quod impetus hostium inprovisus esset, prope sine certamine capta dicit.

§. 9. *Quos quum et paucitas sua*] *quod quum* Lov. 1. 6. et Voss. ut referatur ad praesidium. Praestat tamen vulgatum ob reliquorum codd. in id consensum. Mox *pugnantibus conspici*, pro *a pugnantibus*, Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. V. ad 6, 11, 4. Praeterea *mittit*, pro *injecit*, Voss.

§. 1. *Castra amissa esse. et tum, quam maxime arderent*] Legendum *castra amissa esse, et tum cum maxime ardere*, non *arderent*, ut est in vulgatis editionibus, distinctione etiam confusa. GELEN. *et inde cum maxime* Harl. De particulis *tum cum maxime* junctis v. ad 40, 13, 4. Praeterea *arderent* perperam omnes nostri, et Hearnii L. 1. Paullo ante *primum flammam conspexere* Lov. 6. et Hearnii L. 1. Tum *demum per totam*

Digitized by Google

postquam receptus pulsis nullus erat, nec usquam, nisi in certamine, spes, pertinacius de integro capessunt pugnam. Acie media urguebantur acriter 4
a quinta legione. adversus laevum cornu, in quo sui generis provincialia auxilia instruxisse Romanos cernebant, cum majore fiducia intulerunt signa. Jam 5
prope erat, ut sinistrum cornu pelleretur Romanis, ni septima legio successisset. simul ab oppido Aebura, qui in praesidio relicti erant, in medio ardore pugnae advenerunt, et Acilius ab tergo erat. Diu 6
in medio caesi Celtiberi. qui supererant, in omnes passim partes capessunt fugam. Equites, bipartito

aciem Lov. 1. V. supra ad cap. 22, 1.

§. 2. *Jam clamor suorum vincentium accendebat*] Legendum *clamor accidebat*, non *accendebat*. GELEN. Libri omnes nostri *accendebat*. GEBH. *accendebat* Voss. Lovel. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii I. 1. *accendebatur* Lov. 1. *ascendebat* Lov. 2. Sed recte Gelenius *accidebat*. Supra 4, 33, 9. *Clamor deinde accidit novus*. 8, 39, 4. *Clamor inde novus accidens et Samnitium terruit animos*. 10, 5, 2. *Concitatior accidens clamor ab increscente certamine*. c. 41, 7. *Ut vox etiam ad hostes accideret*. c. 43, 10. *Clamor eos utrimque par accidens sustinuit*. Alia exempla obcurrunt 24, 46, 5. 26, 40, 10. 27, 15, 16. et 29, 6, 13. V. Nic. Heins. ad Nason. 5. Fast. 360. viros doctos ad Val. Flacc. 2, 452. 4, 580. et quae notavi ad Silium 13, 153. In praecedentibus *inde* exsulat ab Harl.

§. 3. *Nec usquam, nisi in certamine, spes*] *nisi incerta in se est spes* Voss. *nisi in se incerta est spes* Gaertn. *nisi incerta est spes* Lov. 1. *nisi in certamine est spes* Lov. 6. Paullo ante *receptus pulsus nemo erat* Gaertn. in sequentibus vero *deinceps capessunt fugam* Harlej.

§. 4. *Acie media urguebantur acriter*] Pall. *Acie media urgebant acriter a quinta legione. adversus laevum cornu sui generis, in quo provincialia auxilia instr. R. c.* GEBH. *urgebant acriter* Lov. 4. Tum *adversus laevum cornu, quo* Gaertn. *adversus cornu, in quo* Lov. 1. Deinde *auxilia instituisse* Lov. 6. V. ad 5, 43, 2. c. 49, 4. 22, 5, 1. aliisque locis.

§. 5. *In medio ardore pugnae advenerunt*] Praepositionem omiserunt ed. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et seqq. quam Aldus ex Mog. cod. adscivit, et omnes nostri codd. itidem constanter agnoscunt. Paullo ante *Eburia* Lov. 5. et edd. princ. *Euburia* Lov. 6. *Ebura* reliqui codd. quod Frob. anno 1535. recepit. *Aebura* Sigonius emendavit; quem v. ad c. 30, 3.

§. 6. *In omnes passim partes ca-*

Digitized by Google

in eos emissi, magnam caedem edidere. ad viginti tria millia hostium eo die caesa: capta quatuor millia et septingenti, cum equis plus quingentis, et si-
7 gna militaria octoginta octo. Magna victoria, non tamen incruenta fuit. Romani de duabus legionibus milites paullo plus ducenti, sociùm Latini nominis octingenti triginta, externorum auxiliarium

pessunt fugam] Pall. et vet. ed. *in omnes partes capessunt fugam.* GEBH. Vocem *passim*, quam Moguntini ex cod. suo adjecerunt, ignorant omnes nostri, et Hearnii L. 1. Male. Ita *toto passim campo* cap. seq. §. 7. et 37, 20, 5. *totis passim castris* 30, 5, 7. et 41, 2, 7.

Ad viginti tria millia hostium eo die caesa] MS. *ad XXIII millia hostium occisa.* MOD. Pall. uterque *et tria et XX milia hostium eo die occisa.* Vet. ed. *tria et XX milia hostium eo die caesa.* GEBH. *tria et viginti millia* Lovel. 2. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. Pro eo Aldus ex Mog. cod. emendavit *ad viginti tria millia.* Sed *et tria et viginti millia* habent Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. An ergo legendum *ad tria et viginti millia?* Praeterea *hostium occisa* cod. Mog. *hostium eo die occisa* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

Capta quatuor millia et octingenti, cum equis plus quingentis] Vulgatum in solo inveni Lov. 5. *septingenti*, vel *DCC*, pro *octingenti*, reliqui nostri, et Hearnii L. 1. ac N. *capta quatuor millia ducenti, cum equitibus quingentis* cod. Mog. Hinc suspicor, cum reliquis Mstis legendum *capta quatuor millia septingenti*, vel *et septingenti*; librarium autem optimi codicis notam numeri quingenarii *I0* omisisse, et pro *IDCC*, sive *septinginti*, dedisse *CC*, sive *ducenti*. V. ad 37, 40, 11. Displicet autem equitum captorum mentio, quorum alibi in victoria de Hispanis aliisve hostibus non meminit Livius. Contra equi capti saepe memorantur. Supra 29, 36. 40, 5. 33. 40. 48. et alibi. Ex *equis plus* scribae errore *equitibus* natum puto.

Et signa militaria nonaginta octo] Voculam *et* nesciunt Lov. 2. 6. Harl. et Mead. 1. Deinde *LXXXVII* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. *LXXXVIII* Hearnii N. *octuaginta octo* Lov. 2. *octoginta octo* cod. Mog. Hinc Aldus eumque secuti plerique per notas ediderunt *signa militaria LXXXVIII.* Gruterus tandem in postrema ed. notas has vocibus redditurus, perperam dedit *nonaginta octo*; quod recentiores servarunt. Priscam igitur lectionem Livio restitui.

§. 7. *Romani de duabus legionibus milites paullo plus ducenti*] *Romani milites de duabus legionibus* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *Romanis de duabus legionibus* Lovel. 6. V. ad c. 26, 7. Tot tamen codd. qui *Romani* defendunt, eam lectionem veriorem esse evincunt. Hinc *paullo plus ducentis* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo; quorum librariis genus loquendi displicuisse videtur, quod tamen Livio familiarissimum esse

Digitized by Google

duo millia ferme et quadringenti ceciderunt. Praetor in castra victorem exercitum reduxit. Acilius manere in castris ab se captis jussus. postero die spolia de hostibus lecta, et pro concione donati, quorum virtus insignis fuerat. 8

XXXIII. Sauciis deinde oppidum Aeburam devectis, per Carpetaniam ad Contrebiam ductae le- 1

docebimus ad 41, 12, 8. Paullo ante *τὸ fuit* non adparet in Voss. ejus loco *erat* legit Gaertn. In verbis sequentibus *remanserunt DCCCXXX* Lov. 6. *XX*, pro *triginta*, Hearnii L. 1.

Extenorum auxiliarium duo millia ferme et quadringenti ceciderunt] *auxiliariorum duo millia ferme* Gaertn. V. ad 21, 26, 5. *auxiliarium mille ferme* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. *auxiliarium ferme*, lacuna tamen loco mediarum dictionum relicta, Hearnii N. cujus librarius notas numerales ∞ ∞ non intellexit. V. ad 39, 42, 3. *auxiliarium ferme duo millia* cod. Mog. unde Aldus edidit *auxiliarium duo millia ferme*, quod secuti editores servarunt. Neque aliter praeferunt Voss. Lovel. 1. 6. et Hearnii L. 1. nisi quod ultimus eorum omittat vocem *ferme*. Insuper *et quadraginta ceciderunt* Harl.

§. 8. *Manere in castris ab se captis jussus*] *in captis ab se castris* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox copula *et* deest in Voss. et Lov. 6. Hinc *insignis virtus fuerat* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 1. *Per Carpetaniam ad Contrebiam deductae legiones*] Haud temere id nominis reperias. *Contributam* autem Ptolemaeus ponit ad Anam fluvium, non ita longe ab Ebura. Meminere et alii. GLAR. Quid in mentem Glareano venerit negare, *Contrebiae* oppidi nomen alibi exstare, nescio; cum et Vellejus lib. 2, [5.] et Valer. lib. 2, [7, 10.] et 7, [4, 5.] et Florus [2, 17.] et qui scripsit de Viris illustr. [c. 62.] ubi de rebus Q. Metelli Macedonici in Hispania gestis agunt, ejus meminerint: apud Valer. tamen est mendose *Trebia* pro *Contrebia*. At Glareanus *Contributam* reponendum putat. SIG. Verum est, ut Glareanus monet, *Contributam* ad fluvium Anam poni, non ita longe ab *Ebura*. Verum quum ad c. 30, 3. Sigonius verisimiliter *Aeburam*, pro *Eburam*, scribendum conjecerit, ibidemque Nonium existimasse monuerim, *Aeburam* eam esse, quae Ptolemaeo *Λιβώρα* vocatur, et ad Tagum sita erat, ex eo, quod *Ebura* vicina erat *Contributae*, etiam hoc loco *Contributam* legendum esse, probari nequit. Praeterea quum hoc loco *per Carpetaniam ad Contrebiam ductae legiones* esse dicantur, et in fine cap. *Flaccus, a Contrebia profectus, per Celtiberiam populabundus ducit legiones*, hinc patet, a Carpetanis Celtiberos adeunti Contrebiam obviam, et ab Ana longe remotam fuisse. Doujatius, refellere conatur Sansonem, existimantem *Contrebiam* eam esse, quae Ptolem. 2, 6. *Caracca* vocatur, et putat esse Ptolemaei *Con-*

Digitized by Google

giones. ea urbs circumsessa, quum a Celtiberis auxilia arcessissent, morantibus iis, non quia ipsi cunctati sunt, sed quia profectos a domo inexplicabiles continuis imbribus viae et inflati amnes tenebant, desperato auxilio suorum, in deditionem venit. Flaccus quoque, tempestatibus foedis coactus, exercitum omnem in urbem introduxit. Celtiberi, qui a domo profecti erant, deditionis ignari, quum tandem, superatis, ubi primum remiserunt imbres, amnibus, Contrebiam veniissent, postquam castra nulla extra moenia viderunt, aut in alteram partem

daboram, sola nominis similitudine fretus. Si tamen alterutra earum Livii *Contrebia* habenda foret, Sansoni potius adsentirer. Quum enim Flaccus demum post Contrebiam expugnatam legiones per Celtiberiam populabundus duxerit, sita esse debuit media inter Carpetaniam et Celtiberiam, quod Caraccae convenit, quae in finibus Carpetaniae proxima Celtiberiae a Ptolemaeo memoratur. Contra idem Ptolemaeus Condaboram recenset in altero Cantabriae latere, ubi regio illa Edetanis vicina est; adeo ut Carpetania progressus Condaboram venire nequierit, nisi peragrata Celtiberia. Verum nihil inpedit, quo minus dicamus, neque Caraccam, neque Condaboram, Livii Contrebiam esse, nullamque Contrebiae mentionem Ptolemaeum feciſſe. Quae Livio *Contrebia* adpellatur, *Κομπλεγα* vocatur App. Alex. in B. Hisp. pag. 278. De *Contrebia* vide etiam Torren. ad loca Valer. Max. a Sigonio laudata. Quod vero Cellar. 2. Geogr. ant. 1. p. 78. ejusdem urbis nomen restituendum putarit Valerio Max. 5, 1, 5. recte idem Torren. ad eum loc. refellit. Male *ad Trebiam* hic legit Hearnii L. 1. Deinde *deductae legiones* Lov. 1. 5. 6. Voſſ. et edd. vett. pro quo recte Frob. anno 1535. *ductae* reposuit; quod servant reliqui codd.

§. 2. *Ea urbs circumsessa quum a Celtiberis auxilia accersisset*] Pall. *Ea urbe circumsessa cum a Celtiberis auxilia arcessisset.* prior tamen *accessisset.* GEBH. *Ea urbe circumsessa* Voſſ. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. Sed recte Moguntini ex cod. suo *Ea urbs* emendarunt. Recte etiam Gronov. anno 1665. *arceſſiſſet*, pro *accersisset*, subſtituit. V. Gebhard. ad Livii 2, 19, 10. 9, 9, 12. 24, 2, 3. et 36, 7, 17.

Non quia ipsi cunctati erant, sed quia profectos a domo inexplicabiles] Ingerunt Pall. *sed quia profectos domo.* GEBH. *non quia cunctati* Voſſ. et Lov. 1. Tum *profectos domo* Voſſ. Lov. 2. 4. Harl. et Mead. 1. *profecto domo* Gaertner. *domo profectos* Mead. 2. Mox §. seq. habes *qui domo profecti erant*, ubi tamen alii codd. praepositionem addunt. Hinc *inex-*

Digitized by Google

translata rati, aut receſſiſſe hoſtes, per neglegentiam effusi ad oppidum acceſſerunt. In eos duabus portis Romani eruptionem fecerunt, et incompositos adorti fuderunt. Quae res ad resiſtendum eos et ad capeſſendam pugnam inpediit, quod non uno agmine, nec ad ſigna frequentes veniebant, eadem magnae parti ad fugam saluti fuit. Sparſi enim toto paſſim campo se diffuderunt: nec usquam confertos eos hoſtis circumvenit. tamen ad duodecim millia sunt caesa: capta plus quinque millia hominum, equi quadringenti, signa militaria sexaginta duo.

cabiles etc. *viae* Voſſ. unde *inexecrabiles* fecit librarius Lov. 1. In verbis sequentibus *desperato auxilio suorum* quaedam in Oxoniensi L. 1. mutilata esse profitetur Hearnius.

§. 4. *Celtiberi, qui domo profecti erant*] Membranae *Celtiberi, qui profecti erant a domo.* amplector. MOD. Membranae sunt Moguntinae quae eam lectionem servarunt. Praepositionem et alii codd. agnoscunt, sed in ordine verborum nonnihil diſſentiunt. Nam *qui a domo profecti erant* legunt Voſſ. et Lov. 1. *qui profecti a domo erant* Lov. 6. Praepositionem itaque adjeci. V. ad §. praec. Paullo ante vox *quoque* perperam deeſt in Voſſ.

Superatis, ubi primum remiserunt imbres, amnibus] *superatis* etc. *omnibus* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et priscae edd. Ejus loco *amnibus* recte reposuit Ascens. anno 1513. quod deinde Moguntini in cod. suo supereſſe monuerunt. V. ad 2, 26, 1. Mox *nulla caſtra intra moenia* Lov. 1. *nulla caſtra extra moenia* Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Hinc *aut decessisse* Lov. 2. V. ad 35, 10, 2.

§. 6. *Ad resiſtendum eos et ad capeſſendam pugnam inpediit*] *et capeſſendam pugnam* Voſſ. et Gaertner. Sed Livius solet praepositiones repetere. 35, 50, 7. *Cum tribus ferme millibus militum et cum omni claſſe.* 36, 17, 13. *Ab Aetolis et ab Antiocho liberare.* 37, 54, 17. 38, 60, 6. 39, 42, 1. c. 44, 5. 42, 34, 1. V. ad 6, 28, 6. et ad Epit. Liv. 46.

§. 7. *Sparsi enim toto passim campo se diffuderunt*] *Pars enim toto* Lov. 1. 6. et Voſſ. Male. Supra 22, 7, 2. *Decem millia sparsa fuga per omnem Etruriam.* 33, 15, 15. *Se in fugam passim sparserant.* 37, 20, 5. *Dilapsi ceteri sparserant se toto passim campo.* Tum *effuderunt* antt. edd. pro quo Aldus ex cod. Mog. adscivit *diffuderunt*, quod praeferunt etiam scripti noſtri. Mox *nec unquam* idem Mog. Verum hic vulgatum praeſtat. Saepe ita variaſſe codd. vidimus ad 39, 31, 5.

Tamen ad duodecim millia sunt caesa: capta plus quinque millia hominum] *tum ad duodecim* Harl.

Digitized by Google

8 Qui palati e fuga domum se recipiebant, alterum agmen Celtiberorum venientium, deditionem Contrebiae et suam cladem narrando, averterunt. extem-
9 plo in vicos castellaque sua omnes dilapsi. Flaccus, a Contrebia profectus, per Celtiberiam populabundus ducit legiones: multa castella obpugnavit, donec maxima pars Celtiberorum in deditionem venit.
1 XXXIV. Haec in citeriore Hispania eo anno gesta. Et in ulteriore, Manlius praetor secunda ali-

V. ad 22, 17, 5. Hinc *plus quinque millibus* Lov. 2. et Mead. 1. non audio. V. ad 41, 12, 8. Vox *millia* decst in Lov. 1. V. ad 31, 34, 7. et 36, 14, 1. Reliquos tamen vocem servantes sequi tutius est. Denique *hostium*, pro *hominum*, Voss. et Gaertn. Sed v. ad 23, 37, 11. et 24, 40, 14.

§. 8. *Qui palati e fuga domum se recipiebant*] *Quidam Latini e fuga quum domum* Hearnii L. 1. *Quidam Latini qui e fuga domum* omnes Msti mei, et vett. edd. *Qui e fuga domum* ed. Mog. *Quidam qui e fuga domum* ed. Frob. anni 1531. *Qui palati e fuga domum* Frob. anni 1535. Mox *venientium Celtiberorum* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *omnes* exsulat ab Harl.

§. 9. *Multa castella obpugnavit, donec maxima pars Celtiberorum in deditionem venit*] Lege *expugnavit*. J. FR. GRON. *nec maxima pars Celtiberorum in deditionem venit oppugnando multa castella* Lovel. 1. 6. et Voss. *multa castella oppugnando maxima pars Celtiberorum in deditionem venit* Mead. 2. et Harl. nec aliter Mead. 1. et edd. antt. nisi quod praeferant *nec maxima pars*. Voces *multa castella oppugnavit, donec* desunt in Hearnii L. 1. Pro *oppugnando nec maxima* Frob. anno 1535. *oppugnavit, donec maxima* reposuit. Gronovio *expugnavit* emendanti consentit Crevierius. Saepe has voces confundi, vidimus ad 21, 57, 6. Adde 29, 7, 5. 34, 20, 5. 37, 24, 13. 38, 20, 1. 40, 31, 6. c. 50, 6. Ep. Liv. 48. et 68.

§. 1. *Et in ulteriore Manlius praetor*] MS. *In ulteriore M. Manlius pr.* MOD. Primam voculam non agnoscunt Lov. 2. 5. et edd. vett. Addidit eam Aldus, consentientibus reliquis scriptis. Videtur tamen nec in Mog. cod. fuisse; et commode abesse potest. Tum *M. Manlius* cod. Mog. quasi praenomen illud excidisset ob primam literam nominis gentilis, ut supra Epit. Liv. 6. l. 6, 14, 2. c. 20, 14. et 25, 22, 2. Ita praenomen *L.* excidit ante *Lucretius* 5, 29, 2. *C.* ante *Claudius* 24, 17, 3. ante *Calpurnius* 40, 37, 1. *A.* ante *Atilius* 34, 54, 3. *Sp.* inter duas voces, quarum prior litera *s* finitur, altera a litera *p* incipit, 39, 6, 2. Contra praenomen *M.* excidit ob ultimam literam vocis praecedentis. V. ad 39, 5, 12. Verum, qui hoc et praecedenti anno Hispaniam ulteriorem obtinuit, *P. Manlius* dictus est. V. supra c. 1.

§. 2. *Aquileja colonia Latina eodem anno*] Ea ut deduceretur, jam biennio ante senatus decre-

Digitized by Google

quot proelia cum Lusitanis fecit. Aquileja colonia 2
Latina eodem anno in agro Gallorum est deducta.
tria millia peditum quinquagena jugera, centurio-
nes centena, centena quadragena equites acceperunt. tresviri deduxerunt, P. Cornelius Scipio Na- 3
sica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Aedes 4
duae eo anno dedicatae sunt: una Veneris Erycinae
ad portam Collinam: dedicavit L. Porcius L. F. Li-
cinus duumvir. (vota erat ab consule L. Porcio, Li-

rat, supra 39, 55. Ne tamen deduci potuerit, obstitisse videntur partim Galli Transalpini, in eum agrum, ubi Aquileja condita est, transgressi, supra 39, 45, 54. partim quod M. Claudius, Gallis ex provincia exactis, Istricum bellum moliri coepit, et a senatu potestatem accepit legiones in Istriam traducendi. 39, 55. qui deinceps coloniam Aquilejam deduci prohibuerunt. 40, 26.

Tria millia peditum, quibus data quinquagena jugera, centurionibus centena; centena quadragena equites acceperunt] Vetus scriptura *tria millia peditum quinquagena jugera, centuriones centenu, centena quadragena equites acceperunt.* GELEN. Ut ante Gelenium edebatur, praefert Lov. 5. *peditum, quibus data quinquagena jugera, centurionibus centena, quadragena jugera equites acceperunt* Lov. 6. a manu 2. *peditum quinquagena* (*quinquaginta* Gaertn.) *jugera centurionibus, centena quadragena jugera equites acceperunt* Voss. et Gaertn. *peditum quinquagena* (*quinquaginta* Lovel. 2. et Mead. 1.) *jugera centurionibus, centena quadragena equites acceperunt* Lovel. 1. 2. 6. a manu 1. et Mead. ambo. *peditum quinquagena jugera, centurionibus centena, centena quadragena equites acceperunt* Harl. et Lov. 4. Sed veram lectionem Gelenius ex cod. suo restituit.

§. 3. *Tresviri deduxerunt*] *triumviri* Voss. Lov. 2. 6. Gaertn. et edd. Ven. anni 1498. ac sequentes usque ad Gronov. qui *tresviri* emendavit, et supra ad c. 29, 2. testatus est, ita librum Barber. habere: nec aliter reliqui nostri cum Hearnii Oxonn. et edd. principibus. *treviri* habet ed. Mediol anni 1480.

L. Manlius Acidinus] Hujus cum aliis duobus triumviris etiam mentio est ad praecedentis lib. finem [c. 55.] Caeterum aut duo fuere L. Manlii Acidini, ut paulo post duo M. Atilii Glabriones; aut qui in Hispania ulteriore hoc anno praetor fuit, non *Lucius*, sed vel *Cajus*, vel *Publius* dictus est: ut sit error vel anno XIII. hujus decados [38, 35.] ubi in omnibus codicibus *Lucius* dicitur, vel ad finem praec. lib. [c. 56.] initioque hujus [c. 1.] ubi *P. Manlius iterum* praetor dicitur. Difficultatem facit nobis hoc *iterum*, quod ad finem prioris libri etiam admonuimus. GLAR. Hi triumviri sunt. Haeret autem hoc loco Glareanus, quia *L. Manlium Acidinum* eundem esse cum eo putavit, quem nos *P. Manlium* praetorem scri-

Digitized by Google

5 guſtino bello.) altera, in foro olitorio, Pietatis. eam aedem dedicavit M? Acilius Glabrio duumvir: ſtatuamque auratam, quae prima omnium in Italia ſta-
6 tua aurata eſt, patri Glabrioni posuit. Is erat, qui ipse

psimus [ad 39, 56, 5. et 40, 1, 2.] nec, quid sequatur, certi quicquam habet. SIGON.

§. 4. *Vota erat ab consule L. Porcio, Liguſtino bello*] Atqui Livius praecedenti libro [c. 44.] ab his consulibus nihil memorabile geſtum scribit, nec licuit temere aedem vovere. Alii hunc locum aſterisco notarunt, fortaſſis quod illud *aurata ſtatua* bis repetitur. Quod tamen ego ideo factum puto, ne videatur dicere, illam primam fuiſſe ſtatuam, sed primam auratam. GLAR. Eum Ligures provinciam habuisse, dixit 39, 38. nec quidquam deinde de rebus ab eo geſtis prodidit. Ex hoc loco demum intelligitur, eum cum Liguribus pugnaſſe: nam in discrimine pugnae Diis aedes vovere solebant. DUKER. *vota erat consule* Harl. *vota erat a consule* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. et Gaertn. Tum *Liguſtico bello* Voſſ.

§. 5. *Statuamque auratam, quae prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt, patris Glabrionis posuit*] Valer. lib. 2, [5, 1.] ita: *Statuam auratam nec in urbe, nec in ulla parte Italiae quisquam prius aspexit, quam a M.? Acilio Glabrione equeſtris patri poneretur in aede Pietatis.* Ex quibus verbis animadvertere licet, *patri Glabrioni* apud Livium, non *patris Glabrionis*, eſſe legendum; quae lectio in manuscriptis etiam reperitur. SIGON. Libri noſtri omnes *patris Glabrionis*. Forte ita diſtinguendum: *ſtatuamque auratam, quae prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt patris Glabrionis, posuit.* GEBH. Scio apud Manil. 4, [513.]

Quum vitreum findens aurato vellere pontum.

in Gemblacensi et Venetis membranis legi, *auravit vellere pontum.* et Priscianum [8, 828.] *A metallorum quoque nominibus solent nasci verba, ut ab auro, auro auras; ab aere, aero aeras: unde auratus et aeratus.* Nihilominus scripsiſſe Livium suspicor: *ſtatuamque auratam, quae prima omnium in Italia ſtatuta aurata eſt, patri Glabrioni posuit.* Plautus Curcul. [1, 2, 49.]

Tibi nae ego, si fidem servas mecum,
Vineam pro aurea ſtatua ſtatuam, quae tuo
Gutturi sit monumentum.

Cic. Philipp. 9, [7.] *Ut eam baſim ſtatuamque faciendam et in Roſtris ſtatuendam locent.* Gellius 9, 11. *Statuam Corvino iſti D. Auguſtus in foro suo ſtatuendam curavit.* J. FR. GRON. *ſtatuere ſtatuam* dixit etiam Livius 23, 19, 18. *Statua ejus indicio eſt, Praeneſte in foro ſtatuta.* Cic. 2. in Verr. 20. *Illi Syracusani ſtatuam poſtea ſtatuerunt.* 5. Phil. 15. *Eique ſtatuam equeſtrem inauratam in Roſtris* etc. *ſtatui placere.* Plaut. Bacchid. 4, 4, 1. *Huic decet ſtatuam ſtatui ex auro.* Plinius 34, 6. *Non omittendum videtur, tripedaneas his ſtatuas in foro ſtatutas.* Et ita *ſtatuere aras* Silius 4, 703. ubi vide, quae notavi. Similiter ante Gronov. scribendum monuit Pi-

Digitized by Google

ipse eam aedem voverat, quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas depugnaſſet: locaveratque idem ex senatusconsulto. Per eosdem dies, quibus hae 7 aedes dedicatae sunt, L. Aemilius Paullus proconsul ex Liguribus Ingaunis triumphavit. Transtulit 8

ghius in Annal. ad A. V. 1015 XXVII. pag. 390. Poteſt tamen vulgatum servari, neque neceſſe eſt, ut jungamus *aurata eſt*, quasi praeteritum verbi *aurari*. Quin et, si Hearnio credimus, *τὸ eſt* omittunt Oxoniensis L. 1. et editio Aler. et *in Italia eſt ſtatua aurata* apud me legunt Voſſ. Lovel. 1. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. pro quo Aldus demum *ſtatua aurata eſt* dedit. Praeterea *patris Glabrionis* omnes Mſti, et edd. ante Sigonium, qui *patri Glabrioni* contra codd. auctoritatem reſtituit, quia Valerius Max. ita locutus eſt. Sed cur, quaeso, non aeque dici poteſt *posuit ſtatuam patris*, quam *patri*? Supra 4, 17, 6. *Legatorum, qui Fidenis caesi erant, ſtatuae publicae in Roſtris positae sunt.* quod auctor Epit. ejusdem lib. 4. ita exprimit: *Legatis Romanis a Fidenatibus occisis ſtatuae in Roſtris positae sunt.* Eodem modo utrumque dixerunt, *dedicare aedem Dei* et *Deo*. Vide ad Livii 5, 23, 7. Proprium autem in hac re verbum eſſe *ponere*, docent viri docti ad Phaedri 2, 9, 1. Ceterum in nupera Valer. Max. editione loc. laud. male *M. Acilio* editur, pro *M. Acilio*, sine dubio operarum culpa.

§. 6. *Is erat, qui ipse eam aedem voverat, quo die*] Concinnius membranae: *Is erat, qui ipse eam voverat, quo die* etc. MOD. *Is erat, qui eam aedem* Lov. 5. et edd. vett. vocem *ipse* Frob. anno 1535. interposuit, poſtquam Moguntini monuiſſent, se eam in membranis suis inveniſſe. Eamdem agnoscunt omnes noſtri; nisi quod Lov. 1. legat *qui ipsam aedem*. Deinde cod. Mog. omittit vocem *aedem*: quod tamen utrum concinnius videri debeat, ut Modius judicavit, admodum dubito. Codicis Mog. veſtigiis, nisi gravis obſtet cauſſa, arcte insiſtere soleo. Hic tamen vox *aedem* vix expungi poſſe videtur, ne inperitiori ambiguum sit, utrum aedem, an ſtatuam voverit, locaveritque. Puto igitur *τὸ aedem*, sive, ut scribebant, *edem*, excidiſſe ob similitudinem praecedentis *eam*. Eamdem dictionem agnoscunt omnes noſtri, nisi quod ejus loco, transpositis literis, *qui ipse eadem voverat* scribat Harl. Verbum *voverat* male deeſt in Voſſ. et Lov. 1. Sed in Lov. 6. trajicitur poſt *τὸ depugnaſſet*.

Ad Thermopylas depugnaſſet] *pugnaſſet* Aldus ejusque traduces. Recte Froben. anno 1535. *depugnaſſet* revocavit: et ita omnes Mſti, nisi quod *depugnavisset* sit in Gaertn. Id verbum saepe cum emphasi usurpatur de gladiatoribus, qui non antea a pugna ceſſant, quam adversarium, cum quo comparati erant, interfecissent. V. ad 6, 3, 9. Hinc *depugnare* vel simpliciter pro pugnare, vel fortiter pugnare, vel ita pugnare, ut victoria reportetur, poni solet. Supra 4, 49, 14. *Pro veſtris commodis adversus tam crudeles superbosque adversarios depugnant.* 7, 26, 8. *Depugnatumque haudquaquam certamine ambigno*

Digitized by Google

coronas aureas quinque et viginti. nec praeterea quidquam auri argentique in eo triumpho latum. captivi multi principes Ligurum ante currum ducti. 9 aeris trecenos militibus divisit. Auxerunt ejus triumphi famam legati Ligurum, pacem perpetuam orantes: *ita in animum induxisse Ligurum gentem, nulla umquam arma, nisi imperata a populo Romano, sumere.* Responsum a Q. Fabio praetore est Liguribus jussu senatus, *Orationem eam non novam Liguri-*

cum Gallis est. 8, 19, 7. *Sine consilio, sine audacia depugnat.* 10, 37, 2. *Cum egressis ad tuendos fines haud procul moenibus ipsorum depugnat.* Cic. de Senect. 10. *Depugnavi apud Thermopylas M.' Acilio Glabrione consule.* Plinius 22, 5. *Depugnassetque centum viginti proeliis, semper victor.* V. Celeberr. Burm. ad Phaedri 5, 2, 5.

§. 7. *L. Aemilius Paullus proconsul*] Ultima vox deest in Harl. *consul* exhibent edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, pluresque aliae usque ad Aldum, qui *proconsul* ex cod. Mog. adoptavit; quod servant reliqui scripti. Et recte. Proximo enim anno consulatum obtinuerat, nunc vero, *prorogato ex consulatu imperio*, cum Liguribus Ingaunis bellum gessit. V. supra c. 25. Paullo ante *aedes hae aedificatae* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§. 8. *Transtulit coronas aureas quinque et viginti*] MS. *Transtulit coronas aureas mille et viginti.* Opinor utrumque numerum falsum esse. et medium quid hic tenendum, de quo ut laborem, ideo in animum inducere non possum, quia res non est tanti. MOD. Numerum *mille et viginti*, ut habet cod. Mog. falsum, ac justo majorem esse, Modio adsentior; non tamen, *quinque et viginti*, quod omnes codd. tuentur, nimis exiguum esse. Licet enim alibi plures in triumpho translatae memorentur, paupertas tamen triumphi hujus, in quo praeter coronas nihil auri argentive latum fuisse dicitur, efficit, ne numerum augendum putem, sed ut vulgatum probem. Mox *nec praeter eas* Hearnii L. 1. Tum *auri et argenti* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Deinde vox *multi* non adparet in Lov. 1.

Aeris trecenos militibus divisit] *tricenos* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Gaertner. Verum summa illa indigna fuisset, quae militibus obferretur. Verum est, tantummodo *septuagenos aeris* in triumpho de Insubribus Cenomanisque, et totidem in triumpho de Liguribus Bojisque, militibus dividi, quamvis non contemnenda pecuniae summa aerario inferretur, lib. 33, 23. Verum, Asia nondum devicta, tempora magis sobria ac frugaliora erant. Solent autem eae voces passim a librariis confundi. V. ad 8, 8, 14. c. 21, 11. 22, 52, 2. 29, 24, 14. 32, 29, 4. 42, 52, 8. Adde viros doctos ad Suet. Caes. 38. et Aug. 41. Similiter infra peccari puto cap. 59. *Divisit tamen in singulos milites tri-*

Digitized by Google

bus esse: mens vero ut nova et orationi conveniens esset, ipsorum id plurimum referre. Ad consules irent, et, quae ab iis imperata essent, facerent. nulli alii, quam consulibus, senatum crediturum esse, sincera fide in pace Ligures esse. Pax in Liguribus fuit. In Corsica pugnatum est cum Corsis. ad duo millia eorum M. Pinarius praetor in acie occidit. qua clade compulsi obsides dederunt, et cerae centum millia pondo. Inde in Sardiniam exercitus ductus, et cum Ilien-

cenos aeris. ubi *trecenos* itidem legendum arbitror.

§. 9. *Ita in animum induxisse Ligurum gentem*] *in animum duxisse* Harl. prima syllaba verbi *induxisse* elisa ab ultima litera vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. De locutione *inducere in animum* v. ad 1, 17, 4. Alio ordine *in animum Ligurum induxisse gentem* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Paullo ante *Auxerunt ejus triumphum et triumphi famam* Lov. 2.

§. 10. *Orationi conveniens esset, ipsorum id plurimum referre*] *conveniens esset, plurimum referre* Lovel. 2. et Harl. *ipsorum ad plurimum referre* Voss. *ipsorum id ad plurimum referre* Lov. 1.

§. 11. *Nulli alii, quam consulibus, senatum crediturum esse*] Dele hic τὸ *esse*. J. FR. GRON. Illud *esse* servant omnes nostri: neque aliam expungendi cauſſam habuit Gronovius, quam quod mox iterum sequatur. Sed Livium quasque voces repetiisse, vidimus ad 1, 3, 9. et quidem praecipue verbum *esse*, ejusque varia tempora, ad 35, 2, 12. et 40, 35, 6. Hinc neque Crevierii inceptum probo, qui unius Victor. auctoritate delenda censet verba sequentia *sincera fide in pace Ligures esse:* incommodam enim esse iterationem verbi *esse*, et sensum facile intelligi, etiamsi verba illa abessent. Constanter enim in omnibus Mstis nostris supersunt: et praeterea locutio est adprime Liviana. *Sincera fide* formula est saepius apud eum obvia. Ita 29, 4, 8. *Nihil sincera fide cum Romanis acturum.* 39, 2, 2. *Arma quia non sincera fide tradebant.* 44, 13, 14. *Sinceram ejus fidem aequali tenore egregiamque operam in eo bello fuisse.* Locutionem autem *esse in pace* inluſtravimus ad 5, 4, 13.

§. 12. *In Corsica pugnatum est cum Corsis*] Τὸ *est* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Praeterea *pugna tunc cum Corsis* Lov. 6. Mox *ad III millia eorum* Gaertn. *ad CIↃ CC eorum* Lov. 1. at hic loci hiatus erat in Hearnii N. Tum *in acie cecidit* Lov. 6. V. ad 36, 36, 6. Tandem *qua compulsi*, neglecta media voce, Harl.

§. 13. *Cum Bilinsibus, gente ne nunc quidem omni parte pacata*] Quidam, ut antea admonuimus, *Ilionsibus* emendarunt: quod, nescio, quam probem. Strabo vero lib. 5, [225.] *Iolensium* (ut diximus) praedonum in Sardinia meminit, de quibus profecto hic Livius. Caeterum quare Livii quoque aetate, quum Romana

Digitized by Google

sibus, gente ne nunc quidem omni parte pacata, se-
14 cunda proelia facta. Karthaginiensibus eodem anno centum obsides redditi, pacemque cum iis populus Romanus, non ab se tantum, sed ab rege etiam

potentia omnia armis domita haberet, in alios latrocinando saevirent, rationem eodem exhibet loco Strabo, cum de iis, tum de aliis ejus insulae montanis. GLAR. Si ita scripsit auctor, feremus sane, ut 41, 6. *Invalido exercitu, et magna parte pestilentia absumto.* Interim confidenter suspicor, a Livio positum: *ne nunc quidem omni perpacata.* JAC. GRON. Si codd. addicerent, Clariss. Jac. Gronovii conjecturam probandam existimarem. Verbo enim *perpacare* Livius etiam alibi utitur. Ita 36, 21, 3. *Omnibus perpacatis, sine ullius noxa urbis exercitus Thermopylas reductus.* c. 42, 3. *Necdum enim omnia in Graecia perpacata erant.* et alibi. Verum quum in vulgatam lectionem consentiant scripti et excusi, nihil mutare audeo, praesertim quia et aliis locis Livius et reliqui ita loquuntur. Supra 31, 21, 15. *Quum omni parte caede ingenti fternerentur.* Horat. 1. sat. 2, 37.

Audire est operae pretium, procedere recte
Qui moechos non vultis, ut omni parte laborent.

ab omni parte supra dixit c. 22, 8. *In regione, quam ab omni parte solitudines clauderent.* Mecum sentiebat Cl. Duker.

§. 14. *Pacemque cum iis populus Romanus, non ab se tantum* etc. *praestitit*] Neque ignoro illa Plautina *servare cum aliquo fidem, cavere, captare cum aliquo*: tamen praepositionem *cum* hic apud nostrum delendam esse censeo. L. 9, [20, 7.] *Foedus petitum venerunt, pacis per omnem Apuliam praestandae populo Romano auctore.* Justinus 25, [2.] *Ut Antigono pacem opinio hujus victoriae non a Gallis tantum, verum etiam a finitimorum feritate praestiterit.* Idem 39, [2.] *Gryphus octo annis quietem et ipse habuit, et regno praestitit.* J. FR. GRON. *pacemque tum iis* Harl. quod forte conjecturae Gronovii praeferendum. Certe vix *cum* locum habere potest, licet supersit in omnibus reliquis. Ut enim *pacem alicui praestare*, ita *fidem alicui praestare* 30, 15, 5. *Masinissam libenter primam ei fidem praestaturum fuisse.* Justin. 7, 4. *Cujus filio et successori Alexandro cognatio Bubaris non Darii tantum temporibus pacem praestitit.* 43, 5. *Quae res illis et virium fiduciam auxit, et pacem ab hostibus praestitit.* Paullo ante vocem *centum* non agnoscunt Lov. 1. 6. et Voss.

Qui tum praesidio armato agrum, etc. *obtinebat*] *qui tamen praesidio* Lov. 1. V. ad 22, 17, 5. At Harlej. qui verbis praecedentibus *tum*, pro *cum*, exhibuit, hic legit *cum praesidio*, quod Crevierius, praeeunte cod. Victor. in contextum adscivit.

§. 1. *A. Postumium Albinum Luscum*] In Fastis Capitol. ad annum IↃLXXIII, et IↃLXXIX. tantum vocatur *A. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS.* Quae dubitari posse existimat Pighius in Annal. Rom. ad l. prior. pag. 333. unde Postumii cognomen alterum, sive agnomen, *Luscus* in Livianis exemplaribus inrepserit, quum a Postumiis peregrinum prorsus videatur; ejus vero ve-

Digitized by Google

Masinissa, praestitit; qui tum praesidio armato agrum, qui in controversia erat, obtinebat.

XXXV. Otiosam provinciam consules habuerunt. 1 M. Baebius, comitiorum caussa Romam revocatus,

stigiis insistens Hearnius, illud sibi ejiciendum videri, pronunciat. Pro eorum sententia id etiam adferri posset, quod neque ipse Livius cognominis *Lusci* meminerit, quum eumdem Albinum aedilem curulem narret supra 39, 7. vel praetorem 39, 23. vel censorem infra 41, 27. His non obstantibus iis adsentiri nequeo: nam eodem *Lusci* cognomine, quamvis priori *Albini* omisso, etiam infra vocatur 45, 17. Quod vero id tum in Fastis Capit. tum in variis Livii locis negligatur, compendii caussa factum existimo, eodem modo ac mox §. 3. et quemadmodum laudato loco alterum *Albini* omissum esse dixi. Similiter Ap. Claudius, qui haereditarium a majoribus *Crassi* cognomen habebat, et demum post vestos honores caecus factus inde sibi novum cognomen invenit, attamen in iisdem Fast. Capit. censor A. V. CDXLI. et consul A. V. CDXLVI. vocatur *AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAECVS.* sine *Crassi* cognomine, quo tamen unico tum adpellatus est, nondum ex oculorum morbo *Caecus* dictus. Quod insuper *Lusci* cognomen Pighius a gente Postumia peregrinum putet, me a sententia non dimovet. Certe hujus ejusdem Postumii frater, septimo anno post consulatum adeptus, in Fast. Capit. ad A. V. DLXXX vocatur *SP. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. PAVLLVLVS.* At genti Postumiae *Paulluli* cognomen alibi, quam in his Fastis, tributum non memini. Cognomina saepe apud Romanos indita sunt ex corporis vitiis. Ita Horatius, M. Horatii Pulvilli consulis frater, qui Porsenae milites ad pontem sublicium moratus effecit, ne hostes urbe potirentur, *Cocles* dictus est ἐκ τοῦ κατὰ τὴν ὄψιν ἐλαττώματος, ἐκκοπεὶς ἐν μάχῃ τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν, teste Dion. Hal. 5. Antiq. pag. 295. Similiter C. Mucio Cordo, qui, consilio interficiendi Porsenae excidens, dextram foculo ardenti injecit, *postea Scaevola a clade dextrae manus cognomen inditum* est, teste Livio 2, 13. *Ex habitu corporis Cicerones, Rufos, Longosque* adpellatos esse, testatur Quinctil. 1. Instit. Orat. 4. Ap. Claudius Crassus ex oculorum vitio *Caecus* cognominatus est. Ita forsitan A. Postumius Albinus hic memoratus *Lusci* cognomine dictus est, quod luscus foret: ex quo eodem oculorum vitio etiam M. Furium aedilem plebis, cujus Livius meminit 39, 7. *Luscum* vocatum esse, verisimile est. Parem ob caussam gentis Semproniae familia *Blaesi* cognomen recepit, quod, qui primus illud tulit, lingua blaesus foret. Et quidem cognomina haec interdum ad posteros transibant. Ita in gente Mucia *Scaevolae*, in Sempronia *Blaesi*, et *Longi*, in variis aliis *Rufi* plures diu noti fuerunt. Interdum illa liberi eorum non recipiebant. Ita in gente Horatia unus tantum *Cocles*, in Furia unus tantum *Luscus*, in Claudia unus tantum *Caecus* obcurrit; quorum ultimus tamen posteros reliquit, a quibus novae gentis Claudiae familiae *Neronum*, *Pulchrorum*, et *Centhonum* incepisse dicuntur. Frequentius tamen id accidebat in agnomini-

Digitized by Google

consules creavit A. Poſtumium Albinum Luscum et
2 C. Calpurnium Pisonem. Praetores exinde facti Ti. Sempronius Gracchus, L. Poſtumius Albinus, P. Cornelius Mammula, Ti. Minucius Molliculus, A. Hoſtilius Mancinus, C. Maenius. ii omnes magiſtra-
3 tum Idibus Martiis inierunt. Principio ejus anni, quo A. Poſtumius Albinus et C. Calpurnius Piso consules fuerunt, ab A. Poſtumio consule in senatum introducti, qui ex Hispania citeriore venerant

bus, ut vulgo vocantur; qualia hic A. Poſtumii *Luscus* et fratris ejus Spurii *Paullulus* fuerunt. Similiter in gentis Corneliae familia Scipionum nota fuerunt agnomina *Corculum* et *Serapio*; at poſteri eorum, qui illis adpellati sunt, non memorantur. Idem de Minuciorum Augurinorum agnomine *Molliculus*, immo etiam Poſtumiorum *Luscus* ſtatuere videtur ipse Pighius in Annal. ad A. V. IↃLXIII. pag. 286. Livii lectionem vulgatam adversus Pigh. et Hearn. defendendam eſſe exiſtimat, mecumque sentit Cl. Duker.

§. 2. *Praetores exinde facti*] *inde* edd. priscae; qua voce non tantum in proponendis novis consulibus Livius utitur, ut vidimus ad 2, 49, 9. sed etiam quum propositis consulibus subjungere vult novos praetores. Exempla exſtant 28, 10. 38. 29, 11. 38. 31, 49. 32, 7. 33, 42. 38, 35. 39, 6. 32. 56. et 40, 18. Aldus *exinde* primus dedit, quod praeferunt omnes noſtri Mſti. Hanc etiam vocem eodem sensu a Livio adhiberi, videbimus ad 42, 9, 8.

P. Cornelius Mammula] *P. Cornelius Mamertus* Harl. et Gaertn. *P. Cornelius Mamerchus* Voſſ. *P. Cornelius Mamercus* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gruterum, cujus ultima reposuit *Mammula* ex sententia Pighii in Annal. ad A. V. IↃLXIV. pag. 291. ubi conjicit, eum fuiſſe fratrem A. Cornelii Mammulae praetoris supra 35, 24. filium A. Cornelii Mammulae propraetoris 23, 21. Memoratur et M. Cornelius Mammula 42, 6. *Mamercus* autem inter gentis Corneliae cognomina alibi non reperitur.

T. Minutius Molliculus] Vet. lib. *Ti. Minucius Molliculus*. Supra oſtendimus, *Tiberii* praenomen fuiſſe etiam Minuciorum. SIG. Sigonii conjecturam probat Pighius in Annal. ad ann. IↃLXIII. pag. 286. qui ex *Tiberii* praenomine colligit, eum ex plebeja gente Minucia Augurinorum fuiſſe; alterum autem cognomen *Molliculus*, a Livio hic expreſſum, illi ex proprietate quadam inditum eſſe. *Tiberius* gentis Minuciae praenomen fuisse, docuit Sigon. ad 9, 44, 2. Ejusdem gentis nomen per *c* scribendum eſſe *Minucius* ad 2, 34, 1. *Molliculus* in uno supereſt Lov. 5. *Mollitulus* praefert Voſſ. *Meliculus* Lov. 6.

Ii omnes magiſtratum Idibus Martiis inierunt] Ita edidit Aldus ex cod. Mog. cui consentiunt Lo-

Digitized by Google

a Q. Fulvio Flacco, L. Minucius legatus, et duo, tribuni militum, T. Maenius et L. Terentius Maſſiliota. Hi, quum duo secunda proelia, deditionem 4 Celtiberiae, confectam provinciam nunciaſſent, nec ſtipendio, quod mitti soleret, nec frumento portato ad exercitum in eum annum opus eſſe, petierunt ab senatu primum, *ut ob res prospere geſtas Diis inmortalibus honos haberetur.* deinde, *ut Q. Fulvio decedenti de provincia deportare inde exercitum, cujus forti ope-* 5 6

vel. 1. 2. 6. Harl. et Mead. 2. proxime accedunt Lov. 4. et Mead. 1. *magiſtratuum* praeferentes. Antea edebatur *magiſtratus*, quod supereſt in Lovel. 5. et Gaertn. *magiſtratus in Idibus* legit Voſſ. quod emendatum videtur ex *magiſtratus, m, Idibus;* ita autem datum eſſe, ut librarius doceret, se duplicem lectionem *magiſtratus* et *magiſtratum* in exemplari suo reperiſſe. V. ad 3, 44, 4.

§. 3. *T. Maenius et L. Maſſaliota*] Pal. pr. *T. Minutius et L. Terentius Maſſaliota.* Reliqui quoque duo, Pal. alter, et vet. ed. inserunt *τὸ Terentius.* GEBH. Prioris tribuni praenomen deeſt in Voſſ. et Lov. 1. *Mevius*, pro *Maenius*, legit Harl. Tum secundi tribuni nomen gentilitium *Terentius* deeſt in Lov. 1. idem etiam omisit ed. Paris. anni 1573. eamque secutae usque ad Gruter. cujus poſtuma ἔκδοσις recte revocavit. Praeterea *Maſſalioca* Voſſ. *Maſſalica* Lov. 6. *Maſſaliotha* Lovel. 5. et edd. principes. *Maſſaliota* Lov. 1. 2. 4. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii Oxonn. et edd. prioribus proximae usque ad Gruteri ultimam, quae *Massa* dedit ex sententia Pighii in Ann. ad A. V. IↃLXXVI. pag. 346. V. ad 31, 50, 3. Sed legendum eſt *Massiliota*, ut praefert Harl. V. ad 38, 42, 4. Paullo ante *venerunt* Voſſ. et Gaertn. Tum vox *Fulvio* exsulat a Mſſis noſtris, Hearnii L. 1. et edd. principibus; quod tamen jam receperunt Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et tempore poſteriores omnes.

§. 4. *Quum duo secunda proelia, deditionem Celtiberiae, confectam provinciam nunciaſſent*] MS. *in deditionem Celtiberiae.* An forte legendum, geminata syllaba, *inde deditionem Celtiberiae;* ut illud *inde* significet, proeliis duobus adversis ita fractos Celtiberorum animos, ut poſt illa ſtatim de deditione cogitarint? MOD. Alibi etiam *iŭ*, sive *inde*, et *in* commutantur. V. ad 10, 20, 6. Hic tamen librarium cod. Mog. erraſſe, nihilque mutandum puto. Omnes noſtri vulgatum tuentur. Mox *nec ſtipendium*, etc. *nec frumenta portata ad exercitum in eum annum opus eſſe* Lov. 6. *nec ſtipendium* etiam Lov. 1. Sed reliqui scripti ſtant pro recepta lectione.

§. 5. *Petierunt ab senatu primum, ut ob res prospere geſtas Diis*] *petierant a senatu* Voſſ. Tum *ob res prospere geſtas ut Diis* Lov. 4. 5. Mead. ambo, et edd. antt. *ob res bene geſtas ut Diis* Lov. 2. et Harlej. Voculam *ut* nesciunt Voſſ. et Lov. 6. Eam autem in-

Digitized by Google

ra et ipse et multi ante eum praetores usi essent, liceret. quod fieri, praeterquam quod ita deberet, etiam prope
7 *necessarium esset. Ita enim obstinatos esse milites, ut non ultra retineri posse in provincia viderentur, injussuque abituri inde essent, si non dimitterentur: aut in perniciosam, si quis inpense retineret, seditionem exarsuri.*
8 Consulibus ambobus provinciam Ligures esse senatus jussit. Praetores inde sortiti sunt. A. Hostilio urbana, Ti. Minucio peregrina obvenit, P. Corne-
9 lio Sicilia, C. Maenio Sardinia. Hispanias sortiti, L. Postumius ulteriorem, Ti. Sempronius citeriorem.
10 Is quia successurus Q. Fulvio Flacco erat, ne vetere exercitu provincia spoliaretur, *Quaero*, inquit, *de*

terdum post verba petendi deesse, vidimus ad 32, 35, 5. Ordo verborum nunc obtinens, quem Aldus induxit, supereſt in Lov. 1. et Gaertn.

§. 6. *Ut Q. Fulvio decedenti de provincia*] *L. Fulvio* male Voſſ. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Tum voces *decedenti de provincia* cum sequentibus usque ad *quod ita deberet* in Oxoniensi L. 1. detritas esse, Hearnius teſtatur. Mox *multi ante ipsum* Lov. 6. Tum *usi sunt* Voſſ.

Etiam prope necessarium esset] Scripsit Livius: *quod fieri, praeterquam quod ita deberet, etiam prope necessarium esse: ita enim obstinatos esse milites*, etc. qualiter cum alibi, tum lib. 31, 8. et 11. lib. 35, 49. reſtituimus. J. FR. GRON. Emendationem Gronovii probat etiam Crevier. Neque morari debet, quod mox *tò esse* iterum sequatur. Supra 34, 49, 8. *Temperatam eam salubrem et singulis, et civitatibus esse: nimiam et aliis gravem, et ipsis, qui habeant, effrenatam et praecipitem esse.* 40, 34, 11. *Nulli alii, quam consulibus, senatum creditурum esse, sincera fide in pace Ligures esse.* V. Jac. Gronov. ad 1, 41, 5. Adde, quae notavi ad 35, 1, 12. Mox §. seq. *injussuque inde abituri* Lov. 4. 6. et Mead. 2. *injussuque inde habituri* Lov. 1. 2. et Mead. 1. *injussuque habituri inde* Gaertn. Vide ad 22, 59, 19.

§. 8. *Ti. Minucio peregrina obvenit, P. Cornelio Sicilia, C. Maenio Sardinia*] Pall. et Vet. ed. *peregrina evenit*. GEBH. Similiter Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. Harlej. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. veteres. *venit* Lov. 6. *obvenit* Aldus ex Mog. Miſto adscivit. Utrumque verbum, *evenire* et *obvenire*, in hac re frequens eſt. V. supra ad 9, 31, 1. Hinc, cum recentioribus editoribus integerrimi codicis auctoritati cedens, *obvenit* servavi. Tum voces *Sicilia, C. Maenio* male desunt in Voſſ. Lov. 1. 6. et Hearnii L. 1.

Digitized by Google

te, L. Minuci, quum confectam provinciam nuncies, existimesne, Celtiberos perpetuo in fide mansuros, ita ut sine exercitu ea provincia obtineri possit? Si neque de fide barbarorum quidquam recipere aut adfirmare nobis potes, et habendum illic utique exercitum censes; utrum tandem auctor senatui sis supplementum in Hispaniam mittendi, ut ii modo, quibus emerita stipendia sint, milites dimittantur, veteribus militibus tirones inmisceantur? an, deductis de provincia veteribus legionibus, novas conscribendi et mittendi; quum contemtum tirocinium etiam mitiores barbaros excitare ad rebellandum possit? Dictu, quam re, facilius sit, provinciam, ingenio ferocem, rebellatricem, confeciſſe? Paucae civita-

11

12

13

Paullo ante *provinciam esse Ligures* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 9. *Hispanias sortiti, L. Poſtumius ulteriorem, Ti. Sempronius citeriorem*] Pall. et vet. ed. *Hispanias sortiti sunt, L. Poſtumius citeriorem, Ti. Sempronius ulteriorem.* GEBH. *L. Poſtumius citeriorem, Ti. Sempronius ulteriorem* perperam etiam Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§. 10. *Successurus Q. Fulvio Flacco*] Ultimam vocem non agnoscunt Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. primae: quam servant Voſſ. et Lovel. 2. et jam vidi in edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et reliquis poſterioribus. Mox *ne vetere exercitu provincia exspoliaretur* Voſſ. Sed v. ad 38, 14, 10.

§. 11. *Et habendum illic utique exercitum censes*] Pall. uterque, *et habendum illic ut illum exercitum censes.* Vet. vero ed. *et habendum illic utile exercitum censes.* GEBH. Vulgata lectio primum adparuit in ed. Frob. anni 1531. verum nullius cod. consensu firmatur. Priores ediderunt *et habendum illic utile exercitum censes*, quod praeferunt Voſſ. Lov. 5. 6. et Hearnii Oxonn. *illic utilem exercitum* Lov. 1. et Gaertn. *illic ut illum exercitum* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. *illic ullum exercitum* Lov. 2. Mox voces *in Hispaniam* desunt in Voſſ. Tum *misceantur* legit Lov. 1.

§. 12. *Deductis de provincia veteribus legionibus, novas conscribendi et mittendi*] Praepositio *de* omittitur in Hearnii L. 1. Supra 2, 13, 4. *Si Janiculo praesidium deduci vellent.* 32, 27, 1. *Finibus Attali exercitum deduxisset.* Unius tamen cod. auctoritas levior eſt, quam ut reliquorum consensui praeferri poſſit: praesertim quum vulgata lectio conveniat ſtilo Livii, qui praepositionem, cum qua verbum componitur, in regimine repetere solet. Vide ad

Digitized by Google

tes, ut quidem ego audio, quas vicina maxime hiberna
14 *premebant, in jus ditionemque venerunt; ulteriores in armis sunt. quae quum ita sint, ego jam hinc praedico, Patres conscripti, me exercitu eo, qui nunc est, rempublicam administraturum: si deducat secum Flaccus legiones, loca pacata me ad hibernacula lecturum, neque novum militem ferocissimo hosti objecturum.*

1 XXXVI. Legatus ad ea, quae interrogatus erat, respondit, *Neque se, neque quemquam alium divinare posse, quid in animo Celtiberi haberent, aut porro habi-*
2 *turi essent. Itaque negare non posse, quin rectius sit,*

Praefat. Liv. §. 11. Tum *novas scribendi* Lov. 6. Sed v. ad 35, 41, 7. Mox *mitiores barbaros* Harl. solita varietate. V. ad 22, 47, 9.

§. 13. *Quas vicina maxime hiberna premebant, in jus ditionemque venerunt*] Vox *maxime* non adparet in Lov. 6. et Harl. Sed v. ad 5, 40, 5. Deinde *in jus deditionemque* Lov. 5. et edd. ante Frobenium, qui anno 1535. *ditionemque* substituit: et merito. Ita enim reliqui omnes Mſti, et Livius passim *jus ditioque* jungere solet. V. ad 36, 14, 9. et Cl. Duker. ad 32, 33, 8.

§. 14. *Ego tamen haec praedico, Patres conscripti*] Antiqui codices *ego jam hinc praedico*. GELEN. Sic fere Pal. pr. nisi quod *tam*: alter autem exhibet *ego tamen hic praedico*. vet. ed. *ego tamen haec praedico*. GEBH. Gelenio consentit Lov. 1. 6. et Mead. 2. Scriptum primo fuerat *ego iā hīc praedico*; inde ab aliis factum *ego tā hīc praedico*, ut praeferunt Voſſ. Lov. 4. et Mead. 1. ab aliis *ego iā hic praedico*, quod inveni in Lov. 2. et Harl. *iā*, vel *iam*, et *tā*, vel *tam*, saepe commutantur. V. ad 21, 11, 12. similiter *hīc*, sive *hinc*, et *hic*. V. ad 26, 13, 13. Inde pronum fuit librariis, ut *ego tamen haec praedico* darent, ut praefert Lov. 5. vel *ego tamen hīc praedico*, quod inveni in Gaertn. Compendia enim scribendi *tā* et *tī* effecerunt, ut voces *tam* et *tamen* saepissime confundantur. V. ad 22, 59, 13.

Loca pacata me ad hibernacula lecturum] Membranae *loca pacata ad hybernacula lecturum*. MOD. Immo Moguntini tantum monuerunt, codicem suum *lecturum*, pro *electurum*, exhibere; quod Hearnius probavit. Voces hae saepe commutantur. V. ad 28, 42, 5. Eamdem lectionem quum etiam Gronovius ex cod. Mog. probarit supra 39, 52, 2. locum ei in contextu concedere non dubitavi. Pronomen autem *me*, quod Modius etiam in Moguntino deesse perperam notavit, exsulat a Lov. 2. et Harl. Id autem quum praecesserit, commode deleri posset, si certiores codd. in eam mutationem consentirent.

§. 1. *Respondit, Neque se, neque quemquam alium divinare posse*] *respondit, se ne quemquam a-*

Digitized by Google

etiam ad pacatos barbaros, nondum satis adsuetos imperio, exercitum mitti. novo autem, an vetere exercitu 3
opus sit, ejus esse dicere, qui scire possit, qua fide Celtiberi in pace mansuri sint; simul et qui illud exploratum habeat, quieturos milites, si diutius in provincia retineantur. Si ex eo, quod aut inter se loquantur, aut 4
subclamationibus apud concionantem imperatorem significent, quid sentiant, conjectandum sit; palam vociferatos esse, aut imperatorem in provincia retenturos, aut cum eo in Italiam venturos esse. Disceptationem inter 5
praetorem legatumque consulum relatio interrupit;

tium dijudicare posse Harl. Prius *neque* deest etiam in Lov. 2.

§. 3. *Novo autem, an vetere exercitu opus sit, ejus esse dicere, qui possit*] Adde infinitivum verbi *scire. ejus esse dicere, qui scire possit.* GELEN. Pall. *novo autem, an ut vetere exercitu possit cujus esse, dicere quo possit.* vet. ed. *novo autem, an veteri exercitu possit, tutius esse dicere, qui possit.* GEBH. *novo autem, an ut vetere exercitu possit, tutus esse dicere* Lov. 1. 2. 6. et Voss. *novo autem, an ut vetero exercitu possit cujus esse dicere* Lov. 4. Mead. 2. et Gaertn. *novo autem, an vetere exercitu possit, tutius esse dicere* Lov. 5. Harl. Hearnii L. 1. Mead. 1. in margine, (*cujus*, pro *tutius*, habet in contextu) et edd. ante Moguntinos; qui vulgatum, quod nunc exstat, ex cod. suo receperunt. Praeterea *quo possit* Lov. 1. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *quo possint* Mead. 1. in margine. *quo possum* Hearnii L. 1. *quod possit* Voss. et Gaertn. *qui possit* Lov. 2. et 5.

Simul et qui illos exploratum habeat] Antiqui codices *illud exploratum*, non *illos*. GELEN. Pall. continent *simul et qui illis exploratum habeat*. GEBH. *qui illis imploratum* Voss. et Lov. 1. *qui illis exploratum* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *qui illos exploratum* Lov. 5. *qui satis exploratum* Lov. 2. et 6.

§. 4. *Quod aut inter se loquantur, aut subclamationibus apud concionantem*] *quod inter se loquantur* Voss. et Lov. 1. *quod aut inter se loquentur* Harl. *quod aut interloquantur* Mead. 2. Tum *clamatoribus* Mead. 1. *clamoribus* Voss. Lov. 2. Mead. 2. et Gaertn. *clamationibus* Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et vetustae edd. pro quo Moguntini ex cod. suo recte *subclamationibus* restituerunt. *subclamare* et *subclamatio* voces sunt apud Livium passim obviae. Supra 3, 50, 10. *Haec Virginio vociferanti subclamabat multitudo.* ubi quaedam exempla v. 6, 40, 10. *Putate me ex media concione unum civem subclamare.* 26, 3, 6. *Tanta ira accensa est, ut capite anquirendum concio subclamaret.* 28, 26, 12. *Ferociter in forum ad tribunal imperatoris, ut ultro territuri subclamationibus, concurrunt.* 42, 28, 3. *Subclamationes fre-*

Digitized by Google

qui suas ornari provincias, priusquam de praetoris
6 exercitu ageretur, aequum censebant. Novus om-
nis exercitus consulibus est decretus: binae legiones
Romanae cum suo equitatu, et sociûm Latini nomi-
nis, quantus semper numerus, quindecim millia pe-
7 ditum et octingenti equites. cum hoc exercitu Apua-

quentes erant interrogationesque. c. 53, 1. *Quum per omnem orationem satis frequenti adsensu subclamatum esset.* 44, 45, 11. *Quidam ausi sunt media ex concione subclamare.* et alibi.

Imperatorem in provincia retenturos] Pall. pr. *in provinciam retenturos.* GEBH. Similiter Lov. 1. 2. 4. Harlej. et Mead. ambo. Paullo ante *conjecturandum sit* Lov. 2. et Harl. Sed verbum est nihili, quod lexicographi in antiquis Senecae edd. legi observarunt, sed emendandum esse viri docti monuerunt.

§. 5. *Consulum relatio interrupit*] Pal. pr. *consul ut legatio int.* alter *consulum legatio.* GEBH. *consul ut relatio* Lov. 1. *consulum legatio* Mead. 2. *relatio consulum* Harl.

Qui suas armari provincias, priusquam de praetoris exercitu ageretur] Codices habent *ornari provincias*, non *armari.* GELEN. Pall. *quia suas ornati provincias, quam de praetoris exercitu ageretur.* GEBH. *quia suas* Voss. Lov. 1. 4. Mead. 2. et Gaertn. V. ad 36, 33, 5. Dein *sortiri provincias* Hearnii L. 1. *armari provincias* Lov. 5. *ordinari provincias* Lov. 6. Sed recte Gelenius *ornari provincias*, quod servant reliqui nostri, nisi quod *ornati* habeant Lov. 4. et Mead. 2. Quid sit *ornare provinciam*, vel *magistratum*, in provinciam profecturum, v. Sigon. 2. de Jur. ant. Provinc. 3. et Torrent. ad Suet. Caes. 18. Solent autem *ornare* et *armare* a librariis confundi. V. ad 1, 43, 8. Epit. Liv. 52. Broukhus. ad Propert. 3, 7, 15. et Burmann. ad Nason. 12. Met. 462. Similiter *ornare*, et *ordinare.* V. ad 24, 48, 7. Praeterea *quam*, pro *priusquam*, Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. Mox *aequum esse censebat* Lov. 5. et edd. vett. Sed mediam vocem expunxit Frob. anno 1535. quae nec in aliis Mstis nostris comparet.

§. 6. *Sociûm Latini nominis, quantus semper numerus, quindecim millia peditum et octingenti equites*] Hunc locum tractavit Lipsius ad Vellej. Pat. 2, 15. et 2. de Milit. Rom. 7. Ibi conjicit legendum *XX millia peditum*, nec quidquam praeterea mutat: hic emendat, *quantus tum semper numerus, XV millia peditum, et mille ducenti equites.* Rationem emendationis hanc reddit, quod vocula *tum* addita verba Livii ad illa tempora et annos adstringat: et quod hic numerus, etiam in equitibus ipsis, saepe apud Livium in rebus sub bella Macedonum aut Antiochi gestis reperiatur: idque sibi credi, aut in Livio quaeri jubet. Certum est, jam olim multo majorem in exercitibus Romanis fuisse numerum sociorum, quam civium Romanorum. V. 3, 22. 10, 18. et 26. Sed hoc quoque negari non potest, numquam finitum fuisse certum numerum militum,

Digitized by Google

nis Liguribus ut bellum inferrent, mandatum est. P. Cornelio et M. Baebio prorogatum imperium, jussique provincias obtinere, donec consules veniassent. tum imperatum, ut, dimisso, quem haberent, exercitu, reverterentur Romam. De Ti. Sempronii 8 deinde exercitu actum est. novam legionem ei quin-

quem socii darent, ne illis quidem temporibus, ad quae hic praecipue respici putat Lipsius. Hoc manifestum est e multis locis Livii, in quibus numerus sociorum duabus legionibus Romanis iis ipsis temporibus, quae inserta vocula *tum* designata credit Lipsius, additus memoratur. 33, 43, 3. *quinque millia* (hoc mihi suspectum est) sociûm Latini nominis, et *quingenti equites*. 34, 56. sociorum et Latini nominis *XV. millia* peditum, equites *sexcenti*. 35, 20. *viginti millia* peditum, et equites *nongenti*. Ibid. c. 41. *viginti millia* peditum, et *octingenti* equites. 37, 2. *quindecim millia* peditum, equites *sexcenti*. 38, 35. *quindecim millia* peditum, et *mille ducenti* equites. 39, 20. *viginti millia* peditum, et equites *mille trecenti*. His plane, ni fallor, evertitur fundamentum emendationis Lipsianae. Aliquanto probabilius, mea sententia, dixisset, particulam *tum* ad duos priores annos referri: nam iis socios eumdem numerum peditum equitumque, quem hic vulgata lectio habet, dare jussos esse c. 1. 18. et 26. Sed neque Livium de duobus annis *tum semper* dicturum fuisse credo, neque tamen aliam rationem hunc locum cum superioribus conciliandi invenio. Nam, quod quis suspicari possit, quia Livius antea ter hoc libro hunc numerum sociorum memoraverat, fortasse aliquem oblitum eorum, quae superioribus libris scripta erant, sibi persuasisse, id perpetuum fuisse, et verba *quantus semper numerus* in margine libri sui scripsisse, vereor, ne sit secare nodum, non solvere. Quod autem dixi, non finitum fuisse certum numerum militum, qui sociis ad duas legiones imperaretur, etiam ex iis, quae libris sequentibus de hac re leguntur, liquet. V. 41, 5. 9. 14. et 21. 42, 1. 31. et 35. 43, 12. et 44, 21. DUKER. De numero sociorum in exercitu Romano quaedam vide ad 38, 35, 9. Crevierius, proposita emendatione Lipsii, *quantus tum semper*, ex lib. de Milit. Rom. hanc *ἐπίκρισιν* addit, etiamsi illud *tum* non exprimatur, facile ex ipsa re suppleri posse; intelligendum igitur tantummodo, hoc jam a multis annis servatum esse. Sed non videtur animadvertisse vim vocis *semper*, quae hanc explicationem non admittit. Deinde *quindecim millia peditum*, *octingenti equites*, sine copula, Lov. 2. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Similiter praeferunt edd. Sigonii. Si quis cum Lipsio malit *mille ducenti equites*, error ortus esse censeri potest ex confusis notis numeralibus ID CCC et CIↃ CC.

§. 7. *Dimisso, quem haberent, exercitu reverterentur Romam*] *dimisso, quem haberent exercitum* Mead. 1. Id autem dictum videri potest ad formam illius supra cap. 20. *De iis, quorum Perseus Demetrium insimulasset sermonum.*

Digitized by Google

que millium et ducentorum peditum cum equitibus quadringentis consules scribere jussi; et mille praeterea peditum civium Romanorum, quinquaginta e-
9 quites: et sociis e nomine Latino imperare septem millia peditum, trecentos equites. cum hoc exercitu

ubi alia vide. Quum tamen reliqui nihil mutent, vulgatum loco movere temerarium foret. Paullo ante, *cum hoc exercitu T. Sempronius Apuanis Liguribus ut inferret bellum* peſſime Gaertn. trajectis vocibus *ut inferrent bellum* etiam Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et uterque Mead. Tum *donec eo consules venissent* Lov. 2. Harl. et Mead. 1.

§. 8. *Novam legionem ei quinque millium et ducentorum peditum*] *quinque millia* Voſſ. Poſſet igitur videri, per adpositionem scribendum eſſe *novam legionem ei, quinque millia et ducentos pedites.* Ita 3, 5, 15. *Antiates, mille milites*, etc. *cum ignominia dimissi.* 23, 17, 11. *Perusina cohors, homines quadringenti sexaginta.* 24, 36, 4. *Romana classis, triginta quinqueremes.* c. 47, 2. *Praesidium, quinque millia armatorum.* 28, 28, 3. *Tota legio, millia hominum quatuor.* 38, 16, 1. *Galli, magna vis hominum.* c. 25, 13. *Statio pabulatorum, sexcenti equites.* 40, 53, 5. *Galli Transalpini, tria millia hominum.* 41, 13, 4. *Lunam colonia, duo millia civium Romanorum sunt deducta.* c. 21, 2. *Cum legione nova, quinque millibus peditum, trecentis equitibus.* 42, 18, 6. *Ut supplementum sibi ad exercitum daretur, tria millia peditum, centum et quinquaginta equites in Romanas legiones.* c. 56, 5. *Cum exercitu navali, decem millibus armatorum.* c. 59, 1. *In hunc modum maxime instructae acies, par ferme utrimque numerus equitum ac levis armaturae, concurrunt.* V. J. Fr. Gron. ad 30, 8, 6. Jac. Gronov. ad 7, 35, 6. et quae notavi ad 25, 34, 10. et 39, 31, 3. Quum tamen reliqui codd. in vulgatum consentiant, potius videtur, ut lectionem cod. Voſſ. ex scribae errore ortam credamus, quod olim per notas scriptum fuerit *legionem VCIↃ*, vel *legionem V. M.* V. ad 25, 9, 16.

Cum equitibus quadringentis] Si in hoc numero non variant libri, dicendum eſt cum Lipsio 2. de Milit. Rom. 6. centum praeter morem additos fuiſſe. Nam juſtus numerus equitum in legione erant trecenti equites: nec aliud exemplum de quadringentis in Livio habeo, quam 23, 34, 13. Vide ad 22, 36, 3. DUKER. *quadringentis* conſtanter noſtri omnes.

Et mille praeterea peditum Romanorum] Vet. lib. *peditum civium Romanorum.* Recte. sic enim supra [c. 1, 7.] *Quatuor millia peditum civium Romanorum, et ducenti equites.* SIGON. Lectioni a Sigonio probatae favere videtur Voſſ. ex quo nihil notatum invenio. Ita supra c. 18, 6. *In supplementum decreta tria millia civium Romanorum, ducenti equites.* Lib. 41, 15, 11. *Ut in supplementum his tria millia civium Romanorum cum equitibus ducentis mitterentur.* Sed diſſentiunt reliqui codd. Nam *et praeterea civium Romanorum quinquaginta equites* praefert Harl. *et praeterea peditum Romanorum quinquaginta equites* Lov. 4. et Gaertn. *et praeterea peditum Romanorum mille*

Digitized by Google

placuit ire in Hispaniam citeriorem Ti. Sempronium. Q. Fulvio permissum, ut, qui milites, ante Sp. Postumium, Q. Marcium consules, cives Romani sociive, in Hispaniam transportati essent, et praeterea, supplemento adducto, quot amplius duabus le-

Mead. 2. *et mille praeterea peditum Romanorum*, ut ante Sigonium edebatur, Lov. 1. 2. 5. 6. et Mead. 1. Infra c. 44, 5. *In supplementum consules scribere jussi ad tria millia peditum Romanorum.* 41, 21, 3. *P. Furio Philo in citeriorem tria millia peditum Romanorum.* 42, 1, 2. *Supplementum Hispaniae tria millia peditum Romanorum scriberent.* Ibid. §. 3. *Mille et quingenti pedites Romani cum centum equitibus scribi jussi.* 43, 12, 3. *In Macedoniam peditum Romanorum sex millia.* Quibus omnibus locis *pedites Romani* itidem, ut hic, opponuntur *sociis nominis Latini.*

§. 9. *Et sociis e nomine Latino imperare septem millia peditum, trecentos equites*] Si lectio haec genuina est, non jungenda sunt *sociis e nomine Latino:* Livium enim alibi ita locutum esse, nondum observavi: sed potius ordo erit *imperare sociis septem millia peditum e nomine Latino.* Nullus tamen codicum vulgatum firmat, nisi perpetuus editionum adsecla Lov. 5. Pighius in Annal. ad A. V. IDLXXIII. pag. 334. haec verba laudans profert *e sociis et nomine Latino*, transpositis vocibus. Sed neque ei codices adsentiuntur. *et sociis a nomine Latino imperare* legunt edd. Sigonii anni 1572. Paris. anni 1573. et reliquae usque ad Dan. Heinsium, qui priscam lectionem reduxit. *et sociis nomine Latino* Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Mead. ambo. *et sociis nominis Latini* Lov. 2. 6. et Gaertn. quae ordinaria ac sollemnis formula est. Tum *imperari* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. pro quo Frob. anno 1531. dedit *imperare*, concinentibus Lovel. 2. et Gaertn. Denique *Ve equites* Voss. et Hearnii N.

Cum hoc exercitu placuit ire in Hispaniam citeriorem Ti. Sempronium] Transpositis vocibus, Pall. *cum hoc exercitu Ti. Sempronium ire in Hispaniam placuit citeriorem.* GEBH. Similiter scripti et edd. ante Frob. anni 1535. quae vocabula in eum ordinem digessit, quem nunc obtinent.

§. 10. *Ante Sp. Postumium et Q. Marcium consules, cives Romani sociive*] Ita primus edidit Aldus, invitis omnibus scriptis. Priores, adstipulante Lovel. 5. praeferunt *ante Sp. Postumium consulem Q. Marcium consulem*, omissa particula copulante, quam nullus codicum agnoscit. *ante Sp. Postumium* (*Sempronium Postumium* Harl. *Sp. Postumum* Mead. 1.) *consulem, Q. Marcium eo cives Romani* Lovel. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. in quibus illud *eo* mutatum ex *co.* id est *consulem. ante Sp. Postumium consulem Q. Marcium cives Romani* Voss. et Lovel. 1. *ante Sp. Postumium, Q. Marcium consules* Lov. 2. quomodo edidi. V. ad 2, 17, 1.

Quot amplius duabus legionibus, quam decem millia] Hearnius *quod amplius* edidit, ac notavit, *quot* extare in Gronoviorum edd. secus atque in aliis. Verum, *quot* in multis primarum editionum

Digitized by Google

gionibus, quam decem millia, et quadringenti pe-
11 dites, sexcenti equites essent; et sociûm Latini nominis duodecim millia, sexcenti equites, quorum forti opera duobus adversus Celtiberos proeliis usus Q. Fulvius esset, eos, si videretur, secum deporta-
12 ret. Et supplicationes decretae, quod is prospere rempublicam gessisset: et ceteri praetores in pro-
13 vincias missi. Q. Fabio Buteoni prorogatum in Gallia imperium est. Octo legiones, praeter exercitum ve-

etiam legi, certum est. *que amplius* praefert Mead. pr. *quo amplius* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *quot amplius* Lov. 5. Deinde *in duabus legionibus* scribendum conjicit Pighius in Annal. ad A. V. IↃLXXIII. pag. 333. Sed praepositionem ignorant omnes scripti: et commode *duabus legionibus* casu tertio accipi posse videtur. Mox verbis proximis et §. seq. *mille centum equites*, pro *sexcenti equites*, perperam Mogunt. cod. Librarius notas numerales *ID* et *CIↃ* commutavit. Alia ejus erroris exempla v. ad 33, 1, 2. 39, 20, 3. et c. 29, 6.

§. 11. *Sociûm Latini nominis duodecim millia*] Una voce auctior Hearnii L. 1. *duodecim millia peditum:* quam lectionem Crevier. adoptavit. Verum constanter abest ab omnibus scriptis nostris, et etiam abesse potest, quum subsequens *sexcenti equites* priora haec *duodecim millia* de peditibus intelligenda esse doceat. Praeterea saepe eo casu Livius vocem illam omisit. Supra cap. 18, 6. *In supplementum decreta tria millia civium Romanorum, ducenti equites.* Infra cap. 44, 5. *Quinque millia sociorum Latini nominis, et quadringentos equites.* 41, 15, 11. *Tria millia civium Romanorum cum equitibus ducentis, quinque millia sociûm Latini nominis, et trecenti equites mitterentur.* Mox dictio *duobus* exsulat ab Harlej. Praeterea *quos si videret* perperam Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. neque rectius *portaret* Harl.

§. 13. *Q. Fabio Buteoni prorogatum in Gallia imperium est*] Vet. lib. *in Galliam.* Utraque locutio Livio usitata. SIGON. Pall. uterque *prorogatum in Galliam imperium est.* GEBH. Et hic Sigonius *in Galliam* ex suis veteribus libris, (quibuscum non certe faciunt nostri) et utramque locutionem esse Livio usitatam observat. In quo etiam fallitur: nam, ut dixi, imperium populus Romanus non dabat magistratibus in provinciis, sed in exercitus in provinciis: neque aliud erat *imperium* hoc sensu, quam potestas exercitum habendi, et ei imperandi, remve bellicam administrandi. Sic lib. 26, [1, 5.] *Et praetoribus prioris anni M. Junio in Etruria, P. Sempronio in Gallia, cum binis legionibus, quas habuerant, prorogatum est imperium.* Sic utique sine ul-

Digitized by Google

veterem, qui in Liguribus in spe propinqua missionis erat, eo anno esse placuit. et is ipse exercitus 14
aegre explebatur propter pestilentiam, quae jam tertium annum urbem Romanam atque Italiam vastabat.

XXXVII. Praetor Ti. Minucius, et haud ita multo post consul C. Calpurnius moritur, multique alii 1
omnium ordinum inlustres viri: postremo prodigii loco ea clades haberi coepta est. C. Servilius pon- 2
tifex maximus piacula irae Deûm conquirere jussus,

la varietate et veteres et vulgati libri. Eodem, cap. 18, 9. *Omnes non certuriae modo, sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in Hispania jusserunt.* Sic MSS. Lib. 27, [7, 12.] *His quoque est enim prorogatum in Sicilia imperium.* Lib. 30, [40, 10.] *Latum ad populum esse, cujus vellent imperium in Africa esse.* Nec longe ibidem [cap. 41.] *P. Scipioni cum exercitibus, quos haberet, in provincia Africa prorogatum imperium.* Iterumque: *M. Servilio in Etruria prorogatum imperium.* Denique: *cui juberent in Hispania imperium esse.* Lib. 31. extremo, [cap. 50.] *Plebes Cn. Cornelio Lentulo et L. Stertinio proconsulibus imperium esse in Hispania jussit.* Videntur induxisse Sigonium illa lib. 26, [2, 5.] *Quem cum imperio mitti placeret in Hispaniam ad eum exercitum, cui Cn. Scipio imperator praefuisset.* Lib. 42, [10, 8.] *C. Sicinius, praetor designatus, cum imperio in Apuliam missus.* Et si quae similia. Sed, haec alius, atque superiora, generis esse, nemo non videt. J. FR. GRON. *in Galliam* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. ac N. Sed recte Gronov. vulgatum tuetur; quem etiam v. ad 26, 18, 7. et Duk. ibid. ad §. 9.

Praeter exercitum veterem, qui in Liguribus in spe propinqua missionis erat) erant Lov. 4. Harl. et Mead. ambo; quae lectio defendi posset, vocem *exercitus* conlective accipiendo: de quo vide ad 3, 28, 2. Videri etiam posset, legendum esse *praeter exercitus veteres, qui in Liguribus erant.* Anno enim proximo Ligures provincia consulibus adsignati cum quatuor legionibus supra c. 18. binae scilicet unicuique decretae sunt: et ita duo in Liguribus exercitus fuerunt. Verum reliqui codd. vulgatam scripturam tuentur: et supra Livius inquit hoc cap. *Dimisso, quem haberent, exercitu, reverterentur Romam.* et infra cap. 38, 8. *Quum veterem exercitum Romam deduxissent.* quibus locis tamen intelligi potest, quisque suum. V. supra ad c. 16, 10.

§. 14. *Et is ipse exercitus aegre explebatur propter pestilentiam, quae jam tertium annum*] Omissa *et* copula, Pal. prior, *is ipse exercitus aegre explebatur propter pestilentiam, quae tertium jam annum.* GEBH. *ex his ipse exercitus* Voss. et Lov. 1. *et ex his ipse exercitus* Lov. 6. Hinc voces *propter pestilentiam* desunt in Lov. 5. et

Digitized by Google

decemviri libros inspicere, consul Apollini, Aesculapio, Saluti dona vovere, et dare signa inaurata; 3 quae vovit deditque. Decemviri supplicationem in biduum valetudinis causſa in urbe et per omnia fora conciliabulaque edixerunt: majores duodecim annis, omnes coronati et lauream in manu tenentes, 4 supplicaverunt. Fraudis quoque humanae insinuaverat suspicio animis; et veneficii quaestio ex senatusconsulto, quod in urbe, propiusve urbem decem

ed. Camp. Tum *tertium jam annum* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo.

§. 1. *Post consul C. Calpurnius moritur, multique alii omnium ordinum*] *post eos C. Calpurnius* Mead. 2. et Gaertn. Perperam etiam alibi *eos*, sive *consul*, et *eos* commutantur. V. ad 2, 64, 7. *consul Calpurnius*, omisso praenomine, Lov. 2. Verum nota ejus intercepta est a prima litera vocis sequentis. Vide ad 40, 34, 1. Tum *multi alii* Hearnii L. 1. et priscae edd. Copulam *que* postea Moguntini ex cod. suo addiderunt. Ea autem in scriptis nostris omnibus supereſt.

§. 2. *Pontifex maximus piacula irae Deûm conquirere*] *pontifex maxima piacula* Gaertn. At C. Servilius Geminus *pontifex maximus* creatur supra 39, 46. moritur vero infra 40, 42. Vox *Deûm* non adparet in Lov. 1. Tum mox *libros inspexere* Hearnii L. 1. Sed omnia pendent a verbo *jussus*. Insuper *consules* Voſſ. et Gaertner. Sed alter consul mortuus, eique nondum novus substitutus erat; praeterquam quod sequatur *vovit deditque*. V. ad 10, 10, 2. *consulem* Lov. 1. 2. et 6. a m. 1. *consulere* a manu altera in margine.

Saluti dona vovere] *salutis dona* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Sed *Salus* hic unum est numinum, cui consul dona vovere, et statuam auratam dare jussus est. Eidem numini olim C. Junius Bubulcus censor aedem locavit supra 9, 43. Eam autem antea consul voverat, et postea dictator dedicavit lib. 10, 1.

§. 3. *In urbe et per omnia fora conciliabulaque edixerunt*] *Forum* locus erat nundinationis et negotiationis, ubi etiam jus dicebatur: ut forum Flaminii, forum Julii, forum Licinii, de eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt. Quare cum scribit Varro de re rust. lib. 1, 2. *Ejusdem gentis C. Licinius tribunus plebis cum esset post reges exactos annis CCCLXV. primus populum ad leges accipiendas in septena jugera forensia e comitio eduxit*: significat, assignata fuisse viritim a Licinio septena jugera in eo foro, quod ipse constituit, *forumque Licinii* vocatum est. Municipia autem coloniis praeferebantur, coloniae praefecturis, praefecturae foris, fora conciliabulis. Nam *conciliabula* cum loca essent, in quibus jus diceretur, et in concilium conveniretur, tamen foris inferiora erant. Interdum tamen in muni-

Digitized by Google

millibus paſſuum eſſet commiſſum, C. Claudio praetori, qui in locum Ti. Minucii erat subfectus; ultra decimum lapidem per fora conciliabulaque C. Maenio, priusquam in Sardiniam provinciam trajiceret, decreta. Suspecta consulis erat mors maxime. 5 necatus a Quarta Hoſtilia uxore dicebatur. ut quidem filius ejus Q. Fulvius Flaccus in locum vitrici 6 consul eſt declaratus, aliquanto magis infamis mors Piſonis coepit eſſe: et teſtes exsiſtebant, qui poſt

cipii jus ascendebant. Front. de Limit. agr. [pag. 41. ed. Goes.] *Hoc conciliabulum fuisse fertur, et poſtea in municipii jus relatum.* Cum autem Frontinus dicit, *conciliabulum fuisse* (interprete Urbico de Lim. agr. [pag. 60. ed. Goes.]) intelligit locum quendam coloniae fuiſſe, et quandam coloniae partem, ubi conventiculum eſſet juridicum. Ejus verba sunt: *Sunt autem loca publica coloniarum, ubi prius fuere conciliabula, et poſtea sunt in municipii jus relata.* Caeterum in conciliabulis jus dictum fuiſſe, oſtendit antiqua lex in variis auctor. de Limit. in L. Mamil. Roscia, Peducea, Aliana, Fabia; cujus si quis forte dubitat, haec sunt verba: *Cum curator hac lege non erit, tunc quicunque magiſtratus in ea colonia, municipio, praefectura, foro, conciliabulo juridicundo praerit, ejus magiſtratui de ea re jurisdictio, judicisque datio, addictio eſto.* Livius tamen [hoc loco, et mox] per *fora* et *conciliabula* omnia, quae extra urbem erant, majora et minora oppida, caſtella, loca intellexisse videtur, in quibus eſſent conventus aliqui juridici. TURN. 1. Advers. 11. Hic finiunt Pall. nec non vetus editio. GEBH. Duae priores voces *in urbe* desunt in omnibus noſtris Mſtis, Hearnii L. 1. et edd. vett. quas recte Moguntini ex cod. suo addiderunt. Similiter *urbs* a *foris* et *conciliabulis* diſtinguitur, et hinc fora et conciliabula extra urbem fuisse indicatur supra 39, 14, 7. *Non Romae modo, sed per omnia fora et conciliabula.* Infra 43, 14, 10. *Hoc edicto literisque censorum per fora et conciliabula dimissis, tanta multitudo juniorum Romam convenit, ut gravis urbi turba insolita esset.* Ita mox hoc cap. quaeſtio veneficii *in urbe* propiusve urbem decem millibus paſſuum commiſſi C. Claudio, ultra decimum lapidem *per fora conciliabulaque* C. Maenio decreta eſt. De foris et conciliabulis vide etiam Marc. Donatum ad 40, 19, 3. qui sua pleraque Turnebo debuit. Ab explicatione loci Varroniani, quam Turnebus hic dedit, diversam vide apud Pighium in Annal. ad A. V. 1DCVIII. pag. 464. Ceterum in his vocibus desinunt omnes non tantum edd. antiquae, sed etiam codd. Mſti, praeter Moguntinum, ex quo reliqua pars hujus libri in lucem emiſſa eſt.

§. 4. *Decem millibus passuum esset commissum*] *decem millibus esset passuum* ed. Mog. et aliae usque ad Frobenium, qui anno 1535. dictiones in eum ordinem digeſſit, qui nunc obtinet.

Digitized by Google

declaratos consules Albinum et Pisonem, quibus comitiis Flaccus tulerat repulsam, et exprobratum ei a matre dicerent, quod jam ei tertium negatus consulatus petenti esset, et adjecisse, *pararet se ad petendum; intra duos menses effecturam, ut consul fieret.* 7 Inter multa alia testimonia, ad caussam pertinentia, haec quoque vox, nimis vero eventu comprobata, 8 valuit, cur Hostilia damnaretur. Veris principio hujus, dum consules novos delectus Romae tenet, mors deinde alterius, et creandi comitia consulis in 9 locum ejus, omnia tardiora fecerunt: interim P. Cornelius et M. Baebius, qui in consulatu nihil me-

— §. 5. *Suspecta consulis erat mors maxime. necatus*] Ita recte Aldus hunc locum distinxit. Moguntini male ita interpunxerant: *Suspecta consulis erat mors. maxime necatus* etc.

§. 6. *Q. Fulvius Flaccus in locum vitrici consul est declaratus*] Aut error est in praenomine, aut duo fuere uno tempore Q. Fulvii Flacci, alter hujus anni consul, Calpurnio subrogatus: alter sequentis, quod mihi non sit verisimile. Nisi quis dicat, quod hodie quoque in quibusdam urbibus observatur, ut, qui subrogatus fuerit, sequenti anno fiat consul. GLAR. Verisimile non videtur Glareano, duos Q. Fulvios Flaccos consules fuisse, alterum hoc anno C. Calpurnio subrogatum, alterum cum L. Manlio insequenti anno; et, ne idem utroque anno consul sit, veretur: cum tamen duos esse, eosque patrueles, appareat ex tabulis Capitolinis, in quibus ita est. „ †. Recte tabulae Capi-„tolinae. Veruntamen in re non „admodum magna Glareanus ni-„hil afferat, sed haesitat. „ †.

A. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBIVS
C. CALPVRNIVS. C. F. C. N. N. PISO.
IN. M. M. E. IN. E. L. F.
Q. FVLVIVS. CN. F. M. N. FLACCVS
L. MANLIVS. L. F. L. N. ACIDINVS.
FVLVIAN.
Q. FVLVIVS. Q. F. M. N. FLACCVS.

SIGON. Recte hoc modo Frobenius anno 1531. edidit. Moguntini aliique priores ante Frobenium *consulis* vulgarunt: quorum error ortus est ex compendio *cos*, quod *consulis* reddiderunt, ut conveniret proximo *vitrici*, quum *consul* reddi, et ad remotius *Q. Fulvius Flaccus* referri deberet. Vide ad 10, 10, 2.

Exprobratum ei a matre dicerent] Ita vestigia literarum proxime secutus feliciter emendavit Froben. anno 1531. quum antea sine sensu Moguntini edidissent *exprobratam etiam hac re dicerent.* Recte etiam mox §. seq. eadem editio *adjecisse*, pro Moguntina lectione *adjecisset*, adoptavit.

§. 1. *Improviso obpressi, ad duodecim millia hominum dediderunt se*] Hanc lectionem Frob. anno

Digitized by Google

morabile gesserant, in Apuanos Ligures exercitum induxerunt.

XXXVIII. Ligures, qui ante adventum in pro- 1
vinciam consulum non exspectassent bellum, inproviso obpressi, ad duodecim millia hominum dediderunt se. Eos, consulto per literas prius senatu, 2
deducere ex montibus in agros campestres procul ab domo, ne reditus spes esset, Cornelius et Baebius statuerunt, nullum alium ante finem rati fore Ligustini belli. Ager publicus populi Romani erat in 3
Samnitibus, qui Taurasinorum [fuerat. In eum quum] traducere Ligures Apuanos vellent, edixerunt, Li-

1535. recepit. Moguntini eosque secuti ediderunt *inproviso oppressi sunt. ad duodecim millia* etc.

§. 2. *Nullum alium ante finem rati fore*] Vel *alium*, vel *ante* supereſt: sed potius *ante*. J. FR. GRON. Tamen recte dicitur *si umquam ante alias*. Vide 1, 28, 4. 31, 7, 3. *si quando numquam ante alias* 32, 5, 8. et *quod umquam alias antea* 22, 58, 2. Quaero igitur, cur ratio linguae Latinae non ferat *nullus alius ante*? DUKER.

§. 3. *Qui Taurasinorum traducere Ligures*] Haec verba in nullo exemplari bene habent. Vide, num de *Telesinorum* agro loquatur. *Taurasinos* enim in Samnitibus non memini me legere. GLAREAN. Hujus extremi XL libri nisi unum (ut reor) manuscriptum exemplar exstat, quod in Germania est, unde ad caeteros haec pars translata est. Cum igitur Germani primum impressissent, *qui Taurasinorum traducere Ligures*, deinde ab aliis emendatum est *qui Taurasinorum fuerat, eum traducere*. Recte, ut mihi videtur; verum ad explendum hunc sensum nimis praecise. Plene autem sic legetur: *qui Taurasinorum fuerat. In eum cum traducere*. Sic paulo post ait [c. 41.] *In Samnium traducti, agerque his inter populares datus. Taurasini* porro qui sint in Italia, nemo prodit: *Tauraninos* edit Stephan. SIGON. Vet. ed. *Tauraninorum*, quos a *Taurania*, cujus meminit Plinius 3, 5. et Stephanus, dici putat Camillus Peregrin. Diss. 2. de Capua c. 23. J. FR. GRON. *Taurasinorum* omnes, quas vidi, vett. edd. *Tauraninorum* demum Sigonius ex conjectura in contextum recepit. Et quidem *Taurania* a Plinio memoratur 3, 5. unde *Tauraninus* Stephanus formatur. Verum ibi *in agro Campano* fuisse dicitur; hic vero *ager in Samnitibus* memoratur. Cluver. 4. Ital. antiq. 8. pag. 1200. intelligi putat *Ligures, qui cognominantur Cornelliani, vt qui Baebiani* Plin. 3. Hist. Nat. 11. ita dicti forte a Cornelio et Baebio, per quos in regionem, quam postea obtinuerunt, traducti sunt ex sedibus antiquis. Eorumdem,

Digitized by Google

gures ab Anido montibus descendere cum liberis
4 conjugibusque: sua omnia secum portarent. Ligures, saepe per legatos deprecati, ne penates, sedem, in qua geniti essent, sepulcra majorum, cogerentur relinquere, arma, obsides pollicebantur. postquam nihil impetrabant, neque vires ad bellandum
6 erant, edicto paruerunt. Traducti sunt publico

observante Harduino ad d. loc. Plinii, meminit etiam Frontin. de Colon. pag. 106. *Liguris Baebianis et Corneliani muro ductis triumvirali lege.* et pag. 139. *Liguris Vevianus et Cornelianus muro ductus triumvirali lege.* Hos Ligures Cluverius traductos putat in Hirpinos, qui Samnitium non tantum contermini, sed et consanguinei, adeoque pars fuere, et quidem citra Apenninum ad Calorem amnem, ad cujus dextram ripam perantiquum fuit oppidum *Taurasium*, nunc *Taurasi* dictum. In hujus fluminis utraque ripa statuit fuisse latissimos campos, ubi Romani proelium cum Pyrrho conseruerunt: eorum camporum meminisse Florum 1, 18. Frontin. 4. Strateg. 1, 13. et Oros. 4, 2. Verum apud illos male partim *Aurusinis* partim *Arusinis campis* legi. Contra *Arusinos campos* defendunt viri docti ad d. loc. Flori. V. etiam Cellar. 2. Geogr. Antiq. 9. pag. 556. Quin etiam, *Aurasinorum*, pro *Taurasinorum*, hoc loco legendum esse, contendit Ortelius in Thes. Geogr. in voce *Tauraninorum ager*. Sententiae Cluverii pondus adderetur, si aliorum testimonio confirmatum viderem, id quod adfirmavit, iisdem locis oppidum supereſſe, vulgo nunc *Taurasi* dictum. Ceterum *qui Taurasinorum traducere Ligures* ediderunt Moguntini. *qui Taurasinorum qua traducere Ligures* Cervicorn. *qui Taurasinorum fuerat, cum traducere Ligures* Froben. anno 1535.

Edixerunt, Ligures ab Anido montibus descendere] Neque hic locus perfectus est. Deest enim alterius montis nomen; quanquam ne *Anidi* quidem mentio est. Asteriscum iccirco apponendum censeo. SIGON. Lege *ut Ligures Apuani de montibus descenderent.* MURET. Ita quidem omnia vulgata hactenus exemplaria habent orationem hanc corruptam, et saniore sensu carentem. quid enim hoc erat dicere *Cornelius et Baebius edixerunt Ligures descendere?* quid item *ab Anido montibus?* Ego ita legendum censui *Ligures ab Anido monte ut descenderent. Anidus* vero *mons* is forte fuerit, qui, Macram effundens flumen, vulgo nunc appellatur *Monte Borgada*, et *Monte Borgalla*. Hunc Anidum montem supra etiam lib. 39, [32, 3.] intellexisse Livium, ubi ait *Apuanos montem, antiquam sedem majorum suorum, cepisse*, patet ex eo, quod continuo ait *Sempronium, a Pisis profectum, vastando agros, urendoque vicos et castella eorum, aperuisse saltum usque ad fluvium Macram et Lunae portum.* Hic scilicet in dicto Borgada sive Anido monte apud fontes Macrae *antiqua majorum ipsorum sedes* fuit, in antiquissimo eorum oppido *Apua*, unde A-

Digitized by Google

sumtu ad quadraginta millia liberorum capitum cum feminis puerisque. argenti data centum et quinquaginta millia, unde in novas aedes, compararent, quae opus essent. agro dividendo dandoque iidem, qui traduxerant, Cornelius et Baebius praepositi. postulantibus tamen ipsis, quinqueviri ab senatu dati, quorum ex consilio agerent. Transacta re, quum

puani dicti. CLUVER. 1. Ital. Antiq. 10, 76. Ut nunc vulgatur, Moguntini omnesque reliqui ediderunt, solo excepto Clerico, qui ex Mureti vel Cluverii conjectura arreptum *descenderent* adoptavit; reliqua, quae tamen corruptiora erant, reliquit. Videtur enim *edixerunt descendere* aliquo modo defendi posse, et eadem ratione formatum esse, qua *hortaretur petere*; de quo diximus ad 37, 49, 1. Neque id rejiciendi legitima causa putanda est, quod subjungatur *portarent*. Nam *edixerunt descendere, portarent* similis esse potest variatio, ac supra inlustravimus ad 39, 14, 9. Nihilominus integram vel Mureti vel Cluverii conjecturam, et praesertim priorem, Msti unici lectioni cum Crevierio praefero; ita tamen, ut voculam *ut*, quam inserendam censuit, non necessariam judicem. Pro ea quidem facit, quod facile intercipi potuerit a literis ultimis vocis proximae *edixerunt*, vel *edixerăt*. V. ad 37, 24, 13. Verum notum est, eamdem saepe omitti per ellipsin post verba jubendi, edicendi, monendi, hortandi, ac similia. V. ad 10, 41, 8. et 28, 11, 11. Praeterea *de montibus descendere* refert genium stili Liviani, praepositione, cum qua verbum compositum est, repetita. Vide ad Praefat. Liv. §. 11.

§. 5. *Neque vires ad rebellandum erant*] In primo exemplari Germanico fuit *ad bellandum*: quod magis huic loco convenit. SIG. Frobenius est, qui anno 1535. *bellandum* mutavit in *rebellandum*. Id autem haud male convenire videtur. Nam Ligures deditionem feciſſe narrantur supra hoc cap. Vires igitur nunc defuisse dicuntur non tam ad bellum inferendum, quam ad desciscendum ab obsequio et fide. Saepe autem *bellare* et *rebellare* commutantur. Vide ad Epit. Liv. 8. 11. 34. 49. 60. ad Livii 8, 37, 2. 33, 35, 6. 34, 17, 7. c. 62, 6. 35, 12, 17. c. 45, 4. 40, 47, 8. aliisque locis.

§. 6. *Argenti data centum et quinquaginta millia*] Adjiciendum puto *H-S.* Nam, si *pondo* intelligamus, nimis magna erit summa, quam in ablegatos Ligures erogare voluisse Romanos non est verisimile. GLAR. Vocem *sestertiûm* ex conjectura Glareani receperunt Vascos. et hinc reliqui omnes editores. Sed recte observat Crevierius, ex usu Latinorum non fuisse, ut per *sestertios* numerantes adderent vocem *argenti*, quum nulli alii forent sestertii, quam argentei. Vide etiam Gronov. 3. de Pec. vet. 15. Praeterea centum et quinquaginta millia sestertiûm nimis exiguam summam esse, quam ut in quadraginta millia hominum divideretur. Eum itaque secutus

Digitized by Google

veterem exercitum Romam deduxissent, triumphus
9 ab senatu est decretus. Hi omnium primi nullo bello gesto triumpharunt. tantum hostes ducti ante currum: quia, nec quid ferretur, neque quid duceretur captum, neque quid militibus daretur, quidquam in triumphis eorum fuerat.

1 XXXIX. Eodem anno in Hispania Fulvius Flaccus proconsul, quia successor in provinciam tardius veniebat, educto exercitu ex hibernis, ulteriorem Celtiberiae agrum, unde ad deditionem non vene-
2 rant, instituit vastare. qua re irritavit magis, quam

vocem *sestertium*, ex Glareani conjectura adscitam, iterum delevi, et credo, numerum hoc loco depravatum esse, quia, licet per *τὸ argenti* denarios intelligamus, etiam sic numerus justo minor erit; contra vero nimis magnus, si pondo: praeterquam quod credibile non sit, Liguribus argentum non signatum datum esse. Mox idem Crevierius *in novas sedes*, pro *in novas aedes*, scribendum conjicit. Ita paullo ante: *ne penates, sedem, in qua geniti essent, sepulcra majorum, cogerentur relinquere.* Solent autem hae voces confundi. Vide ad 5, 42, 1. Id autem hic tanto proclivius erat, quod litera ultima vocis praecedentis primam hujus haurire potuit.

§. 9. *Tantum hostes ducti ante currum*] Non video, qui hostes ante currum potuerint duci, ubi nulli fuerunt. Forte *obsides*. Mox lege: *nec quod ferretur, neque quod duceretur captum, neque quod militibus daretur, quicquam in triumphis eorum fuerat.* J. FR. GRON. *quod*, non *quid*, etiam Pighius habet ad A. V. IOLIXIII. DUKER. Crevierius vel Gronovii conjecturam *obsides* probat, vel per *hostes* intelligit eos, qui se in initio cap. dedidisse dicuntur, duodecim millia hominum. probat enim ter *quod*, pro *quid*, repositum.

§. 1. *In Hispania Fulvius Flaccus propraetor*] Haec lectio debetur Aldo, cujus loco Sigonius *pro praetore* edidit. At Moguntini vulgarant ex unico codice suo *proconsul*, quod revocavi. Plerumque enim, qui circa haec tempora vel praetores, vel post finitum annuum magistratum prorogato imperio propraetores Hispaniae praeerant, *proconsules* vocatos video. Ita C. Sempronius Tuditanus praetor creatus Hispaniam citeriorem sortitus est 31, 27, 7. 28, 2. et *proconsul* vocatur 33, 25, 9. M. Fulvius Nobilior praetor, Hispaniam ulteriorem obtinuit 34, 54, 2. 55, 6. eidem anno sequenti imperium prorogatur 35, 20, 11. et *proconsul* dicitur 35, 22, 6. similiter in plerisque Mstis, et edd. vett. 36, 2, 6. L. Aemilius Paullus praetor fit 35, 24, 6. sortitur Hispaniam ulteriorem 36, 2, 6. *proconsulis* titulus ei tribuitur 37, 46, 7. eum

Digitized by Google

conterruit, animos barbarorum: et, clam comparatis copiis, saltum Manlianum, per quem transitarum exercitum Romanum satis sciebant, obsederunt. In Hispaniam ulteriorem eunti L. Postumio 3
Albino collegae Gracchus mandaverat, ut Q. Fulvium certiorem faceret, Tarraconem exercitum adduceret. *ibi dimitti veteranos, supplementaque distribuere, et ordinare omnem exercitum sese velle.* Dies 4
quoque, et ea propinqua, edita Flacco est, qua successor esset venturus. Haec nova adlata res, 5
omissis, quae agere instituerat, Flaccum raptim de-

autem cum imperio proconsulari in provinciam missum esse, observat Plutarch. in ejus vit. pag. 256. ut Sigonius ad eum locum monuit. L. Manlio Acidino praetori obvenit Hispania citerior 38, 35, 10. at *proconsul* ex Hispania redit 39, 29, 4. A. Terentius Varro et P. Sempronius Longus praetores creantur 39, 32, 15. sortiti sunt Hispanias, ille citeriorem, hic ulteriorem 39, 38, 3. ambo vero *proconsules* vocantur 39, 56, 1. 2. et iterum posterior 40, 16, 7. quibus locis ter Aldus *propraetor*, pro *proconsul*, substituerat. Q. Fulvius Flaccus praetor fit 39, 56, 5. sortitur Hispaniam citeriorem 40, 1, 2. in Hispania praetor bello Celtiberico aedem Fortunae Equestris vovit 42, 3, 1. et tamen aedem Fortunae Equestris *proconsul in Hispania dimicans cum Celtiberorum legionibus* vovisse dicitur 42, 10, 5. Ti. Sempronius Gracchus et L. Postumius Albinus praetores sortiuntur Hispanias, hic ulteriorem, ille citeriorem 40, 35, 9. et *proconsules* vocantur Epit. Liv. 41. M. Titinius Curvus et T. Fonteius Capito praetores creantur 40, 59, 5. In hoc magistratu Hispaniae iis obvenerunt; et quidem Titinio citerior 43, 2, 6. et *proconsules* vocantur 41, 15, 11. Ap. Claudius Centho, qui praetor Hispaniam ulteriorem administravit, *proconsul* dicitur 41, 28, 1. Idem mos adhuc diu postea obtinuit. Certe *L. Cornelius. Dolabella. pro. cos. an. IOCLV. ex. Hispania. ulteriore. de. Lusitan.* triumphasse dicitur in Fastis Triumph. Capitol. qui tamen numquam consul exstitit. Similiter C. Julius Caesar *ex praetura ulteriorem sortitus Hispaniam* est, teste Sueton. ej. vit. 18. idemque *in Hispania pro consule* a sociis pecunias accepisse dicitur ibid. cap. 54. ubi vide viros doct. Ex his exemplis colligendum videtur, singulare quid in iis, qui Hispaniam obtinebant, constitutum fuisse; quamvis tamen non negem, interdum et alios, quibus post annuum praeturae honorem imperium prorogabatur, *proconsules* vocatos esse. Certe Ti. Claudius Nero praetor memoratur 40, 59, 5. Eumdem anno sequenti *proconsulem* vocat 41, 12, 1. *Ti. Claudius proconsul, qui praetor priore anno fuerat.* V. Cl. Dukerum ad 39, 29, 4.

Digitized by Google

ducere exercitum ex Celtiberia quum coëgisset, barbari, caussae ignari, suam defectionem et clam comparata arma sensisse eum, et pertimuisse rati, eo fe-
6 rocius saltum insederunt. Ubi eum saltum prima luce agmen Romanum intravit, repente ex duabus partibus simul exorti hostes Romanos invaserunt.
7 Quod ubi vidit Flaccus, primos tumultus, in agmine per centuriones stare omnes, suo quemque loco,
8 et arma expedire jubendo, sedavit: et, sarcinis jumentisque in unum locum coactis, copias omnes partim ipse, partim per legatos tribunosque militum, ut tempus, ut locus postulabat, sine ulla trepida-

§. 2. *Et, clam comparatis copiis, saltum Manlianum*, etc. *obsederunt*] Opinor *ut clam comparatis copiis* etc. *obsederint*. JAC. GRON. Attamen, similiter Livium particulis copulantibus usum esse, vidimus ad 36, 31, 5.

§. 3. *Ut Q. Fulvium certiorem faceret, Tarraconem exercitum adduceret*] Crevierius exponit, ut juberet Q. Fulvium adducere exercitus in urbem Tarraconem, simulque dubitat, utrum locutio satis congrua et ex usu bonae Latinitatis habenda sit: se certe nullum aliud ejus exemplum nosse.

§. 4. *Ibi dimitti veteranos*] Forte *dimittere*. J. FR. GRON.

Haec nova adlata res, omissisque, quae agere instituerat Flaccus, raptim etc.] Quidam hunc locum sanatum putarunt, si *que* conjunctionem sustulerint. At ego miror, si Livius ita loqui voluerit: recipit tamen excusationem. GLAR. Editio Mogunt. Aldus, et eorum traduces *omissisque, quae agere instituerat Flaccus, raptim*. Frobenius anno 1531. copulam *que* ejecit, quae hic perperam repetita erat ex sequenti pronomine *quae*. V. ad 6, 3, 3. et 34, 40, 1. Idem Frob. quadriennio post *Flaccus* in *Flaccum* mutavit, altera etiam interpunctione adscita.

§. 8. *Ut tempus et locus postulabat*] Ita Basil. anno 1554. ediderunt; quod anno sequenti Sigonius recepit, et post eum omnes editores servarunt. Ita saepe etiam Livius locutus est. 34, 19, 6. *Diem locumque constituant, ubi secum armis decernant*. ubi plura vide. At Moguntini et alii usque ad Basileenses vulgarunt *ut tempus, ut locus postulabat*; quod revocavi. Supra 3, 6, 5. *Ut anno ante, ut semper alias*. 4, 4, 12. *Ut hominum, ut civium numero simus*. 25, 6, 19. *Ut virorum, ut militum officio fungamur*. 31, 7, 11. *Ut linguam, ut nomen secutos crederes*. 40, 46, 7. *Has ut hodie, ut in isto templo finiatis simultates, quaesumus*. Et eodem cap. §. 9. *Id ita ut vere, ut ex animo velitis evenire*. 42, 42, 7. *Ut aures, ut animi*

Digitized by Google

tione instruxit; *cum bis deditis rem esse* admonens. *Scelus et perfidiam illis, non virtutem, nec animum ac-* 9
cessisse. Reditum ignobilem in patriam, clarum ac me-
morabilem eos sibi feciſſe: cruentos ex recenti caede ho-
stium gladios, et manantia sanguine spolia, Romam ad
triumphum delaturos. Plura dici tempus non patie- 10
batur. invehebant se hostes, et in partibus extremis jam pugnabatur. deinde acies concurrerunt.

XL. Atrox ubique proelium, sed varia fortuna 1
erat. egregie legiones, nec segnius duae alae pugnabant; externa auxilia ab simili armatura, meliore aliquantum militum genere, urguebantur, nec locum

audientium sunt. Cic. de Senect. 5. *Ut urbium expugnationes, ut pedestres navalesque pugnas, ut bella a se gesta, ut triumphos recordentur.* Plinius 4. Epist. 8. *Ut sacerdotium idem, ut consulatum multo etiam juvenior, quam ille, sum consecutus.* Ita optimus Medic. Vide Longol. ad Plinii 10. Ep. 42. Adde, quae notantur ad Livii 5, 35, 4.

Cum vim deditis remisisset admonens] In archetypo est, *cum bis deditis rem esse admonens.* Id qui legere non potuit ob characterum formas, ut opinor, nostro seculo ignotiores, male divinando sensum vitiavit: atque idem fere ex eadem causa in ceteris accidit, quae deinceps usque ad finem libri indicabuntur. GELEN. At quomodo *bis deditis?* nisi imperator pro duplici deditione numerari voluerit, tum quod urbs Contrebia in deditionem venerit, tum quod maxima pars Celtiberorum deditionem fecerit. Vide cap. 33.

§. 9. *Reditum ignobilem in patriam, clarum ac memorabilem eos sibi fecisse*] Ita Froben. anno 1335. edidit; forte ex fide membranarum Moguntinarum, quas Gelenius ante oculos habuit. *Reditum ignobilem* vocat, quum milites, qui ex provincia Romam deducuntur, in itinere ab hostibus non infestantur. Antea vulgatum fuerat *reditum nobilem in patriam.*

§. 10. *Invehebant se hostes*] Turnebus 30. Advers. 24. locutionem *invehere se* ab equitibus translatam esse docet. De equitibus locutio usurpatur supra 2, 20, 1. *Valerius* etc. *subdit calcaria equo*, etc. *Valerium, temere invectum in exsulum aciem, ex adverso quidam adortus transfigit.* 8, 39, 1. *Equitum acies invecta in dissipatos.* V. etiam 25, 34, 4. 38, 18, 6. et alibi. Hinc de universo exercitu, adeoque de peditibus aeque ac de equitibus, ut hoc loco, etiam supra adhibetur 10, 14, 18. *Integrae vires sistunt invehentem se jam Samnitem.* 28, 15, 7. *Quum eo ipso acrius victores se undique inveherent.*

In partibus extremis jam obpugnabatur] *jam pugnabatur* in archetypo scriptum est. GELEN.

§. 1. *Varia fortuna erat tertiae*

Digitized by Google

2 tueri poterant. Celtiberi, ubi ordinata acie et signis conlatis se non esse pares legionibus senserunt,
3 cuneo inpressionem fecerunt. quo tantum valent genere pugnae, ut, quacumque parte perculere inpetu suo, sustineri nequeant. tunc quoque turbatae
4 legiones sunt, prope interrupta acies. Quam trepidationem ubi Flaccus conspexit, equo advehitur ad legionarios equites: et, *Ecquid auxilii in vobis est? Actum jam de hoc exercitu erit?* quum undique adclamassent, *quin ederet, quid fieri velit; non segniter im-*
5 *perium exsecuturos. Duplicate turmas*, inquit, *duarum legionum equites, et permittite equos in cuneum hostium, quo nostros urgent. id cum majore vi equorum*

legionis. nec segnius] *egregie legiones* in archetypo scriptum est, non *tertiae legionis*. GELEN.

§. 3. *Quacumque parte perculere inpetu suo*] Ego legendum arbitror: *quamcumque in partem pertulere impetum suum*. Potest tamen retineri *quacumque parte*: sed alteram lectionem venustiorem puto. TAN. FABER. Nihil mutandum videtur. Suppleri potest *hostem*: et *impetu percellere* Livio usitatum est. 2, 65, 1. *Fessum stando et vigiliis Volscum primo impetu perculit*. 23, 44, 4. *Aliquot primo inpetu perculsi caesique sunt*. 34, 15, 2. *Fatigatos adorti hostes primum acri impetu, velut cuneo, perculerunt*. DUKER. Clariss. Crevierius legebat *pertulere impetus suos*. Verba *perculi* et *pertuli* a librariis saepissime male commutata fuisse, vidimus ad 35, 27, 16. Vocum autem *inpetus suos* literae ultimae videri possunt interceptae fuisse a primis sequentium. Vide ad 37, 29, 5. At cum Cl. Dukero vulgatum recte servari posse existimo.

Turbatae legiones sunt, prope interrupta acies] Novi Livium saepe *δουνδέτως* loqui solitum fuisse. Hic tamen legere malo *prope interrupta acie*. Idem etiam Cl. Dukerus judicabat.

§. 4. *Et, Ecquid auxilii in vobis est? Actum jam*] Conjicio scribendum, *et, ni quid in vobis auxilii est, actum jam de hoc exercitu erit*. Et sane sensus dictat, non aliter concepisse auctorem. J. FR. GRON. Similiter ad marginem Livii scribendum conjecit Jac. Perizonius. At Doujatius non minori elegantia vulgatum servari posse existimat.

§. 5. *Permittite equos in cuneum* etc. *id cum majore vi equorum facietis, si effrenatos in eos equos inmittitis*] Delendum puto *τὸ equorum*. TAN. FABER. Non aliam causam ejiciendi vocem *equorum* Faber habuisse videtur, quam quod modo praecesserit *equos*. Ob eamdem ei etiam displicere potuisset mox sequens iterum vox *equos*: et eo magis,

Digitized by Google

facietis, si effrenatos in eos equos inmittitis: quod saepe 6
Romanos equites cum magna laude feciſſe sua, memoriae proditum eſt. Dicto paruerunt, detractisque frenis 7
bis ultro citroque cum magna ſtrage hoſtium, infractis omnibus haſtis, transcurrerunt. Diſſipato cu- 8
neo, in quo omnis spes fuerat, Celtiberi trepidare, et, prope omiſſa pugna, locum fugae circumspicere. Et alarii equites, poſtquam Romanorum equi- 9
tum tam memorabile facinus vidêre, et ipsi, virtute eorum accensi, sine ullius imperio in perturbatos jam hoſtes equos inmittunt. Tunc vero Celtibe- 10
ri omnes in fugam effunduntur, et imperator Romanus, aversos hoſtes contemplatus, aedem Fortu-

quod ter repetita ultima syllaba *es* auribus ingratior sit; et hinc legendum videri *si effrenatos eos inmittitis*. Verum Livium in una periodo etiam ter eadem voce usum esse, ostendunt quaedam exempla eorum, quae supra laudantur ad 1, 3, 9.

§. 7. *Bis ultro citroque cum magna ſtrage hoſtium, infractis omnibus haſtis, transcurrerunt*] Vix apud me definio, ut illud *infractis* explicandum. Nec id mirum cuiquam videri debet, cum grammatici etiam apud Virgil. haesitent [12. Aen. 1.]

Turnus ut infractos adverſa Marte Latinos.

Et in 7, [332.] *Ne noſter honos infractave cedat Fama loco.* quanquam diversum videtur. GLAR. *infractis haſtis* exponendum esse fractis, diffractis, apud se definire potuisset Glareanus, si ad usum hujus vocis apud optimi aevi scriptores et ipsum Livium diligenter animum advertisset. Ita enim vidisset, non alio sensu apud eos usurpari. Exempla ex Livio v. supra ad 38, 16, 14. Ex aliis apud Erythr. Ind. Virgil. voce *Infracta*. Taubm. ad Virg. 12. Aen. 1. Cortium ad Plinii 5. Epist. 6, 14. et Celeberr. Burm. ad Calpurn. Ecl. 4, 3. Ita etiam hoc loco vocem capiendam esse, si ad sensum Livii adtendimus, patet. Verisimile enim non est, equites Romanos magnam hoſtium ſtragem edidisse, et tamen omnes eorum haſtas infractas, id est non fractas, fuisse. Contra si redcuntium omnes haſtas infractas, id est fractas, fuisse dicamus, manifestum erit indicium, omnes eos cum hoſte congressos esse, illosque, quibus obcurrerant, percussisse. Praeterea *vis ultro citroque* ed. Mogunt. pro quo *bis* substituit Frob. anno 1531. Passim litera *b* et *u* in Mſtis confunduntur. Vide ad cap. 51, 3.

§. 10. *Aedem Fortunae Equeſtri*] Hanc Romae fuisse testantur multi scriptores, a Gyraldo Hiſtor.

Digitized by Google

nae Equestri, Jovique optimo maximo ludos vovit.
11 Caeduntur Celtiberi per totum saltum dissipati fuga. decem et septem millia hostium caesa eo die traduntur: vivi capti plus quatuor millia, ducentis septuaginta septem cum signis militaribus, equis prope
12 mille centum. Nullis castris eo die victor exercitus mansit. victoria non sine jactura militum fuit.
13 quadringenti septuaginta duo milites Romani, sociùm ac Latini nominis mille decem et novem, cum his tria millia militum auxiliariorum perierunt. ita victor exercitus, renovata priore gloria, Tarraco-
14 nem est perductus. Venienti Fulvio Ti. Sempronius praetor, qui biduo ante venerat, obviam processit: gratulatusque est, quod rempublicam egregie gessisset. cum summa concordia, quos dimitterent, quos-

Deor. syntagm. 16. et ab interpretibus Taciti ad 3. Annal. 71. laudati. Livius infra cap. 44. l. 42, 3. et 10. Vitruv. 3, 2. Valer. Max. 1, 1, 20. Obsequens c. 113. Lactant. 2, 7. et P. Victor. in Reg. 9. urbis. Tacitus contra l. d. in rebus Tiberii, *Delubra ejus Deae* (Fortunae) *multa quidem in urbe, nullum tamen tali cognomento* (Equestris) fuisse scribit. Locus hic valde torsit viros doctos: quorum alii eum pro deplorato habuerunt, alii *Sequestri*, pro *Equestri*, legendum conjecerunt; quod Nic. Heinsius quoque ad Ovidii 1. Fast. 287. videtur probasse. Egit de eo etiam Episcopus Adriae in Monum. vet. Antii c. 1. qui neminem aptius, quam Freinshemium, honori Taciti consuluisse censet. Is autem hoc ita expedit, potuisse antiquitus exstructam fuisse tali cognomento aedem, mox incendio periisse, ac demum post Tiberii tempora restitutam esse. Eadem fere est sententia Donati de Urb. Rom. 3, 22. et Nardin. 4. Rom. vet. 3. DUKERUS.

§. 11. *Vivi capti plus tria millia, ducentis septuaginta septem cum signis militaribus*] Hanc lectionem Frobenius anno 1531. commentus est. Antea edebatur, *tria millia, mille ducenti septuaginta septem cum signis militaribus*. Forte per notas olim scriptum fuit, *vivi capti plus ↀↀↀ ↀↀ CCLXXVII cum signis militaribus*. Inde effici potest, ita ut nulla pars lectionis, quam ex unico codice publicarunt Moguntini, pereat, *vivi capti plus quatuor millia, ducentis septuaginta septem cum signis militaribus*.

§. 12. *Nullis castris eo die victor exercitus mansit*] *In illis castris* ed. Mogunt. et proximae: quae lectio aperte falsa est, et ferri nequit. Nulla enim antea castro-

Digitized by Google

que retinerent milites, composuerunt. Inde Fulvius, exauctoratis militibus in naves inpositis, Romam eſt profectus. Sempronius in Celtiberiam legiones duxit. 15

XLI. Consules ambo in Ligures exercitus induxerunt diversis partibus. Poſtumius prima et tertia legione Baliſtam Suismontiumque montes obsedit: et, premendo praesidiis anguſtos saltus eorum, commeatus interclusit, inopiaque omnium rerum eos perdomuit. Fulvius, secunda et quarta legione adortus a Pisis Apuanos Ligures, qui eorum circa Macram fluvium incolebant, in deditionem acceptos, ad septem millia hominum in naves inpositos, praeter oram Etrusci maris Neapolim transmisit. inde in Samnium traducti, agerque his inter populares 1 2 3 4

rum mentio facta eſt, quo pronomen demonſtrativum referatur. Ejus loco Frobenius anno 1535. *Nullis caſtris* subſtituit; quod probum videtur. Ideo enim exercitus *nullis caſtris* mansit, quia iter facientem hoſtes Celtiberi ex insidiis in saltu invaserunt. Non potuit igitur in sua caſtra regredi, quae, si proxima nocte caſtra munierant, inde moventes diruerant; neque etiam in caſtris hoſtium manere, qui tantum variis locis saltum Manlianum obsederant. Simili errore *in illodum*, pro *nullodum*, plures codd. supra exhibuerunt 9, 12, 3.

§. 13. *Cum his tria millia militum auxiliariorum*] *in his tria millia* sine sensu ed. Moguntina. Frobenius anno 1531. emendavit *cum his tria millia*. Videtur scriptum fuiſſe *cū his*; ex quo, evanescente linea, facile *in his* dari potuit.

§. 15. *Exauctoratis militibus in naves inpositis*] *ex authoritate* ed. Mog. quod recte Frob. anno 1531. in *exauctoratis* mutavit.

§. 2. *Poſtumius prima et tertia legione*] *primo tertia legione*, et mox §. seq. *secundo quarta legione* ed. Moguntina. Quod nunc obtinet, recte Frob. anno 1531. reposuit.

Baliſtam Suismontiumque montes obsedit] Lectio haec debetur Frobenio, qui eam priori editione recepit, et forte ex loco Livii 39, 2. ubi vide. Moguntini, et priores dederunt *vallis verum tum tamquam montis obsedit.*

§. 3. *Ad septem millia hominum in naves inpositos*] In primo exemplari Germanico erat *imposita*, quod magis probo. SIGON. Contra recte feciſſe, quisquis Germanici exemplaris lectionem mutavit, exiſtimat Crevierius. Is au-

Digitized by Google

datus est. Montanorum Ligurum ab A. Postumio vineae caesae, frumentaque deusta: donec cladibus omnibus belli coacti in deditionem venerunt, armaque tradiderunt. Navibus inde Postumius ad visen-

tem est Froben. qui anno 1535. *impositos* dedit, jubente forsitan Gelenio, qui Mogunt. codicem eo tempore consuluerat: quem etiam secutum illum credo. De locutione ipsa v. ad 37, 39, 12. Paullo ante *Macran* ed. Mog. Sed Frob. anno 1531. *Macram* dedit. V. ad 39, 32, 2.

Neapolin transmisit] Ita constanter editi. Supra tamen potius *Neapolim* efferre solitus est. Ita 23, 1. et 25, 25. ubi quidem pars urbis Syracusarum eo nomine indicatur, sed eadem ratio est. Similiter *Palaepolim* 8, 22. *Megalopolim*, vide ad 36, 31, 7. *Amphipolim*, vide ad 40, 24, 3.

§. 6. *Ad visendam eram Ingaunorum*] *ad visendam Amarram Ingaunorum* editiones ante Frobenianam anni 1531. quae lectio nata videtur ex perperam repetitis ultimis literis vocis *visendam* in initio sequentis.

§. 7. *Qui Pisas inductus erat*] Legendum censeo *indictus erat*. Nam *inducere exercitum* est in hostem adducere. at Pisae pro Romanis stabant. Itaque paullo ante dixit *adortus a Pisis Apuanos Ligures*. *indictus* ergo restituendum. Nam *edicere* et *indicere exercitum* aliquo ad conveniendum est usitatum, ut paulo ante [cap. 21.] *Stobos Paeoniae exercitu indicto*. SIGON. Ed. Mog. *ductus*. Frob. anno 1535. *inductus*. Sed recte Sigonius *indictus*. Supra 6, 12, 1. *In agrum Pomptinum, quo a Volscis exercitum indictum audierat, pergit*. 10, 38, 4. *Exercitus omnis Aquiloniam est indictus*. 43, 1, 7. *Aquilejam indicto exercitu*. Solent autem passim *indictus* et *inductus* commutari. Vide ad 10, 38, 4.

A. Postumius et frater Q. Fulvii M. Fulvius Nobilior] A. Postumius hic alius erat, quam consul; qui et ipse A. Postumius dicebatur. SIGON. Copula *et* deest in ed. Mog. quam Froben. anno 1531. interposuit. Si constare posset, eum codicis Mssti auctoritatem secutum esse, nihil adversarer. Nunc malo *A. Postumius, fraterque Q. Fulvii*. ut praenomen *Q.* copulam *que* interceperit. Vide ad 24, 11, 2.

§. 8. *Is mensibus suis dimisit legionem*] Obscurus sane locus, et praeterea corruptus cum sequentibus aliquot versibus. Nam modo de M. Fulvio tribuno, mox de consule Fulvio loquitur, iterum *consulem certiorem facit*; sed quis, et utrum, nescio. GLAR. Nihil vitii insidere in hoc loco puto, contra atque censet Glareanus. Sensus est: Ante adventum consulum praefuisse exercitui, qui Pisas erat indictus, A. Postumium et M. Fulvium Nobiliorem, fratrem Q. Fulvii Flacci consulis; ita ut menses, quibus singuli praeessent, inter se diviserint, aeque ac consules fasces, et Fabius ac Minucius dictatores quondam imperium. M. autem Fulvius mensibus suis dimisit legionem secundam, cujus ipse erat tribunus militum. Hac de re Valer. lib. 2, [7, 5.] Frontin. lib. 4, [1, 23.] sic: *Q. Fulvius*

Digitized by Google

sendam oram Ingaunorum Intemeliorumque Ligurum processit. Priusquam hi consules venirent ad exercitum, qui Pisas indictus erat, praeerant A. Postumius et frater Q. Fulvii M. Fulvius Nobilior. Secundae legionis Fulvius tribunus militum erat. is men- 7 8

Flaccus censor Fulvium fratrem suum, quia legionem, in qua tribunus militum erat, injussu consulis dimiserat, a senatu movit. Hinc Vellejus lib. 1, [10.] ait: *Aspera censura Fulvii Flacci et Postumii Albini: quippe Fulvii censoris frater, et quidem consors, Cn. Fulvius senatu motus est ab iis censoribus.* Et Livius lib. 41, [27, 12.] *Creati censores Q. Fulvius Flaccus, A. Postumius Albinus legerunt senatum. Insignis nota L. Fulvii, qui frater germanus, et (ut Valerius Antias tradit) consors etiam censoris erat.* Qui autem censor Fulvius Fulvium notavit, is non hoc anno, sed sequenti est consul. Hic enim Cn. F. ille Q. F. est ex tabulis Capit. Neque Fulvius tribunus militum frater est germanus hujus consulis, sed illius censoris. Credo autem, hunc tribunum Fulvium recte et *M.* et *Cn.* dici, at *L.* mendose. Quod ex sequenti Fulviorum stemmate intelligetur:

M. Fulvius Q. F. M. N. Flaccus cos. an. 486.

C. Fulvius Flaccus, frater Quinti, legatus ann. 539.	Q. Fulvius N. Flaccus	M. F. Q. cos. 513. 526. 538. 541. censor. dictator Capuam cepit.	Cn. Fulvius Flaccus, frater Quinti, qui Capuam cepit. praetor an. 538.

A.

Q. Fulvius Q. F. M. N. praet. Hispan. an. 568. consul. anno 571. censor 576. filius Quinti, qui Capuam cepit. Vellejus.	M. Fulvius Flaccus, frater Quinti. de eo Liv. in ann. 570. cum fratre est in Hispania.	Cn. Fulvius Flaccus, frater germanus Quinti censoris, notatus ab eo, quia legionem dimiserit Q. Fulvii consulis an. 570. Idem, adoptatus a M. Fulvio Nobiliore, M. Fulvius Nobilior dictus.	L. Manlius L. F. L. N. Acidinus Fulvianus, cons. 571. cum fratre suo germano Q. Fulvio. Vellejus.

M. Fulvius M. F. Q. N. Flaccus cos. an. 625. interfectus cum C. Gracchо.

B.

Q. Fulvius Cn. F. M. N. Flaccus praet. Sardin. an. 563. cos. an. 570. cujus consulis legionem M. Fulvius Nobilior frater patruelis dimisit.

Digitized by Google

sibus suis dimisit legionem, jurejurando adactis centurionibus, aes in aerarium ad quaestores esse delaturos. 9 Hoc ubi Placentiam (nam eo forte erat profectus) Aulo nunciatum est, cum equitibus expeditis secutus dimissos, quos eorum potuit adsequi, deduxit castigatos Pisas. de ceteris consulem certiorem

SIGON. Opinor hanc esse sententiam: Cum sex tribuni militum essent in legione, in duabus duodecim, ita inter se partiri solitos esse, vel comparare, ut per semestre bini duobus mensibus legionibus duabus imperarent. Polybius hujus rei mihi auctor, qui ita scribit [6, 32.] *Κατὰ δύο γὰρ σφᾶς αὐτοὺς διελόντες ἀνὰ μέρος τῆς ἑξαμήνου τὴν δίμηνον ἄρχουσι.* Cum igitur imperandi vices ad Fulvium perveniissent, is suis mensibus, id est, suo bimestri, legionem dimisit. TURNEB. 30. Adv. 24. Quae hic Sigonius adnotat de fratribus *Q. Fulvii*, qui Capuam cepit, habet ex Livii 26, 3. 33. et 27, 8. Quae de filiis illius, *Q. Fulvio*, qui A. V. IↃLXXIV. consul, et quinquennio post censor fuit, e Vellejo 2, 8. et Fastis: de *M. Fulvio* e Livio supra cap. 30. de *Cn. Fulvio*, qui hic est *M. Fulvius Nobilior*, e Liv. 41, 27. Vellej. 1, 10. et Frontin. 4, 1, 32. de *L. Manlio Acidino* e Vell. 2, 8. et Fastis in A. V. IↃLXXIV. *Q. Fulvium* denique patruelem, et Cnaei filium facit e Fastis, in quibus A. V. IↃLXXIII. *Cn. F. M. N.* dicitur. Vir doctus putat eum, qui tribunus militum legionem dimisit, hic male vocari *M. Fulvium*, quum Vellejo *Cn.* sit, et pro praenomine illius *L.* quod antea in Livio 41, 27. legebatur, nunc ibi recte cum Sigonio et Glandorpio legi *Cn.* Mihi de neutro satis liquet. Non de primo; quia, quum ex cognomine illius constet, cum a Fulvio Nobiliore adoptatum fuisse, Livius nomini et cognomini patris illius adoptivi ejusdem praenomen *M.* addere debuit: idque est, quod Sigonius hic scribit, se credere eum etiam recte *M.* dici. Nec de secundo; quia non video, cur Sigonius et Glandorpius 41, 27. pro *L.* maluerint scribere *Cn.* quam *M.* Vellejus quidem *Cn.* vocat, sed hoc non satis cautae est, cur in Livio quoque ita scribendum sit: nam ille potuit non habere rationem adoptionis: quam cur Livius, qui eum hoc cap. bis *M.* appellat, 41, 27. aliquot post annis, quam hic a M. Fulvio Nobiliore adoptatum fuisse significaverat, habere non voluerit, dici non potest. DUK. Verius voces *mensibus suis* Turnebus exposuit, quam Sigonius. Adde Lipsium 5. de Milit. Rom. Dial. 10.

Jurejurando adactis centurionibus, aes in aerarium ad quaestores esse delaturos] Clariss. Crevierius intelligit, stipendium militare, quod jam a quaestoribus numeratum jubet Fulvius in aerarium referri, tamquam nihil pertinens ad eos milites, qui dimittebantur.

§. 9. *Hoc ubi Placentiam (nam eo forte erat profectus) Fulvio nunciatum est*, etc. *consulem certiorem fecit. Eo referente, senatusconsultum factum est*] Duorum Fulviorum hic fit mentio, *Q. Fulvii* consulis, et *M. Fulvii* tribuni mili-

Digitized by Google

ecit. Eo referente, senatusconsultum factum eſt, 10
t M. Fulvius in Hispaniam relegaretur ultra novam
arthaginem. Literaeque ei datae sunt a consule
d P. Manlium in Hispaniam ulteriorem deferendae.
Milites juſſi ad signa redire. cauſſa ignominiae, uti 11
emeſtre ſtipendium in eum annum eſſet ei legioni,

tum: eum autem *M. Fulvius*, antequam consul veniret ad exercitum, injussu ejus dimisiſſet legionem, mirum videtur, cur subdat Livius, *Hoc ubi nunciatum Placentiam Fulvio eſt, nam eo forte profectus erat.* Nam si Fulvius consul ad exercitum nondum venerat, quomodo forte Placentiam, quasi ab exercitu erat profectus? dcinde cum aït *certiorem consulem fecit.* Quem consulem? collegam dicet aliquis, at *collegam* erit dicendum. Perspicuum eſt igitur, cum dicat, antequam consules ad exercitum venirent, praefuiſſe ei A. Poſtumium et M. Fulvium: cumque addat, dimissam a M. Fulvio legionem, Fulvium, qui forte Placentiam profectus erat, persecutum eſſe, deque ea re consulem certiorem feciſſe, et, consule referente, senatusconsultum factum eſſe, non Fulvium consulem legionem persecutum eſſe, qui adhuc Romae erat, sed A. Poſtumium, qui item exercitui cum praeesset, Placentiam tum forte conceſſerat, ab ipsoque Aulo Fulvium consulem certiorem factum eſſe, et Fulvio ipso consule senatusconsultum factum eſſe. Quare pro *Fulvio* reponendum eſt *Aulo*, immutatis paulum literis, ut de A. Poſtumio intelligamus. Glareanus plures hic versus mendose eſſe censuit; nos, uno nomine reſtituto, omnia patefecimus. Et sunt tamen, qui diligentem hanc nominum Romanorum emendationem, ut minime neceſſariam, improbent. quasi vero, et hoc loco, et aliis, nihil intersit, quo quisque nomine affectus fuerit, certo scire. SIGON.

Deduxit caſtigatos Pisas] Lege *reduxit*. J. FR. GRON. Librarios ita saepe peccaſſe, vidimus ad 6, 26, 8.

§. 10. *Eo referente, senatusconsultum factum eſt, ut M. Fulvius*] Moguntini ex unico cod. ediderunt, *Eo referente factum eſt, ut cos. Fulvius.* Aldus mox *consul*, pro *cos*, subſtituit; Frobenius deinde, videns aliquid deeſſe, sine quo sensus vix conſtaret, anno 1531. ita emendavit, ut nunc circumfertur. Sensum videtur adsecutus eſſe. In illo *cos*, quod Aldus in *consul* mutavit, verisimile eſt latere vocem *senatusconsultum*, quae per compendium scribitur *SCon.* In eo saepius scribas lapsos eſſe, vidimus ad 22, 10, 1. Minore igitur mutatione forte scribendum *Eo referente factum eſt senatusconsultum, ut M. Fulvius.*

Remitteret, quae ei datae sunt a consule ad P. Manlium in Hispaniam ulteriorem milites deferri juſſit: ad signa redire] Non erat opus aſterisco, si acrius oculos atque animum advertere non piguiſſet. Scriptum enim eſt hoc modo: *literaeque ei datae sunt a consulibus ad P. Manlium in Hispaniam ulteriorem deferendae. Milites juſſi ad signa redire.* GEL.

Digitized by Google

decretum: qui miles ad exercitum non rediſſet, eum ipsum bonaque ejus vendere consul juſſus.

1 XLII. Eodem anno L. Duronius, qui praetor anno superiore ex Illyrico cum decem navibus Brundisium redierat, inde, in portu relictis navibus, quum veniſſet Romam, inter exponendas res, quas ibi geſſiſſet, haud dubie in regem Illyriorum Gen-
2 tium latrocinii omnis maritimi cauſſam avertit. *ex regno ejus omnes naves eſſe, quae superi maris oram de-*

Gelenio debemus, quum prius editum eſſet *remitteretque ei datae sunt*. Et criminatur ille quidem, editores non satis intentos oculos in veterem librum habuisse. Quicquid sit, fieri non poteſt, quin ambigua veſtigia illius lectionis, aliter, quia sensu carent, non placiturae, apparuerint: eaque suspicor significaſſe: *SC. literaeque ei datae sunt a consule*. Ita namque simili in re solet Livius. Ut lib. 26, [15, 8.] *Eques citus ab Roma venit, literasque a C. Calpurnio praetore Fulvio et senatusconsultum tradit*. L. 37, 57, 4. *Hoc senatusconsultum literaeque a Sp. Poſtumio praetore in Etruriam missae sunt*. L. 41, [12, 7.] *et C. Claudius literis Ti. Claudii et senatusconsulto accepto ex Iſtria legiones in Ligures traduxit*. Quae et valde firmant conjecturam noſtram lib. 22, 26, 7. *Acceptisque in ipso itinere literis senatusque consulto de aequato imperio*. J. FR. GRON. Quum tamen Gelenius attente cod. consideraverit, et ex eo lectionem, quae nunc vulgo exſtat, protraxerit, ei potius credo. Exempla, quae Gronovius laudavit, agunt de tali senatusconsulto, quod exsequi debebat, ad quem mittebatur. Hic contra Fulvius senatusconsulto relegatur, et literae tantum dantur ad P. Manlium, qui provinciae, in quam relegabatur, praeerat: ex quibus nosceret, quam ob cauſſam Fulvius eo venerit.

§. 11. *Caussa ignominiae, uti semeſtre ſtipendium eum annum esset ei legioni, decretum*] Scriptum eſt *in eum annum*, non *eum annum*; et *consul jussus*, non *jussit*. GELEN. Hic mos exponitur apud Nonium. *Aere diruti*, inquit, *appellabantur milites, quibus propter ignominiam ſtipendium, id eſt merces menſtrualis aut annua, quae eſſet in nummis aeris, subtrahebatur*. Varro de Vita populi Romani lib. 2. *Stipendium appellabatur, quod aes militi semeſtre aut annuum dabatur; cui datum non sit propter ignominiam, aere dirutus eſſet*. Et Feſtus: *Dirutum aere militem dicebant antiqui, cui ſtipendium ignominiae causa non erat datum, quod aes diruebatur in fiscum, non in militis sacculum*. SIGON. Vide Schelium poſt notas in Hygin. Grom. et Polyb. de Caſtram. Rom. cap. 3.

§. 1. *Ex Illyrico cum decem navibus, inde in portu Brundusino relictis navibus cum venisset Romam*] Et hic ab archetypo discessum eſt, quod sic habet: *Duronius, qui praetor anno superiore ex Illyrico cum decem navibus Brundusium rediſſet, inde in portu re-*

Digitized by Google

populatae essent. de his rebus se legatos misisse, nec conveniendi regis potestatem factam. Venerant Romam 3
legati a Gentio, qui, *quo tempore Romani conveniendi regis caussa venissent, aegrum forte eum in ultimis partibus fuisse regni* dicerent. *Petere Gentium ab senatu,* 4
ne crederent confictis criminibus in se, quae inimici detulissent. Ad ea Duronius adjecit, multis civibus Romanis et sociis Latini nominis injurias factas in regno ejus; et cives Romanos dici Corcyrae retineri.

lictis navibus cum venisset Romam. GELEN. Moguntini, Aldus, et proximi edidere *cum decem navibus inde in portu Brundusium relictis*, pro quo Frob. anno 1531. *Brundusino* dedit. Sed Gelenius verum ex unico cod. restituit.

§. 2. *De his rebus se legatos misisse, nec conveniendi*] In unico codice Germanico, unde pars haec libri hujus publicata est, non fuit τὸ *se*, ut apparet ex prima editione, et Aldina, et quotquot eas fideliter expresserunt: recentiores ex lubitu adjecerunt; itaque nobis religioni non sit tollere. l. 4, 57, 3. *Tum Ahala Servilius tribunus militum, tacuisse tamdiu, ait, non quia incertus sententiae fuerit.* Sic Fulvianus, Cujacianusque, et Vossianus alter codices. Vulgo *tacuisse se tamdiu.* Lib. 23, 13, 1. *Quum id nescire Mago diceret.* ut nos ibi ex melioribus. Et eodem lib. c. 34, 4. *Deinde ubi celeritate vinci senserunt, tradunt se Romanis.* Lib. 25, 26, 2. *Achradinam inde, trinis castris per idonea dispositis loca, spe ad inoptam omnium rerum inclusos redacturum circumsedit.* Ita scripti, non *redacturum se.* Et habes pariter lib. 22, [13, 5.] *Edoctus a peritis regionum, si eum saltum occupasset, exitum Romano ad opum ferendam sociis intercelusurum.* L. 27, [19, 10.] *Eo die, quo pugnatum cum Romanis esset, inscio avunculo, clam armis equoque sumto, in aciem exisse.* Lib. 30, 22, 5. *Nec meminisse per aetatem dicerent legati.* Quae duo loca vulgo eadem labes insederat. Lib. 29, [5, 5.] *Duos exercitus Romanos, unum in Gallia, alterum in Etruria esse satis scire.* Lib. 34, [11, 3.] *Ad ea consul, moveri quidem vel periculo eorum, vel metu dicere.* Ubi Andreas, invitis scriptis, *moveri se.* Hoc l. c. 44, 9. *Vovisse, quo die postremum cum Celtiberis pugnasset, ludos Jovi optimo maximo, et aedem Equestri Fortunae sese facturum: in eam rem sibi pecuniam collatam ab Hispanis.* Sic prima editio, sic Aldina. Recentiores nec quid, nec quare, *vovisse se:* et deinde *in eas res.* J. FR. GRONOV. Pronomen *se* a Livio omitti solere, innumeris locis confirmari potest. V. ad 1, 23, 5. et 25, 26, 2. Hic tamen prima addidit editio Frobeniana anni 1535. cui quum praefuerit Gelenius, isque codicis Moguntini, minus diligenter a prioribus expressi, lectiones passim reduxerit, eum ita in unico Msto reperisse probabile est. Non temere itaque *se* ejiciendum putavi, et loco pristino restitui.

§. 4. *Criminibus in se. Quintius*

Digitized by Google

5 Eos omnes Romam adduci placuit: C. Claudium praetorem cognoscere: neque ante Gentio regi lega-
6 tisve ejus responsum reddi. Inter multos alios, quos peſtilentia ejus anni absumsit, sacerdotes quoque aliquot mortui sunt. L. Valerius Flaccus pontifex mortuus eſt: in ejus locum subfectus eſt Q. Fabius
7 Labeo. P. Manlius, qui nuper ex ulteriore Hispania redierat, triumvir epulo: Q. Fulvius M. F. in locum ejus triumvir cooptatus, tum praetextatus erat.
8 De rege sacrifico subficiendo in locum Cn. Cornelii

ad ea dediſſet Duronius multis civibus adjectis Romanis] Et hic locus corruptus erat, in noviſſimo Frobenii codice egregie reſtitutus. Narratur Duronii responsio. At illud *Corcyrae* lectorem turbat: nisi in Gentii poteſtate eam fuiſſe tum insulam exiſtimemus, quod dubito. GLAR. Per noviſsimum Frobenii codicem Glareanus intelligit editionem Frobenii anni 1535. a qua reſtitutam lectionem servarunt recte poſteriores editores. An forte per *Corcyram* intelligenda eſt Corcyra nigra, sinus Hadriatici insula, Plinio et aliis memorata? Mox pro *retineri* Clariſſ. Jac. Perizon. *detineri* in margine emendabat. Eas voces in Mſtis commutari, vidimus ad 36, 39, 7.

§. 5. *Eos omnes Romam adduci placuit*] Ita Frob. anno 1535. reſtituit. Priores ediderant *adduci placere.*

§. 7. *P. Manlius, qui nuper ex ulteriore Hispania redierat, triumvir epulo*] *C. Manlius* ed. Mog. pro quo mox recte Aldus *P. Manlius* reſtituit. Eo enim praenomine vocatur supra, quum Hispaniam ulteriorem sortiebatur 40, 1, 2. et quum triumvir epulo creabatur 33, 42, 1.

Tum praetextatus erat] De sacerdotibus praetextatis, vel admodum adolescentibus, vide viros doctos, quos laudat Clariſſ. Dukerus ad 29, 38, 7. Ceterum Jac. Perizon. ad marginem Livii legendum conjicit *dum praetextatus erat.* Voculas *tum* et *dum* in Mſtis saepius confunduntur. V. ad 2, 29, 3. 3, 8, 11. 5, 27, 2. c. 50, 8. 6, 33, 1. 9, 21, 5. c. 43, 21. 34, 40, 5. et paſſim. *nec tum* et *necdum.* V. ad 4, 45, 4. *nihildum* et *nihil tum.* V. Cel. Burm. ad Suet. Caes. 7. Hic tamen nullam mutandi cauſſam video.

§. 8. *In locum C. Cornelii Dolabellae*] Hic anno IↃLXII. quo rex creatur, dicitur *Cn. Cornelius.* Itaque hoc etiam loco *Cn. Cornelii* lego. Quod praenomen tulerunt Dolabellae, cum *Cajum* non item. SIGON. *Cn. Cornelius* vocatur supra 27, 36, 5. Titulus *regis sacrifici* alibi, quam hoc loco, non obcurrit. V. ad 2, 2, 1. An igitur, una syllaba addita, legendum *De rege sacrificulo?*

§. 9. *Recusante quod sibi faceret*] In archetypo eſt *recusantique id facere.* GELEN. Et haec verba non minus in eodem noviſſimo Frobenii codice recte emendata sunt. GLAR.

Digitized by Google

Dolabellae contentio inter C. Servilium pontificem maximum fuit et L. Cornelium Dolabellam duumvirum navalem; quem, ut inauguraret, pontifex magistratu sese abdicare jubebat. recusantique id facere ob eam rem multa duumviro dicta a pontifice; deque ea, quum provocasset, certatum ad populum. quum plures jam tribus, intro vocatae, dicto esse audientem pontifici duumvirum, juberent; multamque remitti, si magistratu se abdicasset; ultimum de coelo, quod comitia turbaret, intervenit. religio in-

§. 10. *Quum plures jam tribus, intro vocatae*] 45, 36, 7. *Intro vocatae primae tribus.* Vide Gruch. 2. de Comit. Rom. 4. pag. 680. DUKERUS.

Ultimum de coelo, quod comitia turbaret, intervenit] Hoc *ultimum* mihi suspectum. Quod si vel *fulmen*, vel *monstrum*, vel *portentum* legeretur, melius intelligeretur. Sed lectoris esto judicium. GLAREAN. *ultimum* mendose est. Glareanus *portentum* restituit, in quo portenta loquitur. Ego *vitium*. unde *vitio creati* et *vitiosi magistratus* dicuntur, qui contra auspicia creati sunt. Cicero de Divinat. [2, 18.] *Comitiorum solum vitium est fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus.* SIGON. Vitiosa est utriusque, Glareani et Sigonii, emendatio, et vulgata lectio retinenda. *Ultimum* enim, loco adverbii positum, postremum significat: quo sensu Livius usus est l. 1, [29, 3.] *Nunc errabundi domos suas, ultimum illas visuri, pervagantur.* Magna inter pontificem maximum et duumvirum contentio: jubet pontifex, contradicit duumvir, multa dicitur, provocatum ad populum, inita comitia tributa: *ultimum*, id est tandem, postremum, certamen illud coelum diremit. Vitium comitiorum solum fulmen est. Itaque, Jove tonante, fulgurante, comitia haberi nefas. Et cum illa haberentur, et tonuisset, obnunciatione ipsa dicebantur vitiari. Quod fuse Gruchius exsequitur lib. 1. de Comit. cap. 4. ad quem lectorem rejicio. Ille, quid sit *de caelo servare*, *de coelo renunciare*, perdocte explicavit. Sed in coelo nullum vitium vidit, quod posset Livii lectionem receptam impedire. Rectissima illa quidem est, *ultimum de coelo, quod comitia turbaret, intervenit.* Hoc est, fulgur apparuit, aut tonitru auditum est: magistratui de coelo renunciatum, dirempta comitia, nihil de Dolabellae contumacia transactum. Elegans locutio *ultimum intervenit:* nam *intervenire* est in medio negotio quasi ex insidiis supervenire. Donat. in Terent. Adelph. 3, 3, 52. nos Galli dicimus *venir à la traverse.* Atque *de coelo intervenire* sic Latine dicitur, ut *de coelo servare, de coelo renunciare.* Nec tamen doctissimi Sigonii emendationem improbarem, quae Latina certe est, sed non satis huic loco accommodata, qui sine vitio est, quod quidem vitium sem-

Digitized by Google

11 de fuit pontificibus inaugurandi Dolabellae. P. Cloe-

per ex augurali disciplina subauditur, et ex superioribus liquet. Juvat Sigonium Terentius in Hecyr. prologo primo, ubi haec sunt verba vers. 1.

— — — *Haec cum data est*
Nova, novum intervenit vitium
et calamitas.

Ubi Donatus, *Bene*, inquit, *secundum augures. vitium enim est, si tonet tantum; vitium et calamitas, si tonet et grandinet simul atque fulminet.* Sed paria sunt *vitium intervenire*, et *de coelo intervenire*, quare *ultimum* illud in Livio mihi primum est. Facit Sigonii auctoritas, ut multum animadversioni tribuam; sed vulgata magis placet, et elegantior videtur. GUTHER. de Vet. Jure Pontif. 1, 11. Non recte Gutherius locum Livii 1, 29. cum hoc componit. Nam ibi *ultimum* est numquam post hac. Curtius 5, 12, 8. *Ultimum illum visurus amplectitur.* Terent. in Andria 2, 1, 22. *postremum* dicit. *Hodie postremum me vides.* Non dubitandum est, quin certa sit conjectura Sigonii. DUKER. Sigonii conjecturam in margine Livii probavit Jac. Perizon. Potest etiam *vitium* facile errore scribarum in *ultium* corrumpi. Contra Ant. Perizon. vulgatum tuebatur, et *ultimum* adverbialiter positum accipiebat, pro ad ultimum, ultimo. Neque aliter olim locum interpretatus est Gronov. in pr. ed. notarum ad Livii 45, 19. receptam lectionem adversus Glareanum et Sigonium vindicans. Eidem sententiae etiam calculum adjecit Doctiss. Snakenb. ad Curtii 3, 1, 7. Eadem forma *postremum* supra est 34, 23, 6. *Achaeos, Philippi quondam milites, postremum ab inclinata ejus fortuna transfugas.* etiam *summum*, pro ad summum, 31, 42, 4. *Binis ternisve summum ex manipulis aquandi caussa missis.* Pariter *summum* et *minimum* inluxtravit Hadrian. Cardin. de Serm. Latin. p. 404. Quum igitur unici codicis lectio servari possit, quin et, quod Sigonius substituit, tautologum videri possit, quia vitium solum comitiorum fulmen est, idque de coelo adpareat, a vulgato recedere religioni fuit.

§. 11. *P. Cloelium Siculum*] *P. Coelium Siculum* ed. Mog. pro quo recte Froben. anno 1531. *P. Cloelium* reposuit. Gens enim Coelia plebeja, at Cloelia patricia, quam ex Albanis Hostilius rex in Patres legit. Vide Liv. 1, 30. Nullus autem rex sacrorum creari poterat, nisi patricius. Praeterea *Siculus* non Coeliorum, sed Cloeliorum erat cognomen. *C. Cloelius Siculus* memoratur supra 4, 11. *Q. Cloelius Siculus* 6, 31.

Inaugurarunt, qui secundo loco inauguratus erat] Quis mirum non putet esse, eum inauguratum fuisse, qui jam secundo loco inauguratus fuerat? Sed, ut suspicio est, vel Dolabella, quem inaugurare noluit pontifex, aliud sacerdotium habebat, cui ante Cloelium inauguratus fuerat. Sed cum religio esset pontificibus, eum inaugurandi sacerdotio regis sacrifici, qui secundo loco inauguratus fuerat eidem, cui Dolabella sacerdotio inauguratus erat: vel potius cum pontifex maximus inaugurare Dolabellam nollet, velut in subsidium et secundo loco Cloelium inaugurat, si primo Dolabella non inauguraretur. TURN. 30. Advers. 24. In his Livii verbis haereo, quibus Glareanus et Sigonius non sunt immorati. Suavit tamen Turnebus, literatorum omnium, qui post illum fuere, dux et princeps, in hujus loci explanatione.

Digitized by Google

lium Siculum inaugurarunt, qui secundo loco inau-

Fatebor ingenue, non assequor illius mentem. Leve mendum in Livio puto sic emendari posse, ut pro *inauguratus* legendum sit *inaugurandus*. Fruſtra enim, si Cloelius inauguratus erat, denuo inauguraretur. Cum ergo religio fuisset pontificibus inaugurandi Dolabellae, quod de coelo servatum esset, controversiaque nondum a tribubus dijudicata, Dolabellam praetermiserunt, et Cloelium, qui secundus ab illo erat, inaugurarunt primum. GUTHER. 1. de Vet. Jure Pontif. 11. Turnebo mirum videtur, eum inaugurari, qui jam secundo loco inauguratus fuerat. Suspicatur autem, vel Dolabellam aliud sacerdotium habuisse, cui ante Cloelium inauguratus fuerat; vel, cum pontifex maximus inaugurare Dolabellam nollet, velut in subsidium et secundo loco Cloelium inauguraſſe, si primo Dolabella non inauguraretur. Gutherius scribit *inaugurandus*. At mihi videtur nihil hic esse difficultatis, nisi negare volumus, et pontifices inauguratos fuisse, perinde ut alios sacerdotes. Et Dionysius clare lib. 2. [pag. 133.] παραλαμβάνει δὲ τὴν ἱερατείαν ὁ δοκιμασθεὶς, ἐὰν ἐνόρνιθες τύχωσιν οἰωνοὶ γινόμενοι. *P. Cloelium Siculum inaugurarunt*, nempe regem sacrorum, *qui secundo loco inauguratus fuerat*, nempe pontifex. J. FR. GRONOV. Cum Gronovio sentit Graevius in Praefat. tom. 5. Antiq. Rom. Sed nihilo plus, forsan mea culpa, ad intelligendum hunc locum me juvant, quae viri summi dicunt, quam quae ante eos a Turnebo et Gutherio scripta fuerant. P. Cloelium *tunc inauguratum* dicunt, qui ante *secundo loco* pontifex inauguratus fuerat. Hoc, si recte sententiam illorum perspicio, non aliter accipi potest, quam Cloelium ante, quam rex sacrorum inauguraretur, una cum alio quodam pontificem factum, sed hunc primo, Cloelium secundo loco pontificem inauguratum fuisse. Verum primum probandum fuerat, eumdem simul regem sacrificulum et pontificem esse potuisse: quod Gruchius 1. de Comit. Rom. 2. pag. 547. non obscure negat; nec scio, cuiquam ejus rei exemplum observatum. Nam inscriptionis mutilae apud Gruterum CIↃIↃLXXXVII, 8. in qua idem *rex sacrorum et augur* fuisse dicitur, non maxima potest esse auctoritas, non solum quia in ea idem non *rex sacrorum et pontifex*, sed *rex sacrorum et augur* vocatur: verum etiam, quia plane incertum est, ad quam aetatem ea pertineat. Deinde, si ostendi possit, etiam hoc tempore regem sacrificum simul pontificem esse potuisse; unde constat, Cloelium ante una cum alio pontificem factum? Denique quo argumento probabile reddi potest, e duobus, qui una pontifices creati erant, Cloelium secundo, alterum primo loco pontificem inauguratum fuisse? Si hoc voluit Livius, mihi non immerito accusari posse videtur, qui tanta obscuritate verborum mentem suam involverit, ut Oedipus ipse eam divinando vix adsecuturus fuisse videatur. Aliam viam hujus loci explicandi ingressus est Gruchius 1. de Comit. Rom. 4. pag. 613. cujus sententia huc redit. Quemadmodum in comitiis centuriatis magistratuum plures candidati erant, sic in comitiis centuriatis regis sacrorum pro candidatis fuisse duos tresve, quos pontifex maximus inauguraſſet, et ex iis populum suffragiis suis, quem vellet, regem sacrorum creasse: Dolabellam primo, Cloe-

Digitized by Google

guratus erat. Exitu anni et C. Servilius Geminus pontifex maximus deceſſit: idem decemvir sacrorum

lium secundo loco a pontifice maximo inauguratum, ac deinde, quum vitium de coelo comitia Dolabellae diremiſſet, Cloelium a populo Romano regem sacrorum factum fuiſſe. Non multum quaeram, an, et quibus comitiis hoc tempore creatus fuerit rex sacrorum. Dionys. Halic. 5, 1. ſtatim poſt exactos reges a pontificibus et auguribus creatum fuiſſe auctor eſt. Id hac aetate adhuc obtinuiſſe, ex eo plane verosimile eſt, quod hic pontifex Dolabellam, sine ulla mentione comitiorum, quibus rex sacrorum factus fuerit, inaugurare voluiſſe dicitur. Sed etiamsi concedamus, eum comitiis centuriatis, quod contendit Gruchius, creatum fuiſſe, tamen interpretatio illius recipi non poteſt. Nam primo, haec non fuerunt comitia *centuriata* regis sacrorum creandi, sed *tributa*, quibus de mulcta Dolabellae a pontifice maximo dicta certabatur. Deinde, quum Livius scribit, Dolabellam a pontifice juſſum fuiſſe se magiſtratu abdicare, ut *inaugurari* poſſet, et poſt vitium comitiorum religionem fuisse pontificibus illius inaugurandi, evidens eſt, eum nondum inauguratum fuiſſe, quum haec comitia haberentur. Praeterea sacerdotes nusquam *inaugurari* dicuntur ante, sed poſtquam a collegio cooptati, aut ab iis, quibus id jus erat, creati fuerant. Denique nullum ex antiquitate proferri poteſt teſtimonium, eam rationem unum e pluribus regem sacrorum faciendi fuiſſe, quam sibi Gruchius finxit. Dixi, cur in virorum doctiſſimorum interpretationibus hujus loci adquiescere non poſſim: ipse quidem nihil melius habeo dicere. Sed ex iis, quae Turnebus dixit, mihi in mentem venit, si pro *erat* legi liceret *eſt*, hunc paullo tolerabiliorem sensum futurum: Quum pontifex maximus primo inaugurare voluiſſet Dolabellam, deinde, injecta religione ex vitio comitiorum, loco illius Cloelium *velut in subsidium et secundo loco* inauguratum fuisse. Sed vel sic ineptum aliquid in importuna haclacinia eſt. Nam fortaſſis nec recte *secundo loco* inauguratus dicitur, ante quem alius primo loco inauguratus non fuerat; nec, si sine vitio *dici* poteſt, opus erat addi, quod ex iis, quae jam dicta erant, satis intelligi poterat. DUKER. Gronovii explicatio displicet etiam Crevierio, secundum quem satius fuiſſet dicere, vel haec verba vitiata eſſe, vel breviter, atque adeo obscure, hic indicari morem aliquem Romanorum nobis incognitum. Mihi hic etiam aqua haeret, et ignorantiam fateri malo, quam incertis conjecturis inprudenti lectori fucum facere: nisi quis forte in animum inducere velit, verba *qui secundo loco inauguratus erat* a mala manu inserta eſſe; quod tamen audacius arbitror.

C. Servilius Geminus pontifex maximus decessit] Paucis ante versibus *C. Servilius pontifex maximus* dixit sine cognomine *Gemini*. ita vero scribendum eſſe, jam bis supra oſtendi. SIGON. Non bis, sed quater, Sigonius vocem *Geminus* delendam eſſe, supra monuit. Vide ad 29, 38, 3. 30, 1, 1. cap. 39, 4. et 39, 46, 1. Pro ejus sententia illud quoque facere videtur, quod saepe a Livio ante consulatum simpliciter *C. Servilius* vocetur. Ita dum pontificatum adipiscitur 27, 6, 15.

Digitized by Google

fuit. pontifex in locum ejus a collegio cooptatus est Q. Fulvius Flaccus: at pontifex maximus M. Ae- 12

(eumdem enim postea pontificem maximum, cujus nunc mors refertur, factum esse, recte censet Noris. ad Cenot. Pis. diss. 1. cap. 5. pag. 60.) in aedilitate plebeja 27, 21. magisterio equitum 27, 33. aedilitate curuli 27, 36. et praetura 28, 10. Praeterea quod etiam pater ejus, quem in consulatu ex servitute liberavit 30, 19. etiam sine cognomine *C. Servilius* dicatur 21, 25. Verior tamen puto Perizonii sententiam, qui ubique cognomen *Geminus* servandum docuit. Vide, quae notantur ad 29, 38, 3.

Pontifex in locum ejus L. Acilius cooptatus. Q. Fulvius Flaccus ante pontificem maximum Aemilius Lepidus] Archetypi scriptura *pontifex in locum ejus a collegio cooptatus Q. Fulvius Flaccus: in pontificem maximum Aemilius Lepidus.* Libro 39, [46.] per occasionem depravatae scripturae indicavimus, Servilium hunc Crasso in eo sacerdotio successisse. Confer locum hunc eum illo, agnosces utrobique germanam lectionem. GELEN. Et haec verba in codice novissimo Frobenii optime sunt restituta. Nam L. Acilius pontifex quidem factus est, sed non maximus. Aemilius autem factus est pontifex maximus, ut ex sequentibus liquido patebit. GLAR. In primo exemplari Germanico erat *ante pontificem maximum Aemilius.* inde emendatores fecerunt *in pontificem maximum Aemilius.* Ego vero *at pontifex maximus M. Aemilius.* Ut sit, pontifex in locum ejus a collegio cooptatus est Q. Fulvius Flaccus: at pontifex maximus M. Aemilius Lepidus. Me enim movet haec nova dicendi forma *in pontificem cooptari*, deinde agnosco erroris causam. Librarius enim *M.* praenominis Aemilii notam cum voce praecedenti praecisa *max.* conjunxit, et *maximum* fecit. Unde coacti alii postea sunt, pro *at, ante* reponere. *M. Aemilii pontificis maximi* post in aliis libris magna est mentio. SIGONIUS. Haec Sigonii conjectura est. Unicus codex *ante pontificem maximum Aemilius Lepidus.* Unde Gelenius *in pontificem maximum.* Sed non modo vitiosus sermo est, *in pontificem maximum cooptari*, quod merito carpit Sigonius, verum etiam *pontificem maximum cooptari.* Nam et ante legem Domitiam, quae jus subrogandorum sacerdotum a collegiis ad populum transtulit, ut loquitur Suetonius, pontifex maximus tributis comitiis creabatur. Videtur ergo Livius scripsisse: *cooptatus est Q. Fulvius Flaccus, creato ante pontifice maximo M. Aemilio Lepido.* J. FR. GRON. Sigonii conjecturam ei, quam Gronovius proposuit, omnino praeferendam judico. Quominus enim Gronovio accedere possim, illud obstat, quod ita pontifici maximo novus pontifex maximus substitutus fuisset, antequam in locum ejus pontifex a collegio pontificum cooptatus foret; quum tamen contrarium ordinem potius observatum, et primo pontifici maximo pontificem, ac tum demum pontificem maximum sublectum fuisse, non tantum ex hoc loco Livii, sed etiam lib. 25, 2. juncto cap. 5. et lib. 39, 46. dudum docuerint Gruchius 2. de Comit. Rom. 2. pag. 663. et Noris. Cenot. Pis. Diss. 1. cap. 5. pag. 60. Ut igitur Gronovii emendatio verisimilis fieret, exemplum erat producen-

Digitized by Google

milius Lepidus, quum multi clari viri petiissent: et decemvir sacrorum Q. Marcius Philippus in ejusdem
13 locum est cooptatus. Et augur Sp. Postumius Albinus decessit. in locum ejus P. Scipionem, filium Africani, augures cooptarunt. Cumanis eo anno petentibus permissum, ut publice Latine loquerentur, et praeconibus Latine vendendi jus esset.

1 XLIII. Pisanis agrum pollicentibus, quo Latina

dum, unde ordinem hunc interdum mutatum fuisse probaretur. Obstare quidem videtur Sigonii emendationi difficultas, quam movit Gronovius; ejus tamen solvendae ratio superest. Nimirum frequens est utriusque linguae scriptoribus antiquis, ut duobus tribusve vocabulis subjungant unum verbum, quod uni tantum praecedentium respondeat, et ad reliqua referri nequeat; ad quae commodum aliud subintelligendum est. De Graecis vide Raphel. in Observ. Xenoph. ad Euang. Lucae cap. 1, 64. Et ita Aeschyl. dixit in Prom. vinct. 21. Οὔτε φωνὴν, οὔτε μορφὴν βροτοῖν ὄψει. ubi vide Stanlej. De Latinis vide Burmann. ad Phaedr. 4, 17, 31. Graev. ad Justin. 1, 9, 12. Dukerum aliosque ad Flori 2, 17, 12. 3, 21, 27. et Markland. ad Statii 1. silv. 1, 82. Ita Virgil. 7. Aen. 444. *Bella viri pacemque gerant.* Frontin. 2, 5, 31. *Eam, quae in propinquo erat, subinde a levi armatura infestari, ulteriorem autem vetuit ab ullo armato adiri.* Justin. 31, 2. *Negantes eum aeque animo sub legibus vivere, semperque novas belli caussas circumspicere.* Eadem figura frequentissime Livius utitur. Supra 2, 19, 6. *Aetate et viribus erat gravior.* ubi *gravior* pertinet ad *aetate*, sed referri nequit ad *viribus*. Nam *viribus gravior* foret robustior; sed ad eam vocem intelligi debet *invalidior* ex Livii 7, 39, 1. *Alios graves jam aetate, aut viribus parum validos.* 2, 30, 13. *Postquam impressionem sensere ex adverso factam, et ante oculos micare gladios.* ubi ad posterius orationis membrum intelligo *viderunt.* 3, 55, 8. *Hac lege juris interpretes negant quemquam sacrosanctum esse; sed eum, qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum sanciri.* quo loco prioris membri *negant* non pertinet ad sequens membrum, sed ibi supplendum *dicunt*, vel simile. c. 67, 11. *Esquilias quidam ab hoste prope captas, et scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submovit.* Hic *submovit* ad initium istius loci referri nequit, sed ad prima verba intelligendum *defendit.* 6, 25, 9. *Propositis omnia in medio vidit, intentosque opifices suo quemque operi, et ludos literarum strepere discentium vocibus, ac repletas semitas.* Ad verbum *strepere* ex praecedenti repeti nequit *vidit*, sed intelligendum *audit.* 31, 46, 10. *Et pondere ingenti saxa jaciebant, et cuniculos.* ubi ad ultimam vocem supplendum est *agebant.* Alia laudari exempla possent; sed haec sufficere videntur. Similiter Livius, dicens *pontifex maximus M. Aemilius Lepidus*, non ex sequentibus repeti voluit verbum *est cooptatus*; sed potius ab attento lectore intelligi *est creatus*: quod

Digitized by Google

colonia deduceretur, gratiae ab senatu actae. triumviri creati ad eam rem Q. Fabius Buteo, M. et P. Popilii Laenates. A C. Maenio praetore (cui, provincia Sardinia quum evenisset, additum erat, ut quaereret de veneficiis longius ab urbe decem millibus passuum) literae adlatae, *Se jam tria millia hominum damnasse, et crescere sibi quaestionem indiciis. aut eam sibi esse deserendam, aut provinciam dimitten-*

2

3

indicare voluisse videtur addendo *quum clari viri petissent*. Verbum enim *petere*, quamvis generale sit, sollemne tamen est de candidatis, qui honorem ambiunt, et civium suffragia sibi conciliare conantur. Supra 37, 57. 39, 32. 40, 37. Similiter *petitio*. lib. 4, 25, 13. *Ne cui album in vestimentum addere petitionis causa liceret*. et saepe.

§. 13. *P. Scipionem, filium Africani, augures cooptarunt*] Duo Africani filii fuisse traduntur P. et Cn. Scipiones. Publius hic est, qui augur nunc cooptatur, quique, Cicerone auctore in Bruto [19.] et in Catone [11.] Aemilianum adoptavit, a quo ille P. Scipio dictus est, imbecilla valetudine ille quidem, sed summo tamen ingenio praeditus. Eundem aedilem curulem fuisse arbitror L. Anicio, M. Cornelio consulibus. Est enim in indice Adelphorum Terentii ita scriptum, *Acta ludis Q. Fabio Maximo, P. Cornelio Africano aedilibus curulibus, L. Anicio, M. Cornelio consulibus*. nec de alio potest intelligi. Cnaeus is est, qui captus ab Antiocho rege in proelio fuit, quique sordidam praeturam gessit, et a patris gloria degeneravit, Valerio auctore lib. 3. c. 5. lib. 4. cap. 5. SIGON. Vide ad 37, 34, 5. et 41, 27, 2.

Cumanis eo anno petentibus etc.] Ex hoc loco Floridus Sabinus 2. Lection. Succisiv. 1. adversus eos disputat, qui sermonem Latinum veterum Romanorum tempore omnibus Romanis promiscuum fuisse negabant. Folieta de Linguae Lat. usu et praest. pag. 119. scribit, Cumanos a senatu Romano impetrasse, ut sibi decreta et acta publica Latina lingua liceret conficere. Et Lipsius de Recta Pronunciat. Lat. ling. c. 3. se hoc de scriptis decretisque publicis accipere dicit; ac praeterea hinc colligit, Romanos aliquamdiu recusasse linguam suam cum finitimis communicari. Mihi hic adhuc tenebrae sunt. Primum enim non video ullius scriptoris Latini auctoritate probari, verba *publice Latine loqui* hanc interpretationem posse recipere. Deinde, si hic eorum sensus est, (nam de publico omnium usu sermonis Latini ea intelligi non patiuntur illa, quae de praeconibus addit Livius) cur Cumani *praeconibus* praecipue *jus Latine vendendi* a senatu petere voluerint. Denique quum Cumae municipium essent, v. ad 8, 14. quam causam habuerint Romani municipibus usum sermonis Latini, nisi suo permissu, negandi. DUKERUS.

§. 1. *M. et P. Popilii Lenates*] *Laenates*, ut ante [ad 7, 12, 1.] SIGON. *Porcii* Moguntini, *Popi-*

Digitized by Google

4 *dam.* Q. Fulvius Flaccus ex Hispania rediit Romam cum magna fama gestarum rerum, qui, quum extra urbem triumphi caussa esset, consul est creatus cum
5 L. Manlio Acidino; et post paucos dies cum militibus, quos secum deduxerat, triumphans urbem est
6 invectus. Tulit in triumpho coronas aureas centum

lii Frob. anno 1531. *Popillii* Sigonius ediderunt: quod posterius recipiendum est. Vide ad 26, 6, 1.

§. 3. *Aut eam sibi essi defendendam, aut provinciam dimittendam*] C. Menii provincia erat Sardinia: dubium igitur, de eane loquatur, an negocium veneficii *provinciam* vocet: sed judicet lector. GLAR. Si sententiam explicuero, neminem puto futurum, cui non probem *deterendam*, pro *defendendam*, esse reponendum. C. Maenio, inquit, cum Sardinia provincia evenisset, additum erat, ut quaereret de veneficiis longius ab urbe decem millibus passuum. Ab hoc igitur allatae literae, se jam tria millia hominum damnasse, et crescere quaestionem indiciis, propterea se cogi, ut aut veneficiorum quaestionem inchoatam deserat, aut provinciam Sardiniam dimittat. Ergo ne hic quidem recte Glareanus, qui de *provinciae* nomine dubitat, an quaestio, an Sardinia intelligi debeat. SIGON. Hic *defendere* valere crediderim prohibere; ut dicat, sibi faciendum esse, ne quaeri ultra debebat. Quae significatio non omnino insolens, cum praesertim dicat Cicero in Officiis [3, 18.] *defendere injuriam*, pro prohibere, non absimili notione verbi. TURN. 30. Advers. 24. *Defendere injuriam, pericula, vim* apud Cic. obvia sunt, pro ea depellere, propulsare, arcere, efficere, ne alicui inferantur, ne alicui noceant. Ita 3. de Offic. 18. *Is, qui non defendit injuriam, neque propulsat a suis, quum potest, injuste facit.* Pro Muren. 3. *Quod legem de ambitu tuli, certe ita tuli, ut eam, quam mihimet ipsi jam pridem tulerim de civium periculis defendendis, non abrogarem.* Pro Milon. 4. *Tempus illud est non modo justum, verum etiam necessarium, quum vis illata defenditur.* Et ita notum illud Virgilii Ecl. 7, 47. *Solstitium pecori defendite.* et, quem ad eum locum laudat Servius, Horat. 1. od. 7, 3. *Defendit aestatem capellis.* ubi vide Lambin. Eo sensu *defendere alicui quaestionem veneficii* est eam ab aliquo propulsare, efficere, ne quis veneficii caussam dicat; non vero, ne quis de veneficio judicet. Praeferenda itaque est Sigonii conjectura Turnebi expositioni, quae menti Livii convenire nequit.

§. 3. *Q. Fulvius Flaccus ex Hispania rediit Romam* etc. *consul est creatus cum L. Manlio Acidino*] Hos consules, Q. Fulvium et L. Manlium, fratres germanos fuisse, scriptum est in tab. Capit. sic: *L. MANLIVS. L. F. L. N. ACIDINVS. FVLVIAN. Q. FVLVIVS. Q. F. M. N. FLACCVS. HEI. FRATRES. GERMANI. FVERVNT.* Idem scribit Vellejus lib. 2, [8.] *Non minus clarum exemplum et adhuc unicum Fulvii Flacci ejus, qui Capuam ceperat, filiorum, sed alterius in adoptionem dati, in collegio consulum fuit. adoptivus in Acidini Manlii fami-*

Digitized by Google

viginti quatuor: praeterea auri pondo triginta unum; et signati Oscensis nummùm centum septuaginta tria millia ducentos. Militibus de praeda quinquagenos denarios dedit, duplex centurionibus, triplex equiti, tantumdem sociis Latini nominis, et stipendium omnibus duplex. 7

liam datus. Hoc adscripsi, ut et Capitolinorum auctorum diligentiam, et Vellejii sententiam, quae vulgo corrupta est, indicarem. SIGONIUS.

Quum extra urbem triumphi causa esset, consul est creatus] Tempore Julii Caesaris id non licebat, qui, teste Suet. in Caes. 18. *pacata provincia* Hispania ulteriore, *ad triumphum simul consulatumque decessit. Sed quum, edictis jam comitiis, ratio ejus haberi non posset, nisi privatus introisset urbem, et ambienti, ut legibus solveretur, multi contradicerent, coactus est triumphum, ne consulatu excluderetur, dimittere.* Nondum igitur hoc tempore lata esse videtur lex, quae jubebat μετιόντας ὑπατείαν, παρόντας ἐν τῇ πόλει τοῦτο πράττειν, apud Plut. in Caes. pag. 713. Ea vero quo tempore primum sancita sit, et quem auctorem habuerit, a nemine indicatum est.

§. 5. *Urbem ingressus est vectus*] In archetypo legitur *urbem est invectus.* GELENIUS.

§. 6. *Signati Oscensis nummùm centum septuaginta tres ducentos. Militibus de praeda quingenos denarios dedit*] In archetypo legitur *centum septuaginta tria millia ducentos.* Neque *quingeni* sunt divisi, sed *quinquageni.* GELEN. Haud dubie hic locus corruptus est. Nam post auri numerum sequi debebat et argenti, et nummorum summa, quae hic temere confunduntur; ut taceam, quod in immensum summa haec excresceret, *et signati Oscensis nummùm centum septuaginta tria millia.* Porro argenti Oscensis mentio cum alias saepe, tum l. 34, [10, 4.] in M. Aelii et Q. Minucii praetorum triumphis. Illud, quod continuo adnectitur, *Militibus de praeda quingenos denarios dedit,* corrupte pro *quinquagenos* legitur. Nimia enim esset summa, si ad dona aliorum imperatorum compares, quemadmodum ex prioribus satis liquet. GLAR. Per *signati Oscensis nummos* non nummi aurei, sed argentei, intelligendi sunt. Certe *aurum Oscense* alibi non memoratur, at *argentum Oscense* 34, 10, 4. et 46, 2. quod hic *signati Oscensis nummos* vocat. Et ita evanescit omnis difficultas, quam movit Glareanus. Auro enim subjungitur argentum; et quidem signatum Oscense. Si autem per signatum Oscense intelligis argentum, summa in immensum non excrescit, ut ex priori loco Livii constat, ubi plura de *argento Oscensi* videnda. Recte vero Gelenius numerum nummorum signati Oscensis emendavit. Forte scriptum fuit per notas *CLXXIIIↃ ducentos.* Quum autem, qui codicem primi vulgarunt, notam numeri millenarii vel non intellexissent, vel potius nimia festinatione omisissent, facile formari potuit lectio, quae ante Gelenium recepta erat. Recte etiam Gelenius et Glareanus

Digitized by Google

1 XLIV. Eo anno rogatio primum lata est ab L. Villio tribuno plebis, quot annos nati quemque magi-

postea emendarunt *quinquagenos denarios*. Quin et haec summa nimia videri poterit, quod duo ex Hispania reversi imperatores militibus tantum diviserint denarios quinos vicenos; consul etiam ex Liguribus, sed pauperiore, quam Hispania, provincia, triumphans, militibus dedit denarios quinos denos 41, 13. At majoris liberalitatis causa esse potuit, quod paucos tantum milites, quibus emerita stipendia fuerant, deduxerit; nisi forte omnibus militibus, quorum opera in bello usus fuerat, donativum dederit.

§. 1. *Eo anno rogatio primum lata est ab L. Julio tribuno plebis, quot annos nati quemque magistratum peterent caperentque*] Miror hoc anno primum latam hanc rogationem scribi, cum lib. 25, [2, 6.] ita de Scipione tradiderit: *Huic petenti aedilitatem quum obsisterent tribuni plebis, negantes rationem ejus habendam esse, quod nondum ad petendum legitima aetas esset.* Post autem lib. 32, [7, 11.] in consulatu mandando T. Quintio Flaminino, quem nondum annos XXX natum fuisse Plutarchus [in Quinct. 369.] prodit, hujus legis ne verbum quidem fecerit, imo vero ita scripserit: *Patres censuerunt, qui honorem, quem sibi per leges capere liceret, peteret, in eo populo creandi, quem velit, potestatem fieri, aequum esse.* Nam quae lex Flamininum a consulatu dejiciebat, ea erat, quod a quaestura ad consulatum transcendendo aedilitatem et praeturam transibat. Legitimam autem petendo consulatui aetatem fuisse annum XLIII. ex Ciceronis Philipp. 5. [cap. 17.] colligitur. Puto praeterea *L. Villio Annali* scribendum. nam in lib. Epistolarum Coelii 8. [ep. 8.] pro *L. Julio Annali* in manuscriptis est *L. Villio*. et apud Valer. lib. 9. [11, 6.] *L. Tullius Annalis*, pro *L. Villius*. Sic ante *L. Villius Tappulus* consul, *L. Julius* evaserat, neque Villiae gentis ulla in libris impressis mentio relicta erat. SIGONIUS. Optarem, adjecisset ex lege Livius magistratuum singulorum annos proprios, quos conjecturis tantum et varia lectione nunc inquirere cogimur. Atqui, plures de tempore magistratuum leges fuisse ante hanc latas, ex Livio et aliis facile colligimus, quae ab antiquis (ut Sex. Pompejus Festus [vide *Annaria*] et Lampridius in Commodi imp. vita [cap. 2.] testantur) communi voce vocabantur *annarias leges*. L. Villius tamen exactius quid de magistratuum curulium annis lege sua constituisse videtur, cum inde cognomen adeptus sit. Eos ut obiter lectori suggeram, ne longi simus, vel unus M. Tullius exemplo nobis erit, qui, tamquam quis ἡγεμόνιος Ἑρμῆς in perplexo quadrivio positus, viam nobis monstrabit. Is quaestor in Sicilia mit anno aetatis suae XXXI. aedilis curulis sexto post anno fuit, aetatis scilicet XXXVII. dein praetor XL. consul XLIII. PIGH. in Annal. ad A. V. 1021 XXIII. pag. 334. Non habeo, quod addam iis, quae de hac re ad 25, 2, 6. dixi, nisi Dodwell. quoque in App. Praelect. Camden. pag. 780. existimare, jam ante legem Villiam legitimam aetatem honoribus petendis statutam fuisse. Nihil adfert, cur mihi sententiam mutandam putem. DUK.

Digitized by Google

gistratum peterent caperentque. inde cognomen familiae inditum, ut Annales adpellarentur. Praetores quatuor post multos annos lege Baebia creati, 2

Recte, pro *L. Julio*, ut Moguntini ex unico cod. ediderunt, Sigonius emendavit *L. Villio*. Passim ita peccarunt librarii. V. ad 3, 54, 13. 25, 2, 9. 29, 38, 4. 30, 1, 9. 31, 4, 3. c. 49, 12. 35, 13, 6. c. 23, 5. et c. 39, 5. Ipse hic *L. Villius Annalis* infra, quo tempore praetor creabatur, *L. Julius* eodem errore vocatus est in unico cod. lib. 42, 28. Ceterum difficultati, quam ex Livii 27, 11. viri docti moverunt huic loco, *hoc anno rogationem primum latam esse a L. Villio tribuno plebis, quot annos nati quemque magistratum peterent caperentque*, Cl. Crevierius eodem ferme modo respondet, quo Cl. Dukerus ad l. laud. Livii: nempe ideo tribunos plebis Scipioni petenti aedilitatem curulem obstitisse, et negasse rationem ejus habendam esse, quod nondum ad petendum legitima aetas esset, quia ante legem Villiam tantummodo sancitum erat, ne quis ullum magistratum caperet, antequam dena stipendia emerita haberet, (ut colligitur ex Polyb. 6, 17.) et Scipio tum, quum aedilitatem peteret, nondum dena stipendia meruisse poterat. Cl. Heineccius ad l. Jul. et Pap. Popp. lib. 2, 6, 203. per aetatem nondum ad petendum legitimam intelligit majorennitatem: tribunos plebis enim existimasse, indignum fore Romanorum prudentia, si juveni vix viginti duorum annorum rempublicam crederent, quem lex Laetoria paullo ante lata ne majorennem quidem habebat. Tandem Amplifi. Bynkersh. 6. Obs. 17. statuit, ante haec tempora unam eamdemque aetatem honoribus capessendis fuisse praescriptam, sive legibus sive moribus; postea Villium annos definivisse in singulis magistratibus, ut majorem minoremve prudentiam desiderabant, et revera deinceps omnium aetatem distinctam reperiri: ita opus non esse, ut Livium Livio opponamus, et de conciliatione utriusque loci, hujus et illius, qui 27, 11. obcurrit, haereamus. Huc refer, quod Livius cum emphasi dixit *quemque magistratum*. Alia difficultate narrationem Livianam premere, ac probare conatus est Langl. Otii Semestr. 7, 10. pag. 377. ante L. Villium legem annalem exstitisse, quia Cic. 2. de Orat. 65. meminit Ruscae, quo legem annalem ferente, diffuasit eam M. Servilius. Verum respondit Heineccius l. laud. incertum esse, utrum Rusca ille et Servilius ante Villium vixerint. Quin et Pighius in Annal. ad A. V. 1oexx. pag. 22. statuit, M. Pinarium Ruscam illo anno tribunum plebis fuisse, et in eo magistratu legem annalem tulisse, adeoque diu post L. Villium vixisse. Insuper ex Cicerone, qui solus legis annalis a Rusca latae meminit, non constat utrum lex jussa, an vero antiquata fuerit; utitur enim Cic. locutione *Rusca cum legem ferret annalem*; jam vero *ferre legem* non tantum est perferre, sed etiam promulgare. Vide Celeberr. Duker. ad Flori 3, 17, 9. Denique de annis, quibus quique magistratus peti capique possent, vide Manut. de Legib. cap. 6.

§. 2. *Praetores quatuor post multos annos lege Baebia creati, qui a ternis ad quaternos jubebat creari*] In archetypo non est *qui a ternis ad quaternos*, sed *qui alternis quaternos*. GELEN. De hac

Digitized by Google

quae alternis quaternos jubebat creari. hi facti, Cn. Cornelius Scipio, C. Valerius Laevinus, Q. et P. Mu-
3 cii Q. F. Scaevolae. Q. Fulvio et L. Manlio consulibus eadem provincia, quae superioribus, pari numero copiae peditum, equitum, civium, sociorum,
4 decretae. In Hispaniis duabus Ti. Sempronio et L. Postumio cum iisdem exercitibus, quos haberent,
5 prorogatum imperium est. et in supplementum consules scribere jussi ad tria millia peditum Romano-

lege nulla in anterioribus, quod equidem sciam, mentio, sicut nec ejus senatusconsulti, quod paulo post [§. 11.] sequitur de ludis factum L. Aemilio, Cn. Baebio consulibus. ubi obiter etiam notandum, *Cn.* legendum, non *C.* ut falso in codicibus scriptum est. GLAREAN. Pighius ad A. V. DLXXIV. verba *post multos annos* hoc sensu accepit, post multos annos, quam lex Baebia de quatuor praetoribus creandis lata fuerat. Eam autem suspicatur A. V. DLXII. a M. Baebio praetore latam fuisse, quum ipse Hispaniam citeriorem, A. Atilius ulteriorem sortiti, pro eis alias provincias accipere, et prioris anni praetores in Hispaniis imperio prorogato manere jussi fuissent; de quo est in Livio 35, 20. Ant. Augustinus in incerto relinquit auctorem et tempus hujus legis latae; sed fieri potuisse dicit, ut alter Baebiorum, qui A. V. DLXXI. et sequenti consules fuerunt, aut alius Baebius in tribunatu eam tulerit. Si hujus rei aliquod argumentum esset, sententia verborum *post multos annos* esse posset, post multos annos, quam pro quatuor praetoribus sex creare coeperant, quod A. V. DLV. factum Livius 32, 27. narrat. Sed quia hoc omnino incertum est, malo amplecti conjecturam Pighii, maxime ideo, quod post A. V. DLXI. duobus praetoribus Hispaniarum semper excepto triennio belli cum Perseo 45, 16. in annum prorogatum est imperium; ob quam causam satis erat alternis annis tantum quatuor praetores creari. Quamquam ne hoc quidem dubitatione aliqua caret. Nam quum ex enumeratione cujusque anni praetorum apud Livium certum sit, totis tredecim annis post A. V. DLXI. semper sex praetores, ut antea, numquam quatuor creatos fuisse, non sine ratione quaeri potest, cur lex illa tamdiu sine effectu fuerit? de quo nihil aliud dici potest, quam quaecumque, sed nobis incognita, de causa otiosam, ut ait Pighius, mansisse. An alio tempore, id est, post A. V. DLXXIV. recepta fuerit, incertum esse scribit Ant. Augustinus. Sed satis constat, eam numquam post hunc annum valuisse. Nam A. V. DLXXVI. (comitia consulum ac praetorum anni DLXXVIII. in Livio desiderantur) usque ad A. V. DLXXXVI. in quo desinit liber 45. Livii, omnibus annis, quibus quatuor praetores ex hac lege creari debuerant, sex facti sunt. Vide 41, 8. 28. 42, 28. 43, 11. et 45, 16. Nec quidquam in aliorum scriptis inventum est, unde appareat, eam

Digitized by Google

rum, trecentos equites; quinque millia sociorum Latini nominis, et quadringentos equites. P. Mu- 6
cius Scaevola urbanam sortitus provinciam est; et ut idem quaereret de veneficiis in urbe, et propius urbem decem millia passuum: Cn. Cornelius Scipio 7
peregrinam, Q. Mucius Scaevola Siciliam, C. Valerius Laevinus Sardiniam. Q. Fulvius consul, *prius,* 8
quam ullam rem publicam ageret, liberare et se et rempublicam religione votis solvendis, dixit, *velle. vovisse,* 9

umquam post hunc annum obtinuisse. De hac lege Pighius in Annal. in Franc. Hotomannum in Indice LL. Romanarum putant intelligendum esse, quod apud Festum in voce *Rogat* legitur: *Cato in dissuasione, Ne lex Baebia derogaretur, ait: Hoc potius agam quod hic ait.* Hunc locum Festi Augustinus praeterit, fortassis quod putavit, non satis certum esse, ad hanc legem Baebiam, an ad leges de ambitu, quas A. V. DLXXII. a consulibus P. Cornelio Cethego et M. Baebio Tamphilo latas scribit Livius cap. 19. Festus respexerit. Sed Sigonius 2. de Judic. 30. non dubitandum affirmat, a Festo legem Baebiam de ambitu significari, inque eam rem non contemnendo argumento ex Nonio in voce *Largi* utitur: *Cato lege Baebia: pecuniam inlargibo tibi.* Verum hoc quidquid est, oportet legem Baebiam de quatuor praetoribus ante A. V. DLXXVI. abrogatam fuisse, quia eo, ac deinde aliis, quibus quatuor praetores ex ea esse debebant, sex, ut dixi, fuerunt. DUKER. Vide etiam Pighium in Annal. ad A. V. CCCLXXXVII pag. 266. *quae alternis*, pro *qui*, primus dedit Vascos.

C. Cornelius Scipio, L. Valerius Laevinus] *Cn. Cornelius* ex consulatu, quem biennio post geret. Tabul. Capitol. Tum *L. Valerius Laevinus* ex consulatu, quem biennio post geret. Tabul. Capitol. et ipsemet Livius. SIGON. Adsentitur Sigonio Pighius in Annal. ad A. V. DLXXIV. pag. 339. itidem docens, iisdem nominibus eos vocari in Fastis Capitolinis. Infra etiam *Cn. Cornelius Scipio Hispalus* consul memoratur 41, 14. et *C. Valerius Laevinus*, qui priori in consulatu mortuo subfectus est cap. 17. et 18.

Q. et M. Mucii Scaevolae] In primo exemplari Germanico *Q. et P. Mucii P. filii Scaevolae.* Optime, si *Q. filii* legas ex Capit. eorum consulatibus. Uterque enim *Q. F. P. N.* proditur, ut germani fratres collegae in praetura sint. SIGONIUS. Lectionem, quam Sigonius ex prima editione recte revocavit, mutarunt Froben. anno 1535. Sigonio hic etiam adsentitur Pighius l. laud.

§. 9. *Vovisse, quo die postremum*] Froben. anno 1535. edidit *vovisse, se quo die.* Si auctoritate Gelenii, isque ita ex cod. Mog. restituit, rectum est, et sequor. Sin, facio cum Gronovio, qui supra cap. 42, 2. observat, pronomen *se* deesse in ed. Moguntina

Digitized by Google

quo die poſtremum cum Celtiberis pugnaſſet, ludos Jovi optimo maximo, et aedem Equeſtri Fortunae sese facturum; in eam rem sibi pecuniam conlatam esse ab 10 *Hispanis.* Ludi decreti, et ut duumviri ad aedem locandam crearentur. de pecunia finitur, *Ne major cauſſa ludorum consumeretur, quam quanta Fulvio Nobiliori, poſt Aetolicum bellum ludos facienti, decreta es-* 11 *set: neve quid ad eos ludos arcesseret, cogeret, acciperet, faceret, adversus id senatusconsultum, quod L. Aemilio,* 12 *Cn. Baebio consulibus de ludis factum eſſet.* Decreverat id senatus propter effusos sumtus, factos in ludos Ti. Sempronii aedilis, qui graves non modo Italiae

aliisque, idque neceſſarium non videri. Eo magis autem deleri malo, quod mox sequatur *sese facturum.* Vix enim Livio dignum videtur *vovisse se, sese facturum.*

§. 10. *Ludos facienti decreta esset*] *ludos faciendi* ed. Moguntina, quod per ellipsin τοῦ *caussa* capi poſſet, pro *ludos faciendi caussa decreti.* V. ad 31, 12, 4. Malo tamen *facienti*, quod Frob. anno 1535. recepit.

§. 11. *L. Aemilio, Cn. Baebio consulibus*] *C. Baebio* ed. Mog. Sed recte Glareanus supra ad §. 2. *Cn. Baebio* scribendum conjecit, quod Vascos. recepit. Et ita non modo supra 39, 56. et variis locis hoc libro conſtanter in Mſtis et edd. vocatur, sed etiam in Faſtis Capitol.

§. 12. *T. Sempronii aedilis*] *Ti. Sempronii* ex consulatu Cap. SIGON. Intelligitur celebris Sempronius Gracchus, cujus tribunatum et praeturam supra Livius memoravit, consulatum vero infra 41, 8. is autem in Faſtis Capitol. vocatur *TI. SEMPRONIVS. P. F. TI. N. GRACCVS.* Familiare autem admodum genti Semproniae eſt illud praenomen *Tiberii.* Vide ad 22, 57, 9. et 34, 42, 3. rarissimum vero praenomen *Titi.* Solent paſſim scribae librarii praenomina illa confundere. V. ad 2, 61, 1. 8, 2, 1. 21, 6, 3. 34, 1, 3. et alibi. Vide etiam ad 41, 6, 3. cap. 8, 1. cap. 21, 9.

§. 1. *Hiems eo anno nive saeva et omni tempestatum genere fuit*] Ita Frob. anno 1535. emendavit. ed. Mog. et proximae legunt *nive et saeva omni.* An forte legendum *nive et omni tempeſtatum genere saeva fuit?* Malo etiam *tempeſtatium*, quemadmodum passim *voluptatium*, *simultatium* Livius dicere amavit.

Decussit cunctas: et ea tum aliquanto, quam alias, longior fuit] In primo exemplari Germ. *deussit.* Sic enim Virgil. [Georg. 93.] *penetrabile frigus adurit.* Et lib. 21, [11, 9.] Livius *peruſtos arus* dixit *frigore.* et lib. superiore [cap. 2, 7.] *M. Aemilius consul agros Ligurum deussit.* SIGON. *denſſorat* primum exemplar. De-

Digitized by Google

ac sociis Latini nominis, sed etiam provinciis externis fuerant.

XLV. Hiems eo anno nive saeva et omni tempe- 1
ſtatum genere fuit: arbores, quae obnoxiae frigoribus sunt, deuſſerat cunctas: et ea tum aliquanto, quam alias, longior fuit. itaque Latinas mox subito 2
coorta et intolerabilis tempeſtas in monte turbavit: inſtauratae qne sunt ex decreto pontificum. Eadem 3
tempeſtas et in Capitolio aliquot signa conſtravit, fulminibusque complura loca deformavit; aedem Jovis Tarracinae, aedem Albam Capuae, portamque Romanam: muri pinnae aliquot locis decuſſae erant.

inde lege *sed et tum aliquanto*. J. FR. GRON. Verius Gronovius *deusserat*, quam Sigonius *deussit*, in ed. Mog. legi monuit: nam *deussit* demum subſtituit Frob. anno 1535. pro quo Basileenses anno 1554. et 1555. *decussit* dederunt, sine dubio operarum errore. *Urere* ejusque composita de frigore, nive, glacie ac similibus paſſim usurpantur. Silius 4, 68.

Hoſtem, miles, habes fractum ambuſtumque nivosis
Cautibus.

Ubi vide, quae notantur, et Robert. Titium ad Calpurn. Ecl. 5, 107. Verbo autem *deurere*, quamvis propria significatione, utitur Livius 10, 4, 7. *Tecta semiruta vici per vaſtationem agrorum deuſti*. et 40, 41, 5. *Vineae caesae frumentaque deuſta*.

§. 2. *Latinas mox subito coorta* etc. *turbavit*] Crevierius vel *mox* exponit paullo poſt hiemem exactam; vel scribendum conjecit *nox subito coorta*, atris nempe nubibus coelum obscurantibus.

§. 3. *Aliquot signa conſtravit*] Vir doctus et subacti judicii locutionem hanc sine exemplo esse monuit, et hinc legere malebat *proſtravit*, ut apud Suet. Vesp. 5. *arbor proſtrata*. Eo sensu *conſternere* usurpari non subcurrit. Jul. Obseq. cap. 41. hoc prodigium referens dicit *signa aliquot dejecta*.

Aedem albam Capuae] *Albam*. Livius 32, 9. *De coelo tacta Capuae aedes, quae Alba dicitur*. SIGON.

§. 4. *Nunciatum et ab Reate, tripedem natum mulum*] Idem prodigium anno praecedenti etiam ab Reate nunciatum eſt supra c. 2. *Simul procuratum eſt, quod tripedem mulum Reate natum nunciatum erat*. Jul. Obsequens id quidem anno praecedenti memoravit cap. 60. At hoc anno silentio praeteriit cap. 61.

§. 5. *Et ob fulminibus complura loca deformata, ad aedem Jovis* etc.] *et fulminibus complura loca deformaret aedem Jovis* ed. Moguntina. Quod nunc editur, Frobenius anno 1531. reſtituit.

Digitized by Google

4 Haec inter prodigia nunciatum et ab Reate, tripedem
5 natum mulum. Ob ea decemviri, jussi adire libros, edidere, quibus Diis et quot hostiis sacrificaretur: et ob fulminibus complura loca deformata ad aedem
6 Jovis ut supplicatio diem unum esset. Ludi deinde votivi Q. Fulvii consulis per dies decem magno adparatu facti. Censorum inde comitia habita: creati M. Aemilius Lepidus pontifex maximus et M. Fulvius
7 Nobilior, qui ex Aetolis triumphaverat. Inter hos viros nobiles inimicitiae erant, saepe multis et in senatu et ad populum atrocibus celebratae certamini-
8 bus. Comitiis confectis, ut traditum antiquitus est, censores in Campo ad aram Martis sellis curulibus consederunt; quo repente principes senatorum cum agmine venerunt civitatis: inter quos Q. Caecilius Metellus verba fecit.

§. 7. *Saepe multis in senatu et ad populum atrocioribus celebratae certaminibus*] Vetus exemplar unicum *et ad populum civibus atrox celebratae*. Scribe *saepe multis et in senatu et ad populum atrocibus celebratae certaminibus*, ut jam edidit Sigonius. J. FR. GRONOV. *et in senatu et ad populum* ed. Mog. omnesque reliquae usque ad Gruterum, cujus postuma demum *et* primo loco omisit, quod Livio reddidi. Dein *ad populum atrocibus celebratae certaminibus* ex depravata unici cod. scriptura jam emendavit Frobenius anno 1531. quod servarunt reliqui editores et cum iis Sigonius usque ad Gruter. qui in ultima ed. *atrocioribus* vulgavit. *inimicitias atroces* mox vocat cap. seq.

§. 8. *Comitiis confectis, ut traditum antiquitus est*] Sic iterum Frob. anno 1531. restituit. Antea Moguntini publicarunt *Comitiis confecti sunt traditus antiquitus est*. Ceterum hanc gratiae reconciliationem inter Aemilium et Fulvium censores celebrant etiam Cic. de Prov. Consul. 4. Valer. Max. 4, 2, 1. et Gell. 12, 8.

In Campo ad aram Martis] De hac ara Martis in Campo vide Nardin. 1. Rom. Vet. 9, et 6, 7. Adde superius dicta ad 35, 10, 12.

§. 1. *Et nos a vobis admonefieri, non vos a nobis debere*] Pro *admonefieri* in archetypo est *admoneri et regi*. GELEN. Moguntini ediderunt *et nos à vobis ea admoneri et fieri, non vos a nobis his debere*. Eorum loco Frob. anno 1531. subjecit *et nos a vobis admonefieri, non vos a nobis debere*; at quadriennio postea, jubente Gelenio, *et nos a vobis et admoneri et regi, non vos a nobis debere*, li-

Digitized by Google

XLVI. *Non obliti sumus, censores, vos paullo ante* 1
ab universo populo Romano moribus noſtris praepositos
eſſe: et nos a vobis et admoneri, et regi, non vos a no-
bis debere. indicandum tamen eſt, quid omnes bonos in 2
vobis aut obſendat, aut certe mutatum malint. Singu- 3
los quum intuemur, M. Aemili, M. Fulvi, neminem
hodie in civitate habemus, quem, si revocemur in suf-
fragium, velimus vobis praelatum eſſe. ambo quum si- 4
mul adspicimus, non poſſumus non vereri, ne male com-
parati sitis, nec tantum reipublicae prosit, quod omni-
bus nobis egregie placetis, quam, quod alter alteri displi-
cetis, noceat. Inimicitias per annos multos vobis ipsis 5
graves et atroces geritis: quae, periculum eſt, ne ex hac
die nobis et reipublicae, quam vobis, graviores fiant.
De quibus caussis hoc timeamus, multa subcurrunt, 6
quae dicerentur; nisi forte inplacabiles veſtrae irae impli-

cet Gelenius illius *et* secundo loco non meminerit in notis.

§. 2. *Aut certe mutatum malit*] Quidam *malint* emendarunt, sed haud scio, itane authores casuum regimen, quod vocant, in verbis commutare consueverint. GLAR. Forte *mutatum malimus*. J. FR. GRON. Frobenius eſt, qui anno 1531. *malit* mutavit in *malint*.

§. 3. *Singulos quum intuemur, M. Aemili, M. Fulvi*] Vir doctus ad marginem editionis Curionis scribendum conjecit, *Singulos quum intuemur, te, M. Aemili, te, M. Fulvi*.

§. 4. *Ambo quum simul aspicimus, non poſſumus non vereri*] *ambo* in accusativo legitur pro *ambos*, ut Virgilius *duo* pro *duos* dixit 11. Aen. [285.]

Si duo praeterea tales Idaea tuliſſet
Terra viros.

Quamquam major neceſſitas Virgilium urguebat. Et poterat etiam hoc in Livio corruptum videri, si non adeo frequens eſſet in vetuſtioribus codicibus. GLAREAN. Utrum *ambo* casu quarto recte dicatur, dubitare non debuerat Glareanus. Vide, quae notantur ad 7, 19, 5. c. 40, 9. et 35, 21, 5. Praeterea *non poſſumus vereri* ed. Mog. Sed recte *non possumus non vereri* emendavit Frob. anno 1531.

§. 6. *Nisi forte inplacabiles fueritis, inplicaverint animos veſtros*] Legendum puto *implacabiles veſtrae irae implicaverint animos veſtros*. GLAR. In Germanico exemplari erat: *nisi forte implacabiles fueritis implicaverint*. Glareanus autem, pro *fueritis*, reſtituit *irae veſtrae*. Ego desiderari alias voces puto. itaque asteriscum apposui. SIGON. Non optime sic

Digitized by Google

7 caverint animos vestros. Has ut hodie, ut in isto templo, finiatis simultates, quaesumus vos universi; et, quos conjunxit suffragiis suis populus Romanus, hac etiam re-
8 conciliatione gratiae conjungi a nobis sinatis. Uno animo, uno consilio legatis senatum, equites recenseatis, aga-
9 tis censum, lustrum condatis: quod in omnibus fere precationibus nuncupabitis verbis, Ut ea res mihi collegaeque meo bene et feliciter eveniat, id ita ut vere, ut ex animo velitis evenire: efficiatisque, ut, quod Deos
10 precati eritis, id vos velle etiam homines credamus. T.

Glareanus, ut cuivis videre pronum. Consultissime forsan Sigonius, qui apposito asterisco desperat. In scripto fuit *implacabiles fueritis implicaverint.* Vide, an potuerit fuisse: *multa succurrunt, quae dicerentur, nisi forte placabiles gravius implicarent animos vestros.* Vel, *irritarent.* Nisi verendum foret, inquit, ne ista relata et repetita animos vestros, nunc forte placabiles, dum ea quodammodo obliterata silentur, acrius irritarent, recrudescentibusque odiis facem subjicerent. J. FR. GRON. Conjecturam Glareani satis refellit ingrata τοῦ *vestrae* et *vestros* repetitio. Gronovius in prima notarum ed. duas alias proposuerat conjecturas, vel legendum esse *si forte implacabiles furiae irarum implicarent animos vestros*; vel *si forte implacabilis furor iris implicaret animos vestros.* ut dicat Metellus, ideo se pericula, reipublicae et discordia eorum inminentia, pluribus non enarrare, quia sperat, facile illos hoc daturos precibus principum senatus, ut bona fide inter se reconcilientur atque in concordiam redeant; secus, si pertinaces crederet, multis eadem exaggeraturus. Dousatius scribere malebat *quae dicerentur, et quae, nisi implacabiles fueritis, placaverint animos vestros.* Facile enim potuisse librarium, quum *implacabiles* scripsisset, scribere *implacaverint* pro *placaverint.* Verum non scripsit *implacaverint*, sed *implicaverint*; deinde de suo interponit voces *et quae.* At praeterea, si crederet Metellus, quae subcurrebant, animos eorum placare posse, cur ea etiam non in medium protulit, sed potius ad preces et obtestationes convertitur? Clericus conjici posse opinatur *quae dicerentur, nisi forte implacabiles fieretis in placandis animis vestris*, hoc sensu: succurrunt quidem, quae dicerentur; ea tamen silebo, ne forte, dum placare vos conor, implacabiles fiatis. Si ex his conjecturis una eligenda foret, vel Gronovianam in repetitis curis, vel illam Clerici ceteris praeferrem; et quidem praesertim Gronovianam, quod proxime ad codicis Mog. lectionem accedat, unde adhuc minus discedemus, si pro *forte implacabiles* non *forte placabiles* cum Gronovio, sed *forsitan placabiles* legerimus. Nondum tamen mihi satisfacio, et forte praestabit, ut Clariss. Crevierius judicat, si pro desperatis relin-

Digitized by Google

Tatius et Romulus, in cujus urbis medio foro acie hostes concurrerant, ibi concordes regnarunt. Non modo simultates, sed bella quoque finiuntur. ex infestis hostibus plerumque socii fideles, interdum etiam cives fiunt. Albani, diruta Alba, Romam traducti sunt: Latini, Sabini in civitatem accepti. Vulgatum illud, quia verum erat, in proverbium venit: Amicitias immortales, inimicitias mortales debere esse. Fremitus ortus cum adsensu, deinde universorum voces idem petentium, confusae in unum, orationem interpellarunt. Inde Aequenda inanibus conjecturis non sollicitemus.

§. 7. *Quos conjunxit suffragiis suis populus Romanus, hac etiam reconciliatione*] Ita Frob. anno 1535. edidit: si autem ex cod. hanc lectionem Gelenius eruit, per me probari licet; sin, rationem nondum video, cur *hos etiam reconciliatione*, ut Moguntini ediderunt, displicuerit.

§. 8. *Uno consilio legatis senatum*] *eligatis* ed. Mog. pro quo recte Frob. anno 1535. substituit *legatis*. Vide ad 2, 1, 10.

§. 9. *Quod in omnibus fere precationibus nuncupabitis verbis*] *quod omnibus* edidit Frob. anno 1535. Sed Gronovius praepositionem *in* ab eo ejectam, quam Moguntini exhibuerant, anno 1665. restituit. Praeterea *nuncupatis his verbis* praefert ed. Moguntina, pro quo Froben. anno 1535. adscivit, quod nunc vulgo exstat.

Ut ea res mihi collegaeque meo bene et feliciter evenias] Precatio sollennis censorum haec est, de qua sic Varro lib. 5. de ling. Lat. [pag. 61.] *Ubi noctu in templo censor auspicaverit, atque de coelo nunciatum erit; praeconi sic imperat, ut viros vocet. Quod bonum, fortunatum, felixque, salutareque siet populo Romano Quiritium, reique publicae populi Romani Quiritium, mihique, collegaeque meo, fidei, magistratuique nostro: omnes Quirites pedites, armatos, privatosque curatores omnium tribuum, si quis pro se, sive pro altero dari rationem volet, voca inlicium.* SIGON.

Id ita ut vere, ut ex animo velitis evenire] Voculam *id*, quam exhibet ed. Moguntina, omisit Frob. anno 1535. et post eum recentiores usque ad Gronov. qui eamdem anno 1665. restituit. Praeterea vir doctus ad marginem ed. Curionis conjecit *et vere, et ex animo*. Male. Vide ad cap. 39, 8.

§. 12. *Amicitias immortales, inimicitias mortales debere esse*] Vocem *mortales*, quae a prioribus edd. etiam prima Moguntina, aberat, Frobenius anno 1531. addidit. Eamdem etiam necessariam judico; sed potius ita transpono: *amicitias immortales, mortales inimicitias debere esse*. Ita enim vox exciderit ob similitudinem praecedentis. V. ad 33, 27, 4. Contra Erasmus in Adagiis tit. *Amicitia* pag. 124. una voce ejecta legendum censuit *amicitias immortales esse debere*. idque

Digitized by Google

milius queſtus quum alia, tum bis a M. Fulvio se certo consulatu dejectum. Fulvius contra queri, se ab eo semper laceſſitum, et in probrum suum sponsionem factam. tamen ambo significare, si alter vellet, se in poteſtate tot principum civitatis futuros. Omnibus inſtantibus, qui aderant, dexteras fidemque dedere, mittere vere ac finire odium. Deinde, conlaudantibus cunctis, deducti sunt in Capitolium. Et

proverbium ex Ariſtot. Rhetor. 21. inluſtravit. Verum sententiam priorem praeferendam puto.

§. 14. *Queſtus quum alia, tum bis a L. Fulvio se certo consulatu dejectum*] *M. Fulvio* perspicue. SIG. Corruptiſſime ed. Moguntina et proximae *queſtus cum allatum vis a M. Fulvio secreto consulatu dejectum.* Quod nunc exſtat, Froben. anno 1531. recte emendavit. *vis* pro *bis* scriptum erat errore scribae, qui literas *b* et *v* confudit. Vide ad cap. 51, 3. *a L. Fulvio*, pro quo Sigonius dedit *a M. Fulvio*, in una tantum ed. Basil. anni 1554. invenio, ubi operarum culpa ita excusum videtur.

Et in probrum suum sponsionem factam] De hac sponsione nihil in superioribus, quod sciam, dixit, quum duobus praecedentibus libris harum inimicitiarum multis saepe meminerit verbis. GLAR.

§. 15. *Omnibus inſtantibus, qui aderant, dexteras fidemque dedere*] Corrupte editio Mog. *Omnibus ſtantibus, qui aderant, dederant dexteras, fidemque dedere.* Adparet illud *dederant* natum eſſe ex praecedenti *aderant.*

Deducti sunt in Capitolium] In Capitolium eos deductos eſſe ad capienda magiſtratus insignia jurandumque in leges, utpote qui ſtatim, poſtquam creati erant, magiſtratum inibant, docet Gruchius 1. de Comit. Rom. cap. 6. circa fin. Contra Abram. ad Cic. de Prov. consul. 9. poſt laudatum Livii hunc locum illuſtraturus censorum deductionem in Capitolium addit, illos eo primum omnium, ut initi magiſtratus officium auspicarentur, se contuliſſe, idque probare conatur loco Plutarchi in Quaeſt. Rom. cap. 97. ubi censores inito magiſtratu nihil prius egiſſe, quam anseribus sacris cibaria et Jovis simulacrum miniandum locaſſe dicuntur. Unde colligendum videtur, eum exiſtimaſſe, ideo nunc censores in Capitolium deductos esse, ut locationem hanc peragerent: quod tamen nemini eum probaturum puto. Omnes enim locationes censoriae in foro Romano haſta posita peractae sunt. De locationibus vectigalium vide Cel. Burm. de Vectig. 8. de locationibus aedium sacrarum tuendarum, equorum Curulium praebendorum, ac similium rerum, vide Liv. 24, 18. Aliud vero in locandis cibariis anserum et minianda Jovis facie, quam in reliquis locationibus censorum, obtinuiſſe, erat probandum. Praeterea verba Plutarchi nihil aliud indicant, quam censores inter prima eorum, quae sibi ratione

Digitized by Google

cura super tali re principum, et facilitas censorum egregie comprobata ab senatu et laudata est. Censoribus deinde postulantibus, ut pecuniae summa sibi, qua in opera publica uterentur, adtribueretur, vectigal annuum decretum est. 16

XLVII. Eodem anno in Hispania L. Postumius et Ti. Sempronius propraetores comparaverunt ita inter se, ut in Vaccaeos per Lusitaniam iret Albinus, 1

magistratus peragenda erant, has locationes curasse. Verior itaque Gruchii sententia videtur; nisi quod forte inter causas aditi Capitolii referendum sit, ut Jovi ceterisque Diis pro adepto honore gratias agerent, et vota susciperent; ob quam eamdem causam consules primo initi honoris die sollemni pompa Capitolium petiisse, notissimum est.

Et cura super tali re principum] *et quum super tali re* ed. Mog. pro quo Frob. anno 1531. emendavit *et curae super tali re*; quod proximi editores servarunt usque ad Basil. qui anno 1555. dederunt *et cura super tali re.* Eamdem lectionem deinde Paris. anno 1573. et reliqui recentiores adoptarunt.

§. 16. *Ut pecuniae summa sibi, qua in opera publica uterentur, adtribueretur*] Ultima vox exsulat ab ed. Moguntina; quam Frob. anno 1531. addidit. Ea in hac re propria fuisse videtur. Certe eadem usus est Livius 44, 16, 9. *Ad opera publica facienda quum eis dimidium ex vectigalibus ejus anni adtributum ex senatusconsulto a quaestoribus esset, Ti. Sempronius ex ea pecunia, quae ipsi adtributa erat, aedes P. Africani* etc. *emit.* Hoc lib. cap. 51, 2. *Opera ex pecunia adtributa divisaque inter se haec confecerunt.* Similiter *adtributam pecuniam* vocari, *quae in stipendium militum de aerario a tribunis aerariis adnumerari quaestori solet*, docet Ascon. Ped. ad Cic. 1. in Verr. 13. Et ita Varro 4. de Ling. Lat. 42. *Ab hoc ea, quae adsignata erat, adtributum dictum. ab eo quoque, quibus adtributa erat pecunia, ut militi reddant, tribuni aerarii dicti. id quod adtributum erat, aes militare.*

Vectigal annuum decretum est] Ita Frob. anno 1535. Priores perperam dederunt *annum.* Per *vectigal annuum* autem intelligendum conjicit Clariss. Crevierius vectigal aliquod, quod in eam rem uno tantum anno penderetur: id autem Livium pluribus verbis non explicare, quia res pervulgata erat, et omnibus nota. Verum locus Livii 44, 16, 9. ad verba praecedentia laudatus, ubi censoribus adtributum dicitur *dimidium ex Vectigalibus ejus anni*, docet, hic intelligendum esse integrum vectigal, sive omnia vectigalia hujus anni.

§. 1. *In Hispania L. Postumius et Ti. Sempronius propraetor comparaverunt*] Scribe *propraetores*, quia supra dixit [cap. 44, 4.] *In Hispaniis duabus Ti. Sempronio et L. Postumio, cum iisdem exercitibus, quos haberent, prorogatum imperium.* SIGON. Ut Sigonius emendat, vel per compendium

Digitized by Google

in Celtiberiam inde reverteretur; Gracchus, si majus ibi bellum esset, in ultima Celtiberiae penetra-
2 ret. Mundam urbem primum vi cepit, nocte ex improviso adgressus. acceptis deinde obsidibus, praesidioque inposito, castella obpugnare, agros urere, donec ad praevalidam aliam urbem (Certimam ad-

proprr. praeferunt omnes edd. praeter Basil. anni 1554. quae perperam *propraetor* exhibet.

Ut in Vacceos per Lusitaniam iret Albinus] Haec verba per aliquot versus male habent, et egregie confusa videntur. Albino in Vacceos eundum erat, Gracchо in Celtiberos. Caeterum *Munda* oppidum Baeticae est, ulterioris Hispaniae, hic tamen a Graccho oppugnatur; quapropter et loca quoque corrupta videntur. *Certimae* nomen apud nullum authorem invenio. GLAR. Scribendum *Vaccaeos* per diphthongum, ut Sigonius, et nuper Hearnius, Clericus, et Crevierius hoc loco, recentiores editores alibi semper dederunt. Vide ad c. 50, 6. Mox *inde in Celtiberiam* Frob. anno 1535. edidit. scripturam priorum editionum *in Celtiberiam inde* Gronov. probavit; quam Clericus recepit.

Si Gracchus majus sibi bellum esset, in ultima Celtiberiae penetraret. Mundam vi cepit urbem, primo adgressos nocte. Acceptis deinde ex improviso obsidibus et castella obpugnare: praesidioque inposito deinde agros urere] Hic praeter alia vitia ordo quoque multipliciter luxatus est. Rectius legetur hoc modo: *Gracchus, quod majus ibi bellum esset, in ultima Celtiberiae penetravit. Mundam urbem primum vi cepit, nocte in improvisio aggressus. Acceptis deinde obsidibus, praesidioque imposito, castella oppugnare, agros urere.* GELEN. Ab Gelenio est. Magontiaci ediderunt: *in Celtiberiam inde reverteretur si Gracchus majus sibi bellum esset in ultima Celtiberiae penetraret.* Scribe: *in Celtiberiam inde reverteretur, si majus ibi bellum esset; Gracchus in ultima Celtiberiae penetraret.* J. FR. GRON. Causam mutandi *penetravit* credo fuisse, quod *esset* requirere videbatur *penetraret*. Sed, si ita legas, sequens periodus abrupta est, nec apte cum praecedenti cohaeret. DUKER. Verisimilem Gronovii conjecturam in contextum receperunt Clericus et Crevierius. Vide, num propius Mſti lectionem, una voce transposita, unaque litera expuncta, legi possit *in Celtiberiam inde reverteretur. Gracchus, si majus ibi bellum esset, in ultima Celtiberiae penetraret.* Si bellum, quod Albinus ibi gereret, gravius esset, quam propraetores existimarant, Gracchus in ultimam Celtiberiam penetraret. *Gracchus, si* dedi, pro *si Gracchus*, deinde *majus ibi bellum*, pro *sibi*. Solent autem voces illae passim in Mſtis commutari. Vide ad 26, 26, 1. Id autem tanto hic facilius fieri potuit, quod prima litera ex fine vocis praecedentis sit repetita. Vide ad 1, 55, 4.

§. 2. *Mundam urbem primum vi cepit*] *Munda* urbs Baeticae est, procul a Celtiberia, in qua Graccho bellum gerendum erat, distans. Hinc Doujatius *Mantuam* legendum conjicit, et intelligit

Digitized by Google

pellant Celtiberi) pervenit. ubi quum jam opera ad- 3
moveret, veniunt legati ex oppido, quorum sermo
antiquae simplicitatis fuit, non dissimulantium bel-
laturos, si vires essent. Petierunt enim, ut sibi in 4
castra Celtiberorum ire liceret ad auxilia accipienda.
si non impetrassent, tum separatim eos ab illis se

notissimam Carpetanorum, qui a Celtiberis haud longe remoti sunt, urbem. Id unum certum est, nisi et altera urbs, *Munda* adpellata, vel in Celtiberia, vel in regione vicina sita fuerit, ejus mentionem hic ferri non posse, et locum vitiosum esse. Praeterea *primo* ed. Moguntina. Quod si codex unicus confirmat, frustra Gelenius in *primum* mutavit.

Castella obpugnare, agros urere] Lege *expugnare*. J. FR. GRON. V. ad 21, 57, 6. et 40, 33, 9. Insuper *deinde agros urere* ed. Mogunt. Sed primam vocem Gelenius expunxit.

Ad praevalidam urbem aliam] *pervalidam* Moguntini, *praevalidam* Frobenius anno 1535. emendavit; qua voce et alibi Livius utitur. Ita 3, 43, 4. *Quum ipse se praevalidus pari viribus animo circumventus tutaretur*. 7, 5, 6. *Se solum, inermem; illum praevalidum juvenem, et stolide ferocem viribus suis*. 26, 16, 7. *Quibusdam delendam censentibus urbem praevalidam, propinquam, inimicam*. Ita *praevalere* in Praefat. *Praevalentis populi vires se ipsae conficiunt*. 2, 55, 6. *Et praevalens ipse, et adjuvantibus advocatis repulso lictore, se in turbam confertissimam recipit*. 5, 15, 7. *Praevalens juvenis Romanus senem infirmum ad suos transtulit*.

Certimam adpellant Celtiberi] Oppidum hoc, diversum esse a *Carstima*, sive municipio Cartimitano, pluribus docet Lud. Nonius in Hispan. cap. 25. Mox *cui quum jam opera*, pro *ubi*, legendum conjicit Clar. Crevierius.

§. 3. *Non dissimulantium rebellaturos esse*] In archetypo est *non dissimulantium bellaturos, si vires essent*, GELEN. Sic [*bellaturos*] primus Curio. Sed unicus liber, et ex eo Mag. Ald. Juntas, Frobenius *rebellaturos*, i. e. repugnaturos. J. FR. GRON. Non primus Curio, sed Froben. anno 1535. *bellaturos* recepit, idque jubente Gelenio, qui cod. unicum secutus est. *Bellare* est bellum gerere. 3, 19, 12. *Magis bellantes, quam pacati, propitios habemus Deos*. 8, 6, 15. *Curam acuebat, quod adversus Latinos bellandum erat*. 33, 12, 6. *De conditionibus pacis semper, non ut ad internecionem bellaretur, differrisse*. cap. 19, 6. *Ne simul et cum Philippo foret bellandum*. Eodem cap. 7. *Facilius cum singulis bellatum est*. 35, 18, 3. *Tamquam non, utrum bellandum esset, nec ne, consuleretur; sed ubi, et qua ratione bellum gereretur*.

§. 4. *Ad auxilia accipienda*] Lege hic quoque *accienda*. nam mox sequitur *si non impetrassent*. Itaque voce dubia opus fuit, qualis est *accienda*. TAN. FABER. 10, 19, 1. *Ne collegae auxilium, quod adciendum ultro fuerit, sua sponte oblatum sperneretur*. ubi librarios saepissime *accire* et *accipere* confudisse docui. Et ita Gronov. le-

Digitized by Google

consulturos. Permittente Graccho, ierunt, et post paucis diebus alios decem legatos secum adduxerunt. 5 Meridianum tempus erat. nihil prius petierunt a praetore, quam ut bibere sibi juberet dari. Epotis primis poculis, iterum poposcerunt; magno risu circumstantium in tam rudibus et moris omnis ignaris 6 ingeniis. Tum maximus natu ex iis, *Missi sumus,* inquit, *a gente nostra, qui sciscitaremur, quatandem re fretus* 7 *arma nobis inferres?* Ad hanc percunctationem Gracchus, *Exercitu se egregio fidentem venisse,* respondit; *quem si ipsi visere velint, quo certiora ad suos re-* 8 *ferant, potestatem se eis facturum esse*: tribunisque militum imperat, ut ornari omnes copias peditum equitumque, et decurrere jubeant armatas. Ab hoc spectaculo legati missi deterruerunt suos ab auxilio cir-

gendum conjicit infra 45, 25. *Cibyratarum adciverant auxilia.*

Tum separatim eos ab illis se consulturos] Forte *tum separatim oppidanos sibi consulturos.* J. FR. GRON. Mitius esse existimat Cl. Crevierius, si, sola voce *eos* deleta, et τῷ *se* in *sibi* mutato, ceteris intactis, legamus *tum separatim ab illis sibi consulturos.* An legendum *tum separatim sibi ab illis se consulturos?*

§. 5. *Ut bibere sibi juberet dari*] Pro, ut potum sibi juberet dari. Vide ad 37, 33, 5. et Hadr. Cardin. de Serm. Latin. pag. 129.

§. 8. *Tribunisque militum imperat, ut* etc. *jubeant*] Ita Frob. publicavit anno 1535. Priores praeferunt *tribunoque* et *jubeat.*

Ab hoc spectaculo legati missi] *Mittere* saepe dici pro *dimittere*, notum est. Sed credo hic quoque scriptum fuisse *dimissi.* 28, 33. *Ab hac oratione dimissos ad iter se comparare in diem posterum jubet.* et aliis locis, quae vide ad 23, 6, 1. DUKER.

§. 9. *Quum ignes nocte turribus nequiquam* etc. *sustulissent*] Videndum puto, an melius sit *e turribus.* Cic. 5. Verr. 35. *Ignis e specula sublatus.* DUK. *nocte*, vel *noctu e turribus*, conjicit etiam Crevierius. Praeterea *nequiquam* ed. Mog. quomodo optimus cod. Mog. etiam supra legit 33, 18, 22. c. 42, 4. c. 44, 9. et ita passim alii integerrimi. In prima parte Livii hanc orthographiam praeferunt Florent. et Leid. 1. in bello Hannibalico idem Florent. Vide insuper Gifanii Collect. in Lucretium voc. *Nequiquam.* Carrion. ad Valer. Flacc. 1, 287. Broukh. ad Prop. 2, 3, 5. et Cortium ad Sall. Catil. 20, 2. Alteram tamen scripturam *nequidquam* antiquiorem es-

Digitized by Google

cumseſſae urbi ferendo. Oppidani, quum ignes nocte turribus nequidquam (quod signum convenerat) ſuſtuliſſent, deſtituti ab unica spe auxilii, in deditionem venerunt. seſtertium quater et vicies ab iis eſt exactum, quadraginta nobiliſſimi equites: nec obsidum nomine, (nam militare juſſi sunt) et tamen re ipsa, ut pignus fidei eſſent. 9 10

XLVIII. Inde jam duxit ad Alcen urbem, ubi castra Celtiberorum erant, a quibus venerant nuper legati. eos quum per aliquot dies, armaturam levem inmittendo in ſtationes, laceſſiſſet parvis proeliis, in dies majora certamina serebat, ut omnes extra munitiones eliceret. ubi, quod petebatur, sensit effectum, auxiliorum praefectis imperat, ut, contracto certamine, tamquam multitudine superarentur, re- 1 2 3

se, docuit Gronov. ad Livii 42, 64, 4.

§. 10. *Nummûm quater et vicies ab iis eſt exactum*] Ita legebatur in quibusdam codicibus. at alii adjecerunt *seſtertiûm*, quasi non idem sit *seſtertius*, qui *nummus*. GLAR. Prima editio et Aldina *numum quater et vicies*, omissa prima voce [*seſtertium*,] aeque corrupte. Non potuit aliter scribere Livius, quam *seſtertiûm quater et vicies ab iis eſt exactum*. Vidit primus Scaliger: nos luculente probavimus [2. de Pec. Vet. 4. pag. 75.] J. FR. GRON. Frobenius eſt, qui anno 1535. *seſtertium nummum* edidit. Si jubente Gelenio, isque ita in unico cod. invenit, illud *nummûm* ex gloſſemate natum credendum eſt.

§. 1. *Ad Alcen urbem*] Vide Cl. Weſſeling. ad Antonin. Itiner. pag. 445.

§. 2. *Armaturam levem inmittendo in ſtationes*] *mittendo* ed. Mog. pro quo Froben. anno 1535. dedit *immittendo*. Forte in unico cod. scriptum fuit *ſ mittendo*, et primi editores primam literam cum addita linea neglegenter omiserunt. Si vero *mittendo* in ipso cod. exaratum exſtitit, nihilominus recte *inmittendo* subſtitutum fuiſſe arbitror, et primam syllabam a sequenti, vel ab ultima litera vocis praecedentis perperam elisam esse. Quin et passim *inmittere* et *mittere* confundi solent, ubi tamen similis erroris cauſſa reddi nequit. V. ad 9, 4, 10. Sollemne autem Livio esse, verbis cum praepositione, adeoque etiam cum *in*, compositis eamdem praepositionem in regimine addere, vidimus ad Praefat. §. 11. Sollemne etiam in hac re eſt verbum *inmittere*. Vide ad 2, 30, 2.

§. 3. *Ubi, quod petebatur, sensit effectum*] *quod petebat is* Mo-

Digitized by Google

pente tergis datis, ad castra effuse fugerent. ipse in-
4 tra vallum ad omnes portas instruxit copias. Haud multum temporis interceſſit, quum ex composito refugientium suorum agmen, post effuse sequentes
5 barbaros conspexit. Instructam ad hoc ipsum intra vallum habebat aciem. itaque tantum moratus, ut suos refugere in castra libero introïtu sineret, clamore
6 sublato, simul omnibus portis erupit. Non sustinuere impetum necopinatum hostes. qui ad castra obpugnanda venerant, ne sua quidem tueri potuerunt. nam extemplo fusi, fugati, mox intra vallum paven-
7 tes compulsi, postremo exuuntur castris. Eo die novem millia hostium caesa: capti vivi trecenti viginti, equi centum duodecim, signa militaria triginta septem. de exercitu Romano centum novem ceciderunt.

XLIX.

guntini ex cod. suo vulgarunt. Postea Froben. anno 1531. pronomen *is* delevit; at quadriennio post insuper *petebat* mutavit in *petebatur*.

§. 1. *Duxit ad populandam Celtiberiam legiones*] *ad depopulandum Celtiberiam* editores Moguntini; quos reliqui recentiores secuti sunt usque ad Gruterum; cujus postrema editio adscivit *ad populandum Celtiberiam*; Gronovius denique anno 1665. *ad populandam Celtiberiam*. Hinc patet, Livium verisimiliter verbo composito usum, et verbum simplex ex mendosissima Gruteri editione natum esse. Utrum vero *depopulandum* cum unico codice, an *depopulandam*, quam formam Gronovius restituit, legi debeat, incertum est. Idem dicendum de similibus locutionibus infra 42, 5, 6. ubi Gronov. et cap. 43, 1. ubi Gruterus eas, invito unico cod. ex quo pars illa Livii publicata est, mutarunt. Hoc certum est, Livium potius participiis passivis in *dus* delectatum esse, quam ita dictis gerundiis verborum. V. ad 1, 53, 3. Observavi autem continua codicum Mssorum Livii tractatione eos, quo antiquiores et integriores sunt, eo constantius hanc formam servare, ubi pejoris notae libri gerundia subponunt. Innumera hujus rei exempla laudare possem, nisi vererer, ne taedio forem. In genere dixisse sufficiat, codd. Medic. Leid. 1. et Mogunt. observationem hanc firmare. Hinc probare nequeo Gronovii conje-

Digitized by Google

XLIX. Ab hoc proelio Gracchus duxit ad depopulandum Celtiberiam legiones. et, quum ferret passim cuncta atque ageret, populique alii voluntate, alii metu jugum acciperent, centum tria oppida intra pauces dies in deditionem accepit: praeda potitus ingenti est. Convertit inde agmen retro, unde venerat, ad Alcen, atque eam urbem obpugnare instituit. Oppidani primum inpetum hostium sustinuerunt: deinde, quum jam non armis modo, sed etiam operibus obpugnarentur, diffisi praesidio urbis, in arcem universi concesserunt. postremo et inde, praemissis oratoribus, in ditionem se suaque omnia Romanis permiserunt. Magna inde praeda facta est. multi captivi nobiles in potestatem venerunt; inter quos et Thurri filii duo et filia. Regulus hic earum gentium erat, longe potentissimus omnium Hispanorum. Audita suorum clade, missis, qui fidem veni-

1 2 3 4 5

cturam, qui 2, 46, 3. invitis omnibus Mstis, legebat *explicandi ordines spatium*, pro *ordinis*: ut nec sententiam Modii, qui ad 29, 35, 12. ex ed. aut. proferens *omnia experiendo*, pro *omnia experiens*, addit, Livium amare ita loqui. Nihilominus adfirmare nolo, Livium alteram loquendi formulam ubique evitasse. Obcurrunt enim in eo quaedam loca, ubi plerique codd. interdum etiam optimi, testantur, ipsum illam etiam adhibuisse. Ita 7, 5, 9. 30, 13, 9. 32, 7, 10. et alibi quibusdam locis. Hoc modo *ad tentandum ultimam spem* in optimo Mogunt. fuisse videtur 38, 3, 7. *nec permittendum spem ullam* in unico cod. infra 42, 43, 11. Plura v. apud Gronov. in prima ed. notarum ad Livii 30, 37. De loco Livii, qui et ab aliis profertur, 26, 43, 3. notandum est, in plerisque et meis, et aliorum codd. etiam fidissimis, magnam ibi lacunam reperiri; certe ex quatuordecim meis tres tantum lacuna carent; quorum duo *obpugnandam*, unus *obpugnandum* praeferunt. De hac materia plura vide apud Sanctium in Minerv. 3, 8. et Perizon. ad eum locum, Duker. ad Livii 7, 5, 9. Cortium ad Sall. Jugurth. 92, 5. et Oudend. ad Frontin. 3, 6, 7. et ad Caesar. 3. B. Gall. 14. Ceterum hic cod. Moguntinum, qui solus nobis hanc particulam operis Liviani servavit, descripsi nolui, sed ejus lectionem contextui reddidi.

§. 4. *In ditionem se suaque omnia Romanis permiserunt.* In ditio-

6 enti in castra ad Gracchum peterent, venit. et primum quaesivit ab eo, *ne sibi liceret ac suis vivere?* quum praetor *victurum* respondisset; quaesivit iterum, *si* 7 *cum Romanis militare licet?* id quoque Graccho permittente, *sequar*, inquit, *vos adversus veteres socios meos, quoniam illos ad me propiunt suspicere.* Secutus est inde Romanos, fortique ac fideli opera multis locis rem Romanam adjuvit.

1 L. Ergavia inde, nobilis et potens civitas, alio-

nem ed. Mog. *in ditionem* Frob. anno 1535. substituit. Utrumque *in ditionem* et *in deditionem venire* recte dici, vidimus ad 33, 37, 4. Hic tamen lectionem Frobenii praeferendam puto, partim quia verisimile est, eum ita edidisse volente Gelenio, Gelenium vero codicem Moguntinum secutum esse, cujus scripturam primi editores malo expressérunt, partim ob additam vocem *Romanis*; quae efficit, ut credam, si codex ille *in deditionem* exhibuit, librarium errasse. Solent autem passim hae voces commutari. V. ad 26, 21, 17.

Inter quos et Turri filii] *Thurri* omnes edd. usque ad Gronovium, qui adspirationem omisit. Id utrum consilio, an casu factum sit, et quae orthographia praeferri debeat, non habeo dicere. Priscam tamen lectionem editorum Moguntinorum fide revocavi.

§. 6. *Quaesivit ab eo, ne sibi liceret ac suis vivere*] Lege *et primum quaesivit ab eo, liceretne sibi ac suis vivere?* Sic enim minus dura erit compositio, sensusque dilucidior. GLAR. Forte *et primum quaesivit, Liberone sibi liceret ac suis vivere?* J. FR. GRON. Idem Gronov. in prima ed. notarum ad 87, 27. tres alias conjecturas proposuit. Vel enim legendum suspicatur *sibine liceret ac suis vivere*, vel *num sibi liceret ac suis vivere*, vel denique *pacatone sibi liceret ac suis vivere*. Clericus conjicit *annè sibi liceret ac suis vivere*, ejusque conjecturam haud improbabilem judicat Crevierius.

§. 7. *Quoniam illos ad me propiunt suspicere*] Quidam emendandum putant *prodeunt suspicere*; sed non placet. Quidam *piguit suspicere*; sed nec illud omnibus placet. Locus a nobis relinquitur dubius. GLAR. Forte *piguit respicere*. J. FR. GRON. Gronovii emendationem parum claram judicat Crevierius. Ipsi satius videtur in ejusmodi locis silere, quam incertas admodum tentare conjecturas. Cervicorn. et Ascens. anno 1530. *prodeunt suspicere* ediderunt, sed forte operarum aberratione.

§. 1. *Ergavia inde, nobilis et potens civitas*] Ptolemaeus [2, 6.] *Ergavicam* nominat in Celtiberis, hanc ut opinor urbem: quanquam idem in Vasconibus *Ergacinam* ponit (ut Graecum nostrum habet exemplar) Ilergetibus vicinam. Res non magni momenti. GLAR. *Ergavica* ex Ptolemaeo et primo exemplari Germ. in quo est paulo post [§. 3.] *Erbicae*, pro *Ergavicae*. SIG. Emendatio-

Digitized by Google

rum circa populorum cladibus territa, portas aperuit Romanis. Eam deditionem oppidorum haud cum 2 fide factam, quidam auctores sunt. e qua regione abduxisset legiones, extemplo inde rebellatum, magnoque eum postea proelio ad montem Chaunum cum Celtiberis a prima luce ad sextam horam diei signis conlatis pugnasse; multos utrimque cecidisse: nec 3 aliud magnopere, ne victos crederes, fecisse Romanos, nisi quod postero die lacessierint proelio ma-

nem hanc probat Cellar. 2. Geogr. Ant. 1. pag. 83. Licet vero vulgatam lectionem (quae in primo exemplari Germanico seu Moguntino exstitit, non *Ergavica*, ut Sigonius adfirmat) in contextu servarim, nihilominus viris doctis adsentior. Eam enim, non Vasconum Ergaviam, intelligi, Celtiberorum in sequentibus mentio evincit. Si enim Ergaviam Vasconum indicasset, inter populos a fide desciscentes non solos Celtiberos, sed etiam Vascones memorasset. Addita etiam descriptio *nobilis et potens civitas*, Ergavicam Celtiberorum, non obscuram Vasconum Ergaviam memorari, docet, ut Cellarius monuit.

§. 2. *Eam deditionem oppidorum*] *Jam deditionem* ed. Mog. *Eam deditionem* emendavit. Frob. anno 1531.

Magnoque eum postea proelio ad montem Caunum] Pronomen *eum*, quod ab edd. Moguntina aliisque proximis abest, Frobenius demum anno 1535. addidit. Praeterea *ad montem Chaunum* edd. usque ad Basilienses, qui anno 1554. adspirationem expunxerunt. Eorum vero lectionem constanter recentiores servarunt. At Is. Vossius ad Melae 3, 1. legendum monet *ad montem Cajum*, at laudat hunc locum Julii Oratoris: *Fluvius Durius nascitur in Carpetania exiens de monte Cajo juxta Pyrenaeum*. Ejusdem nomen etiam restituere conatur Martiali 4, 55. ex libris manu exaratis, et 1, 55. ex conjectura. Hodie mons ille vocari dicitur *Moncayo*, nomine ex illo, quo Julius Orator adpellavit, detorto. Verum, a codicis lectione discedere in re ambigua, religio fuit.

§. 3. *Nec aliud magnopere victores fuisse Romanos*] In primo exemplari German. est, *nec aliud magnopere Erbicae*. quam vocem, qui non intellexerunt, induxerunt. Ergo *Ergavicae*, cujus quatuor ante versibus deditae meminit, puto legendum. Praeterea quod in eodem exemplari est, *nec aliud magnopere Erbicae credere fuisse*, puto legendum, *nec aliud magnopere Ergavicae credere fecisse Romanos*. Etenim aliorum narrat opinionem de rebus a Romanis ad Ergavicam gestis et proeliis cum Celtiberis commissis. SIGON. In primo exemplari Germanico exstabat *nec aliud magnopere Berbice credentes fuisse Romanos, nisi qui postero die accesserint manentes proelio spolia intra vallum per totum diem legisset*. Quae quidem mirifice corrupta et turbata sunt. Sigonius

Digitized by Google

in Celtiberiam inde reverteretur; Gracchus, si majus ibi bellum esset, in ultima Celtiberiae penetra-
2 ret. Mundam urbem primum vi cepit, nocte ex improviso adgressus. acceptis deinde obsidibus, praesidioque inposito, castella obpugnare, agros urere, donec ad praevalidam aliam urbem (Certimam ad-

proprr. praeferunt omnes edd. praeter Basil. anni 1554. quae perperam *propraetor* exhibet.

Ut in Vacceos per Lusitaniam iret Albinus] Haec verba per aliquot versus male habent, et egregie confusa videntur. Albino in Vacceos eundum erat, Graccho in Celtiberos. Caeterum *Munda* oppidum Baeticae est, ulterioris Hispaniae, hic tamen a Graccho oppugnatur; quapropter et loca quoque corrupta videntur. *Certimae* nomen apud nullum authorem invenio. GLAR. Scribendum *Vaccaeos* per diphthongum, ut Sigonius, et nuper Hearnius, Clericus, et Crevierius hoc loco, recentiores editores alibi semper dederunt. Vide ad c. 50, 6. Mox *inde in Celtiberiam* Frob. anno 1535. edidit. scripturam priorum editionum *in Celtiberiam inde* Gronov. probavit; quam Clericus recepit.

Si Gracchus majus sibi bellum esset, in ultima Celtiberiae penetraret. Mundam vi cepit urbem, primo adgressos nocte. Acceptis deinde ex improviso obsidibus et castella obpugnare: praesidioque inposito deinde agros urere] Hic praeter alia vitia ordo quoque multipliciter luxatus est. Rectius legetur hoc modo: *Gracchus, quod majus ibi bellum esset, in ultima Celtiberiae penetravit. Mundam urbem primum vi cepit, nocte in improvisio aggressus. Acceptis deinde obsidibus, praesidioque imposito, castella oppugnare, agros urere.* GELEN. Ab Gelenio est. Magontiaci ediderunt: *in Celtiberiam inde reverteretur si Gracchus majus sibi bellum esset in ultima Celtiberiae penetraret.* Scribe: *in Celtiberiam inde reverteretur, si majus ibi bellum esset; Gracchus in ultima Celtiberiae penetraret.* J. FR. GRON. Causam mutandi *penetravit* credo fuisse, quod *esset* requirere videbatur *penetraret*. Sed, si ita legas, sequens periodus abrupta est, nec apte cum praecedenti cohaeret. DUKER. Verisimilem Gronovii conjecturam in contextum receperunt Clericus et Crevierius. Vide, num propius Mſti lectionem, una voce transposita, unaque litera expuncta, legi possit *in Celtiberiam inde reverteretur. Gracchus, si majus ibi bellum esset, in ultima Celtiberiae penetraret.* Si bellum, quod Albinus ibi gereret, gravius esset, quam propraetores existimarant, Gracchus in ultimam Celtiberiam penetraret. *Gracchus, si* dedi, pro *si Gracchus*, deinde *majus ibi bellum*, pro *sibi*. Solent autem voces illae passim in Mſtis commutari. Vide ad 26, 26, 1. Id autem tanto hic facilius fieri potuit, quod prima litera ex fine vocis praecedentis sit repetita. Vide ad 1, 55, 4.

§. 2. *Mundam urbem primum vi cepit*] *Munda* urbs Baeticae est, procul a Celtiberia, in qua Graccho bellum gerendum erat, distans. Hinc Doujatius *Mantuam* legendum conjicit, et intelligit

Digitized by Google

pellant Celtiberi) pervenit. ubi quum jam opera ad- 3
moveret, veniunt legati ex oppido, quorum sermo
antiquae simplicitatis fuit, non dissimulantium bel-
laturos, si vires essent. Petierunt enim, ut sibi in 4
castra Celtiberorum ire liceret ad auxilia accipienda.
si non impetrassent, tum separatim eos ab illis se

notissimam Carpetanorum, qui a Celtiberis haud longe remoti sunt, urbem. Id unum certum est, nisi et altera urbs, *Munda* adpellata, vel in Celtiberia, vel in regione vicina sita fuerit, ejus mentionem hic ferri non posse, et locum vitiosum esse. Praeterea *primo* ed. Moguntina. Quod si codex unicus confirmat, frustra Gelenius in *primum* mutavit.

Castella obpugnare, agros urere] Lege *expugnare*. J. FR. GRON. V. ad 21, 57, 6. et 40, 33, 9. Insuper *deinde agros urere* ed. Mogunt. Sed primam vocem Gelenius expunxit.

Ad praevalidam urbem aliam] *pervalidam* Moguntini. *praevalidam* Frobenius anno 1535. emendavit; qua voce et alibi Livius utitur. Ita 3, 43, 4. *Quum ipse se praevalidus pari viribus animo circumventus tutaretur.* 7, 5, 6. *Se solum, inermem; illum praevalidum juvenem, et stolide ferocem viribus suis.* 26, 16, 7. *Quibusdam delendam censentibus urbem praevalidam, propinquam, inimicam.* Ita *praevalere* in Praefat. *Praevalentis populi vires se ipsae conficiunt.* 2, 55, 6. *Et praevalens ipse, et adjuvantibus advocatis repulso victore, se in turbam confertissimam recipit.* 5, 15, 7. *Praevalens juvenis Romanus senem infirmum ad suos transtulit.*

Certimam adpellant Celtiberi] Oppidum hoc, diversum esse a *Carstima*, sive municipio Cartimitano, pluribus docet Lud. Nonius in Hispan. cap. 25. Mox *cui quum jam opera*, pro *ubi*, legendum conjicit Clar. Crevierius.

§. 3. *Non dissimulantium rebellaturos esse*] In archetypo est *non dissimulantium bellaturos, si vires essent*. GELEN. Sic [*bellaturos*] primus Curio. Sed unicus liber, et ex eo Mag. Ald. Juntas, Frobenius *rebellaturos*, i. e. repugnaturos. J. FR. GRON. Non primus Curio, sed Froben. anno 1535. *bellaturos* recepit, idque jubente Gelenio, qui cod. unicum secutus est. *Bellare* est bellum gerere. 3, 19, 12. *Magis bellantes, quam pacati, propitios habemus Deos.* 8, 6, 15. *Curam acuebat, quod adversus Latinos bellandum erat.* 33, 12, 6. *De conditionibus pacis semper, non ut ad internecionem bellaretur, differuisse.* cap. 19, 6. *Ne simul et cum Philippo foret bellandum.* Eodem cap. 7. *Facilius cum singulis bellatum est.* 35, 18, 3. *Tamquam non, utrum bellandum esset, nec ne, consuleretur; sed ubi, et qua ratione bellum gereretur.*

§. 4. *Ad auxilia accipienda*] Lege hic quoque *accienda*. nam mox sequitur *si non impetrassent*. Itaque voce dubia opus fuit, qualis est *accienda*. TAN. FABER. 10, 19, 1. *Ne collegae auxilium, quod adciendum ultro fuerit, sua sponte oblatum sperneretur.* ubi librarios saepissime *accire* et *accipere* confudisse docui. Et ita Gronov. le-

Digitized by Google

consulturos. Permittente Graccho, ierunt, et post paucis diebus alios decem legatos secum adduxerunt. 5 Meridianum tempus erat. nihil prius petierunt a praetore, quam ut bibere sibi juberet dari. Epotis primis poculis, iterum poposcerunt; magno risu circumstantium in tam rudibus et moris omnis ignaris 6 ingeniis. Tum maximus natu ex iis, *Missi sumus*, inquit, *a gente nostra, qui sciscitaremur, qua tandem re fretus arma nobis inferres?* Ad hanc percunctationem 7 Gracchus, *Exercitu se egregio fidentem venisse*, respondit; *quem si ipsi visere velint, quo certiora ad suos re-* 8 *ferant, potestatem se eis facturum esse*: tribunisque militum imperat, ut ornari omnes copias peditum equitumque, et decurrere jubeant armatas. Ab hoc spectaculo legati missi deterruerunt suos ab auxilio cir-

gendum conjicit infra 45, 25. *Ciyratarum adciverant auxilia.*

Tum separatim eos ab illis se consulturos] Forte *tum separatim oppidanos sibi consulturos.* J. FR. GRON. Mitius esse existimat Cl. Crevierius, si, sola voce *eos* deleta, et τῷ *se* in *sibi* mutato, ceteris intactis, legamus *tum separatim ab illis sibi consulturos.* An legendum *tum separatim sibi ab illis se consulturos?*

§. 5. *Ut bibere sibi juberet dari*] Pro, ut potum sibi juberet dari. Vide ad 37, 33, 5. et Hadr. Cardin. de Serm. Latin. pag. 129.

§. 8. *Tribunisque militum imperat, ut* etc. *jubeant*] Ita Frob. publicavit anno 1535. Priores praeferunt *tribunoque* et *jubeat.*

Ab hoc spectaculo legati missi] *Mittere* saepe dici pro *dimittere*, notum est. Sed credo hic quoque scriptum fuisse *dimissi.* 28, 33. *Ab hac oratione dimissos ad iter se comparare in diem posterum jubet.* et aliis locis, quae vide ad 23, 6, 1. DUKER.

§. 9. *Quum ignes nocte turribus nequidquam* etc. *sustulissent*] Videndum puto, an melius sit *e turribus.* Cic. 5. Verr. 35. *Ignis e specula sublatus.* DUK. *nocte*, vel *noctu e turribus*, conjicit etiam Crevierius. Praeterea *nequidquam* ed. Mog. quomodo optimus cod. Mog. etiam supra legit 33, 18, 22. c. 42, 4. c. 44, 9. et ita passim alii integerrimi. In prima parte Livii hanc orthographiam praeferunt Florent. et Leid. 1. in bello Hannibalico idem Florent. Vide insuper Gifanii Collect. in Lucretium voc. *Nequiquam.* Carrion. ad Valer. Flacc. 1, 287. Broukh. ad Prop. 2, 3, 5. et Cortium ad Sall. Catil. 20, 2. Alteram tamen scripturam *nequidquam* antiquiorem es-

Digitized by Google

cumsessae urbi ferendo. Oppidani, quum ignes nocte turribus nequidquam (quod signum convenerat) sustuliſſent, deſtituti ab unica spe auxilii, in deditionem venerunt. seſtertium quater et vicies ab iis eſt exactum, quadraginta nobiliſſimi equites: nec obsidum nomine, (nam militare jussi sunt) et tamen re ipsa, ut pignus fidei essent. 9 10

XLVIII. Inde jam duxit ad Alcen urbem, ubi castra Celtiberorum erant, a quibus venerant nuper legati. eos quum per aliquot dies, armaturam levem inmittendo in ſtationes, laceſſiſſet parvis proeliis, in dies majora certamina serebat, ut omnes extra munitiones eliceret. ubi, quod petebatur, sensit effectum, auxiliorum praefectis imperat, ut, contracto certamine, tamquam multitudine superarentur, re- 1 2 3

se, docuit Gronov. ad Livii 42, 64, 4.

§. 10. *Nummum quater et vicies ab iis eſt exactum*] Ita legebatur in quibusdam codicibus. at alii adjecerunt *seſtertium*, quasi non idem sit *seſtertius*, qui *nummus*. GLAR. Prima editio et Aldina *numum quater et vicies*, omissa prima voce [*seſtertium*,] aeque corrupte. Non potuit aliter scribere Livius, quam *seſtertium quater et vicies ab iis eſt exactum*. Vidit primus Scaliger: nos luculente probavimus [2. de Pec. Vet. 4. pag. 75.] J. FR. GRON. Frobenius eſt, qui anno 1535. *seſtertium nummum* edidit. Si jubente Gelenio, isque ita in unico cod. invenit, illud *nummum* ex gloſſemate natum credendum eſt.

§. 1. *Ad Alcen urbem*] Vide Cl. Weſſeling. ad Antonin. Itiner. pag. 445.

§. 2. *Armaturam levem inmittendo in ſtationes*] *mittendo* ed. Mog. pro quo Froben. anno 1535. dedit *immittendo*. Forte in unico cod. scriptum fuit *i mittendo*, et primi editores primam literam cum addita linea neglegenter omiserunt. Si vero *mittendo* in ipso cod. exaratum exſtitit, nihilominus recte *inmittendo* subſtitutum fuiſſe arbitror, et primam syllabam a sequenti, vel ab ultima litera vocis praecedentis perperam elisam esse. Quin et passim *inmittere* et *mittere* confundi solent, ubi tamen similis erroris cauſſa reddi nequit. V. ad 9, 4, 10. Sollemne autem Livio esse, verbis cum praepositione, adeoque etiam cum *in*, compositis eamdem praepositionem in regimine addere, vidimus ad Praefat. §. 11. Sollemne etiam in hac re eſt verbum *inmittere*. Vide ad 2, 30, 2.

§. 3. *Ubi, quod petebatur, sensit effectum*] *quod petebat is* Mo-

Digitized by Google

pente tergis datis, ad castra effuse fugerent. ipse in-
4 tra vallum ad omnes portas instruxit copias. Haud multum temporis intercessit, quum ex composito refugientium suorum agmen, post effuse sequentes
5 barbaros conspexit. Instructam ad hoc ipsum intra vallum habebat aciem. itaque tantum moratus, ut suos refugere in castra libero introïtu sineret, clamore
6 sublato, simul omnibus portis erupit. Non sustinuere impetum necopinatum hostes. qui ad castra obpugnanda venerant, ne sua quidem tueri potuerunt. nam extemplo fusi, fugati, mox intra vallum paven-
7 tes compulsi, postremo exuuntur castris. Eo die novem millia hostium caesa: capti vivi trecenti viginti, equi centum duodecim, signa militaria triginta septem. de exercitu Romano centum novem ceciderunt.

XLIX.

guntini ex cod. suo vulgarunt. Postea Froben. anno 1531. pronomen *is* delevit; at quadriennio post insuper *potebat* mutavit in *potebatur*.

§. 1. *Duxit ad populandam Celtiberiam legiones*] *ad depopulandum Celtiberiam* editores Moguntini; quos reliqui recentiores secuti sunt usque ad Gruterum; cujus postrema editio adscivit *ad populandum Celtiberiam*; Gronovius denique anno 1665. *ad populandam Celtiberiam*. Hinc patet, Livium verisimiliter verbo compositio usum, et verbum simplex ex mendosissima Gruteri editione natum esse. Utrum vero *depopulandum* cum unico codice, an *depopulandam*, quam formam Gronovius restituit, legi debeat, incertum est. Idem dicendum de similibus locutionibus infra 42, 5, 6. ubi Gronov. et cap. 43, 1. ubi Gruterus eas, invito unico cod. ex quo pars illa Livii publicata est, mutarunt. Hoc certum est, Livium potius participiis passivis in *dus* delectatum esse, quam ita dictis gerundiis verborum. V. ad 1, 53, 3. Observavi autem continua codicum Mssorum Livii tractatione eos, quo antiquiores et integriores sunt, eo constantius hanc formam servare, ubi pejoris notae libri gerundia subponunt. Innumera hujus rei exempla laudare possem, nisi vererer, ne taedio forem. In genere dixisse sufficiat, codd. Medic. Leid. 1. et Mogunt. observationem hanc firmare. Hinc probare nequeo Gronovii conje-

Digitized by Google

XLIX. Ab hoc proelio Gracchus duxit ad depopulandum Celtiberiam legiones. et, quum ferret passim cuncta atque ageret, populique alii voluntate, alii metu jugum acciperent, centum tria oppida intra paucos dies in deditionem accepit: praeda potitus ingenti est. Convertit inde agmen retro, unde venerat, ad Alcen, atque eam urbem obpugnare instituit. Oppidani primum inpetum hostium sustinuerunt: deinde, quum jam non armis modo, sed etiam operibus obpugnarentur, diffisi praesidio urbis, in arcem universi concesserunt. postremo et inde, praemissis oratoribus, in ditionem se suaque omnia Romanis permiserunt. Magna inde praeda facta est. multi captivi nobiles in potestatem venerunt; inter quos et Thurri filii duo et filia. Regulus hic earum gentium erat, longe potentissimus omnium Hispanorum. Audita suorum clade, missis, qui fidem veni-

cturam, qui 2, 46, 3. invitis omnibus Mstis, legebat *explicandi ordines spatium*, pro *ordinis:* ut nec sententiam Modii, qui ad 29, 35, 12. ex ed. ant. proferens *omnia experiendo*, pro *omnia experiens*, addit, Livium amare ita loqui. Nihilominus adfirmare nolo, Livium alteram loquendi formulam ubique evitasse. Obcurrunt enim in eo quaedam loca, ubi plerique codd. interdum etiam optimi, testantur, ipsum illam etiam adhibuisse. Ita 7, 5, 9. 30, 13, 9. 32, 7, 10. et alibi quibusdam locis. Hoc modo *ad tentandum ultimam spem* in optimo Mogunt. fuisse videtur 38, 3, 7. *nec permittendum spem ullam* in unico cod. infra 42, 43, 13. Plura v. apud Gronov. in prima ed. nostrarum ad Livii 30, 37. De loco Livii, qui et ab aliis profertur, 26, 43, 3. notandum est, in plerisque et meis, et aliorum codd. etiam fidissimis, magnam ibi lacunam reperiri; certe ex quatuordecim meis tres tantum lacuna carent; quorum duo *obpugnandam*, unus *obpugnandum* praeferunt. De hac materia plura vide apud Sanctium in Minerv. 3, 8. et Perizon. ad eum locum, Duker. ad Livii 7, 5, 9. Cortium ad Sall. Jugurth. 22, 5. et Oudend. ad Frontin. 3, 6, 7. et ad Caesar. 3. B. Gall. 14. Ceterum hic cod. Moguntinum, qui solus nobis hanc particulam operis Liviani servavit, descripsi noluisse, sed ejus lectionem contextui reddidi.

§. 4. *In ditionem se suaque omnia Romanis permiserunt*, in ditio-

6 enti in castra ad Gracchum peterent, venit. et primum quaesivit ab eo, *ne sibi liceret ac suis vivere?* quum praetor *victurum* respondisset; quaesivit iterum, *si* 7 *cum Romanis militare licet?* id quoque Graccho permittente, *sequar*, inquit, *vos adversus veteres socios meos, quoniam illos ad me propiunt suspicere.* Secutus est inde Romanos, fortique ac fideli opera multis locis rem Romanam adjuvit.

1 L. Ergavia inde, nobilis et potens civitas, alio-

nem ed. Mog. *in ditionem* Frob. anno 1535. substituit. Utrumque *in ditionem* et *in deditionem venire* recte dici, vidimus ad 33, 37, 4. Hic tamen lectionem Frobenii praeferendam puto, partim quia verisimile est, eum ita edidisse volente Gelenio, Gelenium vero codicem Moguntinum secutum esse, cujus scripturam primi editores male expressérunt, partim ob additam vocem *Romanis*; quae efficit, ut credam, si codex ille *in deditionem* exhibuit, librarium errasse. Solent autem passim hae voces commutari. V. ad 26, 21, 17.

Inter quos et Turri filii] *Thurri* omnes, edd. usque ad Gronovium, qui aspirationem omisit. Id utrum consilio, an casu factum sit, et quae orthographia praeferri debeat, non habeo dicere. Priscam tamen lectionem editorum Moguntinorum fide revocavi.

§. 6. *Quaesivit ab eo, ne sibi liceret ac suis vivere*] Lege *et primum quaesivit ab eo, liceretne sibi ac suis vivere?* Sic enim minus dura erit compositio, sensusque dilucidior GLAR. Forte *et primum quaesivit, Liberumne sibi liceret ac suis vivere?* J. FR. GRON. Idem Gronovius in prima ed. notarum ad 37, 17. duas alias conjecturas proposuit. Vel enim legendum suspicatur *sibine liceret ac suis vivere*, vel *num sibi liceret ac suis vivere*, vel denique *pacatone sibi liceret ac suis vivere*. Clericus conjicit *annc sibi liceret ac suis vivere*, ejusque conjecturam haud improbabilem judicat Crevierius.

§. 7. *Quoniam illos ad me propiunt suspicere*] Quidam emendandum putant *prodeunt suspicere*; sed non placet. Quidam *piguit suspicere*; sed nec illud omnibus placet. Locus a nobis relinquitur dubius. GLAR. Forte *piguit respicere*. J. FR. GRON. Gronovii emendationem parum claram judicat Crevierius. Ipsi satius videtur in ejusmodi locis silere, quam incertas admodum tentare conjecturas. Cervicorn. et Ascens. anno 1530. *prodeunt suspicere* ediderunt, sed forte operarum aberratione.

§. 1. *Ergavia inde, nobilis et potens civitas*] Ptolemaeus [2, 6.] *Ergavicam* nominat in Celtiberis, hanc ut opinor urbem: quam quam idem in Vasconibus *Ergacium* ponit (ut Graecum nostrum habet exemplar) Ilergetibus vicinam. Res non magni momenti. GLAR. *Ergavica* ex Ptolemaeo et primo exemplari Germ. in quo est paulo post [§. 3.] *Erbicae*, pro *Ergavicae*. SIG. Emendatio-

Digitized by Google

rum circa populorum cladibus territa, portas aperuit Romanis. Eam deditionem oppidorum haud cum 2 fide factam, quidam auctores sunt. e qua regione abduxisset legiones, extemplo inde rebellatum, magnoque eum postea proelio ad montem Chaunum cum Celtiberis a prima luce ad sextam horam diei signis conlatis pugnasse; multos utrimque cecidisse: nec 3 aliud magnopere, ne victos crederes, fecisse Romanos, nisi quod postero die lacessierint proelio ma-

nem hanc probat Cellar. 2. Geogr. Ant. 1. pag. 83. Licet vero vulgatam lectionem (quae in primo exemplari Germanico seu Moguntino exstitit, non *Ergavica*, ut Sigonius adfirmat) in contextu servarim, nihilominus viris doctis adsentior. Eam enim, non Vasconum Ergaviam, intelligi, Celtiberorum in sequentibus mentio evincit. Si enim Ergaviam Vasconum indicasset, inter populos a fide desciscentes non solos Celtiberos, sed etiam Vascones memorasset. Addita etiam descriptio *nobilis et potens civitas*, Ergavicam Celtiberorum, non obscuram Vasconum Ergaviam memorari, docet, ut Cellarius monuit.

§. 2. *Eam deditionem oppidorum*] *Jam deditionem* ed. Mog. *Eam deditionem* emendavit. Frob. anno 1531.

Magnoque eum postea proelio ad montem Caunum] Pronomen *eum*, quod ab edd. Moguntina aliisque proximis abest, Frobenius demum anno 1535. addidit. Praeterea *ad montem Chaunum* edd. usque ad Basilienses, qui anno 1554. adspirationem expunxerunt. Eorum vero lectionem constanter recentiores servarunt. At Is. Vossius ad Melae 3, 1. legendum monet *ad montem Cajum*, at laudat hunc locum Julii Oratoris: *Fluvius Durius nascitur in Carpetania exiens de monte Cajo juxta Pyrenaeum*. Ejusdem nomen etiam restituere conatur Martiali 4, 55. ex libris manu exaratis, et 1, 55. ex conjectura. Hodie mons ille vocari dicitur *Moncayo*, nomine ex illo, quo Julius Orator adpellavit, detorto. Verum, a codicis lectione discedere in re ambigua, religio fuit.

§. 3. *Nec aliud magnopere victores fuisse Romanos*] In primo exemplari German. est, *nec aliud magnopere Erbicae*: quam vocem, qui non intellexerunt, induxerunt. Ergo *Ergavicae*, cujus quatuor ante versibus deditae meminit, puto legendum. Praeterea quod in eodem exemplari est, *nec aliud magnopere Erbicae credere fuisse*, puto legendum, *nec aliud magnopere Ergavicae credere fecisse Romanos*. Etenim aliorum narrat opinionem de rebus a Romanis ad Ergavicam gestis et proeliis cum Celtiberis commissis. SIGON. In primo exemplari Germanico exstabat *nec aliud magnopere Erbicae credentes fuisse Romanos, nisi qui postero die accesserint manentes proelio spolia intra vallum per totum diem legisset*. Quae quidem mirifice corrupta et turbata sunt. Sigonius

Digitized by Google

nentes intra vallum; spolia per totum diem legerint; tertio die proelio majore iterum pugnatum; et tum demum haud dubie victos Celtiberos,

cecidisse (nec aliud magnopere Ergavicae credere se fecisse Romanos, nisi quod manentes intra vallum proelio lacessierint) postero die spolia. Sed si legeris apud ipsum omnia, quae huc pertinent, facile animadvertes, non nisi admodum inepte ista, quae vult, interjecta parenthesi huc loci applicari. Neque convenit illos, quos auctores refert Livius, dicere, *credere se, nihil aliud feciste Romanos:* non est hic historicorum in tali re sermo. Si scirent certo, utcumque esset, adfirmarent, non dicerent *credere se:* si dubitarent, famam fuisse, sic a pluribus relatum creditumque, scriberent. Jam cum legimus *manentes intra vallum*, de castris utique, non de urbe, agi audimus; idque haud dubie de Celtiberorum vallo, non de Ergavicensium moenibus intelligendum. Censeo vulgatae lectionis auctorem, non Sigonium, penetrasse omnino in Livii mentem. Nihil de Ergavica hic voluit: totum est de proelio cum Celtiberis: et haec quidem narratio non soli illi de Ergavicensium deditione, sed toti narrationi praecedenti capitis hujus opponitur, tamquam diversa de illis omnibus, quae retulerat, quorundam scriptorum traditio. Volunt autem illi, non Ergaviae modo, sed etiam Alcae centumque trium illorum oppidorum deditionem haud cum fide factam: sed qua eorum ex regione legiones abduxisset, inde extemplo rebellatum: ita coactum denuo ingenti proelio cum Celtiberorum copiis contractis de summa rerum discrimen facere: ex proelio pares fere partes discessisse: una re visos fuisse Romanos potiores, quod die insequenti rursus in aciem processerint, et obtulerint se certamini, tenentibusque se intra munimenta castrorum hostibus spolia pridie caesorum legerint, et quae porro. Itaque praestat omnino vulgata Sigonianae, quae omnem sensum trucidat. Sed propius vestigia scripturae veteris ita, licebit, reponas: *signis collatis pugnasse: multos utrinque cecidisse: nec aliud magnopere, ne victos crederes, fecisse Romanos, nisi quod postero die lacessierint proelio manentes intra vallum, spoliis per totam diem lectis.* Lib. 27, [2, 9.] *Postero die Romani ab sole orto in multum diei stetere in acie: ubi nemo hostium adversus prodiit, spolia per otium legere.* Et inferius [c. 42, 8.] *Romanus in aciem copiis eductis, postquam neminem signa contra efferre vidit, spolia legi caesorum hostium, et suorum corpora collata in unum sepeliri jussit.* J. FR. GRON. Idem Gronovius in prima notarum editione conjecit *nec aliud magnopere superiores fuisse Romanos, nisi quod postero die lacessierint proelio manentes intra vallum, spolia per totum diem legisse.* Perizonius ad marginem Livii scribendum putavit, *nec aliud magnopere victores fuisse Romanos, nisi quia postero die lacessierint proelio; manentibus intra vallum spolia per totum diem legisse.* Quae primae ed. lectio fuerit, Gronovius indicavit; eam primus mutavit Frobenius, qui anno 1531. edidit, *nec aliud magnopere victores fuisse Romanos, nisi quod postero die manentes intra vallum proelio lacessierint. Spolia per totum diem legisse.* Clericus deinde, non monito lectore, primam partem conjecturae Gronovianae, quemad-

Digitized by Google

castraque eorum capta et direpta esse. Viginti duo millia hostium eo die esse caesa, plus trecentos captos: parem fere equorum numerum; et signa mi-

modum curis repetitis legendum censuit, *nec aliud magnopere, ne victos crederes, fecisse Romanos*, in contextum recepit. Verum ita convenire nequeunt ultima verba *spolia per totum diem legisse*, quae vel ea forma proponenda erant, qua emendavit Gronovius, vel propius vestigia lectionis, quae est in cod. scripto *spolia per totum diem legerint*. Ex duobus his colligebatur, Romanos victos non fuisse, primo quod Celtiberos intra vallum manentes proelio lacessierint; secundo quod, quum ex castris non prodirent, spolia per totum diem legerint. In priori parte horum verborum, quum scripta lectio aperte mendosa, et conjecturis standum sit, integram Gronovii emendationem recepi; in ultimis verbis, ubi conjectura ejus nimium a cod. scripto recedit, *legerint*, pro *legisset*, in contextum admisi.

Postero die manentes intra vallum proelio lacessierint, spolia per totum diem legisse. Tertio die proelio maj. it. pugn.] Has voces *postero die* transferendas ad initium sequentis membri puto, ut sit, *postero die spolia per totum diem legisse*. Primo enim die a prima luce ad sextam horam diei Sempronium pugnasse, multos utrimque cecidisse: postero spolia per totum diem legisse: tertio die majore iterum proelio pugnatum esse. Reliqua parenthesi includenda esse existimo, id est, *nec aliud magnopere Ergavicae credere se fecisse Romanos, nisi quod manentes intra vallum proelio lacessierint*, hoc modo: Ergavica nobilis civitas, aliorum circa populorum cladibus territa, portas aperuit Romanis. Eam deditionem oppidorum haud cum fide factam, quidam auctores sunt, a qua regione abduxisset legiones, extemplo inde rebellatum, magnoque postea proelio eum ad montem Caunum cum Celtiberis a prima luce ad sextam horam diei signis collatis pugnasse: multos utrinque cecidisse (nec aliud magnopere Ergavicae credere se fecisse Romanos, nisi quod manentes intra vallum proelio lacessierint) postero die spolia per totum diem legisse: tertio die proelio majore iterum pugnatum, et tum demum haud dubie victos Celtiberos, castraque eorum capta et direpta esse. SIGON.

§. 5. *Inde debellatum*] *inde bellatum* ed. Mog. pro quo Frob. anno 1531. recte restituit *inde debellatum*. Saepius *bellare* et *debellare* a librariis confundi, vidimus ad Epit. Liv. 37. Hic vero prima *τοῦ debellatum* syllaba intercepta est ab ultima vocis praecedentis.

Veramque pacem, non fluxa, ut ante, fide, Celtiberos fuisse] Si construendum *veram pacem fuisse*, pro *non fluxa* legam *nec fluxa*; alioqui addenda erat conjunctio, ut diligenter expendenti facile patebit. GLAR. Sensus et Latina ratio postulat, ut legamus *fecisse*, ut etiam paulo ante *fecisse Romanos*. SIG. *non ut fluxa ante fide* ed. Mog. ut acque legi possit *non, ut ante, fluxa fide*, quam *non fluxa, ut ante*, quemadmodum Frob. anno 1531. emendavit. Deinde recte Sigonius *fecisse* pro *fuisse*. Passim haec verba commutarunt scribae. Exempla vide 1, 39, 6. cap. 51, 4. 4, 19, 5. cap. 20, 9. c.

Digitized by Google

litaria septuaginta duo. inde debellatum, veramque pacem, non fluxa, ut ante, fide, Celtiberos feciſſe. 6 Eadem aeſtate et L. Poſtumium in Hispania ulteriore bis cum Vaccaeis egregie pugnaſſe scribunt. ad triginta et quinque millia hoſtium occidiſſe, et ca- 7 ſtra obpugnaſſe. Propius vero eſt, serius in provin-

46, 10. 7, 20, 5. c. 22, 11. 10, 9, 13. c. 47, 7. 24, 7, 5. 31, 45, 2. 34, 54, 3. 37, 60, 6. 40, 50, 3. et apud Celeb. Burm. ad Suet. Ill. Gramm. 10. Similiter *defui* et *defeci*. V. ad Epit. Liv. 44.

§. 6. *Bis cum Bracharis egregie pugnasse*] Plinius lib. 4. c. 20. aït, Durium amnem Turdulos a Bracharis discernere. GLAR. Quidam Liviani correctores pro *Vacceis* eſſe reſtituendos *Braccareis* arbitrantur. Quam recte, nihil hic decerno. PIGHIUS. in Annal. ad A. V. IↃLXXIV. pag. 540. *cum Brachis* ed. Mog. pro quo *cum Bracharis* subſtituit Froben. anno 1531. at rectius quadriennio poſtea *cum Vacceis*, nisi quod per diphthongum legendum sit *cum Vaccaeis*, ut Sigonius, et poſtea recentiores ediderunt. Plinius quidem saepe *Bracarum* meminit, hic tamen *cum Vaccaeis*, quam *cum Bracaris*, malo. Exsequitur enim Albinus, quod inter ipsum et Gracchum conveniſſe supra narravit Livius cap. 47. ut *in Vaccaeos per Lusitaniam iret*. Ita ibi praefert ed. Mog. Praeſtat igitur hic *Vaccaeis*, pro *Brachis*, legi, quam supra cap. 47. *Bracaros* pro *Vaccaeos*, et hic *Bracaris* pro *Brachis* mutari: praesertim quum *Vaccaei* ab hoc itinere haud multum remoti fuerint. Durio tantum flumine a *Lusitanis*, per quos in Vaccaeos iret, diviſi. *cum Bracaris* placet etiam Clariſſ. Crevierio. Mox *millia hoſtium* ed. Mog. et reliqui usque ad Gruter. cujus ultima demum editio *millia hominum* adscivit. Priorem itaque scripturam revocavi.

Et caſtra obpugnasse] Lego rursus *expugnasse*. J. FR. GRON. V. ad 21, 57, 6. et 40, 33, 9.

§. 7. *Propius vero eſt, serius in provinciam pervenisse, quam ut ea aeſtate*] Superius Livius aït, collegam T. Sempronium eunti in ulteriorem Hispaniam Albino mandaſſe, ut Q. Fulvium certiorem faceret, Tarraconem exercitum duceret etc. Si igitur hac aeſtate T. Sempronius tot ac tanta egit, potuit et Albinus, praegressus Sempronium, ea aeſtate res gerere. Diversos authores opinor secutum Livium. GLAREANUS. Poſtumius et Gracchus A. V. IↃLXXIII. sortiti fuerant Hispanias, hic citeriorem, ille ulteriorem, cap. 35. et eo anno in illas venerant, cap. 39. Iidem A. V. IↃLXXIV. eas imperio prorogato obtinuerunt, cap. 44. et Poſtumius in Vaccaeos ivit, Gracchus cum Celtiberis bellum gessit, cap. 47. Quum ergo omnia, quae poſt cap. 44. leguntur, aeſtate illius anni, quo imperium iis prorogatum fuerat, gesta narret Livius, quomodo nunc dicit, Poſtumium, quem jam anno priore in provinciam veniſſe, et hoc anno in ea imperio prorogato fuiſſe, antea scripserat, serius in illam veniſſe, quam ut ea aeſtate res gerere potuerit?

Digitized by Google

ciam pervenisse, quam ut ea aestate potuerit res gerere.

LI. Censores fideli concordia senatum legerunt. 1
princeps electus est ipse censor M. Aemilius Lepidus
pontifex maximus: tres ejecti de senatu. retinuit
quosdam Lepidus a collega praeteritos. Opera ex 2

Hoc non facile intellectu est, si superiora suo tempore ac loco relata sunt. DUK. *Propius vero, et serius* ed. Mog. τὸ ἐτ in *est* mutavit Frob. anno 1531.

§. 1. *Senatum legerunt. princeps electus est*] *legerunt* recte emendavit Froben. anno 1531. pro *elegerunt*, quod habuere priores editores. *Legere* enim in hac re sollemne verbum est. Vide ad 2, 1, 10. Verum ita etiam reponendum erat *princeps lectus est*. Ut enim in hac re locutio *legere senatum*, vel *in senatum*, ita etiam *legere principem senatus* placuit. Supra 27, 11, 9. *Senatus lectionem contentio inter censores de principe legendo tenuit. Sempronii lectio erat.* Eodem cap. §. 12. *Lectus a Sempronio princeps in senatu Q. Fabius consul. inde alius lectus senatus.* 34, 44, 4. *Principem senatus P. Scipionem consulem, quem et priores censores legerant, legerunt.* 38, 28, 1. *Senatum perlegerunt. princeps in senatu tertium lectus P. Scipio Africanus.* ubi *legerunt* scribendum dixi. 39, 52, 1. *Principem senatus ipsum L. Valerium censorem lectum invenio.* Eodem cap. §. 2. *Alius princeps in locum ejus lectus non esset.* 41, 27, 1. *Legerunt senatum. Princeps lectus M. Aemilius Lepidus.* 43, 15, 6. *Senatum deinde censores legerunt. M. Aemilius Lepidus princeps ab tertiis jam censoribus lectus.* Epit. Liv. 47. *Princeps senatus lectus Aemilius Lepidus.* Epit. 48. *Princeps senatus ab sextis jam censoribus erat lectus.* His locis Livii Cl. Dukerus, qui similiter legendum putabat, addit loca Gell. 4, 10. *Princeps in senatum lectus fuerat.* et 14, 7. *Qui princeps in senatum lectus esset.* Addit autem, M. Aemilium Lepidum a collega Fulvio principem senatus lectum esse, ut P. Scipio Africanus, et L. Valerius Flaccus a collegis censoribus 34, 44. et 39, 52. ea autem de re videndum esse Manut. de Senat. Rom. cap. 2. *lectus est* etiam Cl. Crevierius scribendum conjecit.

Retinuit quosdam Lepidus a collega praeteritos] Unius censoris judicium neque ad senatorem senatu movendum, neque ad aliorum ordinum cives notandos valuisse, Cicero quoque pro Cluent. 43. ostendit. Vide Gronov. ad Liv. 42, 10. *Praeteritos* autem intelligo, quos praeterire Fulvius voluerat: quia fideli concordia senatum legisse dicuntur. Plura hujus generis loquendi exempla in superioribus adnotata sunt. Add. Gronov. ad 34, 1. DUKER.

§. 2. *Privatamque publicae rei inpensam insuerat*] An *insumserat?* GRUTER. Sane non displicet, quod olim mihi in mentem. Leg. *infulserat.* Et nosti vim illius verbi. TAN. FABER. Cui persuaserit Palmerius, Sallustium in Catilinario bello [c. 24.] scripsisse: *plurimos cuique generis homines adsuisse sibi dicitur.*

Digitized by Google

pecunia adtributa divisaque inter se haec confecerunt. Lepidus molem ad Tarracinam, ingratum opus, quod praedia habebat ibi, privatamque publicae rei impensam inposuerat. Theatrum et proscenium ad Apollinis, aedem Jovis in Capitolio, columnasque circa poliendas albo locavit: et ab his columnis, quae incommode obposita videbantur, signa amo-

Et iterum [in Jugurth. 35.] *sicut multa consuerat*: a *consuo*, non *consuesco*: eidem et *insuere impensam* placere posse puto. Legendum *privatamque publicae rei impensam injunxerat*. Quo verbo inter alia delectatur Livius. Addam unum alterumve exemplum, quae proprie ad hunc usum pertinent. Lib. 26, [35, 9. 10.] *Privatis id seu aequum, seu iniquum onus injungendum esse: nam unde, quum pecunia in aerario non esset, petituros navales socios?* Lib. 42, [50, 2.] *Erant, quibus vel stipendium pendendum, si injungeretur, vel agri parte cedendum, si multarent, videretur*. Nisi malis *imposuerat*. J. FR. GRON. Qui vel obiter tantum et animo alibi occupato proximam Gronovii notam inspexit, is numquam sibi persuadere poterit, Palmerium in Livio emendasse *insuerat*. Et tamen non modo, ut ita sentiret, in animum inducere potuit Doujatius; sed etiam, ut *insuerat* contra aliorum conjecturas defenderet, quod exponit implicaret, adjunxerat. Credidisse videtur, Livium indicasse, Lepidum privata inpensa opus publicum construxisse. Ut ita existimem, illud efficit, quod addat, etiam legi posse *inseruerat*, vel *inferserat*. Neque aliter sensum Livii intellexerunt vel Gruterus, vel Faber. Verum an illud *ingratum opus* foret vel populo, qui onere levabatur, vel ipsi Lepido, qui sponte, a nemine coactus, rem susceperat? Deinde *insuerat* non est Palmerii conjectura, sed ed. Moguntinae, quae diu ante Palmerium natum excusa est, lectio, per omnes deinde recentiores propagata, nisi quod Clericus Gronovii conjecturam priorem adoptarit. Posterior placuit Cl. Crevierio. Alterutra earum probanda est, et quidem posterior propius inhaeret vestigiis scriptae lectionis. Moles ad Tarracinam ingratum populo opus erat, quod Lepidus, qui ibi praedia habebat, insignem fructum inde percepturus esset, et utilitatis, quam ex ea in se redundaturam praevidebat, caussa rem suscepisset, et ita reipublicae injunxisset, vel inposuisset inpensam privatam; id est, publica pecunia construxisset opus, quod ipse aliique, qui itidem ibi praeda habebant, privata inpensa facere debuerant. De usu verbi *injungere* v. ad 32, 3, 4. verbi *inponere* ad 4, 32, 7. et 10, 37, 5.

§. 3. *Theatrum et proscenium ad Apollinis*] *Theatrum ut proscenium* perperam ed. Mog. pro quo Frob. anno 1531. emendavit *et proscenium*. Saepe *et* atque *ut* a librariis commutari, vidimus ad 21, 28, 8.

Columnasque circa poliendas albo locavit: et ab his columnis, quae incommode obposita] *apposita* le-

Digitized by Google

vit: clipeaque de columnis, et signa militaria adfixa omnis generis demsit. M. Fulvius plura et majoris 4 locavit usus: portum et pilas pontis in Tiberim; quibus pilis fornices post aliquot annos P. Scipio Africanus et L. Mummius censores locaverunt inponendos. basilicam post argentarias novas et forum 5 piscatorium, circumdatis tabernis, quas vendidit in

gendum puto: quanquam id parvi momenti. GLAR. Pighius [in Annal. ad A. V. ıɔLxxiv. p. 338.] *circumpoliendas albario.* Non probo. est enim illius idem sensus. *Album*, ut [4, 25, 13.] *Album in vestimentum addere.* Multo minus ejusdem *incommode apposita. Opposita* sunt obstantia, et ita columnas minus conspectas reddentia. Similis error Sigonii c. 5. *lana, quae Jovi opposita fuit.* Corrigit ex Julio Obseq. *apposita.* atqui ex Livio corrigendus Obsequens. J. FR. GRON. *poliendas alvo* ed. Mogunt. literis *v* et *b* commutatis; quo errore *vis* pro *bis* datum est in eodem libro Mogunt. supra cap. 40, 7. et 46, 14. Alia plura vide ad 5, 24, 5. Recte *albo* adversus Pighium defendit Gronov. Vide ad 4, 25, 13. Recte etiam *opposita*, pro quo *apposita* fide Glareani Vascos. in contextum recepit. Vide ad 28, 13, 6.

§. 4. *Portum et pilas pontis in Tiberim*] *pontem et pilas pontis* fortasse rectius. PIGH. in Annal. ad A. V. ıɔLxxiv, 338. Nec portum, nec pontem a M. Fulvio censore locatum usquam alibi inveni. Donat. de Urb. Rom. 3, 21. et Nardin. Rom. vet. 8, 3. hunc locum citantes, retinuerunt *portum*, nec tamen, ubi ille fuerit, docuerunt. Pontem autem, cujus pilas Fulvium locasse scribit Livius, cum aliis eum intelligunt, quem P. Victor *Palatinum* vocat. Ex illorum sententia ergo pons jam ante censuram Fulvii fuit. DUK. Male *pontem* Pighius. Pons enim constat ex pilis et fornicibus. Si autem alii censores pilis a Fulvio exstructis postea fornices inponi curarunt, ergo Fulvius non integrum pontem fieri curavit. Portus tamen Tiberini alibi mentionem non invenio. *Emporium ad Tiberim* factum supra memorat Livius 35, 10. quod postea lapide stratum refert 41, 27.

P. Scipio Africanus et L. Nummius censores] Miror, quod in omnibus fere codicibus legatur *L. Nummius*, pro *M. Mummius.* Is est, qui Corinthum cepit bello Achaïco, unde ipse quoque Achaïcus dictus est, consul cum L. Cornelio Lentulo, post primum Scipionis Aemyliani consulatum. GLAR. Pro *Nummius*, ut praeferunt edd. principes, ante Glareanum *Mummius* edidit Frob. anno 1535. Est autem sollemnis librariorum error, quem supra etiam castigavit Sigonius ad 38, 54, 5. ubi Glareanus siluit. Recte autem Glareanus vidit, L. Mummium, Scipionis in censura collegam, eum esse, qui bello Achaïco Corinthum cepit: de quo postea idem dubitavit ad Valer. Max. 6, 4, 2.

§. 5. *Basilicam post argentarias novas, et forum piscatorium*] Distin-

Digitized by Google

6 privatum; et forum, et porticum extra portam Trigeminam, et aliam post navalia, et ad fanum Herculis, et post Spei ad Tiberim aedem Apollinis Me-
7 dici. Habuere et in promiscuo praeterea pecuniam. ex ea communiter locarunt aquam adducendam, for-

etio post vocem *novas* interposita videtur indicare, Fulvium locasse basilicam, eumdem etiam locasse forum piscatorium; quum tamen fori piscatorii Livius jam supra meminerit 26, 27, 2. Delet igitur Clariss. Crevierius interpunctionem, ut sensus Livii sit, basilicam a Fulvio locatam fuisse post argentarias novas et post forum piscatorium: ex eodem autem Livii loco decet idem Crevier. argentarias novas et forum piscatorium jungi, tamquam loca vicina.

§. 6. *Porticum extra portam Trigeminam, et aliam post navalia.*] *Tergeminam* Priscianus de Numeris. SIG. Tres porticus extra hanc portam memorat Livius: unam A. V. IↃLX. a L. Aemilio Paullo et M. Aemilio Lepido aedilibus curulibus factam 35, 10. quae A. V. IↃLXXIX. a censoribus refecta est 41, 27. alteram A. V. IↃLXI. a M. Tuccio et P. Junio Bruto aedilibus curulibus 35, 41. tertiam hanc. DUK. Apud Priscianum de Numeris pag. 1358. nihil aliud invenio, quam inter compositiones et derivationes multifarias verborum numeralium referri vocem *tergeminus*, nullo addito exemplo ex Livio, multo minus hoc loco. Servanda igitur est vulgata scriptura, quam firmat ed. Mog. Certe *portae Trigeminae* saepius meminit Livius, ut 4, 16. 35, 10. 41. et 41, 27. sed ubique in hanc scripturam conspirant codd. Vide ad Epit. Liv. 1. Praeterea *et alia* ed. Mog. pro quo Prob. anno 1531. recte *et aliam* dedit. Non enim verisimile est, postea Fulvium alia navalia, vel alia opera post navalia locasse.

Ad Tiberim aedem Apollinis Medici.] Aedes haec multis posteа saeculis ibidem permansit, saepius ob vetustatem reparata. Vidi ipse antiquum ejus aedis titulum, basi marmoreae insculptum: quae non procul inde ex ruinis extracta, parieti vicinae domus privatae cujusdam inserta est, ad ipsam fere ripam Tiberis, retro cerdonum plateam. Et hic talis est: [Gruter. Inscr. 38, 6.]

APOLLINI. SANCTO
MEMMIVS VITRASIVS
ORFITVS. V. C
BIS. PRAEF. VRBIS
AEDEM PROVIDIT
CVRANTE. EL. CLAVDIO
EVANGELO. V. C. COMITE.

Quae reparatio facta est tempore imperatorum Constantii et Juliani Apostatae, sub quibus hic Vitrasius Orfitus urbis praefectus fuit, ut nobis antiquissimo manuscripto praefectorum urbis catalogo compertum est, Valeriano 2. et Gallieno consulibus exordium sumente, cui suffragatur etiam Ammianus Marcellinus lib. 14, [6.]. Sed haec aliquanto latius, ut inquisitoribus antiquitatum urbis Romae gratificarer. PIGH. in Annal. ad A. V. IↃLXIV. pag. 338.

§. 7. *Habuere et in promiscuo praeterea pecuniam.*] Loquitur de

Digitized by Google

nicesque faciendos. Impedimento operi fuit M. Licinius Crassus, qui per fundum suum duci non est passus. Portoria quoque et vectigalia iidem multa 8 instituerunt. complura sacella publica, quae fuerant occupata a privatis, publica sacraque ut essent, pa-

censoribus. Itaque vox *praetores* perspicue mendosa est, et sine ullo sensu: suspicor legendum *praeterea*. Sic enim aït [cap. 46, 16.] *Censoribus postulantibus, ut pecuniae summa sibi, qua in opera publica uterentur, attribueretur, vectigal annuum decretum est.* Item [hoc cap.] *Opera ex pecunia attributa divisaque inter se haec confecerunt.* Postremo: *Habuere et in promiscuo praeterea pecuniam: ex ea communiter locarunt aquam adducendam*, id est, praeter eam, quam inter se diviserant, habuerunt aliam promiscuam. SIGON. Ab Sigonio est [*praeterea,*] quum scriptus *praetores*. Scribe: *Habuerunt et in promiscuo partem pecuniae.* J. FR. GRON. Sigonii conjecturam, quae propius vestigia cod. scripti servat, Gronovianae praefero.

§. 8. *Sacella publica, quae occupata a privatis, publicaque sacra ut essent, paterentque populo, curarunt*] Mutuati sunt a Pighio. Membrana, *publicaque sua occupata a privatis*. Lege *complura sacella publica, quae fuerant occupata a privatis, publica rursus ut essent, paterentque populo, curarunt.* J. FR. GRON. Edd. principes praeferunt *sacella publica que sua occupata a privatis publicaque sacra ut paterent essentque populo curarunt.* Sed mox in prima parte horum verborum, τῶν *sua* ejecto, Frobenius anno 1531. vulgavit *sacella publicaque occupata.* Inde Pighius in Annal. ad A. V. ıɔlxxıv. pag. 338. emendavit *sacella publica, quae occupata*; quod ultima Gruteri editio in contextum recepit. Sed optime Gronovius, vestigiis Mssti insistens, reponendum conjecit *sacella publica, quae fuerant occupata:* quod recte Crevierius adoptavit. ex *fuerant* sive, ut forte per compendium scriptum fuerat, *fu'ãt* factum est *sua*. Posteriorem partem verborum Pighius ibid. transpositis vocabulis ita refinxit: *publica sacraque ut essent, paterentque populo, curarunt.* Hinc ultima Gruteri editio adscivit *publicaque sacra ut essent, paterentque.* Gronovius legendum putat *publica rursus ut essent, paterentque:* quod Clericus et Crevierius admiserunt. Sed Pighii emendatio, quae propius ad scripturam codicis accedit, et sensui convenit, magis placet. Privati sacella publica occupando non tantum ea quodammodo privati juris, sed et profana effecerant: curarunt itaque censores, ut publica et sacra iterum fierent. Ei igitur in contextu locum dedi.

§. 9. *Regionatimque generibus hominum, caussisque, et quaestibus, tribus, descripserunt*] Regiones quatuor urbis, quatuor sunt tribus urbanae; reliquae tribus rusticae regiones et praefecturae sunt in Italia. In suffragiorum ratione descripserunt tribus illi censores ex ordinibus et generibus, artificiisque et quaestibus: ut homines unius ordinis et generis, ut unius causae et quaestus simul ferrent suffragium. Itaque in regione tribus Sergia

Digitized by Google

9 terentque populo, curarunt. Mutarunt suffragia: regionatimque generibus hominum, cauſſisque, et quaeſtibus, tribus descripserunt.

a LII. Et alter ex censoribus M. Aemilius petiit ab senatu, ut sibi dedicationis templorum Reginae Junonis et Dianae, quae bello Liguſtino ante annis a octo voviſſet, pecunia ad ludos decerneretur. Viginti millia aeris decreverunt. dedicavit eas aedes,

omnes, qui calcearii erant, simul suo ordine suffragium ferebant: ac sic genera et quaeſtus certo ordine descripserant per omnes regiones et tribus: ut, cum ad tribum aliquam ventum eſſet, scirent senatorii et equeſtris ordinis viri, quando sibi in suffragium eundum eſſet, et deinceps alii inferiorum ordinum et quaeſtuum. TURNEB. 30. Advers. 24. Multus eſt in explicando hoc loco Gruchius de Comit. Rom. 4. ubi hanc mutationem suffragiorum ad tributa, non ad centuriata comitia pertinuisse disputat. DUK. V. Octav. Pantagathum, cujus sententiam, ab Ant. Auguſtino literis mandatam, et ad se transmiſſam, Fulv. Urſinus inseruit notis ad Livii 1, 43, 12.

§. 1. *Ante annis octo voviſſet*] Insolens admodum locutio, cujus me alibi in Livio exemplum observare non memini. Quod enim secundum vulgatam lectionem huc adferri poſſet ex Livii 38, 52, 8. optimi codicis fide emendavi. Proxime tamen huc accedit, Livium diziſſe *poſt aliquanto*, *poſt paucis diebus*, ut vidimus ad 2, 31, 4. et ita *poſt aliquot annis* erat in multis codd. supra 7, 2, 8. Hic tamen mallem *ante annos octo*, vel *annis ante octo*.

§. 4. *Dedicavit eadem Larinum Permaximum. vouerat eam annis quadraginta ante*] Hic locus magnam habet difficultatem. Primum quidem, qui sint *Lares Permarini*, quod adhuc quaero, nec uspiam me legere memini. Deinde quod ait: *vouerat eam annis quadraginta ante L. Aemylius Regillus*, id non ita habet: nam hic Aemylius claſſe adversus Antiochum pugnavit anno 11. hujus decados, L. Cornelio Scipione et C. Laelio consulibus, ut ipse Livius author eſt lib. 37, [29, 30.] videlicet ante magnam illam pugnam apud Magnesiam ad Sipylum montem. Quapropter pro *quadraginta* legendum *XII*. Et ipsi numeri, in codicibus arrosi, facile errorem praebere poterant, *XL* et *XII*. Talia saepe negligunt, qui alia optime emendare solent. GLAR. Meminit hujus aedis Macrobius lib. 1, [10.] *Kal. Januar.* inquit, *feriae sunt Laribus dedicatae, quibus aedem bello Antiochi L. Aemilius Regillus praetor in campo Martio curandam vovit.* Quod autem scriptum eſt *annis duodecim*, intelligendum eſt, eſſe legendum *undecim*. Cum enim ante legeretur *quadraginta*, Glareanus, vitio agnito, *duodecim* reſti-
„tuit, † Glareanus toties clamat,
„pro uno anno cum nemine se
„certaturum, quod loquendi di-
„versitas apud authores hoc co-
„gat. Et hic Sigonius id sibi ad-
„scribit, quasi a nemine antea
„animadversum.„ †. Error enim

Digitized by Google

utramque in circo Flaminio. ludosque scenicos tri- 3
duum post dedicationem templi Junonis, biduum post
Dianae, et singulos dies fecit in circo. Idem dedi- 4
cavit aedem Larium Permarinum in Campo. voverat
eam annis undecim ante L. Aemilius Regillus, navali
proelio adversus praefectos regis Antiochi. Supra 5
valvas templi tabula cum titulo hoc fixa est: *Duello magno regibus dirimendo * caput subigendis patrandae*

ex notis natus est *XL* et *XI*. Docui autem, in ejusmodi loquendi genere anni extremi, quo res geritur, rationem non haberi. Sic paullo ante dixit *annis ante octo*, cum tamen *novem*, nisi hanc formulam tueretur, fuisset ei dicendum. Quod item ait *praefectos regis*, supra *praefectum* dixit lib. 37, [58.] *L. Aemilio Regillo, qui classe praefectum Antiochi regis divicerat*. Polyxenidam autem intelligit; affuisse autem etiam Annibalem, tradit Florus de bello Syriaco [2, 8.] de quo in ea pugna nihil Livius. SIG. *Lares Permarini* in vet. lexico apud Turneb. 20. Adv. 35. dicuntur *Θεοὶ διαπόντιοι*. In ea voce turpis menda est in Glossar. Gr. Lat. Labbaei. *Διαπόντιοι, permanet*, pro *Permarini*, ut recte in Glossar. Lat. Gr. editum est. *Permarinos* autem eosdem esse, quos *Marinos* vocat Varro apud Nonium v. *Strophium*, putat Turneb. 28. Advers. 13. ubi, ut et in Scaligeri edd. Varronis, emendatius leguntur verba Varronis, quam in vulgatis libris Nonii. DUK. De *taribus Marinis* ac *Permarinis* vide Taubm. ad Plauti Bacchid. 2, 1, 3. Barth. ad Calpurn. Ecl. 2, 64. et Doctiss. Abresch. lib. 2. Animad. cap. 27. Recte vero Sigonius pro *annis quadraginta ante* legit *annis undecim ante*, et errorem ortum esse docet ex confusis notis numeralibus *XL* et *XI*. Vide alia exempla ad 27, 40, 14. et 39, 20, 7.

§. 5. *Tabula cum titulo*]. Hunc titulum misere habitum repraesentavi, quemadmodum ex unico libro proditus est, ut doctis integra facultas esset divinandi; nisi quod *το Camuchumque* mutavi. Fulvii *regnumque ejus in potestatem populi Romani redactum* nimium videtur. J. FR. GRON. Ut locus exhibeatur ad fidem cod. Moguntini, infra §. 7. prius *ejus*, a Sigonio ex conjectura additum, expunxi.

*Duello magno regibus dirimendo * caput subigendis patrandae pacis*] Haec alia hujus loci difficultas invincibilis absque vetusti codicis fide. *Inter Ephesum Camachumque*, inquit. *Camachus* quid sit, nemo, opinor, novit. Forte dicere voluit *inter Ephesum Samumque*. Quanquam Myonnesum insulam inter Teium et Samum lib. 37, [12. 13.] depinxerit Livius, quam Strabo lib. 14. [643.] ait inter Teon et Lebedum. Porro id magis corruptum, *inspectante consule ipso*. Consul enim longe aberat in Thracia, transitum parans per Hellespontum: nisi diversos secutus sit authores, ut solet, Livius. Quae deinde sequuntur verba, aeque obscura sunt, praecipue de navibus, quas hic ait captas sexaginta duas, cum lib. 37, [30. 3

Digitized by Google

pacis haec pugna exeunti L. Aemilio M. Aemilii filio auspicio, imperio, felicitate ductuque ejus inter Ephesum,

quadraginta duas dicit captas: qui error haud dubie etiam ex numerorum transpositione ortus est, *LXII* pro *XLII*. GLAR. Miror hunc locum, non depravatum solum, sed ex omni parte divulsum ac laceratum, ne asteriscō quidem in optimis Gallorum exemplaribus esse notatum. Quo de loco quid sentiam, dicam: nam omnino illum restituere non possum, praesertim vero cum veterum exemplarium fide destitutus sim. Primum igitur dico, ad explendum horum verborum sensum, *Duello magno regibus dirimendo caput subigendis patrandae pacis* multa desiderari: neque enim haec aut inter se, aut cum insequentibus ullo modo consentiunt. Reges autem videntur intelligere Antiochum et Eumenem. Etenim cum Eumenes a Seleuco, Antiochi filio, obsideretur, L. Regillum advocavit, teste Livio et Appiano. Itaque hunc titulum pugnae suae praetulisse videtur Regillus, ut proelium regum dirimeret, et pacem componeret. Deinde ne haec quidem, *haec pugna exeunti L. Aemilio M. Aemilii filio* congruunt cum iis, quae sequuntur, *auspicio, imperio*. Desideratur enim verbum, cui vox *pugna* jungatur. praeterquam quod et magistratus et cognomen L. Aemilii intercidit, quae in hujusmodi re affingi accuratissime solent, ut in tabula Gracchi lib. 41, [28, 9.] *Ti. Sempronii Gracchi consulis auspicio imperioque* etc. Praeterea nec haec inter se conveniunt. *auspicio, imperio, felicitate, ductuque ejus inter Ephesum Camuchumque*, niai quod pro *Camuchumque*, *Samum*, *Chiumque* legendum est ex verbis Livii, ubi hanc pugnam descripsit. At vero haec *inspectante consule ipso Antiocho, exercitu omni, equitatu, elephantisque* luxata verba sunt, et ex alio loco temere, nescio quo pacto, in hunc translata: neque enim pugnatum est praesente aut consule, aut Antiocho: neque equitatus, neque elephanti ad pugnam navalem pertinent: ergo sine controversia e medio tollenda, atque ita oratio connectenda: *auspicio, imperio, felicitate, ductuque ejus classis regis Antiochi* etc. Quod autem scriptum est *classis regis Antiochi antea sit victa, fusa, contusa*, vitiose est. Legendum est enim, *classis regis Antiochi ante D. XI. K. Jan. victa*. Etenim Macrobius hoc die in proelio votam esse aedem a L. Regillo ait: et in notis facilis lapsus est *ante D. XI. Kal. antea sic:* et in tabula hac diei factam esse mentionem, quo pugnatum est, apparet ex verbis, quae sequuntur, *ibique eo die naves longae*. Hoc autem ita esse, ex eo etiam perspici potest, quod L. Aemilius eodem anno Kal. Feb. triumphasse ob hanc victoriam a Livio ipso traditus est. Postremo ne haec quidem verba *ea pugna pugnata rex Antiochus regnumque* expletam continent sententiam. Suspicor autem librarium, cum scripsisset *regnumque ejus*, oculis in sequentia verba conjectis *ejus rei ergo*, versum, pro sententia perficiebatur, per incuriam transcendisse. Nam vox *ejus* bis scribenda est, ut et *regnum ejus* dicamus, et *ejus rei ergo*. Nam in extrema etiam Gracchi tabula haec verba sunt: *cujus rei ergo hanc tabulam donum Jovi dedit*. Quamobrem sic hunc locum describendum censeo: *Duello magno regibus dirimendo * caput * subigendis * patrandae pacis*

Digitized by Google

Samum, Chiumque, inspectante eos ipso Antiocho, exercitu omni, equitatu, elephantisque, classis regis Antio-

***. *haec pugna exeunti L. Aemilio M. F. Regillo praetori* *** *auspicio, imperio, felicitate, ductuque ejus inter Ephesum, Samum, Chiumque classis regis Antiochi ante D. XI. K. Jan. victa, fusa, contusa, fugataque est: ibique eo die naves longae cum omnibus sociis captae XLII. Ea pugna pugnata rex Antiochus regnumque ejus ***. Ejus rei ergo aedem Laribus Permarinis vovit. Permarinos* autem *Lares* vocavit L. Aemilius, quia mari sibi affuerant. Nam Curius aram dedicaverat K. Majis Laribus Praestitibus, quod praestitissent moenibus urbis, auctore Ovidio lib. 5. Fastor. [129.] SIG. Prima hujus tabulae verba Jac. Perizonius in margine Livii ita scribenda existimat: *Duello magno dirimendo regibus subigendis.* Et sane ita exhibet Atilius Fortunatianus in Arte apud Putsch. inter Grammaticos vett. pag. 2680. *Apud nostros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant, victoriaeque suae titulum Saturniis versibus prosequebantur, talia reperi exempla. Ex Regilli tabula:*

Duello magno dirimendo, regibus subigendis.

Ex quo constat, titulum versibus Saturninis conceptum fuisse. Verum quid fiet de voce *caput?* an corrupta, et loco non suo posita ita emendari potest? *caussa patrandae pacis.* Per *reges subigendes* forte intelligendi Antiochus ejusque filius Seleucus: nam filii regum etiam *reges* vocantur. V. ad 2, 2, 11. vel *regibus subigendis* est cogendis, et tum per *reges* cum Sigonio intelligendi Antiochus et Eumenes.

L. Aemilio M. Aemilii filio] Sigonius existimat, hic intercidisse cognomen L. Aemilii, et nomen magistratus, quem gesserit, quam victoriam obtineret; quae in ejusmodi re adfingi adcuratissime solebant. Legit itaque *L. Aemilio M. F. Regillo praetori.* Clariss. Jac. Perizonius etiam in margine Livii emendandum censuit *L. Aemilio, M. F. Regillo,* omissa voce *praetore.* Sigonio favet fragmentum inscriptionis, quae est in basi columnae rostratae. Ejus prima, quae supersunt, verba ita ex quorumdam sententia concepta sunt: *C. D : .: .: .: .: M. F. M. N. C : .: .: L,* quod supplent *C. Duilius M. F. M. N. consul.* ubi cognomen omissum est, quia nullum habuit; certe id non additur in Fastis Capitol. consularibus et triumphalibus A. V. cccccxciii. At T. Quinctius Cincinnatus in simili tabella triumphali dignitatis quidem nomen addidit, sed cognomen omisit supra 6, 29. *Jupiter atque Divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem caperet.*

Inter Ephesum, Samum, Chiumque] Hujus tabulae, cujus Atilius Fortunatianus etiam meminit, postrema verba ita videntur emendanda: *inter Ephesum, Samum, Chiumque, inspectante eos ipso Antiocho, exercitu omni, equitatu, elephantisque, classis regis Antiochi victa, fusa, fugataque est: ibique eo die naves longae cum omnibus sociis captae XLII. Ea pugna pugnata, rex Antiochus regnumque ejus in potestatem populi Romani redactum. Ejus rei ergo aedem Laribus Permarinis vovit.* URSIN.

§. 6. *Naves longae cum omnibus sociis captae LXII*] Supra 37, 30, 7. 8. *Capessunt fugam, quadraginta*

Digitized by Google

*chi antea sic victa, fusa, contusa, fugataque est, ibique eo die naves longae cum omnibus sociis captae LXII. Ea pugna pugnata; rex Antiochus regnumque **. Ejus rei ergo aedem Laribus Permarinis vovit.* Eodem exemplo tabula in aede Jovis in Capitolio supra valvas fixa est.

LIII. Biduo, quo senatum legerunt censores, Q. Fulvius consul, profectus in Ligures, per invios montes vallesque saltus cum exercitu transgressus, signis con-

duabus navibus in ea pugna amissis, quarum decem et tres captae in potestatem hostium venerunt, ceteras incensae aut demersae. Ex hoc loco patet, non tantum male hic in unico cod. legi *captae LXII.* sed etiam melius Ursinum *captae XIII.* emendasse, quam Sigonium, qui malebat *captae XLII.* Mecum sentit Cl. Dukerus, qui insuper laudat App. Alex. in Syriac. pag. 104. ὧν τρισκαίδεκα ἀνδράσιν ἑλήφθησαν. Ubi tollendum putabat relativum ὧν, quia naves captae non possunt numerari inter eas, quae διεφθάρησαν.

§. 1. *Per invios montes vallesque saltus cum exercitu transgressus*] Vir doctus in Miscell. Obs. tom. 2. pag. 307. *montes callesque* emendat. Clariss. Crevierius vocem *vallesque* occupasse putat locum alicujus epitheti, quod Livius *saltus* adposuerat, ac legendum esse conjicit *per invios montes difficilesque saltus.* Quidam ad marginem ed. Curionis, transposita copula, scribebat *per invios montes, valles, saltusque.* Verum, si id voluit Livius, mallem *vallesque et saltus.* Aliud latere arbitror, vel integrioris MSi, vel felicioris ingenii opo emendandum. Cl. Dukerus nihil mutandum putabat, quia *valles* semper sunt, ubi *montes*, et per eas plerumque difficilis et impeditus est transitus.

§. 3. *Celeriter et ex provincia*] Videtur *Celeriter, ut ex provincia literae Romam venerunt, supplicationes* etc. JAC. GRON. Particulae illae saepius commutantur in membranis vetustis. Vide ad 21, 28, 8. At, judice Crevierio, gravius ulcus latet, et *Celeriter* hic omnino superfluum est, nec a Livio profectum videtur.

§. 5. *Galli Transalpini, tria millia hominum, in Italiam transgressi*] *Italiam transgressi* sine praepositione ed. Moguntina. *Transgredi regionem* est eam transire. Supra c. 22. *Maedicam primum deinde solitudines interjacentes Maedicae atque Haemo transgressus.* Verum is sensus hujus loci non est. Recte igitur Frob. anno 1535. emendavit *in Italiam transgressi. Transgredi in regionem* notat, transitis aliis locis in eam ingredi. Supra 2, 39, 3. *In Latinam viam transversis tramitibus transgressus.* 22, 13, 2. *Qua die Hannibal in Italiam est transgressus.* 29, 22, 6. *Galli Transalpini transgressi in Venetiam.* cap. 45, 6. *Galli Trans-*

Digitized by Google

conlatis cum hoste pugnavit: neque tantum acie vicit, sed castra quoque eodem die cepit. tria millia ducenti hostium, omnisque ea regio Ligurum in deditionem venit. Consul deditos in campestres agros deduxit, praesidiaque montibus inposuit. Celeriter et ex provincia literae Romam venerunt. supplicationes ob eas res gestas in triduum decretae sunt. Praetores quadraginta hostiis majoribus per supplicationes rem divinam fecerunt. Ab altero consule L. Manlio nihil memoria dignum in Liguri- 2 3 4

alpini per saltus ignotae antea viae in Italiam transgressi. 41, 5, 9. *Ex Liguribus in provinciam Galliam transgressus.* 44, 55, 2. *Postquam in Athamaniam est transgressus.* Vocula *in*, quae in cod. aut certe ed. Mogunt. non adparet, elisa est ab ultima litera proximae vocis. V. ad 10, 13, 3.

Agrum a consule et senatu petebant] *a COSS et senatu*, id est, *a consulibus*, ed. prima. *a COS et senatu* Frob. anno 1531. *a consule et senatu* Sigon. et ed. ultima Gruteri, ac recentiores reliqui. Verum ambo consules Ligures provinciam sortiti erant; a quibus etiam et a senatu agrum Galli petiisse videntur: at senatus alterutri consulum Fulvio rem commisit. Priscam igitur lectionem *a consulibus* revocavi.

§. 2. *Quum desiderio anxius filii, tum poenitentia crudelitatis suae, quae stimulabat animum: et alter filius, haud dubie* etc.] Assentior Florebello ita legenti: *cum desiderio anxius filii, tum poenitentia crudelitatis suae. Stimulabat animum et alter filius.* SIG. Bene Florebellus. Sed malim adhuc illud *quae* converti *in quin*. GRUTERUS. Forte etiam legendum *haud dubius et sua et aliorum opinione rex.* V. ad 34, 43, 5.

§. 4. *Et cum eo Antigonus Echecratis filius*] Philippi pater fuit Demetrius, qui decem regnavit annis: cui in regno successit Antigonus Echecratis frater, Philippi tutor, de quo multa Polyb. lib. 2. ad finem. Hic igitur Antigonus, qui cum Philippus hic loquitur, nepos ex fratre tutoris Antigoni fuit. GLAR. Particulam *et* omittit ed. Moguntina, quae etiam praefert *Euchecratis filius.* Frobenius anno 1531. *Echecratis* reposuit, quadriennio autem post voculam connectentem addidit. Utrumque recte. *Echecrates* usitatissimum Graecis nomen est. *Echecrates Thessalus* memoratur Polybio 5, 63. et et 82. *Echecrates*, qui tempore Timaei vixit, et Dionysii tyranni nomine legationem obiit, eidem in Excerpt. de Virtut. et vit. pag. 1395. *Echecrates* sacerdos Apollinis Tegyraei Plutarcho in Pelop. pag. 286. *Echecrates Phliasius*, philosophus Pythagoreus, Diog. Laërt. 8. de Vit. Philos. 46. *Echecrates*, Eëtionis pater, Herodot. 5, 92. *Γόργονας Ἐχεκράτους* in marmore apud Gruter. pag. 217. Iisdem etiam usitatum

Digitized by Google

5 bus est gestum. Galli Transalpini, tria millia hominum, in Italiam transgressi, neminem bello lacessentes, agrum a consulibus et senatu petebant, ut
6 pacati sub imperio populi Romani essent. Eos senatus excedere Italia jussit, et consulem Q. Fulvium quaerere, et animadvertere in eos, qui principes et auctores transcendendi Alpes fuissent.

1 LIV. Eodem anno Philippus rex Macedonum, senio et moerore consumtus post mortem filii, decessit. Demetriade hibernabat, quum desiderio an-
2 3 xius filii, tum poenitentia crudelitatis suae. stimulabat animum et alter filius, haud dubie et sua et aliorum opinione rex, conversique in eum omnium ocu-

fuit inde formatum nomen Ἑλεκρατίδης. Vide Suid. ea voce. Ὀρέσης ὁ Ἑλεκρατίδου υἱὸς τοῦ Θεσσαλῶν βασιλέως obcurrit apud Thucyd. 1, 111. Ἑλεκρατίδης ἀνὴρ Λαρισσαῖος apud Pausan. in Phocic. 16. Ceterum secundum Ludovicum Nonnium comment. in Goltzii Graec. pag. 202. Antigonus Gonatas praeter filium Demetrium, qui in regno Macedoniae successit, et Philippi pater, Perseï avus exstitit, alium habuit filium Alcyoneum. unde nati Antigonus, qui tutor Philippi fuit, et Echecrates Antigoni hoc loco memorati pater. Alcyoneum sive Halcyoneum Antigoni Gonatae filium fuisse, constat ex Plut. in Pyrrh. pag. 406. et Diog. Laërt. 4. de Vit. Phil. 41. Echecratem, Antigoni tutoris fratrem, alterius Antigoni patrem recte statui, hic locus docet: denique Alcyoneum exstitisse patrem Antigoni tutoris et Echecratis, probatur ex conlatis locis Plutarchi et Pausaniae, quorum ille Antigonum tutorem vocat ἀνεψιὸν Demetrii in Aemil. Paull. pag. 258. hic vero in Achaïc. 7. eumdem Philippi ἀνεψιόν. Vox autem ἀνεψιὸς aeque patruelem ac fratris filium notat, eaque priori sensu apud Plutarchum, posteriori apud Pausaniam usurpari videtur. Hunc Antigonum tutorem viduam regis Demetrii uxorem duxisse, et ea ratione Philippi, qui successit, vitricum exstitisse, narrant Justin. 28, 3. et Plutarch. ac Pausan. locis laud.

Regis vir majestatis] Malim *regiae vir majestatis*. Rex enim fuerat. Ita ante legebatur. SIGON. Illud *regis* in una tantum ed. Basil. anni 1554. legitur, verisimiliter operarum errore. At *regiae*, ut Sigonius emendavit, omnes reliquae edd. praeferunt.

Nobili etiam pugna adversus Cleomenem Lacedaemonium clarus. Tutorem eum Graeci etc. *adpellarunt*] Hunc Graeci Euergeten et Sotera vocarunt, auctore Suida: Ἀντίγονος Εὐεργέτης νικήσας μάχῃ

Digitized by Google

hi, et destituta senectus; aliis exspectantibus suam mortem, aliis ne exspectantibus quidem. Quo magis angebatur, et cum eo Antigonus Echecratis filius, nomen patrui Antigoni ferens, qui tutor Philippi fuerat, regiae vir majestatis, nobili etiam pugna adversus Cleomenem Lacedaemonium clarus. Tutorem eum Graeci, ut cognomine a ceteris regibus distinguerent, adpellarunt. Hujus fratris filius Antigonus ex honoratis Philippi amicis unus incorruptus permanserat: eique ea fides, nequaquam amicum Persea, inimicissimum fecerat. is, prospiciens animo, quanto cum periculo suo haereditas regni ventura esset ad Persea, ut primum labare animum regis, et 4 5 6 7

Κλεομένην τὸν ἀπὸ Λακεδαιμονίων βασιλέα, ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τῆς Σπάρτης, καὶ οὐ μόνον ἐκρίθη παρ' αὐτὸν καιρὸν Εὐεργέτης, ἀλλὰ καὶ μεταλλάξας Σωτήρ. Tutor autem Philippi pueri fuerat, ut Plutarch. quoque tradit in Paulo [pag. 258.] qui hunc eundem *Δώσωνα* vocatum scribit. Et Pausanias in Achaïc. [c. 7.] SIGON. Locus, quem Sigonius ex Suida laudavit, plenius apud eum videri potest; is autem, ut viri docti observarunt, sua hausit ex Polyb. 5, 9. Proelium vero inter Antigonum et Cleomenem describit idem Polyb. 2, 67. et seqq. Hunc Antigonum Philippi tutorem fuisse, passim tradiderunt Plutarch. Pausan. et Justin. locis laud. Adde Polyb. 2, 45. et Prologos Pompeji Trogi lib. 28. Tutoris autem cognomine adpellatum fuisse, quod hic memorat Livius, aliunde nondum didici. Nummum ejus ediderunt Spanhem. d. Us. et praest. num. diss. 5. p. 367. ed. Amstel. et Beger. in Thes. Brand. tom. 1. pag. 247. Verum nomini ejus nullum cognomen additur.

§. 6. *Eique ea fides, nequaquam amicum Persea, inimicissimum reddiderat*] Scripsisse Livium existimo *neque ante amicum Persea.* J. FR. GRON. Recte Clariss. Crevierius judicat, vulgatam lectionem satis claram per se videri. *Persea nequaquam amicum*, id est inimicum, *fecit inimicissimum.* Supra 24, 26, 14. *Caedemque, per se miserabilem, miserabiliorem casus fecit.* 42, 25, 2. *Sua sponte infestum Persi senatum insuper accenderunt.* Epit. Liv. 48. *Id nunciantes infestum jam senatum Karthaginiensibus infestiorem fecerunt.* Sall. Jugurth. 10. *Tua virtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti.* Mox §. seq. *haereditas ventura regni esset ad Persea* edd. ante Frobenianam anni 1535.

§. 8. *Quum multa adsoleat veritas praeberè vestigia sui*] *adsolet* ed. Mog. et ejus traduces. *adsoleat* emendavit Frob. anno 1535.

Digitized by Google

8 ingemiscere interdum filii desiderio sensit; nunc praebendo aures, nunc laceſſendo etiam mentionem rei temere actae, saepe querenti querens et ipse aderat. et, quum multa adsoleat veritas praebere veſtigia sui, omni ope adjuvabat, quo maturius om-
9 nia emanarent. Suspecti et miniſtri facinoris, Apelles maxime et Philocles, erant; qui Romam legati fuerant, literasque exitiales Demetrio sub nomine Flaminini adtulerant.

1 LV. Falsas eſſe, et a scriba vitiatas, signumque
2 adulterinum, vulgo in regia fremebant. Ceterum,

§. 9. *Qui Romam legati fuerant*] *Romani legati* ed. Mog. prò quo recte Froben. anno 1531. *Romam legati* reſtituit. Ita 28, 9, 1. *Quum Q. Fabius, Maximi filius, legatus ab M. Livio consule Romam ad senatum nunciaſſet.* 33, 48, 3. *Legatum se Tyrum dici juſſit.* 39, 35, 7. *Legationem Romam adversus gentem Achaeorum ita de ipsis meritam suscepiſſent.* Epit. Liv. 35. *P. Scipio Africanus legatus ad Antiochum.* Paullo ante Crevier. legendum conjicit *Suspecti ex miniſtris.* In sequentibus vero male ed. Mog. *Flaminii:* Froben. anno 1535. recte dedit *Flaminini.*

§. 1. *Eas falsas eſſe, et a scriba vitiatas*] Non prima editio, non Aldina, non plures aliae habent τὸ *Eas:* eſt ergo recentiorum, non Livii. Adde, quae ad 34, 56, 1. J. FR. GRON. Voculam *Eas*, quam recte Gronov. expunxit, primum inveni in ed. Lugdunensi anni 1553. tum in Sigonianis, et hinc in reliquis recentioribus ante Gronovium. Vide etiam Gronov. ad 1, 1, 11.

§. 2. *Forte Xychus obvius fit Antigono*] De hoc Xycho nec uno quidem verbo ulla in superioribus fit mentio, quum alios Persei fautores nominarit, ut Philoclem et Apellem. GLAR. Ideo forte Livius nullam antea Xychi mentionem feeit, quia eos tantum nominatim memoravit, qui, maxima dignitate in aula Philippi praediti, praecipui auctores exſtiterunt fraudis ac perfidiae, qua Demetrius periit. Inter eos refero Apellem et Philoclem, τοὺς τότε δοκοῦντας εἶναι πρῶ. τους φίλους τοῦ βασιλέως, teſte Polyb. Exc. Legat. num. 46. Hi enim legati Romam miſſi exitiales Demetrio literas inde adtulerunt, ut Livius narrat, non tantum cap. praec. sed etiam 20. et 23. Xychus vero non ejus erat dignationis, sed legatorum tantum miniſter, et forte scriba. Certe modo praeceſſit, rumorem in aula fuiſſe, literas, sub nomine Flaminini a legatis Apelle et Philocle adlatas, falsas eſſe, et a *scriba* vitiatas. Sequitur vero Xychum ordinem omnem facinoris legatorum, *miniſteriique sui* exposuiſſe.

Magno te aeſtimaturum] Ita recte Froben. anno 1531. emendavit, quum priores praeferrent *exiſtimaturum.* Vide ad 34, 2, 5.

Digitized by Google

quum suspecta magis, quam manifesta esset res, forte Xychus obvius fit Antigono, comprehensusque ab eo in regiam est perductus. relicto eo custodibus, Antigonus ad Philippum processit. *Multis*, inquit, 3 *sermonibus intellexisse videor, magno te aestimaturum, si scire vera omnia possis de filiis tuis, uter ab utro petitus fraude et insidiis esset. Homo unus omnium, qui* 4 *nodum hujus erroris exsolvere possit, in potestate tua est Xychus. forte vocatum perductumque in regiam vocari juberet.* Adductus primo ita negare inconstanter, 5 ut, parvo metu admoto, paratum indicem esse adpa-

§. 4. *Forte vocatum perductumque in regiam vocari juberet*] Locum asterisco notavi, quia sententia expleta non est. Quae quidem haec videtur fuisse. *Hortatur inde, ut eum forte vocatum*, etc. Hic autem Xychus scriba legatorum videtur fuisse, quia subdit: *ordinemque omnem facinoris legatorum, ministeriique sui exposuit.* SIG. Quid hoc *forte vocatum?* dein *vocari forte vocatum?* Leg. *forte oblatum.* Et vere: nam antea dixit *forte obvius.* TAN. FABER. Locum asterisco signat Sigonius, quippe implenam sententiam requirere: *Hortatur inde, ut eum forte vocatum.* Fieri potest, sed nihil requiret tale integra sententia, si scribas *jube.* Quis autem non offenditur illo *vocatum vocari?* praesertim quum falsum sit *vocatum. Forte Xychus obvius fit Antigono* dixerat. Scribe *Forte oblatum perductumque in regiam vocari jube.* Lib. 5, [13, 12.] *Palantes, veluti forte oblati, populatores Capenatis agri.* J. FR. GRON. Recte Crevierius viris doctis, *oblatum* pro *vocatum* legentibus, adsentitur. *Forte oblatum* est forte obviam factum. Ita infra 42, 66, 6. *Phalanx* etc. *captivorum agmini oblata, vehiculisque frumento onustis.* Similiter *se obferre* dicuntur, qui obviam eunt. Supra 2, 60, 2. *Concordiae ducis exercitusque non ausi obferre se.* 3, 50, 16. *Non satis audentibus singulis invidiae se obferre.* Idem vero Crevierius judicat, necesse non esse, ut *juberet* mutemus in *jube*: mutationem enim orationis directae in indirectam, quamvis non admodum frequens sit, non carere tamen exemplis. In eam rem laudat orationem Quinctii ad Achaeos 35, 49. in qua varie modo indirectam, modo directam orationem iterum iterumque adhibet.

§. 5. *Parvo metu admoto*] *amoto* ed. Mog. pro quo recte Froben. anno 1531. dedit *admoto.* Passim haec verba a librariis commutantur. V. ad 2, 12, 13. 3, 38, 11. 5, 32, 7. c. 51, 9. 6, 16, 8. c. 25, 11. c. 33, 5. aliisque locis. Adde Rob. Titium ad Calp. Ecl. 5, 44. et Modium Novant. Ep. 17. Pari modo librarios ubique confudisse omnia verba cum praepositione *a* et *ad* composita, olim docui ad Silii 11, 14. Ejusdem rei varia in Mss Livii exempla ob-

Digitized by Google

rerct. conspectum tortoris verberumque non sustinuit: ordinemque omnem facinoris legatorum mini-
6 steriique sui exposuit. Extemplo missi, qui legatos comprehenderent, Philoclem, qui praesens erat, obpresserunt: Apelles, missus ad Chaeream quemdam persequendum, indicio Xychi audito, in Italiam tra-
7 jecit. De Philocle nihil certi vulgatum est. alii primo audaciter negantem, postquam in conspectum adductus sit Xychus, non ultra tetendisse; alii tor-
8 menta etiam inficiantem perpessum adfirmant. Philippo redintegratus est luctus geminatusque: et infelicitatem suam in liberis graviorem, quod alter periisset, censebat.

1 LVI. Perseus, certior factus omnia detecta esse, potentior quidem erat, quam ut fugam necessariam
2 duceret. tantum, ut procul abesset, curabat, interim

currunt. Ita *abdere* et *addere* 2, 45, 7. *abducere* et *adducere* 27, 29, 1. *abesse* et *adesse* 28, 8, 11. *abjicere* et *adjicere* 10, 30, 6. *abire* et *adire* 6, 13, 4. *abjudicare* et *adjudicare* 4, 1, 4. *ablatus* et *adlatus* 3, 42, 6. *ablegare* et *adlegare* 6, 2, 4. *abnuere* et *adnuere* 36, 34, 6. *abortus* et *adortus* 4, 33, 9. *abripere* et *adripere* 2, 33, 7. *abscisus* et *adcisus* 3, 10, 8. *absumere* et *adsumere* 2, 42, 4. *amoliri* et *admoliri* 5, 22, 3. *amonere* et *admonere* 3, 4, 1. *aversus* et *adversus* 2, 31, 6. *avocare* et *advocare* 4, 61, 3. Verum haec sufficiunt.

§. 6. *Missi, qui legatos comprehenderent, Philoclem* etc. *obpresserunt*] Lectio haec debetur editioni Frob. anni 1531. In prioribus fuit *misit, qui legatos comprehenderent. Philoclem* etc. *obpresserunt*. Mox *ad Chaeream persequendum quemdam* ed. Mog. Ordinem dictionum mutavit eadem Frobenii editio.

§. 7. *De Philocle nihil certi vulgatum est*] *negatum est* ed. Mog. quod quum sensui non conveniret, Frob. anno 1531. edidit *traditum est*, at quadriennio post *vulgatum est:* quod propius ad primam lectionem accedit, et aeque sensui satisfacit atque illud, quod prius receperat.

Alii primo audacter negantem, postquam in conspectum adductus sit Xychus, non ultra tetendisse] Prima et eidem proximae editiones *audaciter*. Idem restituimus lib. 22, 25, 10. *Audaciter se laturum fuisse de abrogando Q. Fabii imperio*. J. FR. GRON. *audacter*, pro *audaciter*, primum obcurrit in ed. Paris. anni 1573. Praeterea *negant, postquam in conspe-*

Digitized by Google

velut ab incendio flagrantis irae, dum Philippus viveret, se defensurus. qui, spe potiundi ad poenam corporis ejus amissa, quod relinquum erat, id studere, ne super inpunitatem etiam praemio sceleris frueretur. Antigonum igitur adpellat; cui et palam facti parricidii gratia obnoxius erat, neque pudendum aut poenitendum eum regem Macedonibus, propter recentem patrui Antigoni gloriam, fore censebat. 3

Quando in eam fortunam veni, inquit, *Antigone, ut orbitas mihi, quam alii deteſtantur parentes, optabilis eſſe debeat; regnum, quod a patruo tuo forti, non ſolum fideli, tutela ejus cuſtoditum et auctum etiam accepi, id tibi tradere in animo eſt. Te unum habeo, quem dignum regno judicem. si neminem haberem, perire et exſtingui id mallem, quam Perseo sceleſtae fraudis praemium eſſe. Demetrium excitatum ab inferis reſtitutumque credam* 4 5 6

ctum adductus sit, Xychum non ultra tetendisse, et mox *adfirmabant* edd. principes, pro quo recte Frob. anno 1531. dedit, quod nunc vulgo exstat.

§. 8. *Quod alter perisset*] Melius *supereſſet*, ut referatur ad Perseum, non ad Demetrium, quemadmodum placet Florebello. SIGON. Muretus, *quod alter superesset.* J. FR. GRON. Virorum doctorum conjecturam Crevierius optime adstruit loco Livii cap. seq. §. 4. *Quando in eam fortunam veni, inquit, Antigone, ut orbitas mihi, quam alii deteſtantur parentes, optabilis esse debeat.*

§. 2. *Qui, spe potiundi ad poenam*] Primam vocem, quae ab edd. prioribus aberat, Frob. anno 1531. adscivit. Antea vero §. praec. *Omnia Perseus certior factus detecta esse* praefert ed. Mog. Sed seriem vocabulorum Frob. anno 1535. mutavit.

§. 3. *Obnoxius erat, neque pudendum aut poenitendum*] Moguntini ex cod. suo vulgarunt *et neque pudendum.* At Frob. anno 1531. voculam *et* ejecit; quod probare nequeo, si invito unico cod. fecit. *neque* enim commode accipitur pro non, ut saepe alibi. Plaut. in Menaechm. 4, 3, 13. *Neque edepol te fraudandi caussa posco.* Paullo ante *Antiochus eum igitur appellat* ed. Mog. pro quo idem Frob. anno 1531. *Antigonum igitur* emendavit.

§. 4. *Tutela ejus cuſtoditum et auctum*] *concuſtoditum* male ed. Mog. *cuſtoditum* refinxit Frob. anno 1531. *concuſtodire* alibi nondum observavi; neque etiam, si vox probae notae foret, sensus eam hic exigeret.

Digitized by Google

mihi, si te, qui morti innocentis, qui meo infelici errori unus inlacrimasti, in locum ejus substitutum relinquam.

7 Ab hoc sermone omni genere honoris producere eum non destitit. quum in Thracia Perseus abesset, circumire Macedoniae urbes, principibusque Antigonum commendare: et, si vita longior subpetisset, haud dubium fuit, quin eum in possessione regni re-

§. 7. *Omni genere honoris producere eum*] Elegans in hac re verbum est *producere*. Cic. de Amic. 20. *Non enim tu possis omnes tuos ad honores amplissimos producere.* ubi vide Cel. Graevium.

§. 9. *Eum diris agitarent*) *exstinctum esse cum exsecrationibus alterius*] Antea legebatur, *cum identidem species et umbrae insontis interempti filii cum diris agitarent, extinctum esse cum execrationibus alterius.* Qui postea emendarunt, fecerunt recte *cum diris*, non ita autem recte, quod *extinctum esse cum execrationibus alterius* scripserunt. Quantum autem ipse intelligere possum, ii germanum hujus loci sensum assecuti non sunt, qui ex hac verborum dispositione nullus percipi potest. Incredibile est enim, quam luxata fuerint verba hujus extremi lib. 40. in illo exemplari Germanico. Itaque, nisi saepe ea in ordinem suum redigas, vix sensum invenias. Quod, qui ante me hunc librum emendarunt, et senserunt etiam, et fecerunt. Haec igitur verba in hunc modum mihi videntur esse ordinanda: *curisque et vigiliis, cum identidem species et umbrae insontis interempti filii cum diris execrationibus alterius agitarent, extinctum esse.* Sic locutus est lib. 26, [25, 12.] *Diram exercrationem in populares obtestationemque, quam sanctissimam posuerunt, adversus hospites composuerunt.* Et lib. 10, [41, 3.] *Dira execratio et furiale carmen.* Item lib. 28. Et Plinius lib. 28. cap. 1. *diras precationes* dixit. Sensus per se ex verbis ipsis perspicuus est. SIGON. Recte Sigonius, in libro, unde haec habemus, fuisse, *cum diris*, deinde *extinctum esse execrationibus*: recte, multa in eodem libro luxata fuisse. Sed non probat, quod conjicit, *eum diris exsecrationibus alterius agitarent, extinctum esse.* Longe melius illae exsecrationes conveniunt morienti, quam ante mortem a manibus filii agitato et vexato. Sic igitur potius: *curisque et vigiliis* (*quum identidem species et umbrae insontis interempti filii agitarint*) *extinctum esse cum diris exsecrationibus alterius.* Sive malis: *filii cum agitarent*) *extinctum inter diras exsecrationes alterius. Tamen admoveri.* Nam et hoc ordine postremorum duum verborum scriptus, quibus sine caussa locum mutarunt. J. FR. GRONOV. Ed. Mog. legit *filii cum diris agitarent, exstinctum esse exsecrationibus alterius.* Eam autem lectionem omnino vitiosam esse, nemo non videt. Frob. primo, anno 1531. *eum diris* pro *cum diris* edidit; quadriennio vero postea, inserta voce, *exstinctum esse cum exsecrationibus.* Eam lectionem Sigonius rejecit, et viciissim Sigonii emendationem J. Fr. Gronovius: cujus prior conjectura,

Digitized by Google

licturus fuerit. Ab Demetriade profectus, Theſſa- 8
lonicae plurimum temporis moratus fuerat. inde quum
Amphipolin veniſſet, gravi morbo eſt inplicitus. sed 9
animo tamen aegrum magis fuiſſe, quam corpore,
conſtat: curisque et vigiliis (quum idemtidem spe-
cies et umbrae insontis interemti filii agitarent) ex-
ſtinctum eſſe cum diris exsecrationibus alterius. Ta- 10

qua, nulla litera mutata, seriem vocum turbatam in ordinem justum composuit, praeferenda eſt. Clericus utramque Gronovii conjecturam commiscuit, et ex secunda recepit *eum agitarent*, ex priori *cum diris exsecrationibus*; cujus lectionem Crevierius servavit. Verum pronomen *eum*, quod neceſſarium non eſt, et facile ex praecedentibus subintelligi poteſt, iterum expunxi. Posses unius tantum vocis trajectione *filii agitarent*, *cum diris exſtinctum esse exsecrationibus alterius*.

§. 10. *Tamen admoveri potuisset Antigonus*] Moguntini sine distinctione *exsecrationibus alterius tamen admoneri potuisset*. Aldus *exsecrationibus. alterius tamen admoneri potuisset*. Frob. anno 1535. *exsecrationibus alterius. admoneri tamen potuisset*. Parisini deinde anno 1573. *admoveri* dederunt, pro *admoneri*. Gronovius denique anno 1665. vocum ordine reſtituta, *tamen admoveri*. Sane licet vox *tamen* alteri voci saepe subjungatur, id tamen non semper religiose observatum eſt, et hinc invitis codd. ordo vocum mutari non debet. Vide Cortium ad Plinii 1. Ep. 12, 12. et ad Sall. Catil. 20, 12. Adde Cl. Oudendorp. ad Caes. 5. B. Gall. 35. *Admoveri* autem Cl. Crevier. exponit, hempe *ad spem regni*: praeceſſit enim, *haud dubium fuit, quin eum in possessione regni relicturus fuerit*. Ita *ad curam reipublicae admovere* dixit Sueton. Aug. 64. *ad spem successionis admovere* in Calig. 12. Solent autem *movere* et *monere* eorumque composita a librariis commutari. Vide ad 35, 35, 5. Sed omnino legendum eſt, ut olim edebatur, *tamen admoneri*. Antigonus enim eo tempore, quo Philippus moriebatur, aberat, ab eo legatus ad Baſtarnas, ut conſtat ex cap. seq.

Si haud ſtatim palam facta esset mors regis] Videtur altera parte defecta oratio, et *aut* legendum pro *haud*. nam alioqui nullus sensus eſt. Neque enim haud ſtatim palam facta eſt mors regis. GLAR. Glareanus sic: Videtur altera parte etc. quod laudo. „†. Hic semel propitium habet Sigonium Glareanus. Ve„rum tot locis ante eum reſtitu„tis nulla eſt gratia.„ †. SIGON. Emendat Glareanus, aut putat locum defectuosum. Fruſtra. Statim palam non facta fuit, nempe per regiam: at ſtatim Perseo innotuit per medicum. GRUT. Clariſſ. Ant. Perizonius Glareano in margine Livii adsentitur, ac legendum censet *si aut adfuisset, aut ſtatim palam facta esset mors regis*. Et ita Crevier. nisi quod malit *si aut tum adfuisset*. Si tamen verbis praecedentibus *admoneri* verior lectio, ea conjectura admitti nequit, et prae-

Digitized by Google

men admoneri potuiſſet Antigonus, si haud ſtatim
11 palam facta eſſet mors regis. Medicus Calligenes, qui curationi praeerat, non exspectata morte regis, a primis desperationis nōtis nuncios praedispositos, ita ut convenerat, misit ad Perseum; et mortem regis in adventum ejus omnes, qui extra regiam erant, celavit.

1 LVII. Obpreſſit igitur necopinantes ignarosque

ſtat, ut Gruteri expositionem amplectur: vel, ut Ampliſſ. Roëllius conjicit, *τὸ haud* deleamus.

§. 11. *Nuncios praedispositos, ita ut convenerat, misit*] Quid si legas *nuncios per dispositos equos?* ut lib. 37, [7, 11.] *Gracchus per dispositos equos die tertio Pellum pervenit.* SIG. Ejus conjecturae non nihil favet ed. Mog. *nuncios perdispositos* praeferens, pro quo *praedispositos* Frob. anno 1535. emendavit.

§. 3. *Inde praegressi, qui nunciarent regi, Antigonus et Cotto (nobilis erat Baſtarna) ea res Antigonus saepe Junius cum ipso* etc.] Locus eſt mire corruptus, quem nos sanare non poſſumus. Caeterum etiam hoc dubium, de eodemne Antigono loquatur, an de alio: sed videtur de eodem Echecratis filio loqui, quasi dicat, si aut ſtatim palam facta esset mors regis, aut Antigonus domi fuiſſet cum patre, si modo ille adhuc vivebat, admoneri potuiſſet. Sed ea omnia mihi suspecta sunt. Scio, quosdam emendare conatos, sed mihi non satisfecere. GLAR. Ante legebatur *ea res Antigonus.* Quidam fecerunt *de ea re.* Ego malim *erat Antigonus.* Cur enim dicat *de ea re*, cum addat *ad concitandos Baſtarnas?* Malim ergo: *erat Antigonus perinvitus cum ipso Cottone legatus.* Nam cum supra dicturus fuerit [cap. praec.] *Admoneri tamen potuisset Antigonus, si aut ſtatim palam facta esset mors regis, aut tum apud regem fuisset.* Ne ſtatim patefieret mors regis, Calligenes medicus causam attulit. Nextum adeſſet Antigonus, incidit, quod perinvitus erat legatus cum Cottone ad Baſtarnas concitandos miſſus. Reddit ergo rationem, cur uterque, et Cotto et Antigonus, ad Baſtarnarum adventum nunciandum regi praegreſſus erat, alter quia Baſtarna erat, alter perinvitus. Quod autem aït etiam *nobilis erat Baſtarna*, malim *nobilis is erat Baſtarna.* Sic enim fere loqui solet Livius, et lapsus facilis eſt et usitatus, ut lib. 41, [1, 2.] *Caſtra ad lacum Timavi posuit. imminet mari is lacus.* et 42, [43, 9.] *Praetor novus Ismenias. is erat vir nobilis ac potens.* Item cap. 51, 8.] *Leonides Lacedaemonius. regii is generis ferebatur.* SIGON. Livius edidiſſe videtur: *Id, praegressi, qui nunciarent regi, Antigono et Cottoni (nobilis erat Baſtarna, et Antigonus perinvitus cum ipso Cottone legatus ad concitandos Baſtarnas missus) haud procul Amphipoli famae incertae nuncii occurrerunt.* Exemplar scriptum *nobilis erat Baſtarna ea res Antigonus.* unde alii *de ea re Antigonus.* Sigonius *nobilis is erat Baſtarna. Erat Antigonus.* J. FR. GRON. *id* pro *inde* cum Gronovio repone-

Digitized by Google

omnes Perseus, et regnum scelere partum invasit, Peropportuna mors Philippi fuit ad dilationem, et ad 2 vires bello contrahendas. nam post paucis diebus gens Bastarnarum, diu sollicitata, ab suis sedibus magna peditum equitumque manu Istrum trajecit. inde praegressis, qui nunciarent regi, Antigono et 3 Cottoni (nobilis erat Bastarna; et Antigonus perinvitus cum ipso Cottone legatus ad concitandos Ba-

re necesse non videtur. Per se enim patet, ad quid nunciandum praegressi sint. Contra *praegressis, qui nunciarent regi, Antigono et Cottoni* cum eodem emendandum puto. Nisi enim ita legamus, periodus male cohaeret. Mox recte idem Gronov. pronomen *is*, quod Sigonius ex conjectura adoptavit, delendum censuit. Verum quidem esse agnosco, innumeris locis Livium voculam hanc edidisse, ut parenthesin cum reliqua oratione connecteret; at vicissim negari nequit, parentheses simili connexione defectas Livio frequentes esse. Ita 1, 4, 5. *In proxima adluvie, ubi nunc ficus Ruminalis, (Romularem vocatam ferunt) liberos exponunt.* 2, 32, 2. *In sacrum montem secessisse (trans Anienem amnem est) tria ab urbe millia passuum.* ubi vide. 5, 28, 9. *Poscentes, ut confestim inde ad castra hostium duceret (in conspectu erant posita in plano) nihil poenae recusabant, ni ea ante noctem expugnassent.* 23, 15, 2. *Postquam Neapolim a praefecto Romano teneri accepit, (M. Junius Silanus erat) petit Nuceriam.* 25, 26, 12. *Major pestis Poenorum castra, quam Romana, (diu circumsedendo Syracusas coelo aquisque adsuerant magis) odfecerat.* 26, 6, 11. *Immissis ab Hannibale, qui (habuit aliquot) gnari Latinae linguae juberent consulum verbis.* 27, 32, 7. *Pestero ad castellum (Pyrgum vocant) copias omnes eduxit.* c. 33, 7. *Magistrum equitum C. Servilium (tum aedilis curulis erat) dixit.* 28, 3, 2. *Ad oppugnandam urbem (Oringis barbari adpellabant) mittit.* 37, 27, 2. *Ad adversa insulae (objecta aquiloni ad Chium et Erythras sunt) quum pararent trajicere.* Eodem cap. §. 9. *In portu urbis (Graecisticum ipsi adpellant) navibus constitutis.* cap. 47, 8. *Praetores exinde facti duo Q. Fabii, Labeo et Pictor, (flamen Quirinalis eo anno inauguratus fuerat)* etc. 38, 41, 8. *Ad vicum Maronitarum (Saren adpellant) posuerunt castra.* 40, 58, 2. *In montem ingentis altitudinis (Donucam vocant) concesserunt.* 44, 28, 6. *Inde Subota (insula est interjecta Elaeae et Athо) trajiciunt.* Quum itaque ex tot, et quae plura laudari possent, exemplis constet, aeque Livium hoc modo locutum esse, quam illo, quo ipsum loqui solere Sigonius adfirmavit; in his sequi debemus fidem codicum, vel, si dissentiant, qui eorum fide dignissimi et integerrimi sunt. Praeterea quum Moguntini, qui primi ex unico cod. ultimam hanc partem lib. 40. publicarunt, pronomen *is* omiserint, id temere a Sigonio additum esse judico. Eamdem ob caussam faveo viris doctis, eam vocem similesque auspiciis Mstorum delentibus supra 5, 32, 8. 7, 5, 4. 22, 46, 9. 28, 3, 2. 34, 8, 4. Con-

Digitized by Google

ſtarnas miſſus) haud procul Amphipoli fama, inde certi nuncii obcurrerunt, mortuum eſſe regem. quae 4 res omnem ordinem consilii turbavit. Compositum autem sic fuerat: transitum per Thraciam tutum et commeatus Baſtarnis ut Philippus praeſtaret. id ut facere poſſet, regionum principes donis coluerat, fide sua obligata, pacato agmine transituros Baſtar- 5 nas. Dardanorum gentem delere propositum erat, 6 inque eorum agro sedes fundare Baſtarnis. duplex

tra eorum sententiae favere nequeo. ubi vel ex conjectura addiderunt, ut 22, 1, 19. 25, 25, 5. 28, 3, 6. vel ex optimo cod. Mog. adscitam ejecerunt, ut 34, 56, 1. 36, 16, 3. Insuper *ea res Antigonus saepe Junius* ed. Mog. quae corruptiſſima eſſe satis adparet. *de ea re Antigonus saepe invitus* ed. Frob. anni 1535. *erat Antigonus perinvitus* Sigonius. *et Antigonus perinvitus* J. Fr. Gronovius. Contra *saepe invitus*, ut Frob. edidit, ex veſtigiis cod. Mog. legebat in margine Livii Jac. Perizonius. Antigonum tamen saepe ad Baſtarnas miſſum eſſe, aliunde non conſtat. Triennium ferme erat, ex quo Philippus eos concitandi consilium cepit. Supra h. lib. cap. 5. Ultimis autem vitae ejus temporibus adeo frequenter Antigonus ab eo abfuiſſe non videtur, qui unus ex honoratis ejus amicis incorruptus permanserat, supra c. 54. Quum autem Antigonus succeſſor regni a Philippo deſtinaretur, perinvitus legationem ad Baſtarnas susceperat.

Haud procul Amphipoli famae incerti nuncii obcurrunt] In ed. Moguntina, quae prima ex unico codice ultima hujus libri vulgavit reperio *fama*. Unde vix aliter exiſtimare poſſum, quam Livium dediſſe *fama, dein certi nuncii occurrerunt*. Solent enim res magnae, qualis eſt mors regis alicujus, primum famae velocitate, et poſtea demum certis nunciis significari. Atque ita plane 37, 51, 8. *Fama deinde de rebus in Asia geſtis temere vulgata sine auctore, et poſt dies paucos nuncii certi literaeque imperatoris Romam allatae.* Cicero ad Quintum fr. (1, 1.) *Etsi non dubitabam, quin hanc epiſtolam multi nuncii, fama denique ipsa esset sua celeritate superaturа.* JAC. PERIZ. Si primae edd. praeferrent *famae incerti*, quam lectionem demum Frob. anno 1531. proposuit, Perizonii conjectura, quae mire Crevierio placet, verisimillima videretur: nunc vero, quum praeferant *fama incerti*, verius exiſtimo *fama, inde certi nuncii.* Ut autem ita sentiam, exigunt ductus literarum. Scriptum fuerat *in* pro *inde*; evanescente autem compendii nota factum eſt *in*. Vide ad 10, 20, 6. *inde* vero eſt deinde. Vide ad 42, 55, 6.

§. 4. *Et commeatus ut Philippus Baſtarnis praeſtaret*] Et hic audacter recentiores: nam veteres illae, ut fuit in unico libro, *ut Philippus daret*. J. FR. GRON. *praeſtaret* reposuit Frob. anno 1535. quum autem cod. Moguntinum

Digitized by Google

inde erat commodum futurum, si et Dardani, gens semper infestissima Macedoniae, temporibusque iniquis regum inminens, tolleretur; et Bastarnae, relictis in Dardania conjugibus liberisque, ad populandam Italiam possent mitti. *Per Scordiscos iter esse ad* 7 *mare Hadriaticum Italiamque. alia via traduci exercitum non posse. facile Bastarnis Scordiscos iter daturos. nec enim aut lingua aut moribus aequales abhorrere; et ipsos adjuncturos se, quum ad praedam opulentissimae*

ob oculos habuerit eo tempore, incertum est, an non ita in unico libro invenerit. Non sustinui igitur *daret* cum Clerico et Crevierio revocare. Mox *facere possit* ed. Mog. pro quo Frob. anno 1531. *posset* recepit.

§. 5. *Inque eorum agro sedes dare Bastarnis*] Scriptus *se fundare*. Recte *sedes*. sed verbum erat integrum retinendum. Imitatur Virgilii, mutato sensu, [8, 478.] *saxo incolitur fundata vetusto Urbis Aegyllinae sedes*. J. FR. GRON. Et 5. Aen. 759. *Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliae*. DUK. Iterum Frob. anno 1531. *sedes dare* adscivit.

§. 7. *Nec enim aut lingua aut moribus aequales abhorrere*] Nam utrique Gallicae originis erant. De Scordiscis vide Justin. 32, 3. de Bastarnis Vales. ad Excerpt. Peiresc. pag. 79. Sed hic locus mihi, non tam quod ad rem ipsam, quam quod ad verba attinet, suspectus est. Sententia eorum aperta est, Scordiscorum linguam et mores nihil, aut non multum a Bastarnarum lingua et moribus discrepare. Verum hoc mihi non admodum commode ita videtur exprimi, Scordiscos *non abhorrere Bastarnas aut lingua aut moribus aequales*, pro et lingua et moribus, sive tam lingua, quum moribus aequales. Scio, Gronov. ad Livii 4, 44, 11. scribere, se non offendi hoc genere loquendi *abhorrere aequales*. Nec quisquam alio loco eo offendi possit. Nam ita Cic. pro Cluent. 14. *Nemo illum aditu* etc. *dignum judicabat; omnes adspernabantur; omnes abhorrebant; omnes ut aliquam pestem fugiebant*. Et Sueton. Aug. 83. *Pumilos atque diffortos et omnes generis ejusdem, ut ludibria naturae malique ominis, abhorrebat*. Sed hoc interest, quod in his *abhorrere* est aversari, aversum esse, quo pro eo, quod Suetonio est *abhorrere*, utitur Seneca Ep. 50. *Ipse enim aversissimus ab iis prodigiis sum*. Verum quum haec significatio verbi *abhorrere* neque in Liv. 4, 44. neque hic locum habeat, non immerito quis hoc genere loquendi tam hic, quam ibi, offendi possit. Forsitan temere facturus videbor, si receptam scripturam hujus loci sollicitare audeam; sed hoc nihil me movet, quo minus libere dicam, me dubitare, an vox *aequales* potius ab alio quovis, quam a Livio, sit. Causa haec est, quod nusquam alibi invenire potui, eos, qui eadem lingua, aut iisdem moribus utuntur, *lingua* aut *moribus aequales*; quibus alia lingua, alii mores sunt, *lingua* aut *moribus inaequales* dici. *Similis*, con-

Digitized by Google

8 *gentis ire vidissent.* Inde in omnem eventum consilia commodabantur. sive caesi ab Romanis forent Bastarnae, Dardanos tamen sublatos, praedamque ex reliquiis Bastarnarum, et possessionem liberam 9 Dardaniae, solatio fore: sive prospere gessissent, Romanis aversis in Bastarnarum bellum, recuperaturum se in Graecia, quae amisisset. Haec Philippi consilia fuerant.

similis, dissimilis moribus, similitudo ac *dissimilitudo linguae* ac *morum*, et alia hujusmodi in Cicerone et plerisque scriptoribus Latinis saepe leguntur. Liv. 8, 6, 15. *Lingua, moribus congruentes.* 28, 12, 3. *quibus non lex, non mos, non lingua communis.* 1, 18, 3. *dispares moribus.* Sallust. Catil. 6. *Dissimili lingua, alius alio more viventes.* Cic. 3. Orat. 7. *Dissimilitudines linguae.* Donec igitur didicero, apud probatos scriptores legi *aequalis lingua*, aut *moribus*, non desinam suspicari, *aequales* ab aliquo interpretandorum verborum *nec abhorrere* causa in margine scriptum, ac deinde pro Liviano habitum fuisse. Certe nihil opus erat eo hic inculcato. Liv. 21, 32, 10. *Per eosdem Gallos, haud sane multum lingua moribusque abhorrentes, quum se immiscuissent colloquiis montanorum, edoctus.* In quo, ut in multis aliis, *abhorrere* est differre, discrepare; quae significatio, expulsa voce *aequales*, huic loco convenientissima est. DUK. Clariss. Dukero tantum non consentit Crevierius. Vocem enim *aequales* aut tollendam, aut inmutandam censet.

§. 8. *In omnem eventum consilia commodabantur*] Malim *accommodabantur*, *a* litera ex praecedenti voce *consilia* repetita. Sic Cicero 4. ad fam. 15. *Id si scissem, ad id meas literas accommodavissem.* et alibi [2. de Divin. 52.] *Ut iidem versus in aliam rem accommodari posse viderentur.* Et Livius lib. 41, [24, 5.] *Ad haec, quae palam geruntur, consilia nostra accommodare oportet.* SIGON. Cic. pro L. Manil. 20. *Majores nostros semper ad novos casus temporum novorum consiliorum rationes accommodasse.* DUK. Recte Sigonius, adsentiente etiam Crevierio. Eodem verbo supra utitur Liv. 3, 20, 5. *Suos potius mores ad ea adcommodabat.* 40, 29, 8. *Vulgatae opinioni adcommodata fide.* Pari errore *commoda* praefert cod. Mog. lib. 37, 52, 10. ubi alii partim *accommoda*, partim *adcommoda*, partim *accommodata* legunt. Et quidem syllaba *ac* facile excidere potuit ob literam ultimam praecedentis vocis *consilia*, et primam hujus *commodabantur*, quas duplicare librarii neglexerunt. Eadem ratione *ita pulsae*, pro *ita appulsae*, datum est 30, 10, 3. *loco munito*, pro *loco communito*, 30, 7, 3. *quanta soleret*, pro *quanta assoleret*, 34, 44, 2. *consules Postumius*, pro *consules Sp. Postumius*, 39, 6, 2. ubi alia vide. Mox *forent Dardani Bastarnae tamen sublatos* edd. ante Frob. anni 1531. Praeterea *ex reliquis Bastarnarum* eaedem edd. Similiter variant librarii 9, 40, 18. 29, 32, 3. 37, 19, 9. et alibi. Vide ejus generis plura ad 32, 6, 6. et 38, 27, 8.

Digitized by Google

LVIII. Ingressi sunt pacato agmine, fide Cottonis et Antigoni. sed haud multo post famam mortis Philippi neque Thraces commercio faciles erant, neque Bastarnae emto contenti esse poterant, aut in agmine contineri, ne decederent via. inde injuriae ultro citroque fieri: quarum in dies incremento bellum exarsit. Postremo Thraces, quum vim ac multitudinem sustinere hostium non possent, relictis campe-

§. 9. *Sive prospere gessissent*] Ita supra olim edebatur 25, 22, 1. *Quia consules, ubi summa rerum esset, ad id locorum prospere gererent.* ubi ex praecedenti *summam rerum* subintelligit Gebhard. *prospere rem gererent* ex vestigiis Mstorum Gronov. scribendum conjicit. Hic vero nihil praecessit, quod ad *prospere gessissent* subintelligatur. Si quis tamen *rem* subintelligendum existimet, non adversabor, modo mihi integrum sit existimare, *rē* vel *rem* potius intercidisse ob ultimam syllabam vocis praecedentis, ac legendum esse *prospere rem gessissent.* Vide, quae ad d. l. Livii notantur. Ita forte in optimo Mog. supra cap. 10, 15. *tō rem* excidisse monui ob ultimam syllabam vocis praecedentis *deducerem.* Gronovius hunc locum supra laudavit ad 39, 54, 10. ut probet *gerere* et *agere* promiscue poni.

Romanis aversis in Bastarnarum bellum] *reversis* ed. Mog. quod Froben. anno 1531. recte in *aversis* mutavit. Infra 43, 18, 2. *Ne quid, averso se in Romanum bellum, periculi subesset.* Vide ad 6, 23, 8. et 35, 31, 1.

§. 1. *Ingressi sunt pacato agmine, fide Cottonis et Antigoni*] Ita Frob. anno 1531. edidit; priores legebant *Digressi sunt pacato agro deinde Cottonis.* Et quidem *Digressi sunt* nempe ex antiqua patria, in qua antea habitarant, vel a flumine Istro, quem eos trajeciisse supra cap. praec. dixit. *Pacatus ager* supra est 2, 59, 9. 36, 20, 2. 37, 46, 8. et 43, 4, 4. Praestat tamen vulgatum. Cap. praec. §. 4. *Fide sua obligata, pacato agmine transituros; Bastarnas. pacatum agmen* etiam supra est 24, 20, 10.

Sed haud multo post famam mortis Philippi] *et haud multo* ed. Mog. cujus loco recte Frob. anno 1531. emendavit *sed.* Particulas illas passim a librariis confundi, vidimus ad 21, 26, 6. Adde 32, 34, 6. 36, 35, 7. c. 43, 4. 38, 33, 11. et cap. 47, 8. *haud multo post famam*, ut Cic. pro redit. in Senat. 2. *Non multo post discessum meum universi me revocavistis.* Malim tamen *haud multo post ob famam*, vel *propter famam.* Forte scriptum fuerat ‚pp' famam, et prior earum vocum intercepta est a praecedenti ob ductuum similitudinem. *Haud multo post* absolute, ut 37, 52, 1. *Haud multo post M. Aurelius Cotta* etc. *Rhodiique Romam venerunt.* Posses etiam *haud multo post famam mortis Philippi adlatam*, vel quid simile. Sed prius malo. Mox corruptissime ed. Mog. *erant, Bastarnae cuito contentio esse poterant.* Quod nunc editur, Frob. eodem tempore reposuit.

Digitized by Google

ſtribus vicis, in montem ingentis altitudinis (Donu-
3 cam vocant) conceſſerunt. Quo ubi ire Baſtarnae vellent, quali tempeſtate Gallos spoliantes Delphos fama eſt peremtos eſſe; talis tum Baſtarnas, nequidquam ad juga montium adpropinquantes, obpreſſit.
4 neque enim imbre tantum effuso, dein creberrima grandine obruti sunt, cum ingenti fragore coeli tonitribusque et fulguribus praeſtringentibus aciem
5 oculorum; sed fulmina etiam sic undique micabant, ut peti viderentur corpora; nec solum milites, sed
6 etiam principes, icti caderent. itaque, quum praecipiti fuga per rupes praealtas inprovidi ſternerentur ruerentque, inſtabant quidem perculsis Thraces: sed ipsi Deos auctores fugae eſſe, coelumque in se
7 ruere ajebant. Diſſipati procella, quum, tamquam ex naufragio, plerique semiermes in caſtra, unde profecti erant, rediſſent; consultari, quid agerent, coeptum:

§. 3. *Quo ubi ire Baſtarnae vellent*] Lege *quum subire Baſtarnae vellent*. J. FR. GRON. Conjecturam Gronovii probat Crevierius.

Gallos spoliantes Delphos] Hanc hiſtoriam plenisſime scribit Pausanias in Atticis [4.] SIGON. Adde Pausan. in Phocic. 23. Juſtin. 24, 8. et quos viri docti ibi laudarunt. Mox *nequiquam* ed. Mog. Vide ad cap. 47, 9.

§. 4. *Fulguribus praeſtringentibus aciem oculorum*] *fulgoribus* ed. Mog. quod recte Frob. anno 1531. mutavit in *fulguribus*. Suet. Aug. 29. *Cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgur praeſtrinxisset*. De verbo *praeſtringere* vide, quae notavi ad Silii 1, 358. et Doct. Cannegiet. in Diſſ. de Aviano c. 22.

§. 5. *Ut lucere viderentur corpora*] Pro *lucere*, *peti* habet archetypon. GELEN. Moguntini ediderant *ut luce viderentur*. Cervicorn. *ut lucere viderentur*. Mox §. seq. *Deos res fugae esse* primae edd. Idem Cervic. *autores* pro *res* admisit.

§. 7. *Diſſipati procella, quum, tamquam ex naufragio, plerique semiermes in caſtra* etc. *rediſſent*] Corruptisſime ed. Mog. *diſſipati procellarum tamquam ex naufragio proeliique se inermes*. poſtea Ascens. anno 1530. pro duabus ultimis vocibus dedit *cum inermes*. Quod autem nunc vulgo cir-

Digitized by Google

ptum: inde orta dissensio, aliis redeundum, aliis penetrandum in Dardaniam censentibus. Triginta fer- 8
me millia hominum (Clondico duce profecti erant) pervenerunt. cetera multitudo retro, qua venerant, transdanubianam regionem repetiit. Perseus, potitus regno, interfici Antigonum jussit: et, dum firmaret res, legatos Romam ad amicitiam paternam renovandam, petendumque, ut rex ab senatu adpellaretur, misit. Haec eo anno in Macedonia gesta. 9

LIX. Alter consulum Q. Fulvius ex Liguribus tri- 1
umphavit. quem triumphum magis gratiae, quam rerum gestarum magnitudini, datum constabat. Ar- 2
morum hostilium magnam vim transtulit; nullam pecuniam admodum. divisit tamen in singulos milites tricenos aeris, duplex centurionibus, triplex equiti. Nihil in eo triumpho magis insigne fuit, quam quod 3
forte evenit, ut eodem die triumpharet, quo priore anno ex praetura triumphaverat. Secundum trium- 4

cumfertur, Frob. anno 1531. restituit. Quum autem Moguntini verbis sequentibus *consultarique, quid agerent* edidissent, eadem Frobenii editio superfluam copulam *que* delevit.

§. 8. *Clondico duce profecti erant*] Ex epitome lib. 43. legendum est *Elonico*. SIGON. *Elonico* legendum, ait Sigonius, ex Epit. l. 43. At valde dubium est, an ibi eodem de homine agatur. Tum libri illic *Olonico*. Retineamus igitur, quod erat in unico codice, *Clondico*. J. FR. GRON. Ed. Mog. praefert *Claudico*, pro quo Froben. anno 1531. restituit *Clondico*. Infra 44, 26. memoratur *Clondicus*, sed regulus Gallorum.

Transdanubianam regionem repetiit] *Apolloniam meridianam regionem* ed. Mog. Sed vulgatae lectionis auctor Frob. anno 1531. exstitit: idem tum etiam *repetiit* reposuit, quum in prioribus legeretur *repetit*. Vide ad 5, 51, 3. et 27, 42, 16. Adde, quae notantur ad 37, 45, 2.

§. 9. *Tum firma re tres legatos*] *dum firmaret res*, pro *tum firma re tres*, legendum GELEN.

§. 2. *In singulos milites tricenos aeris*] Clericus, *tricenos aeris* exponens tres ducatones aut Philippeos, voces *tricenos* et *trecenos* confudit. Sane *trecenos* legendum videtur, quod altera summa nimis sit exigua. Vide hoc lib. ad

Digitized by Google

phum comitia edixit, quibus creati consules sunt M. Junius Brutus, A. Manlius Vulso. Praetorum inde, tribus creatis, comitia tempestas diremit. postero die reliqui tres facti ante diem quartum Idus Martias, M. Titinius Curvus, Ti. Claudius Nero, T. Fon-

cap. 34, 8. Et ita legunt edd. Cervicorni, Paris. anni 1529. et Ascens. anni 1530. Crevierius etiam eam lectionem probat.

§. 4. *M. Attilius Volso. Praetorum inde, tribus creatis*] Cassiodori catalogus habet *Cn. Manlius Volso*. Sane Manliorum cognomen *Volso* fuit. Alii *A. Manlium* vocatum putant. Omnino *Attilius* nomen non placet, utut fuerit praenomen. Hoc etiam mirum, trium praetorum nomina omissa. At in fragmentis decados sequentis hujus anni praetores T. Ebutius et P. Aelius Tubero iterum nominantur praetores, si forte ea vera sint omissorum praetorum nomina, quod equidem indiscussum relinquo. GLAR. *Vulso*, ut ante. SIG. Duorum ex his tribus praetoribus nomina investigavit Pighius. Vide ad 41, 5. DUK. *M. Attilius Volso* ed. Mog. quod Frob. anno 1531. mutavit in *A. Manlius Volso*. Consulem hujus anni *A. Manlium* dictum esse, docet Pighius in Ann. ad A. V. IↃLXXV. p. 431. De cognomine *Volso* v. ad 22, 35, 1. Ceterum, trium praetorum nomina non a Livio omissa esse, sed scribarum culpa excidisse, Crevier. putavit.

§. 5. *Ante diem quartum Idus Martias*] Comitia praetorum interdum postridie, interdum biduo, postquam consules creati erant, haberi solita multis locis significat Livius. 27, 34. 32, 27. 34, 54. 35, 10. 24. 36, 45. et alibi. Si id hoc anno quoque factum est, comitia consularia longe serius solito habita fuerunt. Nam 38, 42. consul, qui ea ante diem XII. Kal. Mart. habuit, *solito serius* ad ea habenda Romam venisse dicitur. Non scio usquam proditum, statum diem consulibus et praetoribus creandis fuisse. Gruchius extr. lib. 1. de Comit. Rom. et lib. 2, 6. scribit, ea, quo tempore consules et praetores adhuc Idibus Martiis *magistratum* inibant, quod usque ad annum V. IↃC. obtinuit, Januario et Februario habita fuisse. Si verum est, quod de Februario putat, non multo post eum inchoatum habita ex l. d. 38, 42. colligi potest. Adde 42, 28. et 43, 11. Dodwellus Differt. 10. de Cyclis sect. 35. hic legendum censet *ante diem V. Id. Mart.* De hoc judicabunt, qui subtilissimas illius rationes Chronologicas examinare possunt, et volunt. DUKER.

M. Titinius Curvus, T. Claudius Nero, T. Fontejus Capito] Veteres codices *C. Claudium* habebant, non *T.* quod mihi placet. Nam T. Claudius praetor fuerat anno ab urbe condita IↃLXXIII. Hic igitur *C.* legendum. GLAR. Cognomen *Curvus*, quod in prioribus edd. omissum erat, Frob. anno 1535. addidit. Quum autem sequens praetor *C. Claudius Nero* in edd. primis vocaretur, idem Frobenius, sed quadriennio antea, reposuit *T. Claudius*; pro quo demum *Ti. Claudius Nero* legendum esse Pighius monuit in Annal. ad A. V. IↃLXXV. pag. 341. Eam vero ejus emendationem

Digitized by Google

ejus Capito. Ludi Romani inſtaurati ab aedilibus 6
urulibus Cn. Servilio Caepione, Ap. Claudio Cen-
hone, propter prodigia, quae evenerant. Terra 7
ovit: in foris publicis, ubi lectiſternium erat, Deo-
um capita, quae in lectis erant, averterunt se; la- 8

ronov. anno 1665. recepit. Idem rror et infra commiſſus erat 41, , 6. c. 12, 1. c. 14, 1. 42, 19, 8. et . 45, 1. Verum, *Titi* praenomen ircа haec tempora in gente Clau-ia uſitatum non fuiſſe, jam su-ra dixi ad 29, 11, 11. Recte er-o *Ti. Claudius*, pro *T. Claudius*, pud Cic. 3. de Offic. 16. scri-endum monuit Langius.

§. 6. *Cn. Servilio Cepione*] *Caepione*, ut ante. SIGON. V. supra d 25, 2, 2.

Ap. Claudio Centone] *Centhone*, t ante. SIG. Vide supra ad 22, 4, 1.

§. 7. *Terra movit in foris publi-is, ubi lectiſternium erat*] Mirum ero, terram in solis foris pu-licis, et quidem tantum in iis artibus eorum, ubi lectiſter-ium erat, moviſſe. Nihil inep-ius atque absurdius dici, aut ngi poteſt. Plane mihi persua-eo, haec, mutata diſtinctione et mendata voce *foris*, ita conſti-uenda eſſe: *Terra movit. In fa-is publicis, ubi lectiſternium erat, Deorum capita, quae* (an *qui?*) *in ectis erant, averterunt se.* Auctor mendandi eſt Livius 36, 1, 2. *Patres, priusquam de provinciis gerent, res divinas facere* (con-ules) *majoribus hoſtiis jusserunt n omnibus fanis, quibus lectiſter-ium majorem partem anni fieri olet.* Et 42, 30, 8. *Consules quum irca omnia fana, in quibus lecti-ternium majorem partem anni eſſe olet, majoribus hoſtiis immolas-ent.* Et Labeo apud Feſtum v. *Siſtere*, fana et lectiſternia con-jungens, *Antiſtius Labeo ait, fana ſiſtere eſſe lectiſternia certis locis et Diis habere.* Hoc eſt, quod saepe in Livio legitur, *supplicatum fu-isse ad omnia pulvinaria*, id eſt, ad omnia fana, in quibus lecti-ſternium erat. Vide Turneb. 30. Advers. 32. Obsequens de Pro-dig. cap. 61. nec *fora* nec *fana* memorat: nam ita haec descri-psit: *In lectiſternio Jovis terrae motu Deorum capita se converte-runt.* Sed eum nihil moror. Per-peram de suo ex iis, quae hic paullo poſt de lana Jovi oppoſi-ta leguntur, obtrusit *lectiſternium Jovis*, de quo nihil dicit Livius; quod non intelligebat, credo, quae eſſent *lectiſternia in foris publicis*, et quomodo terra tan-tum in iis movere potuerit. Un-de conjectura fieri poteſt, jam il-lius aetate, ut nunc, locum hunc lectum fuiſſe. DUK. Diſtinctio-nem, quae merito Cl. Dukero displicuit, demum inveni in edd. Gruteri. Ex prioribus vero, quae in verbis interpungendis variant, plurimae tamen Dukeri senten-tiam firmant.

§. 8. *Lanaque cum integumentis, quae Jovi opposita fuit, decidit*] *apposita* legendum ex Obsequen-te in libro de Prodig. [cap. 61.] *Lana cum integumentis, quae Jovi apposita erat, decidit.* Viri docti ad d. l. Obsequentis et illius scriptoris, et Livii verba varie emendare et inluſtrare conati sunt. Schefferus pro *lana* lege-bat *laena*, monens ita vocari ve-ſtimentum, quo utebantur, qui e balneo ad coenam ituri erant:

Digitized by Google

naque cum integumentis, quae Jovi obposita fuit, decidit. de mensa oleas quoque praegustasse mures,

id autem mirifice huic loco convenire, quam lectisternium nihil aliud fuerit, quam coena, quae Diis in lectis discumbentibus praebebatur. Clar. Oudendorp. per *lanam* intelligit vittam laneam, qua Dii et omnia sacra diebus festis ornabantur: tandem tamen huic explicationi praefert emendationem Ampl. Gisb. Cuperi, a Cel. Burmanno sibi indicatam, *lanxque cum integumentis, quae Jovi adposita fuit, decidit.* ubi per *integumenta* indicari Cuperus putabat vel opercula, quibus lances opertae in epulis adponebantur, vel vestem stragulam, qua mensa erat strata; Oudendorp. vero pro *integumentis* etiam legi posse suspicatur *instrimentis*. Mihi etiam Cuperi conjectura verisimillima videtur. Facile *lanx*, vox librariis minus cognita, et non ubivis obvia, mutari potuit in notissimam *lana*: et eo magis, quod literae *X* et *A* passim in Mstis commutentur. In optimis membranis Puteaneis plus centum vicibus id factum esse, auctor est Gronov. 4. Obs. 4. pag. 52. Ea ratione passim voculae *ea* et *ex* confunduntur. V. ad 3, 53, 3. 6, 42, 6. 7, 3, 5. 8, 18, 3. 9, 14, 12. c. 46, 7. 10, 9, 3. c. 22, 4. c. 42, 4. 22, 22, 10. 42, 21, 8. Similiter *interea* et *interrex* 7, 17, 12. *A vir* et *X vir* 9, 34, 1. *via* et *vix* 35, 30, 4. Quamvis autem Gronov. h. lib. c. 51, 3. *opposita* tueatur, si tamen *lanxque* pro *lanaque* placet, omnino etiam *apposita* pro *opposita* scribendum est; quod verbum in epulis eaque adparatu frequentissime obcurrere, Cl. Oudendorp. ad d. l. Obsequentis observavit. Ovid. 27. Her. 75.

Illa quoque, adposita quae tu facis, improbe, mensa,
(Quamvis experiar dissimulare) noto.

Ubi frustra Inlust. Heinsius *ad positam mensam* emendandum conjicit. Cic. 14. ad Att. 21. *Haec ad te scripsi, adposita mensa secunda.* Martial. 4. Epigr. 78.

Auro, non dapibus, oneratur mensa: ministri
Adponunt oculis plurima, pauca gulae.
Tunc ego: non oculos, sed ventrem pascere veni.
Aut adpone dapes, Vare, vel aufer opes.

Vide Celeberr. Burm. ad Petron. Satyr. cap. 20. Similiter usi sunt Graeci verbo παρατιθέναι. Ita mensa dicitur παρατίθεσθαι apud Lucian. in Asino pag. 110. Τραπέζαν μοι παραθεῖναι εἶπε. Aelian. 2. Var. Hist. 17. Φυλάξαι τὸν Ὦχον τῆς τραπέζης παρατεθείσης. Similiter prandium, cibi, et similia dicuntur παρατίθεσθαι. Lucian. Asin. pag. 88. Καὶ παρέθηδαν ἄριστον, καὶ τοῖς κτήνεσιν ἡμῖν παρέβαλον κριθίδια. Aelian. 12. Var. Hist. 45. Ὑπὲρ τοῦ γάλακτος παρατεθεῖσαι μέλι. Vide Pricaeum et Raphel. in Observ. ex Xenoph. ad Euang. Lucae 10, 8. Ita παρατεθέμενα sunt fercula, quae in mensam inferuntur. Vide Budaei comment. Ling. Graec. pag. 433. Denique *apponere* et *opponere* saepe commutantur. V. quae notavi ad Silii 14, 335.

Ad ea expianda nihil ultra, quam ut ludi instaurarentur, actum est. Pighius in Annal. ad A. V. CIↃLXIV. pag. 341. existimat, in fine hujus et in initio sequentis libri temporum injuria apud Livium interiisse, quae in principio anni.

Digitized by Google

in prodigium versum est. Ad ea expianda nihil ultra, quam ut ludi instaurarentur, actum est.

de republica, provinciisque, et exercitibus in senatu decreta fuere, provinciarum insuper sortitiones, et multa alia ejus anni acta. In initio libri sequentis multa ejus generis desiderari, satis patet. Verum a fine hujus libri deesse nihil contendo. Livius enim provinciarum sortitionem et exercituum inter novos magistratus divisionem rarius in finem libri, at frequentissime in initium sequentis conferre solet, licet praecedentem anni proximi comitia enarrando finiisset. Exempla videri possunt lib. 31. in fine, et 32. in principio; lib. 36. in fine, et lib. 37. in principio; lib. 39. in fine, et 40. in princ. Quaecumque itaque in narratione Livii hoc loco interciderunt, non calci hujus libri, eum enim his verbis desiisse puto, sed capiti libri sequentis 41. olim adnexa fuisse puto. Unicum exstat exemplum, provinciarum sortitionem narrari in fine lib. 26. quis autem cuique exercitus adsignaretur, in initio lib. 26. Verum ibi uno verborum ambitu magistratus creatos, et quae illis provinciae obvenerint, refert.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI QUADRAGESIMI PRIMI.

Ignis in aede Veſtae exſtinctus eſt. Ti. Sempronius Gracchus proconsul Celtiberos victos in deditionem ac-

Ti. Sempronius Gracchus proconsul] Vide ad 39, 29. DUR. *propraetor*, pro *proconsul*, legendum monet Merula ad Enn. Fragm. pag. 125LXXI. Sed vide, quae notantur ad 40, 39, 1. Paullo ante verbum *eſt* deficit in ed. Camp.

Gracchurim oppidum in Hispania conſtituit] Recte: sic enim Feſtus lib. 7. *Gracchuris urbs Iberae regionis, dicta a Graccho Sempronio, quae antea Illurcis nominabatur.* SIG. *Graecorum oppidum* Voſſ. *Gracchorum oppidum* Leid. Lov. 2. Berg. Boenderm. Norvic. et edd. vett. Frobenius demum anno 1531. *Gracchurim* vulgavit. Ejus loco *Graccurim* sine adspiratione ex auctoritate nummorum antiquorum scribendum esse, monuit Cl. Duker. ad Flori 2, 17, 9. eadem ratione, qua *Graccus*, omiſſa itidem litera *h*, in nummis scribi solet. At in Faſtis Capitol. semper *GRACCHVS* exaratum offendi; quos secutus etiam hic *Gracchurim* servavi. V. ad 3, 25, 5.

A. Poſtumio Albino proconsule Vaccaei ac Lusitani subacti sunt] Vet. lib. *Et a Poſtumio Albino.* SIG. *Et a Poſtumio* etiam Voſſ. Leid. Lov. 2. Berg. et edd. vett. *Et Poſtumio* Boend. *A. Poſtumio*, omissa copula, primus edidit Frob. anno 1531. *A. Poſtumio* Curio; quod ad Sigonium usque obtinuit, licet *L. Poſtumius* constanter supra vocetur 40, 35. Praeterea *Vactei ac Lusitani* Boend. *Vactri et Lusitani* Leid. *et Lusitani* etiam Lov. 2.

De utrisque triumphavit] Vet. lib. *utrque triumphavit.* Recte: id eſt, Gracchus et Albinus: ille de Celtiberis, hic de Lusitanis. ita enim Livius [cap. 7.] SIGON. Similiter Voſſ. Leid. Lovel. 2. Berg. Boenderm. Exc. Pithoei, et ed. Camp. *de utrisque* Norv. et edd. reliquae vett.

Antiochus, Antiochi filius] Antiochus Magnus duos hoc nomine filios habuit, Antiochum, succeſſorem patri futurum, sed ante eum mortuum, Liv. 35, 13. et 15. et hunc, deinde cognomine Epiphanem, qui Seleuco fratri natu majori succeſſit. Eum a patre Romanis obsidem datum fuiſſe, scribunt Liv. 42, 6. Appian. in Syriac. p. 112. 113. 116. Athen. 10, 10. et Auctor lib. 1. Maccab. 1, 10. DURERUS. Vide Clariſſ. Barbeirac. Hiſtoir. des anciens Traitez. part. 1. artic. 415. pag. 371. Primam autem vocem *Antiochus* librarii, sequentis similitudine decepti, omiserunt in Leid. et Boend. Forte eodem errore infectus eſt adhuc Ascon. Ped. ad Cic. Orat. in Pison. 22. *Tradunt et Antiochi regis filio obsidi domum publice aedificatam.* ubi videtur legendum *Antiocho Antiochi regis filio.* Mox *obses a pa-*

Digitized by Google

cepit, monumentumque operum suorum, Graccburim oppidum in Hispania constituit. Et a Postumio Albino proconsule Vaccaei ac Lusitani subacti sunt. uterque triumphavit. Antiochus, Antiochi filius, obses Romanis a patre datus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriae ab urbe dimissus. Lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta sexaginta tria millia ducenta nonaginta quatuor.

tre Romanis datus Lov. 2. et Berg. quomodo Gronov. in tribus Mſtis se invenisse ad verba proxima monuit. Dein *qui patre defuncto* Voss. et ed. Camp.

In regnum Syriae dimissus] Tres membranae *obses a patre Romanis datus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriae ab urbe dimissus.* J. FR. GRON. Si Auctor Epitomes credidit, morte Seleuci Romam nunciata, Antiochum a Romanis ad occupandum regnum Syriae dimissum fuisse, eum falli puto. Convenerat inter Romanos et Antiochum M. ut obsides tertio quoque anno mutarentur, excepto filio regis. Deinde post multos annos Seleucus, qui Antiocho patri successerat, pro fratre filium suum Demetrium obsidem Romam misit, nec ita multo post, Antiocho jam a Romanis dimisso, ab Heliodoro per insidias occisus, et Antiochus, qui Athenis nuncium de nece fratris acceperat, auxilio Eumenis et Attali regno Syriae, quod Demetrio Seleuci filio debebatur, potitus est. Ita haec narrat Appian. in Syriac. pag. 116. *in regnum ab urbe dimissus* Boend. et ed. Camp. *in regnum Syriae ab urbe dimissus* non modo reliqui codd. Leid. Voss. Lov. 2. Berg. Norv. et Exc. Pithoei, sed etiam reliquae edd. usque ad ultimam Gruteri. Recte voces *ab urbe* ab ea omissas restituerunt Cleric. et Crevier.

Civium capita ducenta septuaginta tria millia, ducenta quadraginta quatuor] *CCLXIII ᴍ. CCLXXXIIII* Boend. et ed. Camp. *ducenta sexaginta tria millia, ducenta octuaginta quatuor* Voss. *CCLVIII et CCXCIIII* Berg. Exc. Pithoei, et Lovel. 2. a manu 1. *CCLXXXX, CCXCIIII* a manu 2. *CCLXIII millia, CCCCXCIIII* Norv. et ed. Rom. princeps. *CCLXIII millia, CCXCIIII*, edd. proximae usque ad Frob. qui anno 1531. edidit *CCLXIII millia, CCXLIIII*, mox Curio *CCLXXIII millia, CCXLIIII*. Revocavi igitur *ducenta sexaginta tria millia*, ut non tantum omnes ante Curionem edd. sed et multi codd. praeferunt. In posteriore parte ambigo, utrum pro *quadraginta*, quod nulli codd. vel edd. ante Frobenium tuentur, et ex nota numeri centenarii *C* in notam quinquagenarii *L* perperam commutata natum est, *octoginta*, an *nonaginta* scribendum sit; posterius tamen admisi.

Q. Voluminius Saxa tribunus plebis legem tulit] Emendo *Q. Voconius*: sic enim Cic. in Caton. [cap. 5.] ubi *legis Voconiae* meminit: sic in Orat. pro Cornel. [Balb. 8.] sic Augustin. de Civit.

Digitized by Google

Q. Voconius Saxa tribunus plebis legem tulit, ne quis haeredem mulierem instituereț. suasit legem M. Cato exstat oratio ejus. Praeterea res contra Ligures, Istros, Sardos, et Celtiberos, a compluribus ducibus prospere gestas, et initia belli Macedonici continet, quod Perseus, Philippi filius, moliebatur. miserat enim ad Karthagi-

Dei [3, 21.] sic caeteri. Est enim haec lex Voconia celebris. SIGON. *Quelonius* Berg. *Q. Velonius* Voss. et Lov. 2. *Q. Volonius* Leid. unde recte Sigon. *Q. Voconius* emendatio confirmatur. Emendationem ejus probavit Vertran. Maurus de Jure liber. cap. 23. similiterque ante ipsum emendarunt Lud. Vives ad Augustin. 3. de Civ. Dei, cap. 21. et Hotom. ad Cic. 1. in Verr. 41. Cognomen *Saxa* abest a Boend. Tum *tribunus populi* Voss. et Norvic. Celeberrimam legem Voconiam pluribus inlustrarunt, et de ejus auctore, aetate, et argumento late egerunt Balduin. Ant. Augustin. de LL. in voc. *Voconia*, Pighius in Annal. ad A. V. DLXXXIV. pag. 376. Perizon. in Dissert. Triad. pag. 99. et nuper Clariss. Wieling lib. 2. Lection. Jur. Civ. cap. 19. et seqq.

Ne quis haeredem mulierem instituereț] Similiter Ascon. ad Cic. 1. in Verr. 41. *Voconius legem tulerat, ne quis census, hoc est pecuniosus, haeredem relinqueret filiam.* Augustin. 3. de Civ. Dei 21. *Lata est etiam illa lex Voconia, ne quis haeredem feminam faceret, nec unicam filiam.* Verum Cl. Wieling loc. laud. c. 20. non a verbis *ne quis*, sed a voce *qui* Voconium legem suam ortum esse docet.

Res contra Ligures, Istros, Sardos, et Celtiberos a compluribus ducibus gestas] Addo *prospere* ex membranarum fide. DELRIUS. *adversus Ligures* Leid. Voss. Lov. 2. Berg. Boend. et ed. Campani. Vide ad Epit. Liv. 57. Tum *Istros et Sardos* Leid. Lov. 2. et Berg. *et Istros et Sardos* Voss. Boend. et ed. Camp. Hinc *a pluribus ducibus* Boend. et ed. Camp. *a quam pluribus ducibus* Voss. Vide ad 4, 31, 2. Deinde *prospere gestas*, ut Delrius ex suo emendat, Voss. Lovel. 2. Boend. et ed. Camp. Et hanc lectionem ultima Gruteri ed. recepit. At voces *et Celtiberos a compluribus ducibus prospere* desunt in Leid. et Berg.

Et initia belli Macedonici continet, quod Perseus] *continet, et initia belli Macedonici* Boend. omnesque edd. ante postremam Gruteri. At ordini vocum, quem Gruterus induxit, favent reliqui scripti. Deinde *quod Perses* Leid. vide ad 42, 25, 2. Mox vocem *enim* ignorant Leid. Voss. Lov. 2. Berg. Boend. Norv. et primae edd. Ascensius eam addidit anno 1513.

Qui praeter religionem, quod quam multa] Ergo, quum haec epitome fieret, jam mutilum erat cap. 20. hujus libri. In eodem enim errore versatur, qui tenuit aliquamdiu viros doctos, quae illic narrantur, ad Persen Macedonem pertinere. In quem qui potuit prolabi, quisquis integrum Livium vidit? Sic tamen semper editum, nec secus Vos-

Digitized by Google

nienses legationem, et ab iis nocte audita erat: sed et alias Graeciae civitates sollicitabat. qui praeter religionem, quod quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Jovis Olympii, et Antiochiae Capitolini, vilissimum regem egit.

sianus, et major Gudianus. In minore nullum horum verborum vestigium est. Unde mihi suspicio nascitur, primogenio aliquo in exemplari ea scriptoris vitio praetermissa, in marginem deinde conjecta fuisse: itaque sequentium alios eadem dissimulasse, alios ad finem alleviisse, quae superius erant interponenda hoc modo: *Antiochus, Antiochi filius, obses a patre Romanis datus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriae ab urbe dimissus, praeter religionem, qua multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Jovis Olympii et Antiochiae Capitolini, vilissimum regem egit. Lustrum a Censoribus* etc. Juvat utcumque, quod in Voss. et Gud. *religionem quam multa*, non *religionem quod quam multa*. J. FR. GRON. Tota haec periodus aberat etiam a Leid. at solam vocu-

lam *quod* ignorant Lov. 2. Berg. Boend. et ed. Camp. Sententiam Gronovii secuti Clericus et Crevierius ultima haec verba superius inseruerunt. Tantum tamen conjecturae, licet vera esse videatur, indulgere non audeo.

Templa magnifica multis locis erexit, Athenis Jovis Olympii, et Antiochiae] Scribe *et Antiochiae Capitolini*. Sic enim Livius hoc lib. [cap. 20.] alioquin imperfecta et oratio, et historia erit. SIGON. *templa magnifica Jovis Olympii violans, multis sociis Athenis et Antiochiae vilissimum regem egit* ed. Camp. quam lectionem vitiosam esse, fragmentum Livii a Sigonio laudatum docet. *multis sociis*, omissa seq. voce *erexit*, Voss. Lov. 2. et Boend. *multis sacris*, eadem voce deficiente, Berg. *τὸ Capitolini* in nullo est meorum.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER QUADRAGESIMUS PRIMUS.

[(*I.*) Jam per omnes orbis terrarum partes victricia populus Romanus circumtulerat arma, diſſitasque procul et sejunctas non uno mari regiones longe lateque pervaserat. Sed, in tanta fluentium ex voto rerum felicitate moderationis tamen adeptus laudem, auctoritate magis, quam imperio, pollebat: et apud exteras gentes plura consilio, quam vi et terrore, gerere se gloriabatur. In devictos populos regesque non acerbus, munificus erga socios, sibi solum victoriae decus appetens, suam regibus majeſtatem, populis, vel in aequo, vel etiam in impari foedere suas tamen leges, sua jura libertatemque servaverat: atque adeo armis utramque maris mediterranei oram a Gadibus ad Syriam usque complexus, et per immensos terrarum tractus reverentia nomini Romano conciliata, subjectos tamen ditioni solos habebat Siciliae, et circumjectarum Italiae insularum, et pleraeque Hispaniae, jugum tamen nondum docili ferentis cervice, populos. Augendae dominationi causam materiamque praebuit potius inconsulta hoſtium et aemulorum pravitas, quam ipsius ambitio. Persei in primis, Macedoniae regnum per fraudem ac scelus adepti, crudelitas in populares omnibus invisa, vesana inter immensas opes avaritia, inconsiderata in capiendis exsequendisque consiliis levitas, et illum peſſumdedere, et quaecunque ſtante hoc praecipuo Romanae potentiae velut freno ſtare poterant. Redundavit enim in alios ejus casus, nec finitimorum tantum, sed eorum etiam, qui longius remoti erant, ruinam traxit. Macedonum exitium secuta cum Achaeis Carthago: atque, horum cladibus convulso omnium ſtatu, reliqua jam imperia, aliquamdiu obnoxia, poſt paulo eversa, in Romanum imperium cuncta ceſſerunt. Atque haec, ut locis temporibusque diversa, ita re conjuncta, sub uno aspectu hic ponere libuit, intuenti imminens mox Romanis a Perseo bellum, unde initium maxime crescendi res Romanae cepere. Illud bellum tunc coquebat occultum Perseus: laceſſebant magis, quam exercebant, Romana arma Ligures et Galli.

Digitized by Google

(II.) M. Junio Bruto, A. Manlio Vulsoni consulibus decretae ergo provinciae sunt, Gallia et Ligures: Manlio Gallia, Junio Ligures obtigere. Praetoribus, M. Titinio Curvo urbana, Ti. Claudio Neroni peregrina jurisdictio evenit: P. Aelio Liguri Sicilia, T. Aebutio Caro Sardinia, M. Titinio (duo enim M. Titinii praeturam hoc anno gesserunt) Hispania citerior, T. Fontejo Capitoni ulterior. Incendium circa forum ortum est, quo et plurima deusta sunt, et Veneris aedes sine ullo vestigio cremata. Vestae penetralis ignis exstinctus. Virgo, cujus custodia fuerat, jussu M. Aemilii pontificis maximi flagro caesa, et supplicationes de more habitae sunt. Lustrum hoc anno a censoribus M. Aemilio Lepido, M. Fulvio Nobiliore conditum est. Censa sunt civium capita ducenta septuaginta tria millia, ducenta quadraginta quatuor. Legati a Perseo Macedonum rege venerunt, postulantes, ut rex sociusque et amicus a senatu appellaretur, foedusque cum eo, quod cum Philippo patre ejus fuerat, renovaretur. Suspectus invisusque erat Romanis Perseus, nec dubitabant plerique, quin bellum, a Philippo tot per annos occultis consiliis instructum, ubi primum daretur occasio, viresque ei suae satis placuissent, illaturus esset. Tamen, ne quietum et pacis studiosum lacessisse, belloque causam ipsi dedisse viderentur, postulata ei sua concesserunt. Perseus, hoc accepto responso, firmatum jam omnino sibi regnum existimans, opes apud Graecos parare statuit. Cupidus ergo comparandae eorum amicitiae, quotquot aeris alieni causa aut judicio damnati solum verterant, quique ob majestatis crimina Macedonia excesserant, universos in Macedoniam revocavit, edictis in insula Delo ac Delphis, et in templo Itoniae Minervae palam propositis, quibus non modo impunitatem, sed etiam bonorum omnium restitutionem, cum fructibus ab eo tempore, ex quo quisque exsularet, redeuntibus concedebat. Sed et iis, qui in Macedonia degebant, quidquid debebatur fisco, remisit; cunctosque ob crimen majestatis vinctos liberavit. His rebus quum multorum animos arrexisset, Graeciam in se convertit omnem, et magna spe implevit. Quin etiam in toto reliquae vitae cultu regiam dignitatem tuebatur. Nam et species erat honesta, et corpus ad omnia belli pacisque munia obeunda validum et ha-

Provinciae. Liv. infra c. 5. et 7. cap. 6. c. 9. et 26. 43. c. 2. Jul. Obseq. c. 26.

Epit. huj. lib. Jul. Obseq. ibid. Epit. *Lustrum conditum.*

Perseus rex socius et amicus a senatu appellatus.

Liv. 40. c. 58. et 45. c. 9.

Initio regni multis laudibus commendatus.

Polyb. Excerpt. de Virt. et Vit. lib. 26.

Digitized by Google

bile, et frontis ac supercilii decora maturae jam aetati majestas. Nihil in eo paternae lasciviae, effusaeque in Venerem et vina libidinis. His laudibus Perseus initia principatus commendabat, haud pares inceptis habitura exitus.

Gracchi res gestae in Hispania.

Diodor. apud Vales.

Appian. Alex.

(*III.*) Antequam praetores ii, qui Hispanias sortiti fuerant, in provincias venirent, magnae res ibi gestae sunt a Postumio et Graccho. Sed Gracchi praecipua laus fuit, qui aetate florens, quum virtute animi et prudentia aequales omnes multum anteiret, et ingenti jam tum fama celebrabatur, et majorem in futurum de se spem concitabat. Carabin urbem sociam Romanorum viginti millia Celtiberorum oppugnabant. Gracchus ad opem sociis ferendam properavit. Illa sollicitudo angebat, quonam modo consilium suum obsessis significaret, tam arcta obsidione prementibus urbem hostibus, ut vix eo nuncius commeare posse videretur. Arduum negotium expedivit Cominii audacia. Is equitum turmae praefectus, re prius apud se perpensa, et Graccho, quid pararet, admonito, Hispanico indutus sago, pabulatoribus hostium se immiscuit. Cum his castra ingressus, hinc cursu ad urbem contendit, nunciatque adventare Tiberium. Oppidani ex ultima desperatione ad alacritatem atque audaciam hoc nuncio excitati, obfirmatis ad fortiter repugnandum animis, die tertio, adventu Gracchi digressis hostibus, obsidione exempti sunt. Ipse postea Gracchus fraude barbarorum appetitus, periculum viribus arte adjutis ita discussit, ut dolus in auctores verteret. Complega erat urbs aliquot ante annis condita, sed valida muris et celeribus incrementis aucta, in quam multi Hispanorum concurrerant, qui prius egentes agro huc illuc vagari cogebantur. Ex ea urbe prodeuntes ad viginti hominum millia, supplicum habitu, ramosque oleae porrigentes, in conspectu castrorum tanquam pacem oraturi constiterunt. Mox, abjectis precantium insignibus, ex improviso aggressi Romanos pavore ac tumultu omnia compleverunt. Gracchus sapienti consilio castra per simulationem fugae deseruit: quae illi dum solita barbaris aviditate diripiunt, seseque praeda praepediunt, reversus subito, et nihil tale metuentes adortus, plurimos cecidit, atque etiam ipsa urbe potitus est. Sunt, qui rem aliter narrent: Gracchum, quum comperisset hostem inopia laborare,

Frontin. Strateg. 2, 5.

Digitized by Google

castra instructissima omnibus esculentis deseruisse: quae adeptum hostem, et repertis intemperanter repletum gravemque, reducto exercitu Romano, subito oppressum esse. Ceterum, sive haec diversa est ejusdem rei gestae narratio, sive alia plane res ac victoria, complures certe populos Gracchus, atque adeo totam Celtiberorum gentem perdomuit. Cepisse eum et evertisse trecentas ex illis urbes, quanquam Polybius gravis in primis auctor memorat, haud tamen pro certo affirmare ausim, nisi si urbium nomine turres et castella intelligenda sunt: quo mendacii genere et ipsi bellorum duces, et scriptores quoque historiarum res gestas exornare amant. Nam Hispania quidem arido et inculto solo magnam urbium multitudinem alere non potest. Repugnant etiam Hispanorum mores, si accolas nostri maris excipias, feri agrestesque, quum civilibus urbium conventibus mansuetiora fieri soleant hominum ingenia. Ceterum quid statuendum sit de numero aut genere urbium a Sempronio captarum (etenim in numero variant quoque scriptores, et centum quinquaginta alii, alii centum tria oppida ab eo capta memoravere) magnas certe ille res gessit; nec bellicis tantum inclaruit laudibus, sed et egregium se pacis legumque moderatorem et arbitrum devictis gentibus praebuit. Nam et divisit inopibus agrum, et sedes ad habitandum assignavit, et omnibus ea loca incolentibus populis leges accurate descriptas, ex quibus in amicitia ac societate populi Romani viverent, dato acceptoque jurejurando firmavit. Atque hujus quidem foederis auctoritatem saepius imploravit sequens aetas in bellis, quae postea orta sunt. Gracchus monumentum virtutis operumque suorum Gracchurim urbem suo nomine insignem esse voluit, quae antea Illurcis nominabatur. Postumii rerum fama obscurior est. Vaccaei tamen ab eo et Lusitani subacti sunt, et quadraginta ex his populis hominum millia interfecti. His rebus gestis ambo, advenientibus successoribus exercitus ac provincias quum tradidissent, ad triumphum decesserunt.

Liv. Epit. lib. 41.

Strab. l. 3. p. 163.

Trecentas Celtiberorum urbes a Gracco captas Polybius memorat.

Flor. 2, 17.

Liv. 40, 49.

Appian. Iber.

Gracchus egregius pacis legumque moderator.

Liv. Epit. 41.

Festus.

Liv. Epit. 41.

Oros. 4, 20.

Livius infra c. 7.

(*IV.*) In Gallia Manlius consul, cui ea provincia obvenerat, quum triumpho materia deesset, oblatam a fortuna belli adversus Istros movendi occasionem cupide amplexus est. Aetolos pridem bellantes quum adjuvissent Istri, nuper quoque tumultuati fuerant. Praerat tum illis ferocis ingenii rex Aepulo, qui gentem]

Res gestae Manlii Cos.

Flor. 2, 10.

Liv. infra c. 11. et Flor.

Digitized by Google

a patre in pace habitam armasse, eoque juventuti praedandi cupidae pergratus esse dicebatur.

1 I. (*V.*) Consilium de Istrico bello quum haberet consul, alii gerendum extemplo, antequam contrahere copias hostes possent, alii consulendum prius 2 senatum censebant. Vicit sententia, quae diem non proferebat. Profectus ab Aquileja consul castra ad lacum Timavi posuit; (inminet mari is lacus) eodem decem navibus C. Furius duumvir navalis ve- 3 nit. Adversus Illyriorum classem creati duumviri navales erant, qui tuendam viginti navibus mari superiore Anconam, velut cardinem haberent: inde L.

A patre in pace habitam] Reliquos quinque libros, quos nemo adhuc commentariis editis emendandos suscepit, quanquam manuscriptorum librorum ope destituti, dabimus operam, ut ex ingenio aut corrigamus, aut, ubi correctionis indigeant, demonstremus. Atque hoc quidem loco multa decesse intelligendum est, ut sortitionem provinciarum, et consularium, et praetoriarum. Consulibus A. Manlio Gallia, M. Junio Ligures: praetoribus M. Titinio Hispania citerior, T. Fontejo ulterior, Neroni Etruria, T. Aebutio Sardinia obtigerunt. praeterea quae de igne Vestae exstincto, de rebus a Ti. Graccho et L. Albino in Celtiberia et Lusitania gestis, de Antiocho, de lustro a censoribus condito, de lege Q. Voconii in Epitoma traduntur, postremo res a M. Junio consule in Liguribus gestae desiderantur. Hoc autem principium est earum, quas A. Manlius consul, ex provincia sua Gallia in Istriam transgressus, cum Istris gessit. SIGON.

§. 1. *Consilium de Istrico bello*] *de Histrico bello* ed. prima, quae passim hanc orthographiam retinuit. Eam rejecit Sigonius supra ad 21, 16, 4. et mox hoc cap. ad §. 4. V. etiam ad 10, 2, 4. et Dausquej. in Orthogr. part. 2. voc. *Histria*.

Consulendum prius senatum] Satis constat, bella a senatu decreta, ac deinde ex auctoritate illius lege ad populum lata jussa fuisse. Vide Liv. 4, 30. 58. 36, 1. 38, 45. 46. infra cap. 7. Videtur tamen senatus iis, qui provinciis praeerant, injussu populi potuisse permittere, ut in terras hostium vicinorum, a quibus provinciis periculum metuebatur, legiones inducerent. 39, 55, 4. *M. Claudius consul, Gallis e provincia exactis, Istricum bellum moliri coepit, literis ad senatum missis, ut sibi in Istriam traducere legiones liceret. Id senatui placuit.* DUKER.

§. 3. *Qui tuendam viginti navibus mari superiore Anconam, velut cardinem haberent*] Mirum, qua felicitate restituerit hunc locum Florebellus hoc modo: *qui tuen-*

Digitized by Google

Cornelius dextra litora usque ad Tarentum, C. Furius laeva usque ad Aquilejam tueretur. Eae naves 4
ad proximum portum in Istriae fines cum onerariis et magno commeatu missae: secutusque cum legionibus consul quinque ferme millia a mari posuit castra. In 5
portu emporium brevi perfrequens factum, omniaque hinc in castra subportabantur. et, quo id tutius fieret, stationes ab omnibus castrorum partibus circumdatae sunt: in Istriamque suum praesidium sta- 6
tivum, repentina cohors Placentina obposita inter mare et castra: et, ut idem aquatoribus ad fluvium esset praesidium, M. Aebutius tribunus militum se-

dae viginti navibus maris superi orae Anconam velut cardinem haberent. Probatur autem eo magis haec conjectura, quod libro superiore [cap. 18, 8.] ita scripsit: *Inter duumviros ita divisa tuenda denis navibus maritima ora, ut promontorium iis Minervae velut cardo in medio esset.* SIGON. Non Ancona, sed mare omnisque ora maritima defendenda erat. Lege igitur cum Mureto *tuendae viginti navibus maris superi orae Anconam.* Libro praecedenti [cap. 18, 8.] *Inter duumviros ita divisa tuenda denis navibus maritima ora, ut promontorium iis Minervae velut cardo in medio esset.* J. FR. GRON. Cluverius 1. Ital. Antiq. 19. pag. 174. conjicit *qui ad tuendam viginti navibus maris superi oram Anconam.* Deinde Gronov. anno 1665. edidit *veluti cardinem*; quod recentiores servarunt. Priores dederant *velut cardinem*; quod sine causa mutatum est.

§. 4. *Histriae fines*] *Istriae*: sic enim Graeci. SIG. Vide ad §. 1.

Quinque ferme millia a mari] A lacu Timavo, ad quem consul castra posuisse dicitur, usque ad mare quum hodie haud amplius tria milliaria reperiantur, castra inde paullum remota fuisse in superiora loca, vel numerum *quinque millium* hoc loco corruptum esse, suspicatur Cluver. 1. Ital. Antiq. 20. pag. 193.

§. 6. *In Istriamque suum praesidium stativum*] Scribe: *et, quo id tutius fieret, stationes ab omnibus castrorum partibus circumdatae sunt: in Istriam versum praesidium stativum, repentina cohors Placentina, opposita inter mare et castra.* Lib. 6, [1, 9.] *Alia munimenta in urbem et contra oppidanos versa.* Vel, si mavis, *Istriam versus.* Lib. 44, [40, 6.] *Et aliud pro castris stativum erat praesidium sub C. Cluvio legato, tres cohortes.* J. FR. GRON. Praeferenda est prior Gronovii conjectura; propius enim vulgatam lectionem accedit, et locutionem Livio familiarissimam revocat; de qua vide ad 36, 15, 7. *Praesidium stativum*, ut apud Cic. 12. Philipp. 10. *Haec mea sedes est*,

Digitized by Google

cundae legionis duos manipulos militum adjicere
7 jussus est. T. et C. Aelii tribuni militum legionem tertiam, quae pabulatores et lignatores tueretur, via,
8 quae Aquilejam fert, duxerant. Ab eadem regione mille ferme passuum castra erant Gallorum: Catmelus pro regulo erat tribus haud amplius millibus armatorum.

1 II. (*VI.*) Istri, ut primum ad lacum Timavi castra sunt Romana mota, ipsi post collem occulto loco
2 consederunt: et inde obliquis itineribus agmen sequeque-

haec vigilia, haec custodia, hoc praesidium stativum.

Repentina cohors Placentina] 3, 4, 11. *Latini, Hernicique, et colonia Antium dare Quintio subitarios milites (ita tum repentina auxilia appellabant) jussi. Subitariorum militum* crebra mentio est in Livio. Vide 31, 2. 40, 26. 28. et Lips. 3. de Milit. Rom. 4. Idem etiam videntur dicti *tumultuarii* 45, 2. 23. 40, 26. Ob quam causam autem haec repentina cohors Placentina scripta fuerit, fortassis in deperditis ex hoc libro dixerat Livius. DUR. Similiter Crevier. *repentinam cohortem* exponit ex eo genere militum, qui *subitarii* passim a Livio nominantur, laudato loco ex hujus lib. c. 10, 3. *Repentinus et tumultuarius exercitus.*

§. 8. *Carmelus pro regulo erat*] Primus Curio ita edidit; antiquiores *Catmelus*. Perizonius in Epist. ad Nic. Heinsium, edita a Celeb. Burmanno tom. 4. Syllog. Epist. pag. 779. monet, *Camelum* quemdam memorari apud Vellej. Paterc. 2, 64. quod idem nomen, et alterum ex altero castigandum esse suspicatur. Vide etiam infra ad Epit. Liv. 120. Ceterum haec verba Crevierio sunt suspecta; quae tamen ita utcumque explicari posse putat: Carmelus quidam loco reguli, qui ipse non aderat, in iis castris erat.

Tribus aut amplius millibus armatorum] *haud amplius* legit Florebellus. Sic lib. 29, [29, 4.] *Cum ducentis haud amplius equitibus.* Et lib. 45, [44, 21.] *Triginta haud amplius dies.* SIGON. Lege *tribus haud amplius millibus armatorum.* J. FR. GRON. 28, 2, 11. *Duo haud amplius millia peditum* etc. *effugerunt.* 29, 32, 5. *Cum quinquaginta haud amplius equitibus* etc. *se eripuit.* 38, 40, 7. *Thracum decem haud amplius millia viam circumsederunt.* 45, 44, 21. *Moratus circa urbem triginta haud amplius dies.* Voculas vero *aut* et *haud* passim in Mstis confundi, dictum est ad 28, 2, 11. Adde infra ad 45, 44, 21. et N. Heins. ad Virg. 3. Aen. 43.

§. 2. *Nec quidquam eos, quae terra marique agerentur, fallebat*] *eos fallebat* est, eos latebat: ut 4, 11, 4. *Ut plebem tribunosque falleret judicii rescindendi consi-*

Digitized by Google

quebantur, in omnem occasionem intenti: nec quidquam eos, quae terra marique agerentur, fallebat. Postquam stationes invalidas esse pro castris, eorum 3
turba inermis frequens inter castra et mare mercantium, sine ullo terrestri aut maritimo munimento, viderunt; duo simul praesidia, Placentinae cohortis, et manipulorum secundae legionis, adgrediuntur. Nebula matutina texerat inceptum: qua dilabente 4
ad primum teporem solis, perlucens jam aliquid, incerta tamen, ut solet, lux, speciem omnium multiplicem intuenti reddens, tum quoque frustrata Ro-

tium initum. 5, 47, 3. *Tanto silentio in summum evasere, ut non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem excitarent.* Vide Castal. ad Rutil. 1. Itin. 613. Malim tamen *nec quidquam eorum, quae:* ut *fallere* absolute sine casu ponatur. Supra 5, 47, 9. *Vigiles ejus loci, qua fefellerat adscendens hostis, citati.* 7, 36, 3. *Decius, quum non fallerent, clamorem tollere jussit militibus, torpidos somno, insuper pavore exanimat.* 8, 38, 4. *Nec tamen fallere propter propinquitatem castrorum potuit.* 10, 14, 6. *Non fefellere ad Tifernum hostes, in occulta valle instructi.* 22, 33, 1. *Speculator Karthaginiensis, qui per biennium fefellerat, Romae deprehensus.* 25, 9, 2. *Ne quis agrestium procul spectator agminis falleret.* 31, 26, 4. *Non fefellere insidiae.* 44, 6, 13. *Quod, ut furto fefellerant, ita propalam non poterant.* cap. 11, 6. *Fallere autem se posse, si* etc. *in custodiam ejus loci propugnatores, urbis avertisset.* c. 29, 5. *Vecti nocte binis aut ternis plerumque lembis Macedones fallebant.* Seren. Sam. vers. 867.

Quae magis in tenui latitantes corpore fallunt.

Liv. Tom. XI.

ubi necesse non est, ut cum Illustriss. Heinsio invitis Mssis legamus *corpora.* Scriptum hoc loco Livii fuerat *eoꝝ*: quod facile in *eos* mutari potuit. Si vulgatum servamus, non est, quo referatur *τὸ quae.* Saepe quidem pronomen demonstrativum omitti solet: vide ad 23, 15, 4. Livium tamen *nequidquam*, vel *nihil, quae*, pro nequidquam, vel nihil eorum quae, dixisse, nondum observavi.

§. 3. *Esse pro castris, eorum turba inermis frequens inter* etc.] Nemini obscurum est, haec quoque corrupta admodum verba esse. Jos. Scaliger ad marginem in exemplari suo posuisse dicitur *forum.* Legas ergo: *Postquam stationes invalidas esse pro castris, forum turba inermi frequens inter castra et mare mercantium, sine ullo terrestri munimento, viderunt.* Supra [cap. 1, 5.] *In portu emporium brevi perfrequens factum.* J. FR GRONOV. Idem Gronovius priori ed. notarum conjicit *esse pro castris cum turba inermi frequente inter castra et mare mercantium*, vel *commeantium* Sed rete in curis secundis hanc con-

Digitized by Google

manos, multo majorem iis, quam erat, hostium aciem
5 ostendit. qua territi utriusque stationis milites ingenti tumultu quum in castra confugissent, haud paullo ibi plus, quam quod secum ipsi adtulerant, ter-
6 roris fecerunt. Nam neque dicere, quid fugissent, nec percunctantibus reddere responsum poterant: et clamor in portis (ut ubi nulla esset statio, quae sustineret inpetum) audiebatur: et concursatio in obscuro incidentium aliorum in alios incertum fecerat,
7 an hostis intra vallum esset. Una vox audiebatur ad mare vocantium. Id forte temere ab uno exclama-
8 tum totis passim personabat castris. Itaque primo, velut jussi id facere, pauci armati, major pars inermes, ad mare decurrunt: dein plures, postremo prope omnes, et ipse consul; quum, frustra revocare

jecturam ipse damnavit, et Scaligeri palmaria emendatione adscita insuper legit *forum turbæ inermi frequens inter mare et castra mercantium*. Vox *forum* corrupta erat in *eorum* ob similes ductus literarum *F* et *E*. Hinc *Afropo* datum erat pro *Aëropo* supra 29, 12, 11. *qui fuerunt*, pro *quieuerunt* 35, 40, 3. *fidem* pro *eidem*. V. supra ad 27, 36, 9. Pariter *forum* in *eorum* mutandum censuit Perizon. infra cap. 9, 11. ubi vide. Contra *eidem* pro *fidem* datum in lamina aerea, quam vulgavit Cl. Brencmann. Epist. de consulibus, quorum in Pandectis fit mentio, edita post Petr. Belandi Fast. Consul. pag. 857. Adde Sciopp. de Art. Critic. pag. 40. et 47. In voce autem *inermis* ultima litera adhaesit ob similitudinem primae in voce sequenti *frequens*. V. ad 4, 33, 10. *mercantium* autem in *commeantium* mutari, necesse non esse, vox *forum* ex veriori sententia recepta docet.

§. 7. *Id forte temere ab uno exclamatum*] Quae Gronov. de formula *forte temere* in prima not. editione ad hunc locum notarat, postea aliis additis contulit supra ad 10, 43, 12.

§. 8. *Itaque primo, velut jussi id facere*, etc. *ad mare decurrunt*] Vir doctus, amicus meus, me monuit, vulgatum quidem defendi posse; melius tamen sibi videri, voces *id facere* omitti.

§. 9. *M. Licinius Strabo*] Pighius in Annal. ad A. V. 1xc. p. 406. legendum existimat *M. Licinius Stolo*. Certe *Strabonis* cognomen in gente Licinia nondum observatum est. Mox vir doctus, quem ad §. praec. innui, malebat *obviam esset*. Solitos esse librarios has voces confundere, vidimus ad 27, 44, 3.

Digitized by Google

fugientes conatus, nec imperio, nec auctoritate, nec precibus ad extremum, valuisset. Unus remansit M. 9
Licinius Strabo, tribunus militum tertiae legionis, cum tribus signis ab legione sua relictus. Hunc, 1
in vacua castra impetu facto, Istri, quum alius armatus iis nemo obviam iisset, in praetorio instruentem atque adhortantem suos obpresserunt. Proelium atrocius, quam pro paucitate resistentium, fuit: nec 10
ante finitum est, quam tribunus militum, quique circa eum constiterant, interfecti sunt. Praetorio de- 11
jecto, direptis, quae ibi fuerunt, ad quaestorium forum quintanamque hostes pervenerunt. Ibi, quum 12
omnium rerum paratam expositamque copiam, et stratos lectos in quaestorio inveniissent, regulus adcubans epulari coepit. mox idem ceteri omnes, armorum ho- 13

§. 11. *Praetorio dejecto, direptis, quae ibi fuerunt*] Ita constanter edd. omnes, eaque lectio defendi potest. Malo tamen *direptisque, quae;* ut copula *que* a pronomine sequenti intercepta sit: quod genus erroris in membranis antiquis frequens est. V. ad 3, 48, 8. 4, 15, 8. 22, 11, 7. 25, 17, 2. 27, 5, 1. 28, 31, 6. 29, 6, 8. 31, 17, 8. 34, 22, 3. 37, 43, 10. 39, 18, 2. et cap. 32, 1. Adde Corte ad Plinii 4. Ep. 19, 6. Contra *quae* nonnumquam intercidit ob praecedentem conjunctionem *que*. V. ad 29, 6, 8.

Ad quaestorium forum quintanamque] *Quaestorium* in castris quum dicunt Latini, intelligunt tabernaculum quaestoris, ut *Praetorium* tabernaculum praetoris. illud *ταμιεῖον*, hoc *στρατηγιον* vocat Polyb. 6, 29. Liv. 10, 32, 8. *Captum quaestorium, quaestorque ibi C. Opimius Pansa occisus.* Nec usquam credo legi *quaestorium forum*. Schelius in notis ad Polyb. pag. 1165. distinctione post *quaestorium* posita, citat *ad quaestorium, forum, quintanamque*. Hoc quidem exponi potest ad forum, quod in quintana erat: sed mihi tamen suspecta est vox *forum*, tamquam glossa magistri, qui docere voluerit, forum castrorum in quintana fuisse, quod Livii aetate nemo ignorabat. De quintana vide Lips. 5. de Milit. Rom. 3. Schol. l. d. et ad Hygin. de Castramet. p. 1083. DUK. Post vocem *quaestorium* etiam distinguit Lipsius loc. laud. At vocem *forum* omisit, hunc locum laudans, Dacierius ad Festum voc. *Quintana*.

§. 12. *Stratos lectos in quaestorio*] Contra morem ac disciplinam militarem, quam valde solutam in his castris fuisse apparet. Vide Lips. 5. de Milit. Rom.

Digitized by Google

stiumque obliti, faciunt: et, ut quibus insuetus liberalior victus esset, avidius vino ciboque corpora onerant.

1 III. (*VII.*) Nequaquam eadem est tum rei forma apud Romanos: terra, mari trepidatur: nautici tabernacula detendunt, commeatumque in litore expositum in naves rapiunt: milites in scaphas et mare
2 territi ruunt: nautae, metu ne compleantur navigia, alii turbae obsistunt, alii ab litore naves in altum
3 expellunt. inde certamen, mox etiam pugna cum vul-

16. et Schel. ad Polyb. cap. 10. DUKER.

§. 1. *Nequaquam eadem est tum rei forma*] Voces *est tum* exturbandae bono sententiae. GRUT.

Terra marique trepidatur] Ita ed. Clerici contra fidem priorum editionum, quae copulam ignorant. Sed, Livium conjunctiones frequenter neglegere, vidimus ad 35, 44, 5. Eam igitur iterum expunxi.

§. 5. *Tunc demum nuncius ad tertiam legionem revocandam, et Gallorum praesidium. Et simul*] Duae voces aut paulo plures huic sententiae deesse videntur, hae: *opprimendum venit.* ut sit: *Tum demum nuncius ad tertiam legionem revocandam et Gallorum praesidium opprimendum venit.* Sic enim ait paulo post: *Egregiam gloriam tertiae legionis fore, si castra metu secundarum amissa sua virtute recipiant, et recipi facile esse, si in praeda occupati barbari subito opprimantur.* SIG. *et Gallorum praesidium venit* edidit Sigonius. Sed tamen illud *venit* in nulla est praeterea editione. GRUTER. Vox *venit* non erat in scripto unice, neque in editis est ante Sigonium, ut et verbo monet Gruterus. Sed illi duae minimum voces, si non multo plures, abesse visae, hae nempe: *opprimendum venit.* ut sit: *et Gallorum praesidium opprimendum venit.* Si satis capio Livium in praecedentibus, Galli fecerunt a parte Romana: ideoque non debuerunt a Romanis opprimi, sed in auxilium vocari. Deinde quid est, *nuncius venit ad opprimendum praesidium Gallorum?* ad tertiam legionem nuncius venit, ut eam revocaret: hoc Latine dicitur, *ad tertiam legionem revocandam:* haud scio, quo sensu idem nuncius veniisse dicatur ad Gallos, ut illos opprimeret. Sin accepit, nuncium revocasse tertiam legionem hac fini, ut Gallorum illa praesidium opprimeret, primum neque satis bene hic sensus illis verbis exprimitur: deinde Istri erant, non Galli, qui castra ceperant; denique non hoc *praesidium* dixisset Livius. Quae aut omnia, aut in parte occurrerunt editoribus post Sigonium, qui, omisso importunissimo *opprimendum*, alteram vocem receperunt. Nos vero tanum esse locum statuimus, ut conceptus olim fuit: *Tum demum nuncius ad tertiam legionem revocandam et Gallorum praesidium: et simul ex omnibus locis ad castra recipienda demendumque*

Digitized by Google

neribus et caede in vicem militum nautarumque oritur, donec jussu consulis procul a terra classis submota est. Secernere inde inermes ab armatis coepit. vix mille ducenti ex tanta multitudine, qui arma haberent, perpauci equites, qui equos secum eduxissent, inventi sunt. cetera deformis turba, velut lixarum calonumque, praeda vere futura, si belli hostes meminissent. Tunc demum nuncius ad tertiam legionem revocandam, et Gallorum praesidium: et simul ex omnibus locis ad castra recipienda demen-

ignominiam rediri coeptum est. Illud *venit*, quod docti viri deesse putarunt, ex sensu supplendum in compendio orationis satis eleganti. Plinius lib. 6. ep. 20. *Nobis tamen ne tunc quidem, quamquam et expertis periculum et exspectantibus, abeundi consilium, donec de avunculo nuncius.* Sic scripti veteresque editiones, et ex illis Gruterus. nam recentiores hic quoque adjecerant de suo *veniret.* Statius lib. 5. Thebaïd. [715.]

Caussa viae genitrix, nec inhospita tecta Lycurgi
Praebuerant aditus, et protinus ille tyranno
Nuncius exstinctae miserando vulnere prolis.

Noster lib. 44, [24, 1.] *Eodem tempore et ad Eumenem et ad Antiochum communia mandata, quae subjicere conditio rerum poterat.* Ubi intelligitur, dedit, vel misit per Telemastum Perseus: sic enim vocatur legatus apud Polybium. Adde, quae ad 37, 10. notavimus. Gallos existimo fecisse cum Romanis: et ideo ad eos mille passus a consule castra habentes nuncius missus, qui edoceret sociorum periculum. Ea re mox etiam, *et simul ex omnibus locis.* Quae illa omnia? nempe a mari et navibus, qui e castris aufugerant, tum a via, quae ferebat Aquilejam, legio tertia cum pabulatoribus, denique a praesidio Gallorum, etsi horum postea mentionem omittat, sive non adfuerint in tempore, sive operam eorum non ducens tanti: secus non *ex omnibus locis*, sed *utrimque* dixisset. Quod si omnino constaret, Gallos hic Romanis adversos fuisse, facile foret corrigere, *ad tertiam legionem revocandam et pabulatorum praesidium*: etenim tertia legio tum praesidio pabulatoribus erat profecta. Sed illud teneo, donec ex aliquo auctore alio doceatur, Gallos Istrorum socios fuisse. J. FR. GRON. Vide eumdem Gronov. ad Senecae Troad. 844. et viros doctos ad Frontin. Strateg. 1, 1, 10. Praeterea Clericus edidit *Tum demum*, ad quod ansam ipsi dedisse videtur Sigonius. Clerici lectionem recepit etiam Crevierius. Interim tamen omnes edd. reliquae *Tunc demum.* Perinde esse fateor: at eo minus erat mutandum.

§. 6. *Tribuni militum tertiae legionis pabulum lignaque projicere jubent.* Intelligendum milites, vel pabulatores ac lignatores; ut

Digitized by Google

6 dameque ignominiam rediri coeptum est. Tribuni militum tertiae legionis pabulum lignaque projicere jubent: centurionibus imperant, ut graviores aetate milites binos in ea jumenta, ex quibus onera dejecta erant, inponant: equites ut singulos e juvenibus pe-
7 dites secum in equos tollant. *Egregiam gloriam legionis fore, si castra, metu secundanorum amissa, sua virtute recipiant: et recipi facile esse, si in praeda occupati barbari subito obprimantur: sicut ceperint, posse capi.*
8 Summa militum alacritate adhortatio audita est. Ferunt citati signa, nec signiferos armati morantur: priores tamen consul copiaeque, quae a mari redu-
9 cebantur, ad vallum accesserunt. L. Atius, tribunus primus secundae legionis, non hortabatur modo mi-
10 lites, sed docebat etiam, *Si victores Istri, quibus ar-*

sit, tribuni militum jubent, milites projicere pabulum. V. infra ad 42, 24, 5.

Equites, ut singulos e juvenibus peditos secum in equos tollant] Ita Gronov. anno 1665. distinxit. Priores interpunctionem post *equites* omiserunt. Tum contractio erit, ut equites tollant singulos peditos. Sed illud hanc lectionem incommodum premit, quod praecesserit *centurionibus imperunt*. Id igitur etiam hic erit repetendum, centurionibus imperant, ut equites tollant. Verum equitibus, quae peragere debebant, non admonebantur per centuriones, qui non ipsis, sed peditibus praeerant. Vide igitur, an, licet *centurionibus imperant* praecesserit, tamen sola vox *imperant* ad haec verba intelligenda sit, atque ad consuetudinem Livianam orationem quacumque ratione variandi referri debeat, quod dixerit, *centurionibus imperant, ut inponant; equites*, imperant, *ut tollant*, pro equitibus imperant: an vero, ut vir doctus in margine ed. Curionis conjecit, legendum sit *equitibus, ut singulos*. Certe distinctionem Gronovii, quae nullo modo locum tueri potest, et tamen a plerisque posterioribus editoribus servata est, iterum delevi.

§. 8. *Ferunt citati signa*] Supra 9, 23, 13. *Ferte signa in hostem*. 27, 47, 8. *Signa ferri jussit*. Ubi vide.

§. 9. *L. Atius, tribunus primus secundae legionis*] Ita recte in unico cod. scriptum exstat tribuni nomen, quod vulgo librarii alibi passim in *Attius, Actius, Accius* mutarunt. Vide Nic. Heinsium, et Celeb. Burm. ad Virg. 5. Aen. vers. 568. hunc etiam et Torrent. ad Suet. Aug. 4. De

Digitized by Google

mis cepisset castra, iisdem capta retinere in animo haberent, primum exutum castris hostem ad mare persecuturos fuisse, deinde stationes certe pro vallo habituros. vino somnoque verisimile esse mersos jacere.

IV. (*VIII.*) Sub haec A. Baeculonium signiferum 1
suum, notae fortitudinis virum, inferre signum jussit. Ille, si unum se sequerentur, quo celerius fieret, 2
facturum dixit: connisusque, quum trans vallum signum trajecisset, primus omnium portam intravit. Et parte alia T. et C. Aelii, tribuni militum tertiae 3
legionis cum equitatu adveniunt. confestim, et quos binos oneraria in jumenta inposuerant, secuti, et consul cum toto agmine. At Istrorum pauci, qui 4
modice vinosi erant, memores fuerunt fugae; aliis somno mors continuata est: integraque sua om-

tribuno primo vide Lipsium 1. de Milit. Rom. 3.

§. 1. *Signiferum suum*] Cupio mihi explicari, cur addat *suum*, quasi peculiarem aliquem signiferum tribuni. Tribuni militum praeerant toti legioni, cujus tot erant signiferi, quot signa, id est manipuli. Quemadmodum autem nusquam alibi manipulum tribuni, ita nec signiferum illius dici credo. DUKER.

§. 2. *Ille, si unum se sequerentur, quo celerius fieret, facturum dixit*] Quid apertius, quam scribendum: *notae fortitudinis virum inferre signum jussit. Ille unum, si se sequerentur, quo celerius fieret, facturum dixit.* Non modo scilicet inlatutum, quod jubebatur. Illud *unum* i. quale apud Caesarem lib. 5. B. Gall. [40.] *Cicero ad haec unum modo respondit, non esse consuetudinem populi Romani, accipere ab hoste armato conditionem.* Lib. 2. Civil. [34.] *Ille unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea, quae pridie sibi confirmassent, sequi sese jubet. Facturum*, ut lib. 26, [5, 15.] *Secundi hastati signum ademptum signifero in hostem infert, facturum in medios eos minitans, ni se propere sequantur milites.* Sic et 34, 46, 12. restituimus ex scriptis membranis: *signa adempta signiferis in hostes jecerunt.* J. FR. GRON. *facturum* legendum esse, ut Gronov. conjecit, ostenduut verba, quae sequuntur, *quum trans vallum signum trajecisset.* Solent autem hae voces saepius a librariis commutari. V. ad 1, 53, 5. 5, 49, 7. 7, 2, 7. 22, 26, 1. Adde Celeberr. Burm. ad Ovidii 2. Fast. 590. Viros doct. ad Suet. Claud. 15. et observat. Miscell. tom. 2. pag. 186.

§. 3. *Et parte alia T. et C. Aelii*] Modius edidit *E parte alia*, quod recentiores retinuerunt ne-

Digitized by Google

nia Romani, praeterquam quod vini cibique absum-
5 tum erat, receperunt. Aegri quoque milites, qui in
castris relicti fuerant, postquam intra vallum suos
senserunt, armis arreptis, caedem ingentem fece-
6 runt. Ante omnes insignis opera fuit C. Popillii
equitis. Sabello cognomen erat. is, pede saucio re-
7 lictus, longe plurimos hostium occidit. Ad octo
millia Istrorum sunt caesa, captus nemo, quia ira et
indignatio inmemores praedae fecit. Rex tamen Istro-
rum, temulentus ex convivio, raptim a suis in equum
8 inpositus, fugit. Ex victoribus ducenti triginta se-
ptem milites perierunt, plures in matutina fuga,
quam in recipiendis castris.

1 V. (*IX.*) Forte ita evenit, ut Cn. et L. Gavillii, no-
velli Aquilejenses, cum commeatu venientes, ignari

que ad Gronov. Is autem, in prima ed. notarum *Et parte alia* ex antiquioribus editis legendum monens, postea anno 1665. priscam lectionem recepit, sed adnotationem priori editioni insertam omisit.

§. 4. *Qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugae*] Ita primus Modius edidit, eamdemque lectionem recentiores servarunt; quam etiam sententia exigere videtur. Priores habebant *memores fuerant*.

§. 6. *C. Popilii equitis*] Legendum *C. Popillii*. Vide ad 26, 6, 1. Ita etiam edidit Sigonius: quem vera monentem spreverunt omnes postea secuti editores.

Longe plurimum hostium occidit] Haec lectio primum obvia fuit in ultima Gruteri editione, quam ejus auctoritate reliqui editores probarunt. Priores legunt *plurimos hostium*. Ita *pauci Istrorum* supra hoc cap. *plerique principum* 42, 5, 3. Gronovius etiam in prima ed. notarum ita rescribi jussit, sed nota ejus in sequentibus edd. subpressa est.

§. 1. *Novelli Aquilejenses*] Gronovius ad 2, 39, 3. nonnihil dubitat, qui hic sint *novelli Aquilejenses*: et videtur existimasse, Gavillios ita vocari, quod e colonis Aquilejae, recens deductae coloniae, erant. Nihil melius invenio. Aquilejam ante quinquennium A. V. 1ɔLXX. deducta erat colonia Latina. Livius 39, 55. DUKER.

§. 3. *Non capta tantum castra ab hostibus, nec fuga, quae vera erant, sed perditas res*] Cl. Jac. Perizon. in margine Livii vocem deesse, ac scribendum conjecit *nec fuga deserta*. Si quid tamen desit, mallem *nec fuga milites evasisse*, ut obponantur sequentibus

prope in capta castra ab Istris inciderent. Ii, quum 2
Aquilejam, relictis impedimentis, refugissent, omnia
terrore ac tumultu, non Aquilejae modo, sed Romae
quoque post paucos dies, impleverunt: quo, non 3
capta tantum castra ab hostibus, nec fuga, quae vera
erant, sed perditas res deletumque exercitum om-
nem, adlatum est. Itaque, quod in tumultu fieri 4
solet, delectus extra ordinem, non in urbe tantum,
sed tota Italia, indicti. Duae legiones civium Ro-
manorum conscriptae, et decem millia peditum cum
equitibus quingentis sociis nominis Latini imperata.
M. Junius consul transire in Galliam, et ab civitati- 5
bus provinciae ejus, quantum quaeque posset, mili-
tum exigere jussus. Simul decretum, ut Ti. Claudius 6
praetor militibus legionis quartae, et socium Latini

deletumque exercitum omnem. Praeterea *quae vera erat* edd. ante Gronov. qui anno 1665. dedit *erant*, quod recte Crevier. probavit. Romam duo erant adlata, et perditas res, et omnem exercitum deletum, pro quibus haec, quae vera erant, nunciari debuerant, castra tantum ab hostibus capta esse, et fuga milites evasisse.

§. 6. *Ut Ti. Claudius praetor*] Livius 40, 59. e sex praetoribus hujus anni tantum triam nomina habet, *M. Titinii Curci, Ti. Claudii Neronis, et T. Fonteji Capitonis.* Ceterorum nomina, et quae cuique provincia evenisset, haud dubie deinde retulerat. Sed quia pars hujus libri, in qua haec scripta fuisse verisimile est, periit, ea ipsa, quae supersunt, utrumque horum, quoad ejus fieri potest, constituendum est. Hoc praestitit diligentia Pighii in Annal. ad A. V. 1xxxvi, qui alterum ex tribus, quorum nomina Livius 40, 59. praeterlit, *T. Aebutium* Sardiniam provinciam habuisse, alterum *M. Titinium* Hispaniam citeriorem sortitum ostendit. De illo est hujus lib. cap. 6. et 15. de hoc c. 9. 16. 26. et 43. 2. Tertio quod nomen, quaeque provincia fuerit, Livio et aliis scriptoribus tacentibus, pro certo dici non potest. Hoc solum verisimile est, quod Pighius putat, eum Siciliam habuisse: cujus conjectura hoc argumento confirmatur, quod Livius ab A. V. 1xxxvi. quo primus Ti. Sempronius consul eam sortitus est, 41, 17. constanter, qui eam quotannis obtinuerit, memorat, excepto A. V. 1xxviii. quo omnium provinciarum sortes omisit. Vide ad 39, 29. et A. V. 1xxxviii. et 1xxxiii. quorum historiae magna pars post lib. 41, 28. et post 43, 3. intercidit. Ex praetoribus hujus anni, quos 40,

Digitized by Google

nominis quinque millibus, equitibus ducentis quinquaginta, Pisas ut convenirent, ediceret; eamque provinciam, dum consul inde abesset, tutaretur:
7 M. Titinius praetor legionem primam, parem numerum sociorum peditum equitumque, Ariminum con-
8 venire juberet. Nero paludatus Pisas in provinciam est profectus. Titinius, C. Cassio tribuno militum Ariminum, qui praeesset legioni, misso, delectum
9 Romae habuit. M. Junius consul, ex Liguribus in provinciam Galliam transgressus, auxiliis protinus per civitates Galliae militibusque colonis imperatis,
10 Aquilejam pervenit. Ibi certior factus, exercitum incolumem esse, scriptis literis Romam, ne tumultuarentur, ipse, remissis auxiliis, quae Gallis impe-

59. nominat Livius, *T. Fontejum* Hispaniae ulteriori praefuisse, e cap. 15. et omnibus locis, quibus M. Titinius Hispaniae citerioris praetor fuisse dicitur, constat. Quod *Ti. Claudio* jurisdictionem inter cives et peregrinos evenisse conjicit Pighius, eo probabile est, quod praetores peregrinos, si res posceret, mandata praetoribus urbanis jurisdictione, ad bella missos non uno loco tradit Livius. *M. Titinium* denique praetorem urbanum fuisse, ideo non potest dubitari, quod cap. 6. Ti. Graccho et L. Postumio ex Hispania reversis senatum dedisse dicitur: quod absentibus consulibus praetoris urbani fuisse, extra controversiam est. quo argumento eum a Gruchio quoque cap. 5. Refutation. ad posterior. Sigonii disputat. praetorem urbanum dici arbitror. Verum quum praetor urbanus ab urbe abesse non potuerit, nec exemplum sit praetoris, qui jurisdictionem inter cives sortitus erat, eo anno in provinciam missi, hic scrupulus incidit, quomodo *M. Titinius* eodem anno praetor urbanus esse, et Hispaniam citeriorem provinciam habere potuerit. Sed hunc quoque exemit Pighius, et firmis argumentis ostendit, duos hoc anno *M. Titinios* praetores fuisse, alterum urbanum, alterum Hispaniae citerioris. Nam quod Gruchius scribit eum, qui hoc anno praetor urbanus fuit, sequenti in Hispaniam citeriorem imperio prorogato missum fuisse, nullam veri speciem habet; utpote ex quo sequeretur, eam hoc anno, quo M. Titinius praetor urbanus, Graccho ex ea reverso Romae senatum dedit, sine imperio fuisse. Sed quum hoc legibus ac moribus Romanis repugnet, quibus non licebat praetoribus ante adventum successorum de provinciis decedere, easque sine imperio relinquere; necessario statuendum est, eam quoque, ut alias provincias, hoc

raverat, ad collegam est profectus. Romae magna 11
ex necopinato laetitia fuit: delectus omissus est: exauctorati, qui sacramento dixerant: et exercitus, qui Arimini pestilentia adfectus erat, domum dimissus. Istri, magnis copiis quum castra haud procul 12
consulis castris haberent, postquam alterum consulem cum exercitu novo advenisse audierunt, passim in civitates dilapsi sunt: consules Aquilejam in hiberna legiones reduxerunt.

VI. (X.) Sedato tandem Istrico tumultu, sena- 1
tusconsultum factum est, ut consules inter se compararent, uter eorum ad comitia habenda Romam rediret. Quum absentem Manlium tribuni plebis, 2
A. Licinius Nerva et C. Papirius Turdus, in concio-

anno praetorem suum habuisse. Is autem non alius, quam alter M. Titinius, esse potuit. Nam primum Livius cap. 9. in principio sequentis anni ıɔlxxvi. statim postquam novi consules magistratum inierant, ita de illo scribit, ut satis appareat, eum jam anno priore in provincia illa fuisse. Deinde cap. 25. *M. Titinium* et *T. Fontejum* proconsules etiam A. V. ıɔlxxvii. manere cum eodem imperii jure in Hispania jussos tradit. Postremo, quo sententia Pighii plane confirmatur, 43, 2. *M. Titinium* A. Manlio M. Junio consulibus, qui fuit A. V. ıɔlxxv. praetorem in Hispania fuisse dicit. DUK. Recte Sigonius, et post eum Gronov. *Ti. Claudius* ediderunt, pro *T. Claudius*; quod reliqui receperunt. V. ad 40, 59, 5.

Equitibus ducentis quinquaginta] Haec lectio debetur Gronovio, qui ita edidit anno 1665. quum priores haberent *equitum*. Id servari potest, ut dictum sit pro ducentis quinquaginta ex numero equitum. Modo dictum est, hoc anno praeter pedites conscriptos esse quingentos equites sociales: qui ita inter Claudium et Titinium divisi sunt, ut eorum ducenti quinquaginta unicuique adtribuerentur.

§. 7. *Ariminum convenire juberet*] Dan. Heinsius apud Elzevir. edidit *Arimini*: pro quo Gronov. in priori notarum ed. recte *Ariminum*, ut habent priores, restituit. Ita §. praec. *Pisas ut convenirent, ediceret*. cap. 19, 11. *Ediceret, Aquilejam ut convenirent*. 43, 14, 10. *Tanta multitudo juniorum Romam convenit*. Vide ad 31, 11, 1.

§. 8. *Nero paludatus Pisas in provinciam*] M. Titinius neque provinciam tutari jussus est, neque in eam profectus dicitur. Hoc quoque argumento est, eum praetorem urbanum fuisse. DUKERUS.

§. 9. *Militibusque colonis immu-*

nibus lacerarent, rogationemque promulgarent, ne Manlius post Idus Martias (prorogatae namque consulibus jam in annum provinciae erant) imperium retineret, uti causam extemplo dicere, quum abiset magistratu, posset; huic rogationi Q. Aelius collega intercessit, magnisque contentionibus obtinuit, ne perferretur. Per eos dies Ti. Sempronius Gracc-

ratis] Doujatius legendum conjicit *colonis*: quod non displiceat. Ita peccatum erat supra 5, 33, 9. 8, 3, 9., et alibi. Plura vide ad 38, 27, 8. Hic milites imperantur *colonis*; contra *colonias* milites dare abnuerunt supra 29, 15. *per colonias*, pro *colonis*, malebat Crevierius; quod longius a vulgato recedit.

§. 2. *Licinius Nerva et C. Papirius Turdus*] Omissum est a librariis praenomen Licinii *A. Licinius Nerva*. Sic enim post in praetura vocatur: neque par est, omisisse id in Licinio Livium, at non in Papirio. De *Papiriis Turdis* Cicero ad Papirium Paetum 9. ad Famil. 11.] SIGON. De pondere argumenti, quo Sigonius probat, Licinii praenomen a librariis omissum esse, quodque inde deducit, quia eo Papirius ornatur, vide supra ad 4, 49, 1. Ea si legitima locum emendandi causa est, emendatione etiam egebit Liv. cap. seq. ubi Sempronii Gracchi praenomen omittitur §. 1. quo tamen ornatur L. Postumius §. 2. nisi id ibi variandi causa factum sit? quos enim primo *Sempronium Gracchum* et *L. Postumium*, mox *Ti. Gracchum* et *Albinum* vocat. Si vero praenomen addendum est, dubium erit, utrum dicendus sit *A.* an *C. Licinius*. Ut enim *A. Licinius Nerva* praetor memoratur 45, 3. ita *C. Licinius Nerva* eadem dignitate anno priori functus obcurrit 45, 16. ubi sortitur Hispaniam ulteriorem. Is autem anno ante, quam praetor fieret, in Illyrico militavit, et ab Anicio praetore Romam missus regem Gentium captum nunciavit 45, 3. nisi is potius a C. Licinio Nerva praetore diversus sit, et forte idem, qui, quo anno alter praeturam gerebat, ab Anicio praetore urbibus Illyrici Rhizoni et Olzinio praefectus erat infra 45, 26. quique unus legatorum fuit, qui obsides in Thraciam reducerent ibidem cap. 42.

Prorogatae namque consulibus jam in annum provinciae erant] Non in totum annum, credo, sed quoad successores venissent. Nam anno sequenti Claudius consul eos cum suis exercitibus dimisit cap. 10. DUKER.

§. 4. *Ti. Sempronius Gracchus*.] Ita recte hic et cap. seq. §. 2. et cap. 26, 1. Froben. anno 1535. edidit, quum quadriennio antea vulgasset *T. Sempronius*. Indicatur enim Ti. et C. Gracchorum pater, qui *Τιβέριος Γράκχος* vocatur Plut. in vit. Gracchor. p. 824. Supra etiam 40, 35. ubi praetor creatus Hispaniam citeriorem sortitus narratur, constanter *Tiberius* vocatus est. Adde, pronomen *Tiberius* in gente Sempronia frequens fuisse. Vide ad 22, 57, 9. at pronomen *Titus* rarius in ea reperiri. Vide ad

Digitized by Google

ohus et L. Postumius Albinus ex Hispania Romam quum revertissent, senatus iis a M. Titinio praetore datus in aede Bellonae ad differendas res, quas gessissent, postulandosque honores meritos, ut Diis immortalibus haberetur honos. Eodem tempore et in Sardinia magnum tumultum esse, literis T. Aebutii praetoris cognitum est, quas filius ejus ad senatum

33, 36, 5. Solent autem haec praenomina a librariis confundi. Vide ad 40, 44, 12. et 42, 8, 1.

Ad differendas res, quas gessissent, postulandosque honores meritos, ut Diis immortalibus] Scribo *ad edisserendas res, quas gessissent, postulandosque honores meritos, et ut Diis immortalibus haberetur honos.* Verbum *edisserere* et lib. 22, 54, 8. et lib. 27, 7, 4. restituimus. Copulativae autem interpositae auctor nobis ipse Livius quum alibi, tum lib. 39, [4, 2.] *Ut aequum censerent ob rempublicam bene ac feliciter gestam et Diis immortalibus honorem haberi jubere, et sibi triumphum decernere.* J. FR. GRON. Nescio, cur *disserendas* praeter auctoritatem MSSorum mutari debeat. 23, 25, 5. *Quid peditum equitumque, quid civium, quid sociorum in exercitu esset dictatoris, disseruit.* 28, 38, 2. *Quas res in Hispania gessisset, disseruit.* Sallust. Catil. 5. *Paucis instituta majorum domi militiaeque disserere.* Vide ibi Cort. DUKER. Si codex unicus adsentiretur, omnino cum Gronovio *edisserendas* legendum censerem. Id enim Livio familiare esse, locis laudatis docuit. Verum, quum, in membranis illis *disserendas* legi, fidem faciat ex illis procurata editio Frobeniana anni 1531. nihil etiam mutandum existimo. Multo minus placuit institutum Clerici, qui contra fidem datam non praemonito lectore Gronovii conjecturam in contextum adscivit. Eamdem postea ejus exemplo adoptavit etiam Crevierius. Gronovii emendationem probat, et hoc argumento firmat Doujatius, quod *edisserere aliquid*, sed *disserere de aliqua* Latini dixerint. Posterioris locutionis exempla habemus 36, 39, 5. *Quum de rebus ab se gestis disseruisset.* et 41, 13, 6. *Quum in senatu de rebus in Istria Liguribusque prospere gestis disseruisset.* Nihilominus tamen Latini etiam dixerunt *disserere aliquid.* Cic. 12. ad Fam. 7. *Quod autem et in senatu pluribus verbis disserui, et dixi in concione, in eo velim, fidem meam liberes.* De Amicit. 1. *De amicitia ea ipsa dissereret, quae disputata abeo meminisset.* Colum. praefat. lib. 12. Rei rust. *Haec in Oeconomico Xenophon, et deinde Cicero non inutiliter disseruerunt.* Phaedrus Prolog. lib. 5. vers. 10.

Quare, Particulo, quoniam caperis fabulis,
Quas Aesopias, non Aesopi, nomine,
Quasi paucas offenderit, ego plures differam.

ubi plura exempla laudavit Cel. Burmann. Adde Torren. ad Valer. Max. 6, 9. ext. 1. et Bünemann. ad Lactant. 1. Divin. Instit. 1, 10. Facile autem patior, addita particula legi *et ut Diis immortalibus.* Supra 28, 9. 7. Po-

Digitized by Google

6 adtulerat. Ilienses, adjunctis Balarorum auxiliis, pacatam provinciam invaserant: nec eis invalido exercitu, et magna parte pestilentia absumto, resisti
7 poterat. Eadem et Sardorum legati nunciabant; orantes, ut urbibus saltem (jam enim agros deploratos esse) opem senatus ferret. Haec legatio, totumque quod ad Sardiniam pertinebat, ad novos magistra-
8 tus rejectum est. Aeque miserabilis legatio Lyciorum, qui crudelitatem Rhodiorum, quibus ab L. Cornelio Scipione adtributi erant, querebantur:

stulassent, ut pro republica fortiter feliciterque administrata et Diis immortalibus haberetur honos, et ipsis triumphantibus urbem inire liceret. 38, 44, 10. *Postulasset, ut ob eas* [res ab se gestas] *Dils immortalibus honos haberetur, sibique triumphanti urbem invehi liceret.* Particula *et* ob similitudinem sequentis *ut* facile culpa minus adtenti librarii excidere potuit. V. ad 29, 13, 1. et 32, 11, 6.

§. 6. *Ilienses, adjunctis Balarorum auxiliis*] *Balaros* Sardiniae populos, aeque atque *Ilienses*, commemorat etiam Strabo. SIGON. De *Iliensibus* vide ad 40, 19, 6. *Balarorum*, praeter Strabonem 5, 225. meminerunt Plinius 3. Hist. Nat. 7. et Pausan. in Phocic. 17.

Et magna parte pestilentia absumto] Supra 9, 24, 12. *Portaeque ab semisomnis ac maxima parte inermibus refringuntur.* Ita *omni parte* 40, 34, 13. *majore parte* Colum. 3. de Re rust. 3. *Jam frumenta majore quidem parte Italiae quando cum quarto responderint, vix meminisse possumus.* ibi cod. Sangerm. praefert *majorem quidem partem. magna ex parte* dixit Liv. 38, 3, 4. ubi vide. Si igitur tot ablativi juncti displicerant, conjici potest legendum *et magna ex parte*, vel potius *et magnam partem pestilentia absumto*; licet non exciderint, quae recte monuit Celeberr. Duker. ad 9, 24, 12. Est autem illa locutio a Livio usurpata supra 5, 14, 5. *Patricios omnes, magnam partem honoratissimum quemque, tribunos militum consulari potestate creavere.* Nemini tamen invito hanc conjecturam obtrudo.

§. 8. *Aeque miserabilis legatio Lyciorum*] Confer Polyb. Exc. Legat. num. 60. ubi tamen hanc legationem, aut certe responsum legatis Lyciorum datum, in annum sequentem rejicit: *Μετὰ τὴν ἀποσολὴν τῶν ὑπάτων Τιβερίου καὶ Κλαυδίου τὴν πρὸς Ἴερους καὶ Ἀγρίους ἡ σύγκλητος ἐχρημάτισε τοῖς παρὰ τῶν Λυκίων ἥκουσι πρεσβευταῖς, ἤδη τῆς Ξερξείας ληγούσης.*

§. 9. *Fuisse sub ditione Antiochi*] Forte *fuisse se sub ditione.* ut pronomen exciderit ob praecedentis vocis syllabam finalem. Vide ad 34, 11, 7.

Non publico tantum se premi imperio, sed singulos] *Imperium publicum* est imperium civitatis Rhodiorum. Sed civitati Rho-

Digitized by Google

Fuisse sub ditione Antiochi: eam regiam servitutem, conlatam cum praesenti statu, praeclaram libertatem visam. non publico tantum se premi imperio, sed singulos justum pati servitium. juxta se conjuges liberosque vexari: in corpus, in tergum saeviri: famam, quod indignum sit, maculari deboneſtarique: et palam res odiosas fieri, juris etiam usurpandi causſa; ne pro dubio habeant, nihil inter se et argento parata mancipia intereſſe. Motus his senatus, literas Lyciis ad Rhodios dedit: *nec Lycios Rhodus, nec ullos alicuiquam, qui nati liberi sint, in*

diorum aptius videntur opponi potuiſſe privati Rhodii, quam ea, quae singuli Lycii patiebantur. Fortaſſis melius eſt, *non publice tantum se premi imperio*, id eſt, Rhodios non tantum in publicum et commune Lyciorum grave imperium exercere, quod tributorum exactionibus, legum violatione, multisque aliis rebus fieri poteſt; sed etiam singulos Lycios mancipiorum loco habere. Imperium publice saevum et injuſtum eſſe poteſt, ut privati et singuli tamen non patiantur eam servitutem, qua se premi querantur Lycii. Si hoc non placet, vide, an legi poſſit, *sed singulorum*, scil. Rhodiorum, *juſtum pati servitium.* DUKER.

§. 10. *Juſtos conjuges liberosque vexari*] *juſtos* mendose eſt. Suspicor *juxta se* reponendum. Eſt autem *juxta* aeque ac pariter. Sic lib. 29, [17, 20.] *Omnia scelera Pleminius in nos, liberosque nostros, conjugesque edidit.* Et lib. 43, [7, 11.] *Domos suas plenas turba nautica eſſe, versari inter se, conjuges, liberosque suos.* SIGON. Licet verum sit, quod Doujatius praetendit, *juſtas nuptias, juſtam uxorem, juſtosque liberos* recte dici pro legitimis; indignumque eſſe, si juſta conjux, juſtique liberi male habeantur, quam si in concubinam, aut in filios, sive spurios, sive naturales, saeviatur: id tamen numquam efficiet, ut credam, veram eſſe lectionem *juſtos conjuges liberosque*, aut Sigonii emendationem rejiciendam. Praeſtare enim videtur, ut cum Sigonio legamus *juxta se, conjuges, liberosque.* Livio autem familiare eſt, ut *juxta* pro aeque, pariter, utatur. Supra 25, 12, 7. *Diomedis campos et Cannam fluvium juxta atque ipsam cladem agnoscebant.* 32, 14, 3. *Aliaque caſtella juxta ignobilia.* 37, 54, 6. *Veſtrum nomen imperiumque juxta ac Deos immortales jam pridem intuetur.* 38, 29, 2. *Inferiorem semper, juxta validum, obſtruentes murum.* Aliaque exempla vide ad 1, 54, 9. et 3, 34, 10. Solent etiam librarii has voces commutare. V. ad 6, 6, 18.

§. 11. *Motus is senatus*] Lege *Motus his senatus.* SIGON. Illud *is* in nulla mihi ed. obvium fuit. Omnes legunt *his*, ut Sigonius emendat, nisi quod *iis* sit in Basil. anni 1554.

Literas Lyciis ad Rhodios dedit] Legatos Rhodum mittendos senatum decreviſſe, refert Polyb.

Digitized by Google

servitutem dari placere. Lycios ita sub Rhodiorum simul imperio et tutela esse, ut in ditione populi Romani civitates sociae sint.

VII. (XI) Triumphi deinde ex Hispania duo continui acti. Prior Sempronius Gracchus de Celtiberis sociisque eorum; postero die L. Postumius de Lusitanis aliisque ejusdem regionis Hispanis triumphavit. quadraginta millia pondo argenti Ti. Gracchus transtulit, viginti millia Albinus. Militibus denarios quinos vicenos, duplex centurioni, triplex equiti

Exc. Legat. num. 60. *Τέλος ἐπὶ τοῦτο ἤγαγον τὴν σύγκλητον, ὥστε πέμψαι πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥόδον.* Eosdem etiam missos esse, constat ex num. 61. *Εἰς τὴν Ῥόδον παραγενομένων τῶν ἐκ τῆς Ῥωμης πρεσβευτῶν.* Potuit autem senatus redeuntibus Lyciorum legatis literas Rhodum perferendas dedisse, et postea legatos misisse: quorum prius Livius, posterius Polybius narravit. Potuit tamen illud prius etiam Polyb. retulisse in illis, quae hodie ex scriptis ejus interiere.

Nec Lycios Rhodiis, nec ullos alicui, quam qui nati liberi sint] Primae edd. e scripto: *nec Lycios Rhodiis, nec ullos alicuiquam, qui nati liberi sint, in servitutem dari placere.* Vox proba *aliquisquam*, ut *aliquispiam* apud Cicer. in Orat. pro Sext. c. 29. *Atque ille, si aliquapiam vi expelleretur illis temporibus ex hac urbe, facile pateretur.* Sic enim ibi codex Gemblacensis apud Gruterum: et conjecerat Manutius fiducia hujus loci Liviani. Nos utrique exemplum addemus. Alterum ex 2. de Divin. cap. 50. *Epicurusne, qui negat aliquidquam Deos nec alieni curare, nec sui?* Vulgo *quicquam*: ante quam vocem in optimo codice Vossiano litura erat, ostendens *τὸ ali* erasum esse. Alterum ex 3. Tuscul. c. 9. *Num manus adfecta recte est, cum in tumore est? aut num aliquodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet?* ubi vulgo inepte *aliquod quoppiam*. Non igitur necesse est Heraldi *alii cuiquam*. J. FR. GRON. Vulgata lectio ferri nequit, quia menti Livii adversatur. Nihil tamen commodius obcurrit, quam quod summus Gronovius post Manutium ex primis edd. probavit, ut nempe una voce *alicuiquam* legamus, pro quo Basil. duabus vocibus anno 1539. *alicui quam*, Lugdunenses, interposita etiam distinctione, *alicui, quam* anno 1553. dederunt. Quominus tamen lectio a Gronovio reducta omnibus placeat, quidam objiciunt, vocem *aliquisquam* Latio incognitam esse. Hanc difficultatem praesentiens J. Fr. Gronovius eam adserere, et ex Mssti vestigiis Ciceroni 2. de Divin. 50. restituere conatus est. Eamdem postea filius ejus in contextum recepit, et insuper reddidit Cic. 2.

Digitized by Google

ti ambo diviserunt: sociis tantumdem, quantum Romanis. Per eosdem forte dies M. Junius consul ex 4
Istria comitiorum caussa Romam venit. Eum quum 5
in senatu fatigassent interrogationibus tribuni plebis Papirius et Licinius de his, quae in Istria essent acta, in concionem quoque produxerunt. Ad quae quum 6
consul, *se dies non plus undecim in ea provincia fuisse*, responderet; *quae se absente acta essent, se quoque, ut illos, fama comperta habere*; exsequebantur deinde 7
quaerentes, *Quid ita non potius A. Manlius Romam*

de Nat. Deor. 65. ubi vulgo legitur: *Haec igitur sive vis, sive ars, sive natura, ad scientiam rerum futurarum homini profecto est, nec ab alio aliquidm a Diis immortalibus data.* pro quo ex vestigiis Mti Buslid. a quo voces *ab alio* exsulant, legendum conjicit *nec aliquiquam a Diis immortalibus data.* Ei adversatur Cl. Davies. et, utroque loco codicum suorum auctoritatem codd. Gronovianis obponens, priori loco *aliquisquam* fictam vocem vocat, posteriori non confitare dicit, vocem illam in Latio receptam esse. Addit autem, Balbum, si dixisset, divinationem a Diis immortalibus *aliciuquam* non esse datam, suo se gladio jugulaturum. Ipsum enim ex rerum futurarum praedictionibus contendere, Deorum providentiam rebus humanis consulere, id vero nullo modo patere, si Dii harum nemini dant scientiam. His quidem evincit, eo loco vocem illam admittendam non esse; nondum vero priori. Quod enim codices codicibus obponat, nihil aliud inde probatur, quam librarios vocem rarius obviam in notiorem commutasse, ut passim facere soliti sunt. Vir doctus ad marginem ed. Curionis hoc loco Livii notarat, *τὸ quam* abundare. Cui igitur *alicuiquam* displicet, videat, num probare possit, quod mihi in mentem venit, librarium forte duplicem lectionem *alicui* et *cuiquam* invenisse, et, ut genuinae ignarus utramque exprimeret, dedisse *alicuiquam*. Id autem librariis sollemne fuisse, vidimus ad 3, 44, 4. Delendas igitur esse vel priores syllabas *ali*, vel ultimam *quam*.

§. 12. *Lycios ita sub Rhodiorum simul imperio et tutela esse, ut in ditione populi Romani civitates sociae sint*) Socios *in ditione* Romanorum esse, etiam 21, 60, 3. dicit Livius: *Omnem oram usque ad Iberum fluvium, partim renovandis societatibus, partim novis instituendis, Romanae ditionis fecit.* Et 22, 20, 11. *Sed qui vere ditionis imperiique Romani facti sunt, populi futurum amplius centum viginti.* Hos c. 21, 5. vocat *socios*. DUKER. Haec ita exprimit Polyb. in Exc. Legat. num. 60. διασαφήσοντας, ὅτι τῶν ὑπομνηματισμῶν ἀναληφθέντων ἃ οἱ δέκα πρέσβεις ἐποιήσαντο κατὰ τὴν Ἀσίαν, ὅτε τὰ πρὸς Ἀντίοχον ἐχείριζον, εὕρηνται Λύκιοι δεδομένοι Ῥοδίοις, οὐκ ἐν ὁμο-

Digitized by Google

venisset, ut rationem redderet populo Romano, cur ex Gallia provincia, quam sortitus esset, in Istriam transis-
8 *set? quando id bellum senatus decrevisset, quando id bellum populus Romanus jussisset? At, Hercule, privato quidem consilio bellum susceptum esse, sed gestum pruden-*
9 *ter fortiterque. Immo, utrum susceptum sit nequius, an inconsultius gestum, dici non posse. Stationes duas necopinantes ab Istris obpressas, castra Romana capta, quod*
10 *peditum, quod equitum in castris fuerit. ceteros inermes*

ρεᾷ· τὸ δὲ πλεῖον, ὡς φίλοις καὶ συμμάχοις. Et num. 61. ἀγανακτούντων ἐπὶ τῷ μὴ φάσκειν ἐν δωρεᾷ δεδόσθαι ταὺς Λυκίους αὐτοῖς, ἀλλὰ κατὰ συμμαχίαν.

§. 2. *Ti. Gracchus transtulit*] Vide ad cap. praec. §. 3. De Gracchi praenomine §. praec. omisso vide ibid. §. 2.

§. 8. *Quando id bellum senatus decrevisset, quando id bellum populus*] Duas voculas per errorem repetisse librarius videtur, et scripsisse Livius: *quando id bellum senatus decresset? quando populus Romanus jussisset?* J. FR. GRON. Cum Crevierio adsentior Gronovio, censenti duas voces, ingrata repetitione iteratas, delendas esse. An vero *decresset* scribendum sit, incertum est. Eam contractionem Livium amasse, evincunt notata ad 2, 27, 8. non tamen propterea libris invitis ubique id obtrudere audeo.

§. 9. *Quod peditum, quod equitum in castris fuerit*] Praecessit *castra Romana capta*, ex illis ad haec verba *captum* repeti nequit, quia supra cap. 2. nulli in castris capti memorantur. Hinc Crevierius conjicit, adjici debere vocem *caesum*, ut intelligantur M. Licinius tribunus militum tertiae legionis et milites trium ejusdem legionis signorum, qui inruentibus Istris resistentes interfecti sunt: nisi quis intelligendos censeret aegros in castris relictos, quorum mentio fit cap. 4.

§. 10. *Ceteros inermes fusosque, ante omnes consulem ipsum, ad mare ac naves fugisse*] Non victi, nec fusi, sed metu consternati castra reliquerant effuso cursu, antequam hostis adesset, vel castra oppugnaret. Vide cap. 2. Rectius forte leges *effusosque*, quae vox saepissime de praecipiti fuga usurpatur. Sic *effusa fuga* 1, 17, 10. 33, 10, 2. 44, 28, 12. *Effusis eadem fugam impediit* 1, 37, 2. *Fugientes effuse* 44, 10, 9. *Longo agmine effusi* 43, 10, 4. JAC. PERIZ. Recte hic Perizonius *effusosque* emendasse videtur. *Fundi* enim et *fusi* de his usurpantur, qui superati et in fugam acti sunt. V. ad 2, 54, 9. contra *effundi* et *effusi* de illis, qui aliquid dispersi, inordinati, non servatis ordinibus faciunt. Ita *non effuse cedere* 21, 46, 9. *effusi ad agrum populandum* 22, 31, 3. *effusa populatio* 32, 31, 1. *effuse populari* 41, 10, 2. *effusus per neglegentiam* 40, 33, 4. *effuse sequi* 40, 48, 6. 44, 44, 3. *effusius persequi* 43, 23, 4. *effusus vagari* 42, 55,

Digitized by Google

fusosque, ante omnes consulem ipsum, ad mare ac naves fugisse. Privatum rationem redditurum earum rerum esse, quoniam consul noluisset.

VIII. (*XII.*) Comitia deinde habita. consules creati, C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus: et postero die praetores facti, P. Aelius Tubero iterum, C. Quinctius Flamininus, C. Numisius, C. Mummius, Cn. Cornelius Scipio, C. Valerius Laevinus. Tuberoni urbana jurisdictio, Quinctio peregrina

5. *effusus cursus* 28, 7, 7. Ita hic milites Romani *effusi fugerunt*, id est, non quidem ab hoste victi, attamen incompositi et non servatis ordinibus fugerunt. Ita *effusa fuga*, *effuse fugere*, *in fugam effundi*, et similia frequentissime obcurrunt. Solent autem voces *fusus* et *effusus* a librariis permutari, V. ad 2, 30, 12. c. 47, 3. 4, 46, 5. 5, 37, 5. aliisque locis. Hic autem facile prima syllaba in *effususque* excidere potuit ob similitudinem ultimae in praecedenti *inermes*. Doujatius vulgatum tuetur, et existimat, adversarios consulis in ipsius invidiam incommoda exercitus in majus auxisse. at Crevierius *fusos* exponit sparsos, nullo ordine dilabentes, laudato loco Livii 2, 54. et Cic. pro Sext. c. 42.

§. 1. *C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus*] *Pulcher* edd. Frobenii. *Pulcher* proximae, aliaeque omnes. De orthographia hujus vocis veteres dissentire, constat ex Dausquej. in Orthogr. part. 2. voce *Pulcher*, et Voss. Etymol. in voce *Pulcer*. Adspirationem retinui, quia ita Fasti Capit. Praeterea *T. Sempronius* Frobeniana ed. anni 1531. *Ti. Sempronius* Frob. anni 1535. V. ad c. 6, 3. Et eo praenomine usum esse, constat ex Fast. Capit. in quibus vocatur *TI. SEMPRONIVS. P. F. TI. N. GRACCVS*. Idem error exstitit olim infra 42, 34. et 43, 14.

P. Aelius Tubero iterum] Post intervallum XXIV. annorum. Nam A. V. 1DLII. praetor fuerat. 30, 40. DUKERUS.

C. Mummius] Hic post [c. seq.] *L. Mummius* dicitur. Idem anno DLXIII. tribunus plebis fuit [38, 54.] quo loco *L. Nummius* dicebatur. SIGONIUS. Praenomen in prima ed. abesse, Crevier. male monet. *Caji* enim in eadem huic Mummio tribuitur. *L.* idem Crevierius a Sigonio monitus in contextum recepit.

Cn. Cornelius Scipio] Ita constanter omnes editi. At biennio ante *Cn. Cornelius Scipio* praeturam obtinuit supra 40, 44. qui verisimiliter anno sequenti consulatum adeptus, et dictus est *Cn. Cornelius Scipio Hispalus*, vel potius *Hispallus*, infra hoc lib. cap. 14. Hanc forte caussam habuit Pighius, cur in Annal. ad A. V. 1DLXXVI. pag. 345. hujus anni praetorem, mutato praenomine, *C. Cornelium Scipionem* vocarit. Verum gentis Corneliae familia Scipionum tanta sobolis multitudine hoc tempore floruit, ut in ea facile duo *Cnaei* esse po-

Digitized by Google

evenit, Numisio Sicilia, Mummio Sardinia: sed ea propter belli magnitudinem provincia consularis fa-
3 cta. Gracchus eam sortitur, Istriam Claudius; Scipio et Laevinus Galliam, in duas divisam provincias,
4 sortiti sunt. Idibus Martiis, quo die Sempronius Claudiusque consulatum inierunt, mentio tantum de provinciis Sardinia Istriaque et utriusque hostibus
5 fuit, qui in his provinciis bellum conciviſſent. Postero die legati Sardorum, qui ad novos magistratus dilati erant, L. Minucius Thermus, qui legatus Manlii consulis in Istria fuerat, in senatum venit. Ab

tuerint ejus aetatis, ut praetores crearentur, quorum alter *Hispalli*, alter aliud agnomen habuerint.

P. Valerius Laevinus] *C. Valerius* omnes typis descripti usque ad Gruterum, qui in ed. ultima dedit *P. Valerius*, secutus, ut videtur, Pighium in Annal. ad A. V. DCLXXVI. pag. 345. Is autem mutati praenominis causſam dedit, quod *C. Valerius Laevinus* biennio ante praetor fuerit 40, 44. et anno abhinc proximo consul futurus sit infra cap. 17. Ea tamen non satis gravis videtur: nihil enim obstat, quo minus duo Valerii Laevini eodem praenomine esse potuerint. Quin et, licet eodem praenomine, potuerunt tamen fratres esse: exempla enim obcurrere duorum fratrum, qui idem praenomen habuerint, constat ex illis, quae notavi ad 3, 17, 8. et Clariſſ. Dukerus ad 33, 43, 7. Accedit, ipsum Pighium sibi non constare, ut docui ad 31, 50, 4. Mihi consentit Clariſſ. Dukerus, monens, quae Pighius adfert, cur hic *P.* non *C.* scribendum sit, nihil nisi incertas conjecturas esse.

§. 2. *Sed ea propter belli magnitudinem provincia consularis facta. Gracchus eam sortitur, Istriam Claudius*] Quinque posteriora vocabula, quae in omnibus editionibus constanter exstant, admodum suspecta sunt, et ex margine in contextum migrasse videntur. Nam demum cap. seq. narratur, Sardiniam et Istriam provincias consulibus decretas esse: multis deinde interjectis additur, Claudio Istriam, Sempronio Sardiniam obvenisse. Praeterea, licet, Livium ab iterandis modo usurpatis vocabulis non abhorruisse, multis exemplis supra monuerim ad 1, 3, 9. hic tamen repetitio *sortitur* et *sortiti sunt* nonnihil movet, ut voces illas ab alio, quam a Livio, profectas putem. Denique compositio sermonis non videtur Liviana esse, *sed ea provincia consularis facta. Gracchus eam sortitur*; quum commode dici posset *quam Gracchus sortitur*. Si cui tamen tot verborum ejectio nimis temeraria videatur, judicet, utrum legendum potius sit, *sed eam, propter belli magnitudinem, provinciam consularem factam Gracchus sortitur, Istriam Claudius; Scipio et Laevinus Galliam,*

Digitized by Google

his edoctus est senatus, quantum belli eae provinciae haberent. Moverunt senatum et legationes sociûm 6
nominis Latini, quae et censores et priores consules fatigaverunt, tandem in senatum introductae. Sum- 7
ma querelarum erat, *Cives suos Romae censos plerosque Romam commigrasse. Quod si permittatur, perpaucis lustris futurum, ut deserta oppida, deserti agri, nullum militem dare possent.* Fregellas quoque millia qua- 8
tuor familiarum transisse ab se, Samnites Pelignique querebantur: neque eo minus aut hos aut illos in delectum militum dare. Genera autem fraudis duo 9

in duas divisam provincias. Idibus Martiis etc.

§. 4. *Et utriusque hostibus fuit, qui in his provinciis bellum conscivissent*] Ita demum Basileenses anno 1554. ediderunt; quod Sigonius et post eum recentiores omnes servarunt. Non exciderunt, quae de ea locutione Gronov. notavit ad 21, 8, 7. hic tamen edd. antiquiores sequor, quae praeferunt *conciviſſent. Concire bellum* est bellum concitare, movere, inferre. V. ad 33, 49, 2. eodem modo *concire turbas* 2, 29, 9. *Non miseriis, sed licentia tantum concitum turbarum. concire seditionem* 4, 48, 12. *Relatum ad senatum esset de seditione, quam Maecilius Metiliusque largitione pessimi exempli concirent.* Ita *concitor belli* est auctor belli. V. ad 23, 41, 2. Ut autem pro eo etiam *concitator belli* dicitur, ita *concitare bellum* quoque pro *concire*. V. ad 5, 5, 11. Ceterum totum hoc *qui in his provinciis bellum conciviſſent* Clariſſ. Crevierio non videtur esse Livii, cui sufficerat *utriusque hostibus*, id est, hostibus, qui in utraque provincia erant. Minori audacia potius deleri posset unica vox *utriusque*, nisi hic etiam displiceret vocis *provinciis* repetitio, quae alterutro loco abesse poterat.

§. 5. *Legati Sardorum, qui ad novos magistratus dilati erant, L. Minucius Thermus*, etc. *in senatum venit*] Forte *venerunt*, ut commodius referatur et ad Sardorum legatos. J. FR. GRON. Copula *et* post *erant* omissa insuper ingratam ac duram reddit rationem. Perrenonius 2. Animadv. et Var. lect. 26. vitiosa editione Livii usus, pro *dilati*, descripsit *delati*, atque inde ostendere conatur, *deferre* etiam significare *mittere* et *ablegare*. Non facile hoc cuiquam persuadebit. Legationem Sardorum ad novos magistratus *rejectam* fuisse, dixerat Liv. cap. 6. DUKER. Addita copula *et L. Minucius* ed. Clerici. quod servat Crevierius. Neuter tamen dictionis additae lectorem monuit. Clariſſ. Jac. Perizonius, ut vulgatum *venit* adversus Gronov. defendat, margini adscripsit locum Livii hoc lib. cap. 12. *Literis Ti. Claudii et senatusconsulto accepto*. Plura similia vide ad 37, 5, 3. Crevierius nos re-

Digitized by Google

mutandae viritim civitatis inducta erant. Lex sociis ac nominis Latini, qui stirpem ex sese domi relin-

mittit ad Bentl. ad Horat. 1. od. 24, 8.

§. 6. *Quae et censores et priores consules fatigaverunt*] Lege *fatigaverant*. J. FR. GRONOV. Conjecturam Gronovii admiserunt Clericus et Crevierius; sed ille nihil monito lectore, contra quam promisit.

§. 8. *Neque eo minus aut hos aut illos in delectum militum dare*] Itane et ratio est, cur Fregellani, ad quos quatuor millia familiarum transierant, propterea minus in delectum darent? haud quaquam: sed procul omni dubio excidit τὸ *plus* inserendum hoc modo: *Fregellas quoque millia quatuor familiarum transisse ab se, Samnites Pelignique querebantur: neque eo aut minus hos aut plus illos in delectum militum dare*. J. FR. GRON. Neutiquam tamen desideres τὸ *plus*, si dicas sensum esse: Samnites Pelignique querebantur, quatuor millia familiarum ab se transisse ad aliam civitatem, neque tamen aut hos aut illos, id est Samnites Pelignosve, adeoque neutros illorum, eo minus militum in delectum dare. JAC. PERIZ. Eo ipso tamen, quod Fregellanos tanto numero familiarum auctos ideo *nihilo plus* militum in delectu dare dicebant Samnites ac Peligni, non parum ponderis ad querelas eorum accedebat. Adde, quod *plus* post *illos* vitio librariorum male exprimi, ac deinde omitti potuit. Sed utrumcumque horum scripserit Livius, illud non satis adsequor, cur Samnites ac Pelignos, qui de se loquuntur, inducat dicentes, *eo minus hos*, non *eo minus se*, quod hic ratio sermonis Latini videtur requirere. Nam non puto hoc eo referri posse, quod interdum, qui de se loquuntur, δεικτικῶς dicunt *hic*, ut Terent. Heaut. 2, 3, 115. *huic homini verbera*. Pro *in delectum* magis placeret scribi *in delectu*. *Dare* milites *in delectum* fortassis nusquam alibi legitur: nec absurde quis suspicetur, ultimam literam vocis *delectum* e prima sequentis temere repetitam esse. DUKER. Partem tantum emendationis suae in contextum recepit Gronov. Inseruit enim vocalem *plus*, at dictionum *eo minus aut* ordinem ex mente sua non inmutavit. Eamdem lectionem proximi editores servarunt: verum nuper τὸ *plus* Crevierius iterum expulit; quod tutius videtur.

§. 9. *Lex sociis ac nominis Latini*, etc. *dabat*] Vel, copula sublata, *sociis nominis Latini*, vel, si mavis, *sociis ac nomini Latino* legendum videtur. Ad marginem quidem Livii Cl. Perizonius notavit, τὸ *ac* promiscue modo addi, modo omitti, adscripto exemplo ad cap. seq. *Qui socii ac nominis Latini, ipsi majoresve eorum, M. Claudio, T. Quinctio censoribus postque ea, apud socios nominis Latini censi erant*. Verum locus huic similis non est. Ibi enim ante vocem *socii* praecedit pronomen *qui*, unde sequens *nominis Latini* pendet; idem enim est, ac si dixisset *qui socii, ac qui nominis Latini*: hic contra nihil praecedit; sed vox *sociis* requirit, ut, addita vocula *ac*, sequens *nomen Latinum* eodem casu ponatur. Ut rem vel tironibus notam exemplis firmem, necesse non est. Vide tamen quaedam 31, 7. 35, 7. 36, 3. 41, 14. et passim.

Qui stirpem ex sese domi relin-

Digitized by Google

querent, dabat, ut cives Romani fierent. ea lege male utendo, alii sociis, alii populo Romano injuriam

querent] Quae sequuntur, omnino volunt: *qui stirpem ex sese domi non relinquerent.* J. FR. GRONOV. Hunc locum satis difficilem viri doctissimi Manutius de Legib. Rom. cap. 17. Ant. Augustin. de Legib. in lege Claudia, Sigon. 3. de Antiq. Jur. Ital. 1. Gruchius 2. de Comit. 3. pag. 672. Turneb. 7. Advers. 21. Lipsius ad Tacit. 3. Annal. Exc. C. et Spanhem. Orb. Rom. Exercit. 1. cap. 10. magis verbo attigerunt, quam totam illius sententiam explicuerunt. Summum Gronovium credo verbis, quae paullo post leguntur, *ne stirpem domi relinquerent*, inductum fuisse, ut hic legendum putaret, *qui stirpem ex sese domi non relinquerent.* Sed omnes, quos dixi, etiam Spanhemius, qui conjecturam Gronovii ignorare non potuit, in his citandis vulgatam scripturam sequuntur. Nec mihi admittere particulam negantem videntur ea, quae deinde dicit Livius, eos, *quibus stirps deesset*, quam domi relinquerent, tamen cives Romanos factos fuisse, et ad extremum promiscue quosvis sine lege ac *sine stirpe* in civitatem Romanam transiisse. Nam his aperte indicatur, jus hoc non aliis lege datum fuisse, quam qui stirpem domi relinquerent. Cur enim, si stirpem non relinquentibus concessum fuisset, hi primum fraudem legi faciendo per imaginarias mancipationes, ac deinde, etiam his imaginibus juris spretis, per migrationem et censum cives Romani fieri maluissent, quam jure, quod iis, ex sententia Gronovii lege datum fuerat, uti? Nec ulla probabilis causa excogitari potest, cur Romani sociis, qui stirpem domi non relinquerent, honorem civitatis Romanae impertiri voluerint. Nam ratio hujus legis, cujus solus Livius memoriam conservavit, procul dubio fuit, ne apud socios soboles juventutis ad bella deficeret, et ut iidem, proposito patribus, qui stirpem domi relinquerent, praemio civitatis Romanae, cujus miro semper desiderio tenebantur Latini, ad liberos procreandos invitarentur: unde et Lipsius hoc recte inter praemia παιδοποιΐας recensuit. Sed, Romanos neutrum horum, civitatem iis, qui stirpem domi non relinquerent, dando, adsecuturos fuisse, nemo non videt. Etsi autem ex his patet, negationem hic inferri non posse, tamen non facile est invenire, quo fundamentum emendationis Gronovianae, quod in verbis, *ne stirpem domi relinquerent*, positum est, subruatur. Nam, si ita scripsit Livius, recte judicasse videri debet vir acutissimus. Verum, quum iis, quae dixi, satis probatum putem, non fuisse eam, quam ille credidit, hujus legis sententiam, evertendum est fundamentum emendationis, ac dicendum, *ne* illud a Livio, nisi eum sibi non constare, et paucis his versibus repugnantia scripsisse volumus, proficisci non potuisse. Qui attento animo totum hunc locum, in quo, si *ne* retineatur, nihil tolerabilis sensus inveniri potest, considerare volent, me non temere hue descendere existimabunt. Nec primus hic aliquid vitii subesse suspicari coepi, sed idoneum habeo suspicionis auctorem Sigonium, cui dudum suspectum fuisse *ne* ex eo deprehendi, quod 3. de Antiq. Jur. Ital. 1. haec ita citat: *Nam et qui stirpem domi relinquerent.* Eum veram hujus

Digitized by Google

10 faciebant. Nam et, ne ſtirpem domi relinquerent, liberos ſuos quibusquibus Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant, libertinique cives eſſent: et quibus ſtirpes deeſſet, quam 11 relinquerent, ut cives Romani fiebant. Poſtea, his

loci sententiam vidiſſe, nec ullam aliam poſſe eſſe, mihi certiſſimum eſt. Nam et ita *quibus ſtirps deeſſet* recte opponuntur iis, *qui ſtirpem domi relinquerent*, et simul liquet, ut mox dicam, quodnam fuerit primum genus fraudis, mutandae civitatis causa inductum; quod, nisi *ne* ejiciatur, intelligi non poteſt. DUK. Gronovii emendatio etiam Doujatio displicuit. Putat enim legem exegiſſe, ut re vera liberos in civitate sua relinquerent, qui cives Romani fieri vellent, quo ſtirps eorum in patria propagaretur ad subeunda ejus onera. Verba autem sequentia, *ne ſtirpem domi relinquerent*, accipit de patribus, qui, in colonia sua remanentes, liberos oneribus patriae subtrahebant, eos cuivis civi Romano mancipando in imaginariam servitutem, contracta tamen fiducia eos manumittendi, ut manumiſſione fierent cives Romani; non quidem ingenui, sed tamen libertini. Et quidem hac ratione injuriam factam putat populo Romano, qui externo sanguine sic dehoneſtabatur. Verum Clariſſ. Dukeri sententia verior videtur.

Ex sese] Hoc liberorum adoptivorum excludendorum causa in lege scriptum fuiſſe puto. Nam hi, quum per eos numerus juventutis non augeatur, non magis prodeſſe debebant patribus, qui eos adoptaverant, ad impetrandum beneficium civitatis Romanae, quam jure Romano iis proderant ad vacationem et exeusationem munerum publicorum, l. 2. §. 2. de Vacat. et Excusat. muner. Salluſtius Jugurth. 5. *Is* [Micipsa] *Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit.* Hos scilicet habuit filios naturales, Jugurtham adoptivum cap. 9. Ser. Sulpicius ad Cicer. 4. Ep. Famil. 5. *An ut ea liberos ex se se pareret.* DUKERUS.

Ut cives Romani fierent] Ita tamen, si relicta patria Romae sedem ac domicilium collocaſſent: quod indicant verba legis, qui ſtirpem *domi relinquerent*. DUK.

§. 10. *Liberos suos quibusquibus Romanis* etc.] Non conſtat, lege, quae jus civitatis Romanae patribus, qui ſtirpem domi relinquebant, non filiis eorum, dabat, quidquam de numero filiorum, qui domi relinquendi eſſent, cautum fuiſſe. Sed ex his verbis colligi poteſt, eos, qui plures filios habebant, verba legis callide ita interpretatos fuiſſe, ei satis factum eſſe, si e multis filiis unum alterumque fortaſſis domi relinquerent; et, ut ceteri cives Romani fieri poſſent, eam rationem, quam Livius exponit, iniviſſe. Hoc erat unum genus fraudis, quae legi ſiebat. Alterum haud dubie indicatum fuit verbis: *et quibus ſtirps deeſſet, quam relinquerent, ii cives Romani fiebant.* Sed ex his, sive scripturam vulgatam *ut cives Romani fiebant* retineamus, sive conjecturam Sigonii *ii cives Romani fiebant*, amplectamur, non apparet, in quo fraus illa sita fuerit. Hoc mihi intelligi poſſe vi-

Digitized by Google

quoque imaginibus juris spretis, promiscue sine lege, sine stirpe, in civitatem Romanam per migrationem et censum transibant. *Haec ne postea fierent,* 12 petebant legati, *et ut redire in civitates juberent socios; deinde ut lege caverent, ne quis quem civitatis mutandae*

detur, si pro *ut* non *ii*, sed *ita* legatur; id est, eodem modo, quo priores illi; nempe, se civibus Romanis in eamdem conditionem mancipio dando. Nam hos perinde atque illos per has imagines juris cives Romanos factos significat Livius, quum postremo alios *his quoque spretis* per migrationem et censum in civitatem transiisse scribit. Dixi, quae mihi videatur esse hujus loci sane obscuri sententia: sed suum cuique est judicium. Meliora docentes lubens audiam. DUKERUS.

Et quibus stirps deesset] Non illud praetereundum, in membranis fuisse *quibus stirpes deesset*, ut servavit Aldina. Quod, non video, cur non aeque antiquitus potuerit dici, cur non Livius usurpare, quam *plebes*. J. FR. GRON. *stirpes* omnes antiquiores typis descripti, etiam edd. Sigonii, quas Aldinae nomine hic indicat Gronovius. *stirps* demum inveni in Paris. anni 1573. Sed vide ad 1, 1, 11.

Ut cives Romani fiebant] Malim *ii cives Romani fiebant*. SIGON. Licet Sigonius ita in notis conjecerit, priscam tamen lectionem et ipse, et postea secuti editores retinuerunt. Gronovius demum in prima ed. voculam *ut*, nulla alia substituta, sustulit: sed anno 1665. Sigonii conjecturam admisit. Crevierius existimat, aliquid deesse: et quidem Livium procul dubio hic exposuisse genus fraudis ab iis inductum, quibus stirps deesset, et injuriam factam populo Romano: eam fraudem forte in eo positam esse, quod, quibus stirps deesset, ii adoptarent quosdam cives suos, quos fortasse postea emancipatos domi relinquerent, ut ipsi, quasi stirpem relinquentes in patria, cives Romani fierent: hac autem re factam injuriam populo Romano, in quem inquilini nullo jure et adversus legis mentem sese inmiscebant. Nullum itaque vitium inesse in vocula *ut*, Liviumque scripsisse *ut cives Romani fierent*..... Reliqua se sine libris supplere non posse fatetur. Verum neque hic displicet conjectura Clariss. Dukeri, supra hoc §. proposita.

§. 11. *Per migrationem et censum transibant*] Ita primus Curio emendavit. Priores praeferunt *transiebant*.

§. 12. *Ne quis quem civitatis mutandae causa suum faceret, neve alienaret*] Sigonius arbitratur, *zò suum* esse mendosum pro *servum*, in lib. 2. Emendat. Robortelli cap. 39. caviisse enim legem, ne quis filium mancipio daret, vel servum faceret. Verum duae sunt partes hujus capitis, altera contra accipientem mancipio, altera contra dantem: itaque prior recte dicitur *suum facere*, quem mancipio accipit, posterior *alienare*, quem tradit. Huc pertinet, quod est apud Appulejum lib. 9. Met. [pag. 223. ed. Elm.] *Pistor ille, qui me pretio suum fecerat.* Plaut. Amphitr. [1, 1, 219.] *Nam pugnis usu fecisti tuum.* J. FR.

Digitized by Google

causſa suum faceret, neve alienaret: et, si quis ita civis Romanus factus eſſet **. Haec impetrata ab senatu.

1 IX. (*XIII.*) Provinciae deinde, quae in bello
2 erant, Sardinia atque Iſtria decretae. In Sardiniam duae legiones scribi juſſae; quina millia in singulas et duceni pedites, treceni equites; et duodecim millia peditum sociorum ac Latini nominis, et sexcenti equites, et decem quinqueremes naves, si de-

GRON. *seruus*, sive *s'nus*, et *snus* saepe in Mſtis commutantur. V. ad 3, 16, 3. 9, 14, 11. 30, 15, 4. et 35, 30, 3. Hic tamen adsentior Gronovio. Appulej. 10. Met. pag. 244. ed. Elmenh. *Miles ille, qui me nullo vendente comparaverat, et sine pretio suum fecerat.* Recte etiam Gronov. *alienaret* exponit, mancipio daret. De verbo *alienare* simili sensu vide Schulting. ad Calpurn. Declam. 49. Et ita *alienus*, qui non pertinet ad eamdem familiam, apud Ter. Heaut. 5, 4, 5. *Ne iſtuc in animum inducas tuum, Alienum eſſe te.* Hinc *propinqui* et *alieni* obponuntur apud Cic. de Amic. 5. *Cives potiores, quam peregrini; et propinqui, quam alieni.* Doujatius *alienare* hic exponit, manumittere. Crevierius vero, si conjectura, quam ad ultima verba §. 10. exposuit, vana non eſt, putat hic excidiſſe legis caput contra fraudulentas adoptiones.

Et, si quis ita civis Romanus factus eſſet. Haec impetrata ab senatu] Librarius tres voces transcendiſſe videtur. Nam futura erat oratio: *et, si quis ita civis Romanus factus eſſet, civis non esset.* Vox *esset* decepit librarium, ut saepe. SIGON. Et sermonis brevitas, et aſſucta Romanis formula subjiciunt, Livium scripsisse: *et ne quis, ita civis Romanus factus, eſſet.* 42, 10, 3. *Edixerat, qui sociûm redire in civitates suas debuiſſent, ne quis eorum Romae, sed omnes, in civitatibus suis censerentur.* 43, 16, 2. *Edixerunt, ne quis eorum ad haſtam suam accederet.* et paſſim. JAC. GRON. Doujatius, inhaerens veſtigiis Sigonii, quod deeſt, ita supplendum censet, *civis ne esset:* quod probat Crevierius.

§. 1. *Provinciae deinde, quae in bello erant, Sardinia atque Iſtria decretae*] Quibus provinciae decretae sunt? Adparet consules intelligi: quam vocem etiam excidiſſe Clariſſ. Jac. Perizonius ad marginem Livii conjecit. Scribendum igitur *Sardinia atque Iſtria consulibus decretae.*

§. 2. *Naves, si deducere ex navalibus vellet*] Videtur scripsiſſe: *et decem quinqueremes naves, quas deduceret, ex quibus navalibus vellet.* J. FR. GRON. Clariſſ. Jac. Gronov. in Diſſert. Epiſtol. in Livii loca quaed. Geogr. ep. 6. pag. 46. scribendum conjicit *et decem quinqueremes naves deduceret ex navalibus, quibus vellet.* Forte ratio fuit, quod *decem quinqueremes naves* referri non poſſe videatur ad proxime praecedens *scribi jussae.*

§. 3. *Et legionem unam cum equitibus trecentis*] Ultima verba non ita intelligenda sunt, quasi prae-

Digitized by Google

ducere ex navalibus vellet. Tantumdem peditum 3
equitumque in Istriam, quantum in Sardiniam, decretum. Et legionem unam cum equitibus trecentis, et quinque millia peditum sociorum, et ducentos quinquaginta mittere equites in Hispaniam consules ad M. Titinium jussi. Priusquam consules provincias 4
sortirentur, prodigia nunciata sunt. Lapidem in agro Crustumino in lacum Martis de coelo cecidisse.

ter legionem, quae ex quinque millibus ac ducentis peditibus et trecentis equitibus constabat, alii trecenti equites, ut ad M. Titinium in Hispaniam mitterentur, scribendi fuerint, et ita Titinius sexcentos equites Romanos acceperit. Quum enim veteris exercitus exauctorati vel deducti nulla mentio fiat, ita plures equites Romani in castris ejus, quam alterutrius consulis, fuissent: quod verisimile non videtur. Trecentos igitur equites illos ipsos intelligo, qui legioni semper addi solent. Ita supra 40, 36, 6. *Novus omnis exercitus consulibus est decretus: binae legiones Romanae cum suo equitatu.*

Quinque millia peditum sociorum, et ducentos quinquaginta mittere equites] Pighius in Annal. ad A. V. IↃLXLVI. pag. 345. milites hoc anno scriptos ex Livio referens, *trecentos quinquaginta*, pro *ducentos*, memorat: cui omnes editt. constanter adversantur: quam ob causam diversitatem numeri vel ex memoriae vel ex calami errore natam puto, praesertim quum paullo post pag. 348. sociorum peditum quinque millia, *equites trecentos* referat, additis quinquaginta neglectis.

§. 4. *Lapidem in agro Crustumino in lacum Martis de coelo cecidisse*] Cluver. 2. Ital. Ant. 9, 657. hunc locum laudans, profert *in lucum Martis*. deinde pag. 658. se ex antea productis testimoniis colligere profitetur, Crustumerium eo tractu fuisse, quo nunc turris in edito colle conspicitur, juxta viam Salariam mille amplius passus supra Fidenarum ruinas et castellum Jubileum; juxta quod orientem versus loco nemoroso ruinae quaedam etiamnum visuntur antiquorum aedificiorum, et circa illum locum haud dubie fuisse *lucum Martis*, Livio hic memoratum. Holstenius in Adnotat. in Cluverii Ital. p. 101. hanc sententiam firmat loco Festi in voc. *Lucaria*. *Lucaria festa in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam et Tiberim fuit: pro eo, quod victi a Gallis fugientes e proelio ibi se occultaverunt.* Hunc autem lucum *inter viam Salariam et Tiberim* existimat fuisse lucum Martis in agro Crustumino. Omnes quidem edd. in vulgatum consentiunt: sed *lacus Martis* alibi non memoratur, neque *lapis in lacum de coelo cadens* facile notari potuit. Voces autem *lacus* et *lucus* facile commutari potuerunt ob literarum *a* et *u* in scriptura Longobardica similitudinem. Ob eamdem causam commutantur *quum* et *quam*. Vide ad 27, 28, 5. *luna* et *lana*. V. ad 22, 1, 12. *cupiens* et *capiens*. Vide ad Silii 17, 169. et ad Livii 10, 35, 4. *alius* et *alias*. Vide Salm. ad Flori 1, 3,

Digitized by Google

5 Puerum trunci corporis in agro Romano natum, et quadrupedem anguem visum: et Capuae multo in foro aedificia de coelo tacta: et Puteolis duas naves 6 fulminis ictu concremeatas esse. Inter haec, quae nunciabantur, lupus etiam Romae interdiu agitatus, quum Collina porta intrasset, per Esquilinam magno 7 consectantium tumultu evasit. Eorum prodigiorum causa consules majores hostias inmolarunt, et diem 8 unum circa omnia pulvinaria supplicatio fuit. Sacrificiis rite perfectis, provincias sortiti sunt: Clau- 9 dio Istria, Sempronio Sardinia obvenit. Legem dein

5. *unguis* et *anguis*. Vide N. Heins. ad Val. Flacc. 2, 28. et innumera alia. Vide Scalig. ad Catulli carm. 6. et 30. Huic emendationi magna conciliabitur verisimilitudo, si vera est conjectura infra proposita cap. 13, 1.

§. 5. *Puerum trunci corporis*] Prodigia quidem hujus anni Julius Obseq. non memoravit; sed supplementa ex Livio adjecit Lycosth. qui hic legit *trucis corporis*, sine sensu. Recte vulgo editur *trunci corporis*, id est corpore mutilo, non integro, cui quaedam membra corporis humani deerant. Ita Acheloo in taurum mutato, cui Hercules alterum cornu praefregit, ideo *truncam frontem* tribuit Silius 3, 42. ubi plura vide.

§. 6. *Lupus etiam Romae interdiu agitatus*] Lycosth. hoc prodigium referens, ultimam vocem omisit, quae tamen in omnibus Livii edd. supereſt, et optime convenit. Unus Silius saepius in eadem re eo verbo utitur. Ita 2, 437.

Lactior at circa facies, agitata ferarum
Agmina venatu, et caelata mapalia fulgent.

4, 563. *agitet Gargano terga ferarum.* 10, 77.

Ut canis occultos agitat cum Belgicus apros.

13, 130. *incursu satvorum agitata luporum Cerva.* 16, 575.

Nec timidos agitare canes latratibus aprum.

Vide N. Heins. et Celeberr. Burm. ad Ovidii 5. Metam. 605.

§. 9. *Legem deinde sociis C. Claudius tulit senatusconsulto*] Scribe *Legem dein de sociis C. Claudius tulit ex SC.* J. FR. GRON. Prior Gronovianae emendationis pars *Legem dein de sociis* Doujatio displicet, si electio detur, vulgatum malebat; quod exponit, legem tulit sociorum causa, et secundum quam socii viverent. At Gronovii conjecturam probant primae edd. et *Legem deinde sociis* demum adparuit in ed. Carionis, ex qua eadem lectio per recentiores propagata est: nisi quod nuper Hearne, Londin. et Creyierius Gronovio dicto ap-

Digitized by Google

de sociis C. Claudius tulit senatusconsulto, et edixit: *qui socii ac nominis Latini, ipsi majoresve eorum, M. Claudio, T. Quinctio censoribus, postque ea, apud socios nominis Latini censi essent, ut omnes in suam quisque civitatem ante Kalendas Novembres redirent.* Quaestio, qui ita non rediissent, L. Mummio praetori decreta est. ad legem et edictum consulis senatusconsultum adjectum est: *ut, dictator, consul, interrex, censor, praetor qui nunc esset, apud eorum quem manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret, qui eum manumitteret, civitatis mutandae causa manu non*

dientes fuerint. Recte vero idem Doujatius alteram Gronovii conjecturam *ex senatusconsulto* probavit. Cic. 1. ad Att. 13. *Deinde ex senatusconsulto consules rogationem promulgasse.* Paullo post: *Operam dat, ut ea rogatio, quam ipse fert, et fert ex senatusconsulto, et de religione, antiquetur.* Ep. 24. *Quum dies venisset rogationi ex senatusconsulto ferendae.* Similiter *ex auctoritate senatus* Liv. 40, 19, 11. *Leges de ambitu consules ex auctoritate senatus ad populum tulerunt.* 42, 21, 5. *Ex auctoritate deinde senatus eam rogationem promulgarunt.*

M. Claudio, T. Quinctio censoribus, postque ea] Hi A. V. IDLXIV. censores facti erant, 37, 58, 2. *postque ea* non vitiosum quidem est; forsitan tamen Livius hic quoque scripserat *postque eos*, ut 39, 3, 5. *C. Claudio, M. Livio censoribus, postve eos censores.* DUKER. Supra 38, 11, 9. *Qui eorum L. Quinctio, Cn. Domitio consulibus, postve eos consules armis subacti, aut voluntate in ditionem populi Romani venerunt.* At, etiam vulgatum probum esse, indicat Cic. 1. in Verr. 41. *Qui ab A. Postumio, Q. Fulvio censoribus postve ea fecit, fecerit.* In his *postque ea, postve ea* ponuntur pro *et postea, aut postea.* Cic. 2. Agrar. 16. *Quod publicum populi Romani factum sit L. Sulla, Q. Pompeio consulibus, aut postea.*

Ante Kalendas Novembris rediirent] Ita primum editum vidi Basil. anno 1539. inde vero Gorio et sequentes acceperunt. Priores praeferunt *Cal. Novembres.* Licet autem subinde Vascos. Gryphius non una editione, quae ex officina ejus prodiit, Basilenses anno 1554. et Sigonius id retulissent, posteriores tamen editores iterum *Novembris* receperunt. quare nunc priscam lectionem restitui. V. ad 4, 37, 3. et infra ad cap. 16, 1.

§. 11. *Dictator, consul, interrex, censor, praetor*] Apud quos manumitti possit, docent JCti. Ex hoc loco intelligitur, tum apud omnes magistratus majores manumitti potuisse. Sed dictatoris, interregis, et censoris nullam mentionem faciunt JCti, quod illi dudum nulli amplius fuerant, quo tempore hi scribebant. DUKERUS.

Qui nunc esset apud forum, quem

Digitized by Google

mittere: qui id non juraret, eum manumittendum non censuerunt. Haec in posterum causa jurisque dictio C. Claudio consuli decreta est.

manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret, qui eum etc.] Ne haec quidem sententia perfecta est, cum futura fuerit ejusmodi: *ut dictator, consul, interrex, censor, praetor, qui tunc esset apud forum, darent operam, ut, qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, jusjurandum daret, qui eum manumitteret, civitatis mutandae causa eum manumitteret.* SIGON. Sic Sigonius: quum illud *darent operam* nullum vestigium in autographo haberet. Erat autem ibi: *forum, quem manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret.* Ex quo faciendum: *ut dictator, consul, interrex, censor, praetor, qui tunc esset apud forum, quem manumitterent, in libertatem vindicaretur, si jusjurandum daret.* J. FR. GRON. Si Gronovius *manumitterent* ita intelligi voluit, quem dictator, consul, ceteri manumitterent, non statim amplecti possum illius conjecturam; quia non scio, *magistratus ipsos* alibi dici *manumittere. Apud magistratum manumittere* obvium est in libris juris civilis. Pannum, quem Sigonius adsuit, retinuit Hotomannus, et pro *eum manumittendum* conjecit *ab eo manumittendum* in indice Legum Romanarum. Non credo, locum mutilum sine ope MSS. in integrum restitui posse. DUKER. Sigonius in prima scholiorum ed. *qui nunc esset* retinebat, et domum altera ed. *qui tunc esset* substituit; quod recte Gronov. probavit. Contra Lambec. loco, quem mox indicabo, priscam lectionem *qui nunc esset* defendit auctoritate legis antiquae de viatoribus et praeconibus apud Briss. lib. 2. de Formul. 142. quae reperitur etiam apud Gruter. in Inscr. DCXXVIII, 1. *COSS. QVEI. NVNC. SVNT. IEI. ANTE. K. DECEMBREIS. PRIMAS.* etc. Verum alia res. Quae enim dicta lege constituuntur, peragenda erant a consulibus ejus anni, quo lex lata est; verum hic in genere jubetur, quid et hoc et quocumque posthac anno observandum esset magistratibus, quum quis apud eos manumitteretur. *qui nunc esset* notat, qui hoc anno esset. At, quum SCtum illud fiebat, dictatorem vel interregem fuisse non constat. *qui tunc esset* idem est ac si dixisset, *qui nunc esset, quique posthac fuerit*, ut est in lege Plaetoria apud Censor. de Die nat. 14. Solent autem *nunc* et *tunc* saepe in Mstis confundi. V. ad 37, 4, 9. In reliquis verbis recte constituendis admodum dissentiunt viri docti. Gronov. in priori ed. notarum vocibus *darent operam*, quas Sigonius integrandae sententiae causa addidit, controversiam non movit; sed id tantum in conjectura ejus sibi displicere testatus est, quod voculam *ut* loco motam transposuerit, quam vel duplicandam, vel suo loco relinquendam censuit; vel itaque reponendum esse, *darent operam, ut qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret:* vel *darent operam, qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret.* At rectius nunc in iteratis curis judicavit, *ea darent operam* male a Sigonio interposita esse. In emendata ejus lectione id incommodi est, quod voces *dictator, consul*, etc. non habeant, quo referri possint, ni-

Digitized by Google

X. (*XIV.*) Dum haec Romae geruntur, M. Junius a
t A. Manlius, qui priore anno consules fuerant,
uum Aquilejae hibernassent, principio veris in fines

i forte verbum *manumitterent*. At, quae difficultas huic constructioni obstet, jam Clariss. Dukeus monuit. Pighius in Annal. ad A. V. DCCXXVI. pag. 346. Livii verba ita proponit, quasi scriptum foret: *qui nunc essent, apud eorum darent operam, ut, qui in libertatem vindicaretur, quique eum manumitteret, jusjurandum daret, civitatis mutandae caussa non manumittere. quid id non juraret, eum manumittendum non esse.* Quae a vulgato nimium quantum aberrant. Doujatius legebat, *qui tunc esset apud eorum, quum manumitteretur, in libertatem vindicaret, ubi jusjurandum daret, qui eum manumitteret*, etc. Jac. Perizonius ad marginem Livii adscripsit, una tantum litera in vulgata lectione mutata, sibi legendum videri, *ut, dictator, consul, interrex, censor, praetor qui tunc esset, apud eorum quem manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret, qui eum manumitteret, civitatis mutandae caussa manu non mittere.* Firmandae huic conjecturae *apud eorum quem* addidit locum Livii 43, 3, 3. *Senatus decrevit, uti nomina sua apud L. Canulejum profiterentur, eorumque si quos manumisisset, eos Carteiam ad oceanum deduci placere.* Adde 21, 26, 7. *Ceteros adcolas fluminis Hannibal, et eorum ipsorum quos sedes suae tenuerant, simul perlicit donis.* pro quos eorum ipsorum. Vide, quae ad eum locum notantur. Ordo verborum ita emendatorum hic erit, ut, apud quem eorum, qui tunc dictator, consul, interrex, censor, praetor esset, manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut, qui eum manumitteret, jusjurandum daret. Ita *eorum* tantum mutat in *eorum;* quorum facilis est commutatio ob similitudinem literarum *E* et *E*. Similiter *eorum*, pro *eorum*, emendarunt viri docti supra h. lib. cap. 2, 3. ubi vide, quae notantur. Sed quid plura? Hanc Perizonii conjecturam ipsius unici cod. auctoritate firmari, patet ex Lambec. in Biblioth. Vindob. 2, 8. pag. 945. ubi indicavit, quemadmodum ultima pars hujus cap. in membranis illis exhibeatur. Quae autem huc pertinent, in appendicem Livianam conjeci. Ipse Lambecius, quibusdam interpolatis, legit, *apud eorum quem quis manumitteretur, in libertatem vindicaretur, operam daret, ut is jusjurandum daret, qui* etc. putat autem *quis* in Mſto excidisse ob praecedens *quem; operam daret*, quod mox vox *daret* iterum sequatur; et *is* ob primas literas vocis sequentis. Sed plane adsentior Crevierio; qui, servata reliqua codicis lectione, unam tantum vocem *qui* ob praecedens *quem* intercidisse putans, legit *apud eorum quem qui manumitteretur*, et hunc verborum sensum constituit; jurandum esse, non manumittenti, se, sed manumittendo, eum, qui manumitteret, civitatis mutandae caussa manu non emittere. Moram autem facere non debere, quod ab eo, qui manumittitur, jusjurandum exigatur de mente et consilio manumittentis: id enim requirere verba *qui id non juraret, eum manumittendum non censuerunt:* deinde, quum fraus, quae hoc SCto cavetur, praesertim in manumissi commodum cederet, illum etiam totius rei

Digitized by Google

2 Istrorum exercitum introduxerunt: ubi quum effuse popularentur, dolor magis et indignatio diripi res suas cernentes Istros, quam certa spes, satis sibi 3 virium adversus duos exercitus, excivit. concursu ex omnibus populis juventutis facto, repentinus et tumultuarius exercitus acrius primo inpetu, quam per- 4 severantius, pugnavit. Ad quatuor millia eorum in acie

caput habitum, et ideo ab eo jusjurandum exactum esse. Ceterum virorum doctorum Sigonii et Gronovii aliorumque conjecturae jam olim displicuerunt Conr. Sam. Schurzfleischio, qui, inspecto Livii Mſto, quem servat bibliotheca Vindobonensis, comperit, locum hunc non usquequaque bona fide pridem esse evulgatum, et in schedis suis monuit, ex membranae illius auctoritate et indiciis veram Livii manum erui restituique posse. V. Henric. Leon. Schurzfl. in Praefat. ad Acta literaria.

Qui id non jurarat] Codex unicus *n. quid non jurare:* unde Lambec. legit *nam qui id non jurarat.* Qua emendatione admissa, haec verba non constituunt partem SCti, sed sunt ipsius Livii, indicantis, quid statuendum foret, si quis jurare recusaret.

§. 12. *Jurisque dictio C. Claudio consuli decreta est*] Lambecius testatur, Mſtum praeferre *jussique edicto C. Claudi cons. Claudio decreta est:* lectionem autem, quae nunc exstat, ex primi editoris Sim. Grynaei emendatione natam esse.

§. 1. *In fines Istrorum exercitum introduxerunt*] Gronovius in prima ed. notarum conjicit *induxerunt;* sed in addendis vulgatum tuetur ex Caes. 3. B. Gall. 20. *In Sotiatium fines exercitum introduxit.* Hinc postea curis secundis conjecturam omisit. Eadem locutione utitur idem Caesar. 2. B. Gall. 5. *Si suas copias Aedui in finem Bellovacum introduxerint.* et cap. 10. *Quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent.*

§. 5. *Non votis nuncupatis, non paludatis lictoribus*] Imperatorum *paludamenta* esse propria, et *paludatos exiisse* dictos, cum in expeditionem ab urbe proficiscerentur magistratus Romani, nemo ignorat. Livio solo utar lib. 36, [3, 14.] de Manio Acilio Glabrione: *ipse ante diem quintum Nonas Majas paludatus urbe egressus est.* Lib. 37, [4, 2.] de L. Cornelio Scipione: *et omnibus jam paratis, paludatus ab urbe est profectus.* Lib. 40, [26, 5.] *Consules non tamen potuerunt sustinere consensum senatus, quin paludati exirent.* Lib. 42, [27, 8.] *Ad omnia ponparata Cn. Sicinius praetor, paludatus ex urbe profectus, Brundusium venit.* Eodemque, [c. 49, 1.] *Per hos forte dies A. Licinius consul, votis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe profectus est.* Cicero centies, et alii. *Lictores* autem *paludatos* unicus hoc et 45. libro Livii librarius in scenam produxit: quos tanquam personatos histriones, Agamemnone vel Creonte desaltato, tem-

Digitized by Google

cie caesa: ceteri, omisso bello, in civitates passim diffugerunt. inde legatos primum ad pacem petendam in castra Romana, deinde obsides imperatos, miserunt. Haec quum Romae cognita literis proconsulum essent, C. Claudius consul, veritus, ne forte ea res provinciam exercitumque sibi adimeret, non votis nuncupatis, non paludatus, sine lictoribus, uno omnium certiore facto collega, nocte profectus, praepus est tandem indumento imperatorio spoliari, et in sua saga redire. Bis praeterea hoc loco ostentatur idem error. Ut mox: *Secundum vota nuncupata lictoribus paludatis profectus ab urbe esset.* Et deinde: *paludatis lictoribus votisque in Capitolio nuncupatis.* Habetur et lib. 45, 39. in concione M. Servilii. Quibus adversatur agmen ingens et infinitum locorum apud veteres, ubi perpetuo imperatores, nusquam lictores, nisi hic, *paludati* dicuntur. Obstat et nomen vestimenti, a quo *paludati* appellantur, quod sine controversia usu recepto imperatoribus tribuitur solis apud attentius locutos. Ut noster lib. 9, [5, 13.] *Tum a consulibus abire lictores jussi, paludamentaque detracta.* Et lib. 25, [16, 21.] de Tiberio Graccho proconsule: *Paludamento circa laevum brachium intorto.* At lictorum sunt *sagula.* Cicero in Pison. [28.] *Togulae lictoribus ad portam praesto fuerunt, quibus illi acceptis sagula rejecerunt, catervam imperatori suo novam praebuerunt.* Obstat vero illud maxime, quod ineptissimum sit, summi ducis egredientis pompam, tacito ipsius habitu et ornatu, ab amictu lictorum describi. Sed et quum *lictores paludatos* volunt, oportet, explicent nobis aliquid singulare in illis, non simpliciter militarem habitum sic denotari nos docebant: saeculum non modo lictores, sed totam cohortem ad bellum proficiscentis, omnes omnino milites quoque *paludatos*, quia militariter haud dubie ornati fuerunt, dici conveniret. Qui ergo tam conspecti lictores, ut praecaeteris horum saga inciderentur *paludamenta?* Quae stultitia fuit lictoribus paludamenta dare, quum tumultu decreto sagis senatus, tot censorii, tot consulares, [tot] praetorii viri essent contenti; *saga parare, ad saga ire, in sagis esse* dici non dedignarentur, *paludamenta* imperatoribus populi Romani relinquerent? Scilicet hi non adspirarent ad eam dignitatem vestis, qua conspicuus incedebat minimus inter liberos adsecla imperatoris? Adversatur denique, quod in locis certae integritatis ac scriptorum codicum et vetustate et multitudine longe munitissimis aliter multo Livius loquitur, et illis, qui nasum habent, facile subjicit, quae dubiis istis verba concepisse debeat credi. Ut lib. 21, extremo, [cap. 63, 9.] de C. Flaminio: *ne, auspicato profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, paludatus inde cum lictoribus ad provinciam iret. lixae modo, sine insignibus, sine lictoribus profectum clam, furtim.* Ut 31, [14, 1.] *Tum Sulpicius, secundum vota in Capitolio nuncupata paludatus cum lictoribus profectus ab urbe Brun-*

Digitized by Google

ceps in provinciam abiit: ubi inconsultius, quam

ducium venit. Ubi non mediocriter me confirmat, quod Andream secutae editiones et scripti etiam quidam habeant similiter *paludatis lictoribus.* Sed ratione et melioribus scriptis auctoribus absurda lectio est a doctis viris mutata: cur hic minus liceat? Repone igitur sine scrupulo: *non votis nuncupatis, non paludatus, sine lictoribus.* Deinde: *quum is more majorum, secundum vota in Capitolio nuncupata, cum lictoribus, paludatus profectus ab urbe esset.* Iterumque: *non ultra triduum moratus Romae, paludatus, cum lictoribus, votisque in Capitolio nuncupatis, in provinciam, aeque ac prius, praecipiti festinatione abiit.* Nam ita quoque sensus legendum dictat: non *aeque amplius praecipiti.* Graterus pro insiticia eam vocem delebat. Sic etiam lib. 45, [39, 11.] scribe: *Consul proficiscens praetores paludatus cum lictoribus in provinciam et ad bellum vota in Capitolio nuncupat.* Neque me fugit, virum multae lectionis in nupero ad Ciceronis orationes commentario colores et splenia vulgatae praeparasse. Varro producitur lib. 6. de L. L. [pag. 72.] *Paluda a paludamentis. Sunt haec insignia et ornamenta militaria. Ideo ad bellum cum exit imperator, ac lictores mutant vestem, et signa incinuerunt, paludatus dicitur proficisci: quae, propterea quod conspiciuntur, qui ea habent, et fiunt palam, paludamenta dicta.* Ἔσυμον palam ineptum, cum Paluda viragine, et a paludamentis dicta, illi remitto. Sed etsi dicat, lictores *mutare vestem,* non tamen dicit, eos amiciri paludamentis, aut fieri paludatos, aut paludatis iis imperatorem proficisci; verum dicit *paludatum imperatorem proficisci.* Ergo, si integer locus est, vestem mutant ipsi sumptis sagulis loco togularum: forte *mutant* et *vestem* imperatori praebito et circumjecto paludamento. neque enim mirum hac in re lictorum, non servorum, ministerio usos, ut magis omnia publice fieri significaretur. Obtenditur et Festus: *Paludati in libris auguralibus significat, ut ait Veranius, armati, ornati; omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici.* Equidem non negabo, originem dare his vocibus genericam significationem: sed usum magistrum loquendi eas ad imperatorium cultum arctasse et aptasse ajo. Sic quoque verum est, quod sentiunt illi, modo non promiscue de vulgo militum, sed de imperatoribus audiantur. Concedamus et intelligi de quibusvis, sed meminerimus, id eos observare ex auguralibus libris, in quibus sermo vetustissimus et originibus propior, necdum pro varietate rerum per artem inventarum distinctis vocabulis, ut aetas curiosa postea voluit. Ubi nisi foret singulare, quid opus allegare libros augurales? quis ferret hoc frigus et jejunitatem in Veranio et Festo, quum tot celeberrimi et politissimi scriptores easdem voces totidem iterarint, quum in ore omnium quotidie versarentur occasione ducum ad bella exeuntium? Videtur autem *paludamentum* dictum quasi *pallulamentum. Palla* ut et *pallium* prima significatione quodvis amiculum, tam virorum, quam foeminarum; etsi usus postea illud mulieribus, et histrionibus, et citharoedis attribuerit; inde *pallula*, et hinc *pallulamentum*, ut a *penis*, *peniculus*, mox *peniculamentum.* Ob ingratam repetitionem, liquidam medio loco jusserunt liquescere: et sic prima syllaba, natura brevis, po-

Digitized by Google

venerat, se gessit. nam, quum concione advocata 6

sitione longa, in naturam suam rediit: (esse autem primae syllabae *A* breve ex origine apparet: eamque quantitatem ostendunt, in quibus servata est *supparus*, et *siparium:* nam qui post inventam divine proditamque ab Salmasio omnium horum scaturiginem venasque *pallam* a πάλλειν cum Servio [ad Virg. 1. Aen. 648.] derivant, ignoscat mihi genius ipsorum, βαλανηφαγοῦσι) vis vero liquidae producentis antecedentem syllabam brevem, liquescente ea in proxime sequentem vocalem *V.* transfunditur, unde syllaba antea brevis in *paliulis* fit longa: postremo loco etiam liquidam mutarunt in *D*, quarum literarum translatitia variatio est. Ut *impelimenta* pro impedimenta apud Festum, *Melicae aves* pro Medicis, *Delicare* pro dedicare: sic *dacrimas* pro lacrimis dixit Livius Andronicus, et *dautia* pro lautia: descendit enim ab δώτιον. cum in multis AV et O promiscue usurparent, maluerunt *lautia*, ut distinguerent a *lotium*. sic a μελετῶ fecerunt *meditor*, sic *odefacit*, *dingua*, et *capitodium* dixerunt, pro quibus posteriores *olefacit*, *lingua*, *capitolium* maluerunt. A *paludamento* porro quum deberent dicere *paludamentati*, ut rotundius aptiusque esset, maluerunt extrita syllaba *paludati:* quod dictum accipiemus, non quod olim *paludare* fuerit, sed quasi fuisset, ut in pluribus a vocabulis indumentorum denominatis accidit, sic *palliolatus*, *crepidatus*, *amethystinatus*, *sardonychatus*. Eandem proprietatem vocis respexit Lucillius, quum scripsit lib. 10.

Pone paludatus stabat rorarius velox.

At etiam *Curiatii paludamentum* memoratur apud nostrum lib. 1, [26.] Qui profecto non fuit lictor, sed quamvis non imperator, instar tamen et imperatoris et exercitus, homo illustrissimus, in quo simul cum fratribus summa belli, summa rei Albanae, ut in Horatiis Romanae periclitaretur. Eos vero ab utraque parte insignitius ornatos fuisse quid miri? An non ex sacra historia novimus, Davidem, pari paene sorte certamen cum Palaestino Goliatho initurum, a Saulo rege Hebraeorum et vestimentis et armis regiis ornari jussum? Non igitur Curiatii cultus habitusque promiscuum imperatori et lictoribus faciet paludamentum. De Agrippina meminimus ex 12. Annali, [cap. 56.] Taciti: *Ipse insigni paludamento neque procul Agrippina chlamyde aurata praesedere.* Hoc narrando et Plinius si recte dicitur et mulieri paludamentum tradere [lib. 33, 3.] dicatur et Suetonius peltam et galeam mulieri tradere, quum narrat in Caligula [26.] *ut saepe chlamyde peltaque et galea ornatam* (Caesoniam suam) *et juxta adequitantem militibus ostenderet.* Sane Hieronymus [De muliere septies icta] paludamentum dat lictori, neque consulem ad bellum comitanti, sed supplicium a damnato exigenti: itaque illum, suo jure interdum disertum, in aliis admirantes cum Livio comparare mittamus. J. FR. GRON. Quae hic de *paludatis lictoribus* vere disputantur, opposita sunt Nic. Abramo ad Cicer. in Pison. 13. Sed is omnia fere, quae de iis habet, debet Gruchio cap. 43. Refutat. ad posterior. Disput. Sigonii. De lictoribus paludatis eadem, quae horum, est sententia Hotomanni ad Cicer. de Provinc. consul. cap. 15. Lipsii 3. de Milit. Rom. 12. Ferrarii de Re Vestiar. part. 2. lib. 3. c. 5.

Digitized by Google

fugam e castris A. Manlii adversis auribus militum (quippe qui primi ipsi fugissent) jactassetque probra M. Junio, quod se dedecoris socium collegae fecisset, ad extremum utrumque decedere
7 provincia jussit. Quod quum milites consulis imperio dicto audientes futuros esse dicerent, quum is more majorum, secundum vota in Capitolio nuncupata, cum lictoribus, paludatus profectus ab urbe
8 esset; furens ira, vocatum, qui pro quaestore Manlii erat, catenas poposcit, vinctos se Junium Man-
9 liumque minitans Romam missurum. Ab eo quoque

et Sigonii 2. de Antiq. Jur. Provinc. 4. et de Lege Curiata c. 6. ubi perperam tamquam verba Livii haec laudat, quae in eo non leguntur: *Romam ex provincia rediit ad solemnia vota in Capitolio nuncupanda, paludatosque lictores accipiendos.* DUKER. Vera sunt, quae contra *paludatos* lictores Gronovius erudite disputavit. *Rubens sagulum* lictoribus tribuit Silius 9, 419.

Isque ut Varronem procul inter proelia vidit,
Et juxta sagulo circumvolitare rubenti
Lictorem.

ubi quaedam vide. Videtur tamen locus ille indicare, inter sagulum lictorum et militum gregariorum saga aliquod discrimen fuisse. Quae enim alia ratio dari potest, cur praecipue lictorum sagulum ibi Silius memorarit? Certe ducum, non summorum, sed inferioris ordinis, ut tribunorum militum, ac centurionum, vestem a sagulo militum similiter diversam exstitisse innuit Livius 7, 34, 15. *Haec omnia* [Decius tribunus militum] *sagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ut ducem circumire hostes notarent, perlustravit.* In quo vero differentia constiterit, discere cupio. *Φοινικοὺς Χιτῶνας* lictoribus triumphantis imperatoris tribuit Appian. Alex. in Punic. pag. 35. *Αὐτοῦ δ' ἡγοῦνται τοῦ στρατηγοῦ ῥάβδουχοι φοινικοὺς χιτῶνας ἐνδεδυκότες.* Vertit interpres, *Ipsum imperatorem praecedunt lictores paludati.* Id displicet Dempster. in Etrur. Reg. 3, 36, 319. qui *Χιτῶνας* vertere malebat *tunicas*, et lictores ideo in triumpho tunicatos fuisse putat, ut hostibus victis ignaviam objicerent: vel *φοινικοὺς Χιτῶνας ἐνδεδυκότες* reddebat *sagati purpureis vestibus.* Ceterum *Curiatii paludamentum* vix interpretationem Gronovii admittit. Livius enim 1, 26. vocat paludamentum, *quod ipsa*, nempe Horatii soror, *confecerat.* Dion. Halic. 3. Antiq. pag. 157. dicitur *πέπλος ποικίλος, ὃν αὐτὴ μετὰ τῆς μητρὸς ἐξυφήνατο.*

§. 6. *Adversis auribus militum*] Gronov. ad Livii 24, 26, 10. hunc locum laudans, adfert *aversis auribus.* Sed *adversis* constanter ed.

Digitized by Google

pretum consulis imperium est: et circumfusus exercitus, favens imperatorum cauſſae, et consuli infestus, animos ad non parendum addebat. Poſtremo fatigatus consul et contumeliis singulorum, et multitudinis (nam insuper inridebant) ludibriis, nave eadem, qua venerat, Aquilejam rediit. Inde collegae scripsit, ut militum novorum ei parti, quae scripta in Istriam provinciam esset, ediceret, Aquilejam ut conveniret; ne quid se Romae teneret, quo minus, votis nuncupatis, paludatus ab urbe exiret. Haec collegae obsequenter facta, brevisque dies ad

10 11 12

prima, omnesque poſtea secutae servant. Et recte. Non tantum enim Claudius *aversis*, id est, non adtendentibus, sed etiam *adversis*, id est, adversantibus militum auribus illa jactavit. Vide ad 1, 46, 2. Mox *ingessit probra*, omissa copula, editi ante Modium.

§. 7. *Quod quum milites consulis imperio dicto audientes futuros sese dicerent*] Quid hic negotii militibus? Manlius et Junius provincia decedere jubebantur. Cur pro illis respondent milites? Scribe *ad extremum utrumque decedere provincia jussit. Quumque illi se consulis imperio dicto audientes futuros esse dicerent.* nam *esse*, non *sese*, quod subjecerunt, ibi scriptus. J. FR. GRON. Nihilominus illa *quod quum* mutanda non censebit, qui inspiciet notanda ad 38, 9. JAC. GRON. Primae editionis lectionem *este* in *sese* mutavit mox Frob. anno 1535. Deujatius, rejecta Gronovii conjectura, probat scripturam autographi, *Quod quum milites consulis imperio dicto audientes futuros esse dicerent:* sive milites indicare voluerint, ipsos se paratos esse ad parendum consuli, sive Manlium et Junium paratos esse; eam enim lectionem utrumque sensum ferre. Putat autem congruentius esse, a militari turba confuse ortas voces resistentium consuli, quam a ducibus, quemadmodum in L. Papirii dictatoris et Q. Fabii magistri equitum dissidio lib. 8, 32. Verum in exemplo, quod laudat, milites quierunt, quamdiu verbis inter dictatorem et magistrum equitum certabatur, et tum demum tumultum miscere inceperunt, postquam hinc Papirius spoliari magistrum equitum, ac virgas et secures expediri jussit; inde Fabius, fidem militum inplorans, lacerantibus vestem lictoribus, ad triarios sese recepit. Inlustrandae itaque sententiae ejus non convenit. Quin etiam, ut lectio, quam probat, placere possit, et verisimile fiat, tacentibus Manlio et Junio, solos milites consuli respondisse, ratio ipsi reddenda erat, cur Claudius, omissis militibus, iram adversus proconsules exserat, et se eos vinctos Romam missurum minitetur. Potius existimo, primo ipsos proconsules, mox qui pro

Digitized by Google

conveniendum edicta est. Claudius prope consecu-
13 tus est literas suas. Concione adveniens de Manlio et Junio habita, non ultra triduum moratus Romae, paludatus, cum lictoribus, votis in Capitolio nuncupatis, in provinciam, aeque ac prius, praecipiti celeritate abit.

1 XI. (*XV.*) Paucis ante diebus Junius Manliusque oppidum Nesattium, quo se principes Istrorum et regulus ipse Aepulo receperat, summa vi oppugna-
2 runt. Eo Claudius duabus legionibus novis adductis, vetere exercitu cum suis ducibus dimisso, ipse oppi-
3 dum circumsedit, et vineis oppugnare intendit: amnemque praeterfluentem moenia, qui et inpedimen-

quaestore Manlii erat, et tum demum circumfusum exercitum, imperatorum caussae faventem et consuli infestum, ostendisse, se consulis imperio dicto audientes non fore. Vel igitur cum Jac. Gronovio legendum videtur *Quod quum illi se consulis imperio dicto audientes futuros esse dicerent*, vel *Quod quum illi tum consulis imperio dicto audientes futuros esse dicerent, quum is* etc. omisso pronomine *se*, quod saepe intelligi vidimus ad 1, 23, 5. *tum* subsequente *quum*, ut apud Cic. 2. Phil. 44. *Tum rex fuit, quum esse Romae regem licuit.* Voculam denique *quod* saepe eleganter abundare, vidimus ad 32, 37, 6. Adde Cortium ad Sallust. Jug. 14, 21.

Quum is more majorum, secundum vota] Dodwell. dissert. 10. de Cyclis sect. 41. scribit, si consul non factis sacris in monte Albano, nec votis in Capitolio nuncupatis, nec paludatus cum lictoribus urbe exisset, reipublicae omen infaustum creditum fuisse, nec milites ipsos se sacramento militari ad obsequium teneri credidisse. Quae se de militibus in hoc loco Livii inveniisse putat, mihi non facile persuadebit. Milites, quamdiu dimissi non erant, sacramento obligabantur; dimissi eo solvebantur. Cic. 1. de Offic. 2. Sed hi dimissi nondum erant, nec magis propter solemnia illa a Claudio consule neglecta, se non teneri sacramento credere potuerunt, quam exercitus C. Flaminii credidit, qui neque Latinis factis, neque votis nuncupatis, neque paludatus cum lictoribus in provinciam profectus fuerat, 21, 63. Nec quidquam in hac narratione Livii est, unde id de his militibus colligi possit. Hi juraverant in verba A. Manlii et M. Junii, quibus imperium prorogatum erat. Quum autem hi sibi id ob eam caussam, quam dicit Livius, non dimittendum existimarent, milites imperatoribus suis adsensi sunt, et sub iis in Istria militare perseverarunt; ac demum, postquam consul Romam profectus, votis in

Digitized by Google

to obpugnantibus erat, et aquationem Istris praebebat, multorum dierum opere exceptum novo alveo avertit. Ea res barbaros miraculo terruit abscisae 4
aquae: et ne tum quidem memores pacis, in caedem conjugum ac liberorum versi; etiam, ut spectaculo hostibus tam foedum facinus esset, palam in muris trucidatos praecipitabant. Inter simul com- 5
plorationem feminarum puerorumque, simul nefandam caedem, milites, transgressi murum, oppidum intrarunt. cujus capti tumultum ut ex pavido clamo- 6
re fugientium accepit rex, trajecit ferro pectus, ne vivus caperetur: ceteri capti, aut occisi. Duo de- 7
inde oppida, Mutila et Faveria, vi capta et deleta.

Capitolio nuncupatis, cum lictoribus in provinciam redierat, ab eo cum ducibus suis dimissi, et sacramento soluti sunt. DUKER.

Cum lictoribus, paludatus profectus] Ita legendum esse, recte Gronov. supra docuit ad §. 5. Antea edebatur *secundum vota in Capitolio nuncupata lictoribus paludatis profectus.*

§. 13. *Paludatus, cum lictoribus, votisque*] Haec etiam verba recte a Gronov. ibidem emendata sunt. Priores edd. praeferebant *paludatis lictoribus, votisque.*

Aeque amplius praecipiti celeritate abit] Florebellus legit, *aeque ac prius.* egregie: nam paulo ante dixit: *In provinciam nocte profectus praeceps abiit.* SIG. Est a glossa *amplius.* GRUT. Gruterus delet τὸ *amplius.* Quid si *aeque, ac prius, praecipiti*? J. FR. GRON. Vide etiam Gronov. supra hoc cap. §. 5. Eam autem conjecturam longe praeferendam puto illi Doujatii, qui legebat *aeque aut amplius praecipiti.*

§. 1. *Oppidum Nesartium*] Ita major Jac. Gronovii editio, sed, ut videtur, errore operarum. Certe minor ejusdem ed. *Nesatium*, ut legunt edd. priores, nisi quod Curio et quidam alii dederint *Nesatium.* Et tamen *Nesartium* Clericus et Crevierius servarunt. Cluverius 1. Ital. Antiq. 21, 213. *Nesactium* legendum monet auctoritate Plinii 3. Hist. Nat. 19. et Ptolem. 3, 1. cui *Νέσακτον* vocatur. Emendationem Cluverii probavit Cellar. 2. Geogr. Ant. 9, 448.

Regulus ipse Aepulo] *Apulo* malebat Salmas. ad Flori 2, 10, 3. Sed, Reinesium 1. Var. lect. 25. vulgatum *Aepulo* defendere, ad eum loc. Flori docuit Cl. Dukerus. Mox *oppugnant* omnes editi usque ad Gronov. qui anno 1665. emendavit *oppugnarunt*; quod, praeter Doujatium, receptiores editores receperunt.

§. 4. *Miraculo terruit abscissae aquae*] Editiones antiquiores praeferunt *abscisae aquae.* sed Basileens. anni 1554. dedit *abscissae;*

Digitized by Google

8 Praeda, ut in gente inopi, spe major fuit, et omnis militibus conceſſa eſt. Quinque millia capitum sexcenta triginta duo sub corona venierunt. auctores
9 belli virgis caesi, et securi percuſſi. Iſtria tota trium oppidorum excidio et morte regis pacata eſt: omnesque undique populi, obsidibus datis, in ditionem venerunt. Sub Iſtrici finem belli apud Ligures concilia de bello haberi coepta.

1 XII. (*XVI.*) Ti. Claudius proconsul, qui praetor priore anno fuerat, cum praesidio legionis unius
2 Pisis praeerat. cujus literis senatus certior factus, eas ipsas literas ad C. Claudium (nam alter consul
3 jam in Sardiniam trajecerat) deferendas censet: et adjicit decretum; *quoniam Iſtria provincia confecta es-*
4 *set, si ei videretur, exercitum traduceret in Ligures.* Simul ex literis consulis, quas de rebus in Iſtria geſtis scripserat, in biduum supplicatio decreta. Et ab altero consule Ti. Sempronio in Sardinia prospere
5 res geſtae. Exercitum in agrum Sardorum Iliensium

quod Sigonius, Modius, et inde reliqui omnes servarunt. V. ad 31, 34, 4. et Gronov. in prima ed. notarum ad Livii 44, 5.

§. 9. *Trium oppidorum exscidio*] Ita J. Fr. Gronovius anno 1665. edidit, quum priores omnes conſtanter praeferant *excidio*. V. ad 5, 15, 9. Priscam lectionem, nullam juſtam ob cauſſam loco pulsam, reſtitui.

§. 1. *Ti. Claudius proconsul, qui praetor priore anno fuerat*] *T. Claudius*, et mox §. 7. *T. Claudii* edd. principes. Sed recte *Ti. Claudius*, et *Ti. Claudii* Sigonius emendavit. Vide ad 40, 59, 5. Hic Ti. Claudius anno praecedenti jurisdictionem urbanam, ut viri docti docuerunt, sortitus erat; verum, quum caſtra A. Manlii ab Iſtris capta Romam adlatum eſſet, senatus decrevit, ut militibus legionis quartae et sociûm Latini nominis quinque millibus, equitibus ducentis quinquaginta ediceret, Pisas ut convenirent, eamque provinciam, dum M. Junius consul, ex Liguribus in Galliam transire juſſus, inde abeſſet, tutaretur, supra cap. 5. Videtur igitur hic locus indicare, eum, quo majori auctoritate provinciae praeeſſet, cum imperio pròconsulari Pisas miſſum eſſe.

§. 5. *Duodecim millia armatorum caesa*] Pighius in Annal. ad

Digitized by Google

induxit. Balarorum magna auxilia Iliensibus venerant. Cum utraque gente signis conlatis conflixit. fusi fugatique hostes, castrisque exuti: duodecim millia armatorum caesa. Postero die arma lecta con- 6
jici in acervum jussit consul, sacrumque id Vulcano cremavit. Victorem exercitum in hiberna sociarum urbium reduxit. Et C. Claudius, literis Ti. Claudii 7
et senatusconsulto accepto, ex Istria legiones in Ligures transduxit. Ad Scultennam flumen in cam- 8
pos progressi castra habebant hostes. Ibi cum his acie dimicatum. quindecim millia caesa; plus septingenti aut in proelio, aut in castris (nam ea quoque expugnata sunt) capti: et signa militaria unum et quinquaginta capta. Ligures, reliquiae caedis, in 9
montes refugerunt passim: populantique campestres agros consuli nulla usquam adparuerunt arma. Clau- 10
dius, duarum gentium uno anno victor, duabus, quod raro alius, in consulatu pacatis provinciis Romam revertit.

A. V. IDLXXVI. pag. 345. hanc victoriam memorans *duo millia* caesa refert; quod errori vel calami, vel memoriae tribuendum. Paullo ante *Balarorum auxilia* sunt auxiliariae Balarorum copiae: quod utrum eo sensu dici posset, supra male dubitabam ad 4, 17, 11.

§. 8. *Plus septingentis in proelio aut in castris* etc. *capti*] *septingenti*, ut alioqui solet Livius. Lib. 42, [7, 9.] *Amplius septingenti passim capti.* J. FR. GRON. *septingentis* profluxit ex postrema Gruteri ed. Priores omnes per notas exhibent *plus DCC.* quod ambiguum est, et aeque *septingenti*, quam *septingentis*, reddi potest. Prius tamen Gronovio placuit, quia Livius ita loqui amavit. 23, 35, 19. *Caesa plus duo millia.* cap. 46, 4. *Hominum plus quinque millia caesa.* 24, 17, 6. *Plus tamen duo millia hostium eo die caesa.* 30, 12, 5. *Non plus quinque millia occisa.* 31, 34, 7. *Paullo plus ducentos passus.* ubi vide. cap. 50, 7. *Plus quinque dies.* 34, 1, 3. *plus semunciam auri haberet.* 36, 40, 5. *Plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum caesam.* 37, 44, 2. *Ceciderunt non plus trecenti pedites.* 39, 4, 10. *Ubi plus tria millia hostium sint caesa.* c. 31, 15. *Paullo plus sexcenti ceciderunt.* 40, 32. 50. 41, 7. 42, 8. 52. 57. 43, 12. 13. et alibi. V. etiam

Digitized by Google

1 XIII. (*XVII.*) Prodigia eo anno nunciata. in Cru-
ſtumino avem ſangualem (quam vocant) ſacrum la-
2 pidem roſtro cecidiſſe. Bovem in Campania locu-
tum. Vaccam aeneam Syracusis ab agreſtri tauro,

ad 29, 24, 2. et Heins. ac Burm. ad Vellej. Pat. 2, 110, 2. Similiter Livius conſtruit vocem *amplius*. Vide ad 21, 29, 3. vocem etiam *minus*. Vide ad 3, 64, 10. Praeterea *aut in proelio, aut in caſtris* edd. vett. Prius *aut* Modius omisit, quod suo loco reſtitui.

§. 1. *In Cruſtumino avem Sangualem (quam vocant) sacro lapidem roſtro cecidiſſe*] De Sangualī ave ita Plinius 10, 7. *Sangualem avem atque Immissulum augures Romani in magna quaeſtione habent. Immissulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe, et Sangualem Oſſifragae. Massurus Sangualem ossifragam esse dixit, Immiſſulum autem pullum aquilae, priusquam albicet cauda. Quidam poſt Mucium augurem visos non eſſe Romae affirmaverunt. Ego (quod verisimilius eſt) in desidia rerum omnium non arbitror agnitos.* Ex his Plinii dictis elicimus, Sangualem avem fuiſſe Oſſifragam appellatam, quam avem dixit Ariſtoteles eſſe aquilae persimilem, sed majorem tamen, et coloris leucophaei seu fusci, hoc eſt, in nigro albicantis. Ex aquilarum genere, quas *Haliaetos* vocant, eſſe Oſſifragam, docet Plinius 10, 3. nascique ex diverso aquilarum coïtu. Albertus Magnus libro de Animalibus et ipse inter aquilam Oſſifragam reponit, minorem tamen ſtatuit, in hoc ab Ariſtotele discrepans. Cur vero Livius Sangualis avis roſtrum *sacrum* nuncupaverit, non ita manifeſtum. Puto ego eo, quod augures hujus avis volatum magnifacerent, avem sacram habitam Sangualem, ob idque et *sacrum* illius roſtrum appellaſſe Livium; vel forte etiam propterea, quod in Sangi Dei sacrificiis hujus avis aliquis eſſet usus. De hoc gentilium Deo ita Sex. Pompejus lib. 14. *propter viam fit sacrificium, quod eſt proficiscendi gratia Herculi aut Sango, qui scilicet idem eſt Deus.* Alii profecturi viam Herculi aut Jano sacrificabant. Eſt et Janus secundum aliquos Sabina lingua *Sangus*. De templo hujus Dei Plinius 8, 48. et Varro 4. de Ling. Lat. [pag. 19.] inquit; *Aelius Gallus. Dius Fidius dicebatur Diovis filius, ut Graeci Διόσκουρον Caſtorem, et putabant hunc eſſe Sangum ab Sabina lingua, Herculem ab Graeca.* Sangi aedes de coelo tactas scribit Livius per initia lib. 32, [1.] et lib. 8, [20, 8.] ubi legitur *Semonis Jani*. eam lectionem dispungendam doctissimi quidam censuere, et reponendum *Sabino Sangi*. Dionys. l. 2. Antiquit. [113.] scribit, Sabinorum genti inditum nomen ex Sabino Sangi Divi gentilis. Sangi sacellum ſtatuit P. Victor in VII. Urbis regione. Nonnulli non *sacro*, sed *sacrum* legendum dixere; et non ad avem, sed ad lapidem adjungunt: quam lectionem si admiserimus, quid per *sacrum lapidem* sit intelligendum, erit indagandum. Veniebat in mentem hiſtoria, cujus meminit Livius 1, [36.] in haec verba. *Id quia inaugurato Romulus fecerat, negare Attius Navius inclytus ea tempeſtate augur, neque mutari, neque novum conſtitui, nisi aves addixissent, poſſe. Ex eo ira regi mota, eludensque artem, ut ferunt, ago-*

Digitized by Google

qui pecore aberraſſet, initam, ac semine adspersam. n Cruſtumino diem unum in ipso loco supplicatio 3 uit: et in Campania bos alenda publice data: Syacusanumque prodigium expiatum, editis ab aruspi-

um, inquit, divina tu, inaugura, erini poſſit, quod nunc ego mente oncipio: quum ille in augurio rem xpertus, profecto futuram dixisset: atqui hoc animo agitavi, inuit, te novacula cotem discissum, cape haec, et perage, quod ves tuae fieri posse portendunt. lum illum haud cunctanter discisse cotem ferunt. Statua Attii posita capite velato, quo in loco res icta eſt, in Comitio, in gradibus psis ad laevam curiae fuit: cotem uoque eodem in loco sitam fuisse nemorant, ut esset ad posteros miaculi monumentum. Hujusmodi apidem, ob miraculum sacrum ppellatum, prius novacula dicisſum, mox ab ave Sanguali aesum, forte Livium intellexise cogitabam: sed cum id in Crutumino oppido, non Romae, conigiſſe scribat, utique non recipienda praesens explicatio. Author eſt Pausanias [Corinth. 31.] pud Troezenios ante Dianae Lyacae templum lapidem exſtitiſſe acrum appellatum: scribit Lamridius in Heliogab. [7.] illum apides *Divos* dictos e templo Diaae Laodiceae auferre voluisse. Dicamus itaque, in Cruſtumino orte et lapidem hujusmodi fuſſe. Quod si nec expositio iſtá rriserit, alia erit subsequens ecipienda. Fictilia seu lapidea Deo signa et simulacra, *sacros apides* dictos, cum ea religiosisime colerent Romani, unde et per Jovem lapidem jurabant, si Plinio credimus id 32, 7. affirnanti. Ita et agrorum termini apidei *sacri* dicti, quod Arnobius scripsit. Eorum aliquem Sangualem avem roſtro cecidiſſe n agro Cruſtumino exiſtentem forte exiſtimandum, idque pro prodigio habitum. De sanguali ave legenda, quae a Julio Obseq. Prodigiorum libro cap. 63. literis mandata fuere. MARC. DONATUS. Tibull. [1, 1, 15.]

Nam veneror, seu ſtipes habet desertus in agris,
Seu vetus in trivio florida serta lapis.

Appulejus in Florid. [in princ.] *Neque enim juſtius religiosam moram viatori objecerit lapis unguine delibutus.* Idem in Apolog. [pag. 310. ed. Elm.] *Negant vidiſſe se, qui fuere, unum saltem in finibus ejus aut lapidem unctum, aut ramum coronatum.* Arnob. l. 1, [22.] *Si quando conspexeram lubricatum lapidem, et ex olivi unguine ordinatum, tanquam inesset vis praesens, adulabar, affabar.* Sciendum eſt autem, in prima editione *sacrum* eſſe, non *sacro*. In utroque fruſtra se fatigat Marc. Donatus. J. FR. GRON. De ave *sanguali*, sive *sanquali*, eſt in Feſto v. *Alites*. *Alites volatu auspicia facientes iſtae putabantur: buteo, sanqualis, immusculus, aquila, vulturius.* et in Servio ad Virgil. 1. Aen. 394. Eum versum Ennio adscribebat Janus Parrhas. sed nullo certo argumento, ut putat Merula ad Enn. pag. 630. De sacris lapidibus eorumque cultu apud veteres multa scripserunt quum alii, tum Casaub. et du Portus ad Theophr. Charact. cap. 16. et Cuperus ad Auctor. de Mortib. Persec. cap. 11. DUK. Harduin. ad Plin. 10, 7. monuit, hujus avis nomen in codd. scribi *Sanqualis*. Ea au-

Digitized by Google

4 cibus Diis, quibus supplicaretur. Pontifex eo anno mortuus est M. Claudius Marcellus, qui consul censorque fuerat. in ejus locum subfectus est pontifex filius ejus M. Marcellus. et Lunam colonia eodem anno duo millia civium Romanorum sunt deducta.
5 Triumviri deduxerunt, P. Aelius, L. Egilius, Cn. Sicinius. quinquagena et singula jugera et semisses agri in singulos dati sunt. de Ligure captus is ager erat.

tem orthographia praeferenda erit, si vera est sententia, *sanqualem* vocari, qui erat in tutela Dei *Sanci*. Literarum enim c et *qu* usum promiscuum fuisse, docent *coquus* et *cocus*, *arcus* et *arquus*, unde *arquites*. De Deo *Sanco* vide ad Liv. 8, 20, 8. De hac ave vero vide Gesner. de Avib. lib. 3. pag. 181. Deinde *sacrum lapidem rostro cecidisse* edd. principes. *sacro lapidem rostro* demum substituit Basil. anni 1554. quam inprovide Sigonius secutus est. Alii rectius *sacrum* revocarunt. An vero per *sacrum lapidem* intelligendus est, quem *in agro Crustumino in lucum Martis de coelo cecidisse*, inter prodigia hujus anni Livius supra retulit cap. 9? Id si placeret, inde probaretur ibidem lectio *lucum*, pro *lacum*. Si enim lapis *in lacum* cecidisset, eum rostro caedere sangualis non potuisset. Lycosthen. in Supplem. Jul. Obseq. cap. 63. *portasse*, pro *cecidisse*, legisse videtur; sed alterum constanter est in omnibus edd.

Bovem in Campania locutum] An non *locutam?* quum mox quoque sequatur *bos alenda publice data*. JAC. GRON. Prodigium hoc in utriusque sexus bubus accidisse, aliis locis Livius narravit: bovem feminam locutam refert 3, 10. et 43, 13. at bovem marem 24, 10. 27, 11. 28, 11. 35, 21. et 41, 21. Utriusque generis exempla exstant etiam apud Jul. Obseq. de Prodig. et quidem prioris c. 74. 85. 86. posterioris cap. 103. et 113. Verum, ut ultima primis conveniant, vel hic *locutam*, vel mox *alendus publice datus* legendum videtur. Prius placuit Gronov. et verisimilius est; id tamen Clericus, inscio lectore, contra fidem datam, in contextum recipere non debuerat.

Vaccam aeneam Syracusis] Prodigium hoc inlustrari potest vacca aenea Myronis, quam pro vera vacca pastor abigere, taurus inire, cujusque ubera vitulus sitiens adpetere voluit. In eam multa exstant epigrammata lib. 4. Anthol. 7. et apud Auson. Epigr. 58. et seqq.

§. 4. *Lunam colonia eodem anno duo millia civium Romanorum sunt deducta*] Quadriennio post deductam Aquilejam. Vellej. 1, 15. Ab eo dissentire Livium, qui triennio post deductam tradat, scribit Sigon. 2. de Ant. Jur. Ital. 5. Sed hoc nusquam tradidit Livius. Nam 40, 34. Aquilejam deductam dicit P. Cornelio Cethego et M. Baebio Tamphilo consulibus, qui est A. V. DCLXXII. Hic Lunam Ti. Sempronio Graccho, C. Claudio Pulchro consulibus A. V. DCLXXVI. Itaque convenit Li-

Digitized by Google

truscorum ante, quam Ligurum, fuerat. C. Clau- 6
ius consul ad urbem venit: cui, quum in senatu
e rebus in Istria Liguribusque prospere gestis dis-
eruisset, postulanti triumphus est decretus. trium-
havit in magistratu de duabus simul gentibus. Tu- 7
it in eo triumpho denarium trecenta septem millia,
t victoriatum octoginta quinque millia septingen-
os duos. militibus in singulos quini deni denarii

io cum Vellejo. DUK. *Lunam* praefert ed. princeps; *Lucam*, quae quadriennio postea prodiit anno 1535. Eam autem scripturam servarunt reliquae edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. *Lunam* revocavit. Altera tamen lectio verior videtur, quia Vell. Paterc. coloniam eodem anno Lucam deductam esse testatur 1, 15. *Cn. autem Manlio Vulsone, M. Fulvio Nobiliore consulibus Bononia deducta colonia abhinc annos circiter ducentos septemdecim, et post quadriennium Pisaurum ac Potentia, interjectoque triennio Aquileja et Gravisca, et post quadriennium Luca.* Praeterea Lucam coloniam fuisse indicat etiam Plinius 3, 5. *Primum Etruriae oppidum Luna portu nobile. Colonia Luca a mari recedens, propiorque Pisae.* At, Lunam coloniam deductam esse, nondum reperire potui aliunde confirmari. Id indicare videtur locus Livii infra 45, 13, 10. *Disceptatum inter Pisanos Lunensesque legatos: Pisanis quaerentibus, ager se a colonis Romanis pelli; Lunensibus adfirmantibus, eum de quo agatur, a triumviris agrum sibi adsignatum esse.* Verum, eo loco pro *Lunensesque* et *Lunensibus* legendum esse *Lucensesque* et *Lucensibus*, illud verisimile effecit, quod *Luca*, quam *Luna*, propior *Pisis* fuerit, et hinc potius inter *Lucenses* et *Pisanos*, quam inter *Lunenses* eosdemque *Pisanos* controversiae de terminis agrorum oriri potuerint. Et ita hunc locum laudavit Cluver. 2, Ital. Ant. 3, 506. quasi *Lucensesque* et *Lucensibus* editum invenisset. Insuper *Lunam coloniam* vulgavit Clericus, quum antea editum foret ab omnibus *colonia*; neque tamen vel hujus emendationis lectorem certiorem fecit, vel, cur ita legendum censuerit, ullam rationem subjunxit. Nihil puto mutandum, licet etiam Cl. Crevierius eamdem lectionem receperit. Capienda haec sunt per adpositionem *Colonia, duo millia civium Romanorum sunt deducta Lucam.* V. ad 40, 36, 8.

§. 5. *P. Aelius, L. Egilius, Cn. Sicinius*] Medius horum triumvirum non unam ob causam mihi suspectus est. Primum me movit gens circa haec tempora Romae incognita *Egilia*, vel, ut alii scribunt, *Aegilia*, cujus alibi mentio non obcurrit, nisi apud Cic. 2. de Orat. 68. *Cum Q. Opimius consularis festivo homini Egilio dixisset, Quid tu, Egilia mea, quando ad me venis cum tua colu et lana?* Ultimam partem horum verborum laudavit Non. Marcell. in. v. *Colus*; apud quem in antiquioribus edd. legitur *Decilla mea*, et in recentioribus demum ex vulgata apud Cic. lectio-

Digitized by Google

8 dati: duplex centurioni, triplex equiti. Sociis dimidio minus, quam civibus, datum. itaque taciti, ut iratos esse sentires, secuti sunt currum.

1 XIV. (*XVIII.*) Dum is triumphus de Liguribus agebatur, Ligures, postquam senserunt, non consularem tantum exercitum Romam abductum, sed le-
2 gionem ab Ti. Claudio Pisis dimissam, soluti metu, clam exercitu indicto, per transversos limites superatis montibus, in campos digressi, agrum Mutinen-

ne *Egilia mea* repositum est. Deinde Pighius in Annal. ad A. V. IↃLXXV. pag. 343. suspicatur, eum anno praecedenti tribunum plebis, hoc vero cum Aelio et Sicinio, duobus praetoriis, triumvirum coloniae deducendae creatum esse. At verisimile non videtur, L. Egilium tribunicium medium memorari inter duos praetorios, quum Livius tantum non ubique observare solitus sit, ut, qui majores dignitates gesserint, etiam prius memoret. Forte igitur legendum *L. Aemilius*, ut intelligatur L. Aemilius Regillus praetorius itidem. Qua emendatione admissa Livium triumviros ordine dignitatum, quas gesserunt, more suo recensuisse adparebit. Nam P. Aelius Tubero praetor memoratur 30, 40. et iterum hoc anno 41, 8. L. Aemilius Regillus 36, 45. et Cn. Sicinius 39, 6. Dixi vero, Livium morem hunc tantum non ubique observasse. Ne quid tamen dissimulem, exemplum, eum id neglexisse, supra est 39, 55. ubi triumviri referuntur M. Aemilius Lepidus, T. Aebutius Carus, et L. Quinctius Crispinus: quorum Aemilius consul fuit 38, 42. Aebutius demum praetor memoratur hoc lib. cap. 6. Quinctius antea praeturam gessit 39, 6.

§. 1. *Dum is triumphus de Liguribus agebatur*] An *Cum*, vel *Quum agebatur*? V. ad 35, 8, 1.

Non consularem tantum exercitum Romam adductum] Scribe, ut pluribus aliis locis, *abductum*. J. FR. GRON. V. ad 27, 29, 1. Mox *Ti. Claudio* hic et in fine cap. hujus edidit Sigonius, quum male utrobique antea legeretur *T. Claudio*. Vide ad 40, 59, 8.

§. 2. *Superatis montibus in campos digressi*] Ita Gronovius anno 1665. edidit. Priores male praeferunt *digressi*. V. ad 4, 17, 11.

§. 3. *Coloniam ex hostibus eripere*] Abesse poterat praepositio. Sed sic etiam Terent. Eun. 4, 6, 1. *Ut illam a me eripiat*. Ibid. v. 14. et Adelph. 3, 2, 30. Et Cic. pro Marcell. 10. *Arma ab aliis posita, ab aliis erepta sunt*. Quod viris eruditissimis rationi sermonis Latini repugnare videbatur. DUKER.

§. 4. *Cn. Cornelius Scipio Hispalus*] *Hispallus* geminata liquida Fasti Capitol. Si idem est, qui A. V. IↃLXXIV. praetor fuit apud Liv. 40, 44. Pighius in utroque anno non recte *L. F. L. N.* fecit, qui in Fastis *L. F. P. N.* est. DUKER. *Hispalus* praeferunt omnes edd. et ita apud Val. Max. 1, 3, 2. scribendum monet Colerus ex lib. Dan. et Fastis Capi-

Digitized by Google

em populati, repentino inpetu coloniam ipsam ce-
erunt. Id ubi Romam adlatum eſt, senatus C. Clau- 3
ium consulem comitia primo quoque tempore ha-
ere juſſit, creatisque in annum magiſtratibus in
rovinciam redire, et coloniam ex hoſtibus eripere.
ta, uti censuit senatus, comitia habita. Consules 4
reati, Cn. Cornelius Scipio Hispallus, Q. Petillius
Spurinus. Praetores inde facti, M. Popillius Laenas, 5
P. Licinius Craſſus, M. Cornelius Scipio, L. Papi-

ol. Ita sane in illis, quos vulgavit Sigonius in Faſt. Consul. p. 20. In illis tamen Faſtis, quos Pighius edidit in initio tomi 2. Annal. pag. 14. Smetius in Inscript. Ant. pag. 62. et Gruter. in Inscript. pag. 293. ediderunt, *SCIPIO HISPALLVS* vocatur. *Cn. Cornelius Scipio Hispalli filius* memoratur Valerio Max. 6, 3, 3. at corrupte *Γναιος Κορνήλιος ὁ Ἰσπανὸς ἐπίκλησιν* apud App. Alex. in Punicis pag. 46. Praeterea in Smetii et Gruteri editionibus illorum Faſt. vocatur *L. F. P. N.* at in Sigonii et Pighii *L. F. L. N.*

Q. Petilius Spurinus] *Petillius* ex consulatu Capitolino. SIG. Vide ad 38, 50, 5.

§. 5. *M. Popillius Laenas*] Ita recte Sigonius edidit; quum ante editum fuiſſet *Popilius*. Vide ad 7, 12, 1.

M. Cornelius Scipio] Hic cap. 15. *M. Cornelius*, nullo addito cognomine; cap. 27. *M. Cornelius Maluginensis*, omiſſo cognomine *Scipionis*. Hinc suspicio oriri poteſt, ei hic a sciolo quodam cognomen *Scipionis*, utpote celeberrimum et notiſſimum in gente Cornelia, additum fuiſſe; eo magis, quod in Familia Scipionum rariſſimum eſt, si modo usquam eſt, praenomen *Marci*, in Maluginensium autem satis usitatum. Accedit, quod *Scipiones* et *Maluginenses* duae diversae gentis Corneliae familiae fuerunt, nec facile, ſtante veteri republica, uni homini duarum familiarum gentis suae cognomina addita inveniuntur. Sed hanc suspicionem elevant verba Cic. 2. de Orat. 64. *Quod ajunt Maluginensem illum M. Scipionem, quum ex centuria sua renunciaret Acidinum consulem* etc. Nam quod Robortellus ibi pro *Scipionem* legit *Caepionem*, recte rejecit Sigonius de Nominib. Rom. cap. 5. Et quum deinde Robortellus 1. Adnotat. 29. negasset, cognomina *Scipionis* et *Maluginensis* in gente Cornelia umquam conjuncta, et Scipionibus praenomen *Marci* inditum fuiſſe, Sigonius utrumque ex his locis Livii conſtare respondit, et plane probabile eſſe, eumdem a Cicerone *M. Scipionem Maluginensem* intelligi, qui apud Livium idem praenomen eademque cognomina habet, contendit: ac denique exemplum duorum cognominum gentis Corneliae uni ex ea gente additorum protulit e Faſt. Capitol. in quibus A. V. DCCLXIII. consul suffectus eſt Ser. *Cornelius* Cn. F. Cn. N. *Lentulus Maluginensis*. Equidem non video, quid contra haec disputari pos-

Digitized by Google

6 rius Maso, M. Aburius, L. Aquillius Gallus. C. Claudio consuli prorogatum in annum imperium, et Gallia provincia: et, ne Istri quoque idem, quod et Ligures, facerent, socios nominis Latini in Istriam mitteret, quos triumphi caussa de provincia deduxis-
7 set. Cn. Cornelio et Q. Petillio consulibus, quo die magistratum inierunt, inmolantibus Jovi singulis bubus, uti solet, in ea hostia, qua Q. Petillius sacrificavit, in jocinore caput non inventum. id quum ad

89-

sit. Nam scripturam vulgatam horum locorum, praesertim Ciceronis, in quo non est nomen *Cornelii*, in dubium vocare velle, non magnam rationem habere videtur: etsi constat, nomina propria in omnibus libris veterum quam plurimis locis incredibilem in modum corrupta, et alia pro aliis scripta esse. Nec tamen ob causas, quas dixi, adhuc a me impetrare possum, ut pro certissimo habeam, huic praetori nomina fuisse *M. Cornelius Scipio Maluginensis*. Exempla Ser. Cornelii *Lentuli Maluginensis* in Fastis, Cn. *Lentuli Cossi* in nummo apud Pighium ad A. V. IↃↃCLII. P. *Lentuli Scipionis* apud Goltz. ad A. V. IↃↃCLIX. et Aemelii *Lepidi Paulli* in Dione lib. 49. pag. 416. posterioris aetatis sunt, qua ratio cognominum, quae prisca republica obtinuerat, multum mutata erat. DUKER.

L. Aquilius Gallus] *Aquillius* ex tabulis Capitolinis, et Graecis. SIGON. V. ad 2, 4, 1.

§. 6. *De provincia deduxisset*] Adjice, quod deesse videtur, *mandatum*. MURET. Si hoc e verbis Livii periisse putavit, non recte sensit. Multa hujus generis ellipseos exempla in Livio sunt. 30, 27, 8. *Cn. Tremellius Siciliam* sortitus est, *ut ab Q. Villio Tappulo praetore prioris anni provinciam et duas legiones acciperet*. Et ibidem in verbis, *ut eos ludos consules, priusquam ad bellum proficiscerentur, facerent*. 35, 11, 4. *Pollicetur se, parte utra vellet, cum suis eruptarum; tantum ut diceret, utra pars frequentior vieis esset*. 39, 12, 7. *Jam id ipsum consul laudare, quum initiatam se non inficiaretur; sed et cetera eadem fide expromeret*. DUK. Illud *mandatum* satis per se intelligi, existimat Doujatius. Eadem mens fuisse videtur Jac. Perizonio, qui eam ob caussam ad oram Livii adscripsit locum ex lib. 43, 6, 13. *Masinissae legati tritici eamdem summam polliciti, et mille et ducentos equites, duodecim elephantos; et si quid aliud opus esset, ut imperaret senatus*. ubi intelligebat *rogarunt*. et hunc Flori 4, 2, 16. *Consulatus, absenti quem decem tribuni, favente Pompejo, nuper decreverant, tum, dissimulante eodem, negabatur. Veniret, et peteret more majorum*. His adde Livium cap. seq. §. 11. *Manere cum eodem imperii jure in Hispania jussi: et ut in supplementum his tria millia civium Romanorum* etc. *mitterentur*. ubi intelligitur *decretum*,

Digitized by Google

natum retuliſſet, bove perlitare juſſus. De pro- 8
inciis deinde conſultus ſenatus Piſas et Ligures
rovincias conſulibus decrevit. Cui Piſae provin- 9
ia obveniſſet, quum magiſtratuum creandorum tem-
us eſſet, ad comitia reverti juſſit. additum decreto, 10
t binas legiones novas scriberent, et trecenos equi-
es; et dena millia peditum sociis nominique Latino,
t sexcenos imperarent equites. Ti. Claudio pro- 11
ogatum eſt imperium in id tempus, quo in provin-
iam consul veniſſet.

el simile. De pari aliarum vo-
um ellipsi v. ad 4, 20, 7.

§. 7. *In jecinore caput non inven-
um*] *in jocinore* et *jocinori* cap.
eq. §. 3. omnes edd. usque ad
ltimam Gruteri, quae *in jecinore*
t *jecinori* dedit, quia ejus tem-
ore ita paſſim in Livio edeba-
ur, ut 8, 9, 14. 25, 16, 3. 30, 2, 13.
liisque locis, ubi variant codd.
it et apud Sueton. in Aug. 81.
5. Vitell. 13. Vide ibi viros
loctos, et Voſſium 4. Gramm.
. Verum quum nunc in Livio
ibique *jocinoris* editum sit, et
ta hic et cap. seq. edd. antiquio-
es habeant, nescio, cur alia
criptura duobus illis locis ma-
is placere potuerit. Utrobique
riscam lectionem reduxi.

Bove perlitare juſſus] Hoc de ge-
nere, non de numero hoſtiarum
dictum accipio. Nam incertum
erat, an *uno* perlitare poſſet. Ipse
paullo poſt se *tribus* perlitasse
negat, et senatus eum *majoribus
hoſtiis* usque ad perlitationem sa-
crificare juſſit. DUKER.

§. 10. *Binas legiones novas scri-
berent, et trecentos equites; et de-
na millia* etc. *et sexcentos impera-
rent equites*] Vix dubitari posse
exiſtimat Crevierius, quin ali-
quid exciderit. Et quidem Li-
vium expressiſſe, quantum pedi-
tum equitumque novae legiones
continerent; numerum autem pe-
ditum intercidiſſe, ac legendum
eſſe *binas legiones novas scribe-
rent, quina millia in singulas et
ducenos pedites, trecenos equites.*
Praeterea pro *sexcentos* scriben-
dum puto *sexcenos*, ne contra u-
sitatam loquendi rationem nu-
merus cardinalis et diſtributivus
jungantur; de quo v. ad 32, 28,
11. Huic autem emendationi fa-
vent edd. antiquae, per notas
numerales *CCC* et *DC* legentes,
quod Lugduni anno 1553. Paris.
anno 1573. et deinde recentiores
omnes mutarunt in *trecentos* ac
sexcentos. Consules juſſi sunt scri-
bere *binas legiones*, et sociis im-
perare *dena millia peditum et sex-
cenos equites*, id eſt, quisque duas
legiones, quisque decem millia
peditum socialium, sexcentos e-
quites.

§. 1. *C. Cornelius*] Haud dubie
vitiosum, pro *Cn. Cornelius*, ut
nunc edidi. JAC. GRON. Recte
Cn. Cornelius; sed ita legunt om-
nes edd. usque ad ultimam Gru-
teri, quae forte operarum er-
rore *C. Cornelius* subſtituit.

Bovis sescenaris] Sescenar bos

Digitized by Google

1 XV. (*XIX.*) Dum de his rebus in senatu agitur, Cn. Cornelius, evocatus a viatore, quum templo egressus esset, paullo post rediit confuso vultu, et exposuit Patribus conscriptis, bovis sescenaris, quem 2 inmolavisset, jecur defluxisse. id se victimario nuncianti parum credentem, ipsum aquam effundi ex

iste cornu ferit, nec ipse cavere possum, quin prehensis cornibus traham. Vox sacrorum est *sescenar*, quam ex Festo interpretor in verb. *Scena*. Illi enim *Scena seu sacena genus est cultri, sed utrum securis, an dolabra sit, ambiguum* dicit. Nam *Cincius in libro, qui ei est de verbis priscis, dolabram ait esse pontificiam. Livius in Lydio: Corruit quasi ictus scena.* Sed *dolabra* securis fuit, qua boves caederentur, ut ex antiquis sacrorum figuris constat: hostiae aliae aut malleo, aut cultro. Quod igitur Festus scribit *scenam* dictam esse a *sacena* forte *a sescena* scriptum. Veteres enim in geminatis primam syllabam servare solent ex usu grammaticorum; unde conjicio *sescenarem* bovem dictum sescena a victimariis percussum. Qui auderet legere *bovis sagenaris*, non reprehenderem, ut esset optimi bovis et publice saginati. Nam Varro 1. de Re rust. 1. dixit *sagenantur*, pro *saginantur:* et in sacris vocabula in *ar* multa desinebant, ut *lar, pulvinar, far, bustar*, ubi corpora cremabantur. Sosipater lib. 1. [pag. 25.] GUTHER. 4. de Jur. Pontif. 18. Quis in animum inducere possit, victimam nomen traxisse a cultro, quo jugulabatur, aut excoriabatur, aut a dolabra? qua caedebatur? Nugae. Mihi videtur locus esse contaminatus a librariis, et scribendum duabus litteris immutatis *bovis sexcenarii*, hoc est, sexcentarum librarum, qui grandior erat, praecipue in Italia: hinc portentum tanto habebatur tristius, quod tanti ponderis bovis jecur defluxisset. Pro *sexcenarius* scripserunt vitiose librarii *sescenari*, ut saepe *X* in inscriptionibus et codicibus antiquis ponitur pro *S.* Sic in illis habetur apud Gruterum *conflissent* pro *conflixissent*, *Sestius* pro *Sextius*, *cojus* pro *conjux*, hoc est, *conjux*. *Sexcenarius* autem dicitur, ut *tricenarius*, *ducenarius*. *Ducenarii judices*, qui tantum ducenta possidebant, apud Sueton. Aug. 32. *ducenarii procuratores* apud eumdem in Claud. 24. quorum stipendium erat ducenta sestertia. *Trecenariae vites* apud Varron. 1. de Re rust. 11. *quod jugerum trecenas amphoras reddat*, ut ipse Varro declarat, aeque ut apud Livium *sexcenarius bos*, cujus pondus erat sexcentarum librarum, et apud Plinium 7, 20. *quinquagenarius thorax*, quinquagenum pondo. GRAEV. in Praefat. tom. 5. Antiquit. Rom. In Buleng. 1. de Sortib. 7. editum est *fescennaris*, ab ipso, an vitio operarum, non scio; nec, si ita scripsit, quid sit *fescennaris*, intelligo. DUK. Vir doctus ad marginem ed. Curionis adscripserat, forte legendum esse *bovis sexennis*.

Jecur defluxisse] Lege *diffluxisse*, hoc est, in aqua dissipatum esse, et in liquorem abiisse. Sic Phaedr. Fab. 81. *Sudore multo diffluentes*. *Defluere* est de loco superiore labi, seu cadere. Supra

Digitized by Google

olla, ubi exta coquerentur, jussisse: et vidisse ceteram integram partem extorum, jecur omne inenarrabiliter absumtum. Territis eo prodigio Patribus, et alter 3
consul curam adjecit: qui se, quod caput jocinori defuisset, tribus bubus perlitasse negavit. Senatus 4
majoribus hostiis usque ad perlitationem sacrificari

1, 20. *Moribundus ad terram defluxit.* Hic vero jecur omne in tolla inenarrabiliter absumptum fuisse traditur, quod non nisi effusa aqua cognosci potuit. JAC. PERIZ. Haec etiam alibi permutantur. Torent. Heaut. 5, 1, 72. *Qui nunc luxuria et lascivia diffluit.* Cic. pro Marcell. 8. *Omnia, quae dilapsa defluxerunt, severis legibus vincienda sunt.* Hic quidam MSS. habent *diffluxerunt*, et in Terentio *defluit*. Gronovius in Livio non improbavit *defluxisse*. Vide eum ad 27, 17, 4. Non dubium est, quin ita in MS. fuerit. Nec tamen sermo Latinus nic *diffluxisse*, neo in Cicerone *diffluxerunt* respuit. DUK. Vulgatam scripturam tuetur Cortius id Sall. Jug. 1, 4. contendens illud *de* in compositione non semper de loco superiore labi notare, sed nullam potius differentiam esse inter verba *defluere* et *diffluere*, et ad antiquitatem propius accedere *defluere*, quam alterum. Nondum tamen, quae vir le literis nostris optime meritus nihique, dum viveret, amicissimus huc adtulit, exempla id verum esse evincunt. In loco Sallustii *per socordiam vires, tempus, ingenium defluxere*, utrumque, vel *defluxere*, vel *diffluxere*, legi posse videtur. Si prius, refer ad *tempus*, quod dicitur *defluere*, metaphora desumta ab amne, cujus unda continue decurrit, ex loco nempe superiori in inferiorem. At si alterum praeferas, refer ad *vires, ingenium*. In notis Gronovii ad Livii 27, 17, 4. nihil video, quod magnopere Cortii sententiam tueatur. Ibi enim tantum agit de translata significatione verbi *fluere*, et de iis illud dici docet, quae facile dilabuntur, non constant. Praeter hunc autem locum Livii in omnibus exemplis, quae laudavit, nullum est, ubi vel *defluere* vel *diffluere* obcurrat, nisi in uno Senec. de Brev. vit. c. 1. ubi habes *vita defluit*: quod quo sensu dicatur, modo vidimus. Neque Cortium juvat locus Colum. in Praefat. lib. 12. *luxu et inertia defluant*. Optimus enim et integerrimus cod. Sangerm. recte praefert *diffluant*. At *luxu diffluere* similiter dicitur, ac *deliciis diffluere* apud Cic. d. Amic. 15. ubi vide Lambin. Hoc autem loco *diffluxisse* legendum esse, confirmare videtur *distabescere* apud Fest. v. *Monstrum*. *Monstra dicuntur naturae modum egredientia, ut sergens cum pedibus, avis cum quatuor alis, homo cum duobus capitibus, jecur quum distabuit in coquendo.* Quod *extabescere* dixit Obseq. de Prodig. 64. *Quum inmolassent victimas consules, jecur extabuit.*

§. 3. *Caput jocinori defuisse*] *jocinori* edd. ante ultimam Gruteri; quod restitui. V. ad cap. praec. §. 7.

§. 4. *Pisae Cn. Cornelio, Liguves Petillio*] Si scripsit Livius *Cn. Cornelio*, prorsus quoque scripsit *Q. Petillio*. JAC. GRON. V. ad 4, 49, 1.

Digitized by Google

jussit. Ceteris Diis perlitatum ferunt: Saluti Petillium perlitasse negant. Inde consules praetoresque provincias sortiti. Pisae Cn. Cornelio, Ligures Pe-
5 tillio obvenerunt. Praetores, L. Papirius Maso urbanam, M. Aburius inter peregrinos, sortiti sunt. M. Cornelius Scipio Maluginensis Hispaniam ulterio-
6 rem, L. Aquillius Gallus Siciliam habuit. Duo deprecati sunt, ne in provincias irent: M. Popillius in Sardiniam. *Gracchum eam provinciam pacare, et T. Aebutium praetorem adjutorem ab senatu datum esse.*
7 *Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis conti-*
8 *nuatio ipsa efficacissima esset, minime convenire. Inter traditionem imperii novitatemque successoris, quae noscendis prius, quam agendis, rebus imbuenda sit, saepe bene gerendae rei occasiones intercidere.* Probata Popil-
9 lii excusatio est. P. Licinius Crassus sacrificiis se

§. 6. *Et T. Aebutium praetorem*] Suspicor: *Gracchum eam provinciam pacare: ei T. Aebutium praetorem adjutorem ab senatu datum esse.* Justinus lib. 13, [6.] *Ibi Crateron et Antipatrum opperiri jubetur: adjutores ei dantur cum exercitibus frater Perdiccae Alcetas et Neoptolemus.* J. FR. GRONOV. Gronovio adsentior. Saepe hae voculae in Mstis commutantur. Vide ad 3, 43, 7. c. 51, 9. 4, 46, 10. 5, 26, 10. 7, 40, 4. 8, 25, 13. 9, 34, 16. 10, 25, 12. et alibi. Adde Rhenan. ad Liv. 27, 11, 11. Gronov. ad Livii 21, 38, 6. Burmann. ad Suet. Aug. 58. et Corte ad Plinii 3, 5, 5. et 4, 25, 3. Causa est similitudo literarum *l.* et *T.* in scriptura Romana et Longobardica, ob quam caussam et commutantur *ui* et *ut*. Vide ad 4, 51, 6. Praeterea T. Aebutius hic *praetor* vocatur, quod intelligendum esse Cl. Jac. Perizonius in margine Livii monuit, eum praetorem fuisse, quo tempore adjutor datus est. Verum biennio ante praetor creatus Sardiniam sortitus est; quod Livium in initio hujus libri deperdio narrasse colligi potest ex cap. 6. Verum quum eo anno gravius bellum ibi exarsisset, Sardinia provincia consularis facta est, et Ti. Sempronio Graccho obvenit. Vide cap. 8. et 9. Ex hoc loco colligitur, Gracchi adventu Aebutium ex provincia non decessisse, sed ibidem subsistentem simul cum consule bellum adversus Sardos gessisse, id quod auctor supra exponere omiserat. Hinc constat, Aebutium neque hoc tempore, neque anno proximo, quo Graccho adjutor dabatur, praetorem fuisse, sed *praetorem* hic vocari, qui erat

Digitized by Google

inpediri sollemnibus excusabat, ne in provinciam iret. Citerior Hispania obvenerat. Ceterum aut ire 10
jussus, aut jurare pro concione, sollemni sacrificio se prohiberi. id ubi in P. Licinio ita statutum est, et ab se uti jusjurandum acciperent, M. Cornelius 8
postulavit, ne in Hispaniam ulteriorem iret. Prae- 11
tores ambo in eadem verba jurejurarunt. M. Titinius et T. Fontejus proconsules manere cum eodem imperii jure in Hispania jussi: et ut in supplementum his tria millia civium Romanorum cum equitibus ducentis, quinque millia sociûm Latini nominis et trecenti equites mitterentur.

XVI. (XX.) Latinae feriae fuere ante diem ter- 1
tium Nonas Maji, in quibus, quia in una hostia magistratus Lanuvinus precatus non erat, *populo Romano Quiritium*, religioni fuit. Id quum ad senatum 2

pro praetore. Vide Cl. Duker. ad 23, 40, 1. Ceterum eodem praetextu, quo M. Popillius deprecatus est, ne in provinciam iret, etiam usi sunt tribuni plebis prohibituri, ne provincia T. Quinctio prioris anni consuli erepta successori daretur 32, 28. Vide etiam 9, 18.

§. 11. *In eadem verba jurejurarunt*] Rarum est verbum *jurejurare*, cujus alibi nullum exemplum notavi. Neque sine causa dubitavit Cl. Crevierius, utrum ex hoc uno loco deformati miserum in modum libri verbum alias incognitum in linguam Latinam facile admittendum sit.

§. 1. *Ante diem tertium Nonas Maji*] Forte *Nonas Majas*. Mox, *Comitia in ante diem tertium Nonas Sextiles, Latinae in ante diem tertium Idus Sextiles edixit*. cap. seq. *In ante diem tertium Nonas Sextiles edicta erant*. Et paullo post: *Nonis Sextilibus paludatus* etc. hoc lib. cap. 9, 9. *In suam quisque civitatem ante Kalendas Novembres redirent*. ubi similiter peccatum erat; ut et cap. 22, 1. lib. 42, 21, 5. *In libertatem restitutus ante Kalendas Sextiles primus non esset*. c. 22, 3. *Si non ante Idus Novembres in urbem Romam introïsset*. Mox §. 7. *Idibus Martiis adesse reum jussit*. cap. 27, 5. *Equites Idibus Februariis Brundisii adesse juberet*. 44, 37, 8. Vide ad 4, 37, 3. Mox *populo Romano Quiritibus*, pro *Quiritium*, legendum existimat Brisson. de Form. 1. pag. 62. Sed vide ad 1, 32, 13.

§. 2. *Quia non recte factae Latinae essent*] Malim *rite*, ut semper alias. SIG. Immo vide ad 27, 25, 8. et 34, 44, 2.

Digitized by Google

relatum esset, senatusque ad pontificum collegium rejeciſſet; pontificibus, quia non recte factae Latinae essent, instauratis Latinis, placuit Lanuvinos, quorum opera instauratae essent, hostias praebere. 3 Accesserat ad religionem, quod Cn. Cornelius consul ex monte Albano rediens, concidit: et, parte membrorum captus, ad Aquas Cumanas profectus in- 4 gravescente morbo, Cumis decessit. Sed inde mortuus Romam adlatus, et funere magnifico elatus se- 5 pultusque est. Pontifex idem fuerat. Consul Q. Petillius, quum primum per auspicia posset, collegae subrogando comitia habere jussus, et Latinas edice-

Latinae essent, instauratis Latinis, placuit Lanuvinos, quorum opera instauratae essent] Frequentissime Livium voces, quae modo praecesserunt, repetiisse, vidimus ad 1, 3, 9. Diffiteri tamen nequeo, hic trium vocum *Latinae, Latinis, essent, essent; instauratis, instauratae* repetitionem admodum displicere. Dicam igitur, quid in mentem venerit. voces *instauratis Latinis* ex glossa inrepsisse, ac scribendum esse conjicio: *pontificibus, quia non recte factae Latinae essent, placuit, Lanuvinos, quorum opera instaurandae essent, hostias praebere*: vel refingendum esse, *pontificibus, quia non recte factae essent, instaurari Latinas placuit, Lanuvinosque, quorum opera instaurandae essent, hostias praebere.* Posses etiam *quia non recte factae Latinae essent, instaurari eas placuit.* Insuper Doujatius malebat *quorum gratia*, vel potius *quorum culpa.* Sed nihil muto *quorum opera*, ut apud Plaut. in Asin. 2, 2, 9. *Mea quidem, Hercle, opera liber dumquam fies.*

§. 3. *Concidit: et, parte membrorum captus*] Supra 33, 11, 2. *Obmutuit, et concidit. Et dum regem auferunt parferuntque parte membrorum captum.* Consulem *membris captum* esse, refert Obseq. de Prodig. 64. *Cornelius, ex monte Albano rediens, membris captus ad aquas Cumanas moritur.* Descriptio illa convenit apoplexiae, at verba Livii *parte membrorum* innuunt paralysin. Celsus 3, 27. *Resolutio nervorum frequens ubique morbus est. Sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres auctores illud ἀποπληξίαν, hoc παράλυσιν nominaverunt. Nunc utrumque παράλυσιν adpellari video.*

§. 5. *Comitia in diem tertium Nonas Sextiles, Latinas ad diem tertium Idus Sextiles edixit*] Lego utrobique *in A. D.* id est, *in ante diem.* Sic enim lib. 43, [16, 12.] *In ante diem VIII. et VII. Kalend. Octob. dicta dies.* Et lib. 45, [3, 2.] *Latinae edictae a consule sunt in ante IV. III. et prid. Idus Novemb.* Sic igitur et hic *in A. D. III. Nonas* edicta erant. SIG. Ant. Perizon. ad marginem Livii mo-

Digitized by Google

e. comitia in ante diem tertium Nonas Sextiles, atinas in ante diem tertium Idus Sextiles edixit. lenis religionum animis, prodigia insuper nuncia- 6
a: Tusculi facem in coelo visam; Gabiis aedem pollinis et privata aedificia complura, Graviscis urum portamque de coelo tacta. Ea patres prourari, uti pontifices censuissent, jusserunt. Dum 7
onsules primum religiones, deinde alterum alterius ors, et comitia, et Latinarum instaurationes impeiunt, interim C. Claudius exercitum ad Mutinam, uam Ligures priore anno ceperant, admovit. An- 8
e triduum, quam obpugnare coeperat, receptam

uit, in hac loquendi formula sse trajectionem verborum veeribus amatam, pro *in diem tertium ante Nonas*, *Idus*. At quonodo tum explicabit alteram formulam *ex ante diem quintum Idus Octobres?* qua utitur Livius 45, , 12. *Supplicatio pro concione postuli indicta est ex ante diem quintum Idus Octobres cum eo die in quinque dies.* In hac trajectio illa latui nequit. Statuenda igitur potius est ellipsis *in* diem *ante diem tertium*, et *ex* die *ante diem quintum*. Vide epistolam Gronov. apud Celeberr. Burm. in Syllog. epist. tom. 2. num. 313.

§. 8. *Ante triduum, quam obpugnare coeperat, receptam*] Quicquamne absurdius dici potest, urbem post triduum, quam ex hostibus jam recepta erat, oppugnari? Is enim in his verbis est sensus. Repone, quod proximum est vestigiis vulgatae lectionis, *intra triduum*. Sic 36, 10, 1. *Intra decimum diem, quam Pheras venerat.* 43, 9, 2. *Intra dies sexaginta, quam in provinciam venit.* Epit. 49. *Tertii belli Punici intra quintum annum, quam erat coeptum, consummati.* Florus 2, 12. *Intra sexagesimum diem, quam caesa silva fuerat.* JAC. PERIZON. Ita emendanti praelusit Pighius, qui in Annal. ad A. V. DCLXXVII. p. 351. hanc historiam ita refert. „Mutinam *intra triduum* ab hostibus recepit, et colonis restituit.“ Licet autem *intra* mox iterum sequatur, nihilominus emendationem hanc veram judico: in contextum tamen cum Clerico recipere non sustinui. Doujatius putat, vulgatae lectionis non eum sensum esse, quem statuit Perizonius, sed potius, non totorum trium dierum oppugnatione ex hostibus receptam esse. Verba igitur *ante triduum quam* accepit pro ante triduum postquam, quem usum hujus formulae aliis exemplis probare debuerat; quum semper notet triduo antequam, ut *post triduum quam* est triduo postquam. Vide Hadrian. Cardin. de Serm. Lat. pag. 66. At *intra triduum quam* est intra triduum postquam; eodem modo, quo *anno quinto quam* pro anno quinto postquam habuimus supra ad 28, 16, 14.

Digitized by Google

ex hostibus colonis restituit. Octo millia ibi Ligu-
9 rum intra muros caesa; literaeque Romam extemplo scriptae, quibus non modo rem exponeret, sed etiam gloriaretur, sua virtute ac felicitate neminem jam cis Alpes hostem populi Romani: agrique aliquantum captum, qui multis millibus hominum dividi viritim posset.

1 XVII. (XXI.) Et Ti. Sempronius eodem tempore in Sardinia multis secundis proeliis Sardos per-
2 domuit. quindecim millia hostium sunt caesa. Omnes Sardorum populi, qui defecerant, in ditionem redacti. stipendiariis veteribus duplex vectigal imperatum, exactumque: ceteri frumentum contule-
3 runt. Pacata provincia, obsidibusque ex tota insula ducentis triginta acceptis, legati Romam, qui ea nunciarent, missi; quique ab senatu peterent, ut ob eas res, ductu auspicioque Ti. Sempronii pro-

§. 9. *Neminem jam cis Alpes hostem populi Romani*] Ita demum Lugduni anno 1553. editum vidi: antiquiores per notas legunt *hostem PR.* vel *hostem P. R.* an legendum *hostem superesse*? Si tamen *P. R.* vocum notas esse placet, aeque reddi posset *hostem populo Romano*, quam *populi Romani*. Supra 3, 9, 11. *Tribunos plebis vos creatos, non hostes Patribus.* 21, 1, 4. *Se, quum primum posset, hostem fore populo Romano.* 24, 48, 2. *Syphax erat rex Numidarum, sufito Karthaginiensibus hostis factus.* 41, 24, 11. *Cur soli omnium hostes ei sumus?* Ita *hostis tribuniciae potestati* codd. et inter eos non contemnendi, supra 2, 34, 8. *socius temeritati* 6, 24, 9. Pariter *amicus populo Romano.* V. ad 39, 47, 10. *finis populationibus.* Vide ad 2, 30, 9. *locus seditioni* 3, 46, 2.

Agrique aliquantum captum] Reor Claudii gloriantis, vel potius Livii esse, *agrique ad id tantum captum.* JAC. GRON. Non id agitur, utrum genus illud loquendi *aliquantum agri* probum ac Livianum sit, de quo vide ad 21, 28, 11. sed utrum hic convenire possit. Id adfirmare videtur Cl. Perizonius ad marginem adscribendo locum Livii 42, 4, 3. *Quum agri et Gallici, quod bello captum erat, aliquantum vacaret.* Verum observandum est, aliter ex rei veritate loqui potuisse ipsum Livium, aliter de rebus a se gestis ad senatum scripsisse C. Claudium, cujus jactatio non permittebat, ut se tantummodo *ali-*

Digitized by Google

spere gestas, Diis inmortalibus honos haberetur, ipsique decedenti de provincia exercitum secum deportare liceret. Senatus, in aede Apollinis legatorum verbis auditis, supplicationem in biduum decrevit, et quadraginta majoribus hostiis consules sacrificare jussit: Ti. Sempronium proconsulem exercitumque eo anno in provincia manere. Comitia deinde consulis unius subrogandi, quae in ante diem tertium Nonas Sextiles edicta erant, eo ipso die sunt confecta. Q. Petillius consul collegam, qui extemplo magistratum occiperet, creavit C. Valerium Laevinum. Is, jam diu cupidus provinciae, quum opportunae cupiditati ejus literae adlatae essent, Ligures rebellasse, Nonis Sextilibus paludatus, literis auditis, tumultus ejus causa legionem tertiam ad C. Claudium proconsulem in Galliam proficisci jussit; et duumviros navales cum classe Pisas ire, qui 4 5 6 7

quantum agri ex hostibus cepisse nunciarct: insuper illud *aliquantum agri* non convenire sequentibus, *qui multis millibus hominum dividi viritim possit*. Ant. Perizonius ad marginem Livii adscripserat, forte legendum *agrique tantum*. Sed propius ad apices vulgatae lectionis accedit conjectura Jac. Gronovii; nec multum inde abit illa Doujatii, qui malebat *agrique a se tantum*.

§. 5. *Quae in ante diem tertium Nonas Sextiles edicta erant*] *quae ante diem tertium* ed. prima; proxima anni 1535. *quae ad diem tertium*; quod reliquis adhaesit usque ad Sigonium. Is autem recte *quae in ante diem tertium* emendavit. V. ad cap. praec. §. 5.

§. 6. *Creavit M. Valerium Levinum*] *C. Valerium Laevinum* ex consulatu ejus Capit. et ipsomet Livio infra [cap. seq.] SIGON. Consuli huic nomen *Caji* vindicantem Sigonium nemo ante Gronov. qui lectionem illam anno 1665. recepit, audire dignatus est. Est autem idem C. Valerius, quem praetorem habuimus 40, 44. et qui censuram petet infra 43, 16. De orthographia vocis *Laevinus* vide ad Epit. Liv. 13.

Nonis Sextilibus paludatus, literis auditis, tumultus ejus causa] Vocabula isthaec [*literis auditis*] turbandae potius sunt sententiae, quam firmandae. GRUT. Livius et alii scriptores ubique dicunt, magistratus *paludatos urbe exiviſſe*, *paludatos urbe egressos*, et *paludatos in provinciam profe-*

Digitized by Google

Ligurum oram, maritimum quoque terrorem admo-
8 ventes, circumvectarentur. Eodem et Q. Petillius
9 consul ad conveniendum exercitui diem edixerat. Et C. Claudius proconsul, audita rebellione Ligurum, praeter eas copias, quas secum Parmae habebat, subitariis conlectis militibus, exercitum ad fines Ligurum admovit.

1 XVIII. (*XXII.*) Hostes sub adventum C. Claudii, a quo duce se meminerant nuper ad Scultennam flumen victos fugatosque, locorum magis praesidio adversus infeliciter expertam vim, quam armis, se defensuri, duos montes Letum et Baliſtam ceperunt,
2 muroque insuper amplexi. Tardius ex agris demigrantes obpressi ad mille et quingentos perierunt.
3 Ceteri montibus se tenebant, et, ne in metu quidem

etos esse. Vide Livium 2, 49, 3. 21, 63, 9. 31, 14, 1. 36, 3, 14. 37, 4, 2. 40, 26, 6. 41, 5, 8. et 10, 5. 42, 27, 8. 49, 1. et 45, 39, 11. Cic. 5. Verr. 13. de Provinc. Cons. 15. in Pison. 13. lib. 8. Epist. Famil. 10. et 15. et Caes. 1. B. Civ. 6. Hic contra constantem usum hujus generis loquendi consul non dicitur *paludatus urbe exivisse, egressus, in provinciam profectus* esse, sed paludatus legionem tertiam in Galliam proficisci, et duumviros navales oram Ligurum circumvectari jussisse. Atqui haec etiam non paludatus jubere poterat, nec ad ea jubenda paludamento sumto opus erat. Suspicor locum non integrum esse, et hic aliquid de profectione consulis paludati in provinciam dictum fuisse. Sed ea tamen in *Nonas Sextiles* conferri non potest, quia Latinae post eas *in a. d. III. Idus Sextiles* edictae erant cap. 16. nec licebat magistratibus ante in provincias exire, quam iis in monte Albano operam dedissent. Liv. 21, 63, 8. 22, 1, 6. 25, 12, 1. 42, 35, 3. et supra cap. 16, 5. DUKERUS.

§. 1. *Ad Scultennam flumen*] De hoc flumine vide Merulae Cosmogr. part. 2. lib. 4. cap. 11. p. m. 119. et Cluver. 1. Ital. Ant. 36. pag. 417.

Montes Letum et Baliſtam ceperunt: muroque insuper amplexi, tardius ex agris] Ita omnes distinguunt, quas vidi, edd. ante Crevierium, qui ita interpunxit: *ceperunt, muroque insuper amplexi. Tardius ex agris.* Ita et sibi interpungendum videri monuit Cl. Dukerus: quo judice insuper haec lenius fluerent, si scriberetur *amplexi sunt.* Distinctionem recepi. De *Baliſta* monte vide ad 39, 2, 7.

§. 2. *Ad mille et quingentos per-*

Digitized by Google

eritatis ingenitae obliti, saeviunt in praedam, quae
Iutinae parta erat. captivos cum foeda laceratione
nterficiunt: pecora in fanis trucidant verius paſſim,
quam rite sacrificant. Satiati caede animantium, 4
quae inanima erant, parietibus adfligunt, vasa om-
nis generis usui magis, quam ornamento in spe-
ciem, facta. Q. Petillius consul, ne absente se 5
debellaretur, literas ad C. Claudium misit, ut cum
exercitu ad se in Galliam veniret: campis Macris
se eum exspectaturum. Literis acceptis, Claudius ex 6
Liguribus castra movit, exercitumque ad campos Ma-
cros consuli tradidit. Eodem paucis post diebus C.
Valerius consul alter venit. Ibi, divisis copiis, pri- 7
usquam digrederentur, communiter ambo exercitus
lustraverunt. tum sortiti, quia non ab eadem utrum-

ierunt] Ita primum editum video in ultima Gruteri editione, ex qua id per recentiores propagatum est. Antiquiores per notas exhibent *ad M. et D. perierunt*; quod more Livii aeque reddi potest *ad mille et quingenti*. V. ad 10, 17, 8.

§. 4. *Parietibus adfigunt*] Haec primarum editionum lectio est. Sigonius substituit *adfligunt*, Gronovius revocavit *adfigunt*, at vicissim Crevierius *adfligunt*, quod interpretatur in parietes inpingunt. Et ea lectio omnino praeferenda est. Ad saevitiam enim in praedam Mutinae partam pertinet, quod inanima *parietibus adfixerint*, non vero iis *adfixerint*. Solent haec verba a librariis commutari. Exemplum habuimus 40, 2, 1. Alia vide ad 4, 19, 5.

Usui magis, quam ornamento in speciem, facta] Vasa facta ornamento, et facta in speciem nihil ferme differunt. *Species* enim pro ornamento, splendore, dignitate ponitur. V. ad 32, 36, 10. Hinc Clariſſ. Crevierius vocem *ornamento* delendam censet, tamquam quae e margine, ubi interpretandis sequentibus *in speciem* addita erat, in contextum inrepserit. Mitius esse videtur, si una vocula addita *ornamento et in speciem facta* legamus.

§. 5. *Campis Macris se eum exspectaturum*] Mox, *Exercitum ad campos Macros consuli tradidit*. et 45, 12, 11. *Profectus in Galliam circa Macros campos stativa habuit*. Vide Cluver. 1. Ital. Antiq. 28, 280.

§. 6. *Eodem paucis post diebus*] Ed. prima *Eodem tempore paucis post diebus*. Sed recte Frob. anno 1535. vocem *tempore* expunxit. Cap. praec. *Eodem et Q. Petillius consul ad conveniendum exercitui diem dixerat*.

§. 7. *Priusquam digrederentur*]

Digitized by Google

que parte adgredi hostem placebat, regiones quas
8 peterent. Valerium auspicato sortitum constat, quod in templo fuisset: in Petillio id vitio factum, postea augures responderunt; quod extra templum sortem in sitellam in templum latam foris ipse posuerit.
9 Profecti inde in diversas regiones. Petillius adversus Baliştae et Leti jugum, quod eos montes per-
10 petuo dorso inter se jungit, castra habuit. Ibi adhortantem eum pro concione milites, inmemorem ambiguitatis verbi, ominatum ferunt, *se eo die Letum*
11 *capturum esse*. Duabus simul partibus subire in adversos montes coepit. Ea pars, in qua ipse erat, inpigre subcedebat. Alteram hostes quum propu-

Ita recte Frob. anno 1535. vulgavit: sequitur enim *Profecti inde in diversas regiones*. Male ed. principes *congrederentur*.

§. 8. *Quod in templo fuisset: in Petillio* etc.] Hinc colligo, sortitionem magistratuum fieri debuisse in templo, id est in loco, qui augurio erat consecratus. Ut autem sortitio auspicato fieret, observandum fuisse, ne quis sortem in sitellam conjiceret, nisi quum sitella in templum adlata foret.

§. 10. *Se eo die Letum capturum esse*] Val. lib. 1. [5, 9.] ita: *Petillius consul in Liguria bellum gerens, cum montem, cui Letum cognomen erat, oppugnaret, interque adhortationem militum dixisset, hodie ego Letum utique capiam, inconsideratius proeliando fortuitum factum vocis leto suo confirmavit*. SIGON. Ita auctor est Plinius 15, 19. Crasso navim adversus Parthos conscendenti omen fecisse vocem praedicantis venales Cauneas, quasi hac ei voce denunciaretur *Cave ne eas*. MOD. Omen ex voce fortuito emissa vide etiam 5, 55.

§. 11. *Suos quidem a fuga revocavit*] Nihil temere mutandum. Vide tamen, an praeflet *fusos quidem*. Supra 10, 28, 12. *Obsistere cedentibus, ac revocare fusos*. ubi male plures scripti *revocare suos*.

Missili trajectus cecidit] Consulis mortem senatus in milites ultus est. Jussit enim legionem, in cujus acie ceciderat, totam infrequentem referri; eique stipendium ejus anni procedere, et aera dari noluit. Vide Valer. Max. 2, 7, 15. et Frontin. 4, 1, 46.

§. 15. *C. Valerius audita*] Hoc loco haec desiderantur. Expositis rebus ab altero consule Q. Petillio in Liguribus gestis, et morte ejus, jam ordiebatur narrationem earum, quas collega ejus C. Valerius gessisset, his verbis: *C. Valerius audita mor-*

Digitized by Google

lissent, ut restitueret rem inclinatam, consul equo advectus, suos quidem a fuga revocavit: ipse, dum incautius ante signa obversatur, missili trajectus cecidit. Nec hostes ducem occisum senserunt; et 12
suorum pauci, qui viderant, haud neglegenter, ut qui in eo victoriam verti scirent, corpus occultavere. Alia multitudo peditum equitumque, de- 13
turbatis hostibus, montes sine duce cepere. Ad quinque millia Ligurum occisa: ex Romano exercitu duo et quinquaginta ceciderunt. Super tam 14
evidentem tristis ominis eventum, etiam ex pullario auditum est, vitium in auspicio fuisse; nec id consulem ignorasse. C. Valerius, audita [morte 15

se collegae. Quae res et ipsae interciderunt, et comitia consulum P. Mucii Scaevolae et M. Aemilii Lepidi. itemque praetorum, una cum sortitione provinciarum; praeterea expositio rerum, quas in Gallia Liguribusque consules gesserunt; nam ait [cap. 19, 2.] *Ob eas res in Gallia Liguribusque gestas duorum consulum ductu auspicioque senatus in triduum supplicationes decrevit.* Quod autem ad comitia consulum pertinet, reperi sententiam perbellam jacere apud Prisicianum lib. 17. quam suo loco interjiciendam esse duxi. Ea est haec: *Livius ab urbe condita lib. XLI. Periti religionum jurisque publici, quando duo ordinarii consules ejus anni alter morbo, alter ferro periisset, suffectum consulem negabant comitia habere posse.* Ordinarios autem appellat consules, qui primis comitiis sint creati, neque in demortuorum locum suffecti. Fuerant autem Cn. Cornelius Scipio Hispalus et Q. Petillius Spurinus, quorum ille morbo, hic ferro absumptus fuerat, ut et Livius et Valerius tradunt. Suffectus autem in Scipionis locum C. Valerius Laevinus, quem religionum, inquit, periti negabant comitia rogandis consulibus habere posse. Hac autem de re sic scriptum est in tabulis Capitolinis:

CN. CORNELIVS. L. F. L. N. SCIPIO.
HISPALVS
IN. MAG. MORT. EST. IN. EIVS.
L. F. EST
C. VALERIVS. M. F. P. N. LAEVINVS
Q. PETILLIVS. C. F. Q. N. SPVRINVS
IN. MAG. POSTEAQVAM. SIBI. CONLEG.
SVBROGASSET. OCCIS. E.

SIGON. Desunt nonnulla. inter alia puto talia quaedam: *morte collegae, exercitum in Ligures, deduxit.* CLUV. 1. Ital. Ant. 8, 58, et c. 10, 77. Connectit igitur Cluverius hoc cum ultima voce hujus c. et cum illis, quae cap. sequenti adduntur, omissis illis, quae Sigonius media ex Prisciano inseruit.

Digitized by Google

Pigh. Ann. Rom. Q. Petillii, exercitum sine duce relictum ad suas copias adjunxit, iterumque aggressus hostes, eorum sanguine collegae manibus egregie parentavit. Triumphavit de Liguribus. In legionem, cujus ante signa consul occisus erat, severe ab senatu animadversum est. Ei universae neque stipendium anni procedere, neque aera dari placuit, quia, pro salute imperatoris, hostium telis se non obtulerant. Sub haec tempora legati Dardanorum, quos ingens Bastarnarum exercitus, Clondico duce, ut ante memoravimus, premebat, Romam venere. Qui quum de Bastarnis exposuissent, quanta esset eorum multitudo, quam procera et immania corpora, quanta in periculis audacia, adjecerunt, societatem iis esse cum Perseo, et vero eum majori sibi, quam Bastarnas ipsos, esse terrori: ac proinde ut auxilium sibi ferretur, ab senatu postulaverunt. Patres decreverunt, mittendos esse legatos, qui Macedoniae res inspicerent: et statim A. Postumio negotium datum, ut eo proficisceretur. Collegas ei adjunxerunt e junioribus, ut penes eum praecipua esset legationis vis et auctoritas. Inde actum de comitiis magistratuum in insequentem annum: qua de re non mediocris disceptatio incidit,

Val. Max. 2, 7.

Senatus in milites Petillii Cos. severitas.

Legatio Dardanorum.

Liv. 40, 58.

Polyb. Legat. 62.

Legati Rom. in Macedoniam.

Comitia.

16 quod] periti religionum jurisque publici, quando duo ordinarii consules ejus anni, alter

§. 16. *Periti religionum jurisque publici* etc.] Fragmentum hoc, quod Sigonius ex Prisciani lib. 17. eruit, duobus ibidem locis exstat, et pag. 1050. et pag. 1097. Ex priori autem loco, addita voce, edidi *negabant recte comitia habere posse:* in posteriori vox *recte* erat omissa.

§. 1. *Trans Apenninum Briniates fucrant*] Ita constanter omnes, quas vidi, editiones. Cluverius tamen 1. Ital. Ant. 10, 77. ex hoc loco profert *Friniates*, ut contra ex 39, 2, 1. *Briniatibus*, ubi exstat *Friniatibus*. Vide, quae notantur ad eum locum.

Inter Audenam amnem] Ut in praecedenti oratione multa desunt, sic in his etiam nonnihil interiit. Hic quidpe sermo est omnino mutilus, *Inter Audenam*

Digitized by Google

morbo, alter ferro periisset, suffectum consulem negabant recte comitia habere posse. [Res ad interregnum rediit. Creati consules per interregem P. Mucius Scaevola, M. Aemilius Lepidus iterum. Praetores inde facti sunt C. Popillius Laenas, T. Annius Luscus, C. Memmius Gallus, C. Cluvius Saxula, Ser. Cornelius Sulla, Ap. Claudius Centho. Consulibus provinciae obtigere Gallia et Ligures. Praetorum Cornelius Sulla Sardiniam obtinuit, Claudius Centho citeriorem Hispaniam. Reliquae praetoriae provinciae quibus evenerint, non exstat memoria. Annus hic pestilentia infamis, quae tamen in armenta tantum grassata est. Ligures gens semper victa, semper rebellans, Lunam Pisasque depopulati fuerant. Simul et Gallicus tumultus increpuerat. Lepidus Gallorum motu facile compresso in Ligures transcendit. Aliquot populi sese ejus arbitrio permiserunt: quos, ut sunt fere similia locis cultorum ingenia, asperis montium jugis, quae incolebant, efferari ratus, quorumdam ante se consulum exemplo, in plana] deduxit.

Fasti Capit. Pigh. Ann. Rom.

Liv. infra c. 19. c. 21. et 23.

cap. 21.

cap. 19.

Res gestae consulum in Gallia et Ligu-ribus.

XIX. (XXIII.) Cis Apenninum Garuli, et Lapicini, et Hercates; trans Apenninum Briniates fuerant. Inter Audenam amnem P. Mucius cum iis, qui 1

amnem bellum gessit. Sed, quidquid adjunctum fuerit, *Audena* hic *amnis* (modo ne hoc quoque mendosum sit vocabulum) haud dubie is est, qui, in sinistram Macrae ripam defluens, vulgo nunc accolis vocatur *Ula* et *Aula*, et cum articulo *La Ula* et *L. Aula*. quod vulgi simplicitas etiam facit *Laula*. CLUVER. 1. Ital. Ant. 10, 78. Cluverius existimasse videtur, alterius loci nomen, inter quem et Audenam amnem Mucius bellum gessit, excidisse. Difficultati, quam movit, occurrit Clariss. Crevierius legendo *Intra Audenam*, id est, ratione Romae ab hac ejus parte, fluvium non transgressus. Solent autem voces illae a librariis confundi. Vide ad 5, 27, 2.

Q. Mucius cum iis] Scribe *P. Mucius* ex consulatu Cap. et Cas-

Digitized by Google

Lunam Pisasque depopulati erant, bellum gessit: 2 omnibusque in ditionem redactis arma ademit. Ob eas res, in Gallia Liguribusque gestas duorum consulum ductu auspicioque, senatus in triduum supplicationes decrevit, et quadraginta hostiis sacrifi- 3 cari jussit. Et tumultus quidem Gallicus et Ligustinus, qui principio ejus anni exortus fuerat, haud 4 magno conatu brevi obpressus erat. Belli Macedonici subibat jam cura, miscente Perseo inter Dardanos Bastarnasque certamina: et legati, qui missi ad res visendas in Macedoniam erant, jam reverterant Romam, renunciaverantque, bellum in Dardania esse. 5 Simul venerant et ab rege Perseo oratores, qui purgarent, nec adcitos ab eo Bastarnas, nec aucto- 6 re eo quidquam facere. Senatus nec liberavit ejus culpae regem, neque arguit: moneri eum tantummodo jussit, ut etiam atque etiam curaret, ut sanctum haberet foedus, quod ei cum Romanis esse videri

siodoro: collegam enim M. Lepidi quaerimus. SIGON. Panvinius quoque e Fastis Capit. et Cassiodoro collegam M. Aemilii Lepidi in secundo hujus consulatu *P. Mucium* vocat. Et sic est in recentioribus edd. operum Cassiodori. Pighius tamen in eo mendose *Q. Mucius* legi scribit. Fortassis secutus est Cuspiniani editionem Fastorum Cassiodori, in quibus et hoc et sequenti anno Q. Mucius consul est. Verum hoc anno consulem fuisse *P. Mucium Q. F. P. N. Scaevulam*, fratrem, quod e Fastis et Livio 40, 44. scimus, *Q. Mucii*, qui anno sequenti consul fuit, dubitare non sinunt Fasti Capit. e quibus Pighius quoque post Sigonium non solum Livium, verum etiam Obsequentem de Prodig. cap. 65. in quo *Q. Mucius* collega M. Aemilio additur, emendavit. Sed hoc scribarum peccatum esse verosimile est. Obsequens ipse quomodo culpa liberari possit, qui in consulatum M. Aemili conferat prodigia, quae Livius cap. 21. anno sequenti Sp. Postumio Albino et Q. Mucio consulibus facta scribit, non video. DUKERUS.

Omnibusque in ditionem redactis] Pighius haec verba laudans in Annal. ad A. V. IↃLXXVIII. pag. 355. profert *in deditionem*, quod in sola inveni ed. Gryphii anni 1554. Reliquae quae mihi ad ma-

Digitized by Google

deri posset. Dardani, quum Bastarnas non modo non 7
excedere finibus suis, quod speraverant, sed gravio-
res fieri in dies cernerent, subnisos Thracum adco-
larum et Scordiscorum auxiliis, audendum aliquid
vel temere rati, omnes undique armati ad oppi-
dum, quod proximum castris Bastarnarum erat,
conveniunt. Hiems erat, et id anni tempus elege- 8
rant, ut Thraces Scordiscique in fines suos abirent.
quod ubi ita factum, et solos jam esse Bastarnas au-
dierunt, bifariam dividunt copias: pars ut recto iti-
nere ad lacessendum ex aperto iret; pars, devio saltu
circumducta, ab tergo adgrederetur. Ceterum, pri- 9
usquam circumire castra hostium possent, pugnatum
est; victique Dardani compelluntur in urbem, quae
fere duodecim millia ab castris Bastarnarum aberat.
Victores confestim circumsidunt urbem, haud dubie 10
postero die aut metu dedituris se hostibus, aut vi ex-
pugnaturi. Interim Dardanorum altera manus, quae 11
circumducta erat, ignara cladis suorum, castra Ba-

nus fuerunt, edd. in vulgatam lectionem conspirant. Ea si praeferenda est, subintelligi debet *in ditionem populi Romani.*

§. 4. *Et legati, qui missi ad exsisendas*] Missum fuisse A. Postumium cum nonnullis e junioribus, constat ex Polyb. Exc. Legat. num. 62.

§. 6. *Ut sanctum haberet foedus, quod ei cum Romanis esse videri posset*] Haec sunt absurda. Certe enim erat ei cum Romanis foedus et tum maxime, et infra 42, 25. legati Romani Perseum admonent foederis cum Philippo icti, cum ipso eo post patris mortem renovati. Itaque peropportuna emendatione sensum Livii eruo, scribens: *ut sanctum habere foedus, quod ei cum Romanis esset, videri posset.* JAC. GRON. Vulgatum contra Gronovium defendit Cortius ad Sall. Catil. 52, 3.

§. 7. *Ad oppidum, quod proximum castris Bastarnarum erat, convenerunt*] Ita demum exhibet ultima Gruteri editio. Omnes priores legunt *conveniunt;* quod mutandi nullam legitimam causam video, et hinc revocavi.

§. 10. *Circumsident urbem*] Ita Clericus edidit: reliqui *circumsidunt*, quod Crevierius servavit. Supra 9, 21, 6. *Pisfliam ipsi socios Romanorum circumsidunt.* ubi vide, quae notantur. 36, 13, 7. *Inde*

Digitized by Google

ſtarnarum sine praesidio relicta [nullo negotio cepit. Baſtarnae, omni et commeatu et apparatu bellico, qui in caſtris fuerat, exuti, quum ejus reparandi facultas ex hoſtili regione, et infeſto tempore anni, nulla eſſet, patrias sedes repetere ſtatuerunt. Itaque ad Iſtrum regreſſi, non sine ingenti laetitia flumen alta concretum glacie offenderunt, quae nullum onus recusare videretur. Verum incumbente feſtinantium seque cursu agglomerantium hominum ac jumentorum toto simul agmine, glacies sub immenso pondere fatiscens subito diſſiluit, universumque agmen, quod diu suſtinuerat, mediis gurgitibus, victa tandem et comminuta, deſiituit. Plurimi ſtatim vorticibus hauſti sunt. Multos enatare conantes cruſtae diſſolutae fragmina superinducta merserunt. Pauci ex omni populo per utramque ripam vix concisis visceribus evaserunt.

Oros. l. 4. c. 20. *Baſtarnae Iſtro absorbentur.*

Appian. Syr. *Antiochus rex Syriae.*

(*XXIV.*) Per ea tempora Antiochus, Magni Antiochi filius, qui diu Romae obses fuerat, mortuo Seleuco fratre, Syriae regnum occupavit. Namque Seleucus, quem Philopatora Graeci vocavere, quum paternis cladibus fractas admodum Syriae opes accepiſſet, poſt otiosum nullisque admodum rebus geſtis nobilitatum annorum duodecim regnum, hunc minorem natu fratrem, miſſo Romam in ejus locum filio suo Demetrio, revocavit, ex foederis legibus, quo mutari identidem obsides oportebat. Vix ille Athenas pervenerat, quum Seleucus insidiis Heliodori, unius ex purpuratis, oppreſſus interiit. Hunc regnum affectantem Eumenes et Attalus expulerunt, induxeruntque in ejus poſſeſſionem Antiochum, quem

Liv. 38, 38. Appian.

Pellinaeum et circumsidunt, et mittunt ad Philippum, qui moneret. Similiter *subsidere* penultima brevi apud Silium 13, 221.

— — *subsidere saepe leonem,*
Nudus inire caput pugnas, certare juvenco.

Digitized by Google

sibi hoc tanto beneficio devinctum habere magni aestimabant. Jam enim ob quasdam offensiunculas suspectos habebant Romanos. Eorum auxiliis regno potitus Antiochus tanto populorum gaudio exceptus est, ut ei cognomen indiderint Epiphani, quod, quum alieni a stirpe regia regnum invaderent, ipse avitae ditionis assertor exortus suis illuxisset. Neque vero ei ad res bellicas defuit indoles et vigor animi. Verum ita pravus et inconsultus fuit in tota morum et instituendae vitae ratione, ut brevi, cognomine mutato, pro Epiphane Epimanes, id est insanus, vocitaretur. Saepe enim egressus e regia insciis ministris, uno aut altero comite, per urbem rosa coronatus et auro textam indutus vestem incedebat, interim lapidibus, quos sub ala gerebat, incessens obvios; interdum contra nummos in vulgus spargens, vociferansque, *fumat, cui fortuna dederit.* Alias vero per aurificum, caelatorumque, et aliorum fabrorum officinas discurrebat, de cujusque arte ambitiose differens: nunc cum obvio quoque plebejorum hominum sermones miscebat in publico, nunc circum popinas oberrans, cum ultimae sortis peregrinis et advenis compotationi indulgebat. Si quos forte juvenes tempestivum celebrare convivium senserat, ipse statim cum poculo et symphonia improvisus aderat comissabundus et lasciviens, ita ut rei novitate perculsi plerique se in fugam darent, partim metu conticescerent. In publicis quoque balneis cum turba eum lavare solitum fuisse constat. Ibi quum unguentis tamen pretiosissimis uteretur, ferunt quemdam ei de plebe hominem dixisse quondam:

Cognominatus Epiphanes.

Deinde Epimanes ob mores absurdos.

Polyb. apud Athen. lib. 5. et 10. et Ptolem. Euerg. apud eumdem lib. 10.

Diod. Sicul. apud Vales.

§. 1. *More, sella eburnea*] Desiderantur pauca, quibus mores Persei regis describebat, de quo dicere coeperat. Itaque subsequitur: *Perseus regio more, sella eburnea posita, jus dicebat.* SIG. *Romano more.* MURETUS. De Antiocho Epiphane, seu potius Epi-

Digitized by Google

Beatus es, o rex: unguenta maximi pretii oles. Cui ille, dicto delectatus, *jam te*, inquit, *ita beabo, ut saturum te esse fateare:* et statim in ejus caput ingentem unguenti nobilissimi urnam effundi jussit: ita ut, natante pavimento, in lubrico lapsantes tum ceteri, tum ipse rex inprimis cachinnos tollens concideret.

XX. (*XXV.*) Postremo, sumpta loco vestis regiae toga, quemadmodum Romae a candidatis fieri viderat, forum circumibat, singulos e plebe prensans amplexansque, et modo aedilitatem, modo tribunatum plebis petens: ac denique populi suffragiis magistratum adeptus, Romano] 1 more, sella eburnea posita, jus dicebat, disceptа- 2 batque controversias minimarum rerum. adeoque

mane, accipiendum fragmentum hoc T. Livii, quod non animadvertentes viri eruditissimi de Perseo acceperunt. Atque id si conferas cum alio Polybii fragmento, quod exstat apud Athenaeum lib. 5, [4.] rem inveniens unam eandemque ab utroque narrari, et T. Livium Polybii narrationem paene interpretari. HERALDUS ad Arnobium p. 249. Nemo aliter sentit, quam fragmento isthoc describi Perseum: quam opinionem, licet, deinceps exuant. Nam quis umquam de Persei moribus similia prodidit. Omnes profecto ad unum sugillant summam ejus avaritiam, nedum ut in ipsum ulla cadat magnificentia. Quid ergo? Quum haec omnia et alia plura Polybius apud Athenaeum lib. 5. Deipnos. attribuat Antiocho Epiphani Syriae regi, nemini dubium esse debet, eidem adscribenda item Liviana. Quod ipsum si etiam animadvertisset amicus noster Casaubonus, nunquam ibidem affirmasset, templum Jovis Olympici a Perseo inchoatum: quod nemo unquam scripsit. GRUTER. In eodem errore, hic de Perseo agi, etiam alii versati sunt, quos notavit Jac. Gronovius in Praefat. tom. 6. Antiq. Graec. Adde iis Henr. Stephanum 4. Schediasm. 7. et Lipsium 1. Saturn. 10. et 2, 9. DUKER. Non *regio*, ut putabat Sigonius, sed *Romano*, ut docet Muretus, praecessisse, constat ex laudatis Polybii et Diodori Sic. locis: eorum prior apud Athen. 5, 4. in narrat: *Καθίσας ἐπὶ τὸν ἐλεφάντινον δίφρον κατὰ τὸ περὶ Ῥωμαίοις ἔθος.* Alter in Excerpt. Vales. pag. 306. *καθὼς ἐπὶ Ῥωμαίοις ἔθιμον.* Recte vero Herald. et Gruter. fragmentum hoc referunt ad Antiochum Epiphanem Syriae regem, non, ut Sigonius fecit, ad Perseum, Philippi filium, Macedoniae regem: idque ex ipso Livii fragmento colligi potuisset. Dicitur enim rex, de quo hic agit Livius, *Antiochiae Jovis Capitolini* templum magnificum pollicitus esse; quod Syriae, non Macedoniae, regi convenit. Errori ansam dedisse videntur ultima verba Epitomes hujus libri; quae loco mota esse recte Gronov. docuit.

Jus dicebat, disceptabatque] Verba Polybii, quae vertit Livius, paene ad verbum tran-

Digitized by Google

nulli fortunae adhaerebat animus, per omnia genera vitae errans, uti nec sibi, nec aliis, quinam homo esset, satis constaret. Non adloqui amicos, vix 3
notis familiariter adridere; munificentia inaequali sese aliosque ludificari: quibusdam honoratis magnoque aestimantibus se puerilia, ut escae aut lusus, munera dare; alios nihil exspectantes ditare. Itaque nescire, quid sibi vellet, quibusdam videri. 4
quidam ludere eum simpliciter, quidam haud dubie insanire ajebant. In duabus tamen magnis hone- 5
stisque rebus vere regius erat animus, in urbium do-

scripsit Diodorus. [Exc. Vales. pag. 306.] Ἐκάθιζεν ἐπὶ δίφρου ἐλεφάντινου, καὶ καθὼς ἐσὶ Ῥωμαίοις ἔθιμον, διηκούετο τῶν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητούντων περὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ συμβολαίων. VALES. Polyb. apud Athen. loc. laud. Διήκουε συναλλαγμάτων, καὶ διέκρινε μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ προθυμίας.

§. 2. *Nulli fortunae adhaerebat animus*] Rubenius *formae*. Tacit. 1. Ann. [74.] *Qui formam vitae iniit, quam postea celebrem miseriae temporum et audaciae hominum fecerunt.* Posset etiam legi: *adeoque nulli firme adhaerebat animus, per omnia genera vitae errans. Nulli*, scilicet generi. J. FR. GRON. *forma* et *fortuna* saepe in Mstis commutantur. Vide ad 1, 23, 10. 3, 12, 5. c. 48, 7. 28, 24, 10. 35, 22, 4. 40, 28, 4. et Cel. Burm. ad Nason. 1. ex Pont. 10, 17. Similiter *formatus* et *fortunatus*. V. ad 4, 7, 3.

§. 3. *Magnoque aestimantibus se*] Utrum hoc est magno aestimantibus regem et praeter alios colentibus? an aestimantibus se ipsos, et quia apud regem honorati erant, sive ob hanc, sive illam caussam lauta ab eo munera exspectantibus? Mihi neque *illi magno aestimant regem*, neque *magno aestimant se ipsos* videtur sermo Livianus esse, et parum abest, quin hoc referam inter vestigia barbariei, quibus hoc fragmentum deturpatum esse dicit Heraldus ad Arnob. 4, 249. DUKER.

Escae aut lusus munera dare, alios nihil exspectantes ditare] Athenaeus: Καὶ γὰρ περὶ τὰς δωρεὰς ἦν παραπλήσιος. ἐδίδου γὰρ τοῖς μὲν ἀσραγάλους δορκαδείους, τοῖς δὲ φοινικοβαλάνους, ἄλλοις δὲ Χρυσίον· καὶ ἐξ ἀπαντήσεως δέ τισιν τυγχάνων, οὓς μὴ ἑώρακέ ποτε, ἐδίδου δωρεὰς ἀπροσδοκήτους. VALESIUS.

§. 4. *Ludere eum simpliciter*] Diodorus: ὡς τοὺς Χαριεσάτους ἄνδρας ἀπορεῖν περὶ αὐτοῦ· οἱ μὲν γὰρ ἀφέλειαν, οἱ δὲ ἀλογίαν, τινὲς δὲ μανίαν αὐτοῦ κατεγίνωσκον Athenaeus: ἐξ ὧν εἰς ἀπορίαν ἦγε τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἐπιεικεῖς. οἱ μὲν γὰρ ἀφελῆ τινα αὐτὸν εἶναι ὑπελάμβανον, οἱ δὲ μαινόμενον. VALESIUS.

§. 5. *In urbium domis, et Deorum cultu*] Locus hic de Antig-

Digitized by Google

6 nis, et Deorum cultu. Megalopolitanis in Arcadia murum se circumdaturum urbi est pollicitus, majoremque partem pecuniae dedit. Tegeae theatrum 7 magnificum e marmore facere instituit. Cyzici in Prytaneum, (id est penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur) vasa aurea mensae unius posuit. Rhodiis, ut nihil unum insigne, ita omnis generis, ut quaeque usus eorum po-

cho Epiphane totus est ex Polybio translatus, cujus verba exstant apud Athenaeum lib. 5. et hac parte sic se habent: *Ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς πάντας ὑπερέβαλλε τοὺς βεβασιλευκότας.* Valde laborat magnus interpres in vocabulo *θυσίαις*, sed apparet ex Livio *δωρεαῖς* vel *δόσεσι* scribendum: quorum alterum et Heraldo ad Arnobium [pag. 249.] in mentem venit. J. FR. GRON.

§. 7. *Cyzici in Prytaneum*] Melius *in Prytaneo*. Cap. 28, 7. quidem antea vulgabatur: *Tabulo in aedem Matris Matutae cum indice hoc posita est*: sed hoc Sigonius recte ex lib. 40, 52, 7. emendavit *in aede*. Signa, statuas *in templo, foro, Capitolio ponere*, Livius et alii saepe dicunt. 42, 6, 11. *Ut ponerent ea* (vasa aurea,) *in quibus templis viderentur*. c. 20, 1. *Columna rostrata in Capitolio bello Punico priore posita*. DUK.

Id est, penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur] Haec in animadversionibus Casauboni ad Athen. 15, 19. sublata distinctione post vocem secundam, recte concluduntur signis parenthescos: est enim ac si dixisset, ita vocant penetrale urbis. Prytanea in penetralibus, id est, in media parte urbium, sita fuisse, scribit Spanhem. ad Callimachi H. in Cerer. 129. ubi plura vide de Prytaneis, et in ejusdem diatriba de Vesta et Prytanibus Graecorum; in cujus parte priore sect. 15. errore, credo, typographorum perperam ex hoc loco adscriptum legitur *in Prytaneum, id est, in penetrale urbis*. DUKER. Vide Meursii Athen. Attic. 1, 8.

Rhodiis nihil unum insigne] Emendaveram, *Rhodiis ut nihil unum insigne, ita*. Sed video id praecepisse Freinshemium ad Tacitum. J. FR. GRON. Ita legendum monuerat Gronov. 4. Observ. 14, 230.

§. 8. *Jovis Olympii templum Athenis*] De hoc multa habet Meursius 1. Athen. Attic. 9. nonnulla etiam Casaub. ad Spart. Hadrian. 12. Cellarius scribit ad Vell. Pat. 1, 10. ab Antiocho inchoatum fuisse, quo tempore a Romanis, apud quos diu obses fuerat, dimissus Athenas, in Syriam profecturus, venerat. Nam quum ibi nuncium de morte fratris, ut refert Appian. in Syriac. p. 116. accepisset, eum ob subitum discessum id inchoasse tantum, non perfecisse dici. Sed Polybius et Livius et hoc et cetera omnia ab eo, quum jam rex esset, facta produnt. Nec credibile est, eum, qui privatus sine ulla spe regni obtinendi Athenas venerat, de tantae molis ac tam

Digitized by Google

ſtulaverunt, dona dedit. Magnificentiae vero in Deos 8
vel Jovis Olympii templum Athenis, unum in ter-
ris inchoatum pro magnitudine Dei, poteſt teſtis
eſſe. Sed et Delon aris insignibus ſtatuarumque co- 9
pias exornavit: et Antiochiae Jovis Capitolini ma-
gnificum templum, non laqueatum auro tantum, sed
parietibus totis lamina inauratum, et alia multa in
aliis locis pollicitus, quia perbreve tempus regni

immensi sumtus opere inchoando cogitaſſe, ac deinde, accepto nuncio de morte fratris, ibi tamdiu moratum fuisse, donec id inchoare poſſet. DUKER.

§. 9. *Sed et Delon aris insignibus ſtatuarumque copia exornavit*] Scribendum videtur *Deli aram insignibus*. Polybius: καὶ τῶν περὶ τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν ἀνδριάντων. HERALD. ad Arnob. pag. 249. Lege cum Ger. Voſſio ad Vellej. [1, 10.] *aris*. Hic quoque notandus error memoriae Casauboni, qui hoc ab nullo scriptore, praeterquam Athenaeo, tradi autumat. J. FR. GRONOV. Polybius apud Athen. 5, 5. iis, quae de Antiochi magnificentia in cultu Deorum scripserat, haec addit: Τοῦτο δ' ἂν τις τεκμήραιτο ἔκ τε τοῦ παρ' Ἀθηναίοις Ὀλυμπιείου, καὶ τῶν περὶ τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν ἀνδριάντων. Putat ibi Casaubonus, de ſtatuis ab Antiocho circa aram in Delo positis aliud teſtimonium in scriptis veterum non inveniri. Ea in re errorem memoriae illius notat Gronovius. Adsentirer, si idem prodidiſſet Livius, quod Polybius. Sed quum hic unam *aram in Delo*, ille non aram, sed ex Voſſii et Gronovii sententia insulam *Delon aris insignibus* exornatam dicat, nec Polybii narratio teſtimonio Liviano, nec Livii Polybiano confirmari poteſt. Polybium de insigni aliqua ara in Delo loqui, articulus τὸν indicio eſt; quae mihi non alia videtur eſſe, quam celeberrima illa et multis scriptoribus memorata ara cornea Apollinis in Delo. Sed hujus nulla mentio eſt in Livio, si is ita, ut viris doctiſſimis placet, scripsit. Vossio quidem ad Vell. Pat. 1, 10. judice, Livius non tam religiosus interpres Polybii fuit, ut ejus verbis se ubique adſtrinxerit. Verum aliud eſt verbis, aliud rebus se non adſtringere. Illud fido interpreti interdum licet; hoc Livium, si Polybium hic interpretatus eſt, sibi licere, et a mente auctoris, quem interpretabatur, abhorrentia tradere voluisse, non nimis verosimile eſt. Conjectura Heraldi ad Arnobium lib. 6. p. 249. non indigna eſt, quae consideretur. Verum hoc in ea incommodi eſt, quod, si quid ei loci detur, ex ea non apparet, quae sint *insignia*, quibus ara illa exornata fuerit. Si hic in tam lacero fragmento veſtigium aliquod lacunae esset, conjici poſſet, subſtantivum, cui additum fuerit *insignibus*, excidiſſe. DUKER.

Sed parietibus totis lamina inauratum] Forte *inductum*, vel *inducta*. Juſtinus [12, 7, 6.] *Phaleras equorum ac arma militum argento inducit*. J. FR. GRON. *in-*

Digitized by Google

10 ejus fuit, non perfecit. Spectaculorum quoque omnis generis magnificentia superiores reges vicit; reliquorum sui moris, et copia Graecorum artificum.
11 Gladiatorum munus Romanae consuetudinis primo majore cum terrore hominum, insuetorum ad tale
12 spectaculum, quam voluptate, dedit: deinde saepius dando, et modo vulneribus tenus, modo sine missione etiam, et familiare oculis gratumque id spectaculum fecit, et armorum ſtudium plerisque juve-
13 num accendit. Itaque, qui primo ab Roma magnis praemiis paratos gladiatores arceſſere solitus erat, jam suo [e regno voluntarios facile paravit gladiatores, operam ultro ad depugnandum exigua mercede offerentes. Ceterum eamdem in edendis spectaculis, quam et in cetera

auratum merito offendit Gronovium. Sed sive *inducta*, sive *inductum* legas, aliquid supplendum relinquitur. An ex praecedentibus *laqueatum auro* intelligi poteſt *aurea*, vel *ex auro*? DUKER. Si quid mutandum, cum Gronovio malim *lamina inducta*, sc. *auri* ex praecedenti *laqueatum auro*. Plinius 35, 6. *Leucophron ſit, hoc eſt, glutinum auri, quum inducitur ligno.*

Perbreve tempus regni] Appian. in Syriac. 131. eum tantum duos annos regnaſſe scribit. Sed, hunc certiſſimum errorem sive ipsius Appiani, sive librariorum eſſe, alii oſtenderunt. Nam ex Eusebii Chronico, et Canone, aliisque satis conſtat, eum XI. annos regnaſſe. Quod ergo Livius *perbreve tempus regni ejus* fuiſſe dicit, accipiendum puto de tempore, quo poſt illa Antiochiae et aliis urbibus promiſſa superſtes fuit. Nam *perbreve tempus* longe minus, quam XI. annorum, spatium eſt. Vide Cicer. 3. in Verr. 9. et Ovid. 4. Triſt. 10, 70. DUKER.

§. 10. *Reliquorum sui moris, et copia Graecorum artificum*] Conjicio *religione sui moris*. Memineris autem *τὸ magnificentia* accipere nominativo casu. Spectaculorum ab Antiocho ludorumque datorum magnificentiam superaſſe aït priores reges duabus rebus iſtis. *sui moris* addit, ne quis eam exigeret ad Romanos. J. FR. GRON. Polybius apud Athenaeum scribit, simulacra omnium, quotquot apud homines vel dicuntur, vel habentur Dii, et heroum in pompa praelata fuisse. Si eo respexiſſe putamus Livium, *religione* ex iis quodammodo confirmari poteſt. Sed vix poſſum credere, *magnificentia* nominativum, et verbum *vicit* ad alium, quam ad Antiochum, referendum esse, de quo omnia superiora *dedit, inſtituit, posuit*, et porro cetera, ac deinde *dedit*,

Digitized by Google

vita, pravitatem animi levitatemque exhibuit, ut ludorum apparatu nihil magnificentius, nihil ipso rege vilius aut contemptius videretur. Quod quidem quum saepe alias, tum maxime in iis ludis apparuit, quos, aemulatus eorum magnificentiam, qui a Paulo in Macedonia post devictum Persea dati fuerant, immani sumptu, nec minore suo dedecore, Antiochiae edidit. Verum ad Romanas res revertamur, a quibus nos longius abstraxit hujus regis mentio. Polyb. et Diod. ubi supra.

XXI. (*XXVI.*) Ti. Sempronius Gracchus, qui per biennium Sardiniam obtinuerat, tradita Ser. Cornelio Sullae praetori provincia, reversus Romam triumphavit de Sardis. Tantam captivorum multitudinem ex ea insula illum abduxisse ferunt, ut longa eorum venditione res in proverbium vene- Liv. 41, 17. c. 21. 28. Auctor de Vir. Illustr. Fest. V. *Sardi Venales.*

fecit, accendit dicuntur. Mihi hic quoque quaedam, in quibus de Asiaticis artificibus actum fuerit, videntur periisse. DUK. Aliquid hic latere, quod male habet, certum mihi est. Vide, num vitium tolli possit ejiciendo voculam *et*. *Reliquorum* spectaculorum *sui*, id est Syriaci, *moris* magnificentia Antiochus superiores reges vicit, nempe *copia Graecorum artificum*. ut sensus sit, exsuperantem Antiochi magnificentiam ratione spectaculorum moris Syriaci constitisse in copia Graecorum artificum. Opponuntur hic *spectacula sui moris* et *gladiatorum munus Romanae consuetudinis*. Per *artifices* hic recte Crevier. intellexit histriones similesque, quorum opera spectacula eduntur. Vide ad 5, 1, 5. et 7, 2, 6.

§. 11. *Gladiatorum munus Romanae consuetudinis*] Forte *Gladiatorium munus*. Vide ad 39, 42, 9.

§. 13. *Jam suo.....*] Lipsius 2. Saturn. 9. conjicit, Livium his subjecisse *e regno Romam mittebat*, aut quid tale. Dicit enim se credere, gladiatores, quibus *Thraces* nomen erat, non solum ab armatura, quod veteres prodiderunt, dictos fuisse; sed etiam, quia ex ea gente erant. Fuisse autem eos natione Thraces ex eo sibi odorari videtur, quod Perseus, qui *ante* gladiatores *Romae* arcessere solitus fuerat, deinde dicatur *jam suo*.... quam lacunam verbis, quae scripsi, apte suppleri posse putat. Lapsus est eodem errore vir eruditissimus, quo alii, qui haec de Perseo scribi crediderunt. DUKERUS.

§. 1. *Suo pio inter peregrinos*] Hoc loco interciderunt comitia consularia, quibus consules creati sunt Sp. Postumius Albinus, Q. Mucius Scaevola. Comitia item praetoria. De sortitione autem provinciarum praetorum subse-

Digitized by Google

Fasti Capit. Adde Pighium.

rit, et *Sardi venales* pro rebus vilibus vulgari joco celebrati fuerint. Triumphaverunt et consules ambo, Scaevola de Liguribus, Lepidus de iisdem et Gallis. Tum comitia magistratuum in insequentem annum habita. Creati consules sunt Sp. Postumius Albinus, Q. Mucius Scaevola. Praetoriis comitiis fortuna inter ceteros candidatos P. Africani filium L. Cornelium Scipionem, sive is Cnaeus fuit, non sine magna invidia in certamen conjecit cum C. Cicerejo, qui patris ejus scriba fuerat. Nam quinque jam nominatis praetoribus, C. Cassio Longino, P. Furio Philo, L. Claudio Asello, M. Atilio Serrano, Cn. Servilio Caepione, quum extremo saltem loco adhaerescere Scipio niteretur, adeo a patris virtutibus degeneraſſe visus est, ut omnium centuriarum suffragiis ei Cicerejus anteferretur, nisi hic sive fortunae crimen, sive comitiorum errorem modestia sua emendaſſet. In hoc campestri certamine patroni sui filium vincere non sustinuit, abjectaque statim candida toga, ex competitore de victoria cer-

Comitia.

Africani filius ope Cicereji praetor.

Val. Max. 4, 5. et 3, 5.

quitur hoc modo. *Jam praetores sortiti provincias erant, C. Cassius Longinus urbanam, L. Cornelius Scipio inter peregrinos.* SIG. Sigonius vocem *suo*, notae initio praescriptam, huc retulit ex fine fragmenti praecedentis, quod desinit in ejus editione voce *jam*, non, ut habent priores edd. vocibus *jam suo*. Ex *suo pio* autem fecit *Scipio*, et in contextu edidit *L. Cornelius Scipio inter peregrinos*; quod nomen supplevit ex cap. 27. Sententiam ejus veram puto, indicium tamen supplementi superesse volui; ut etiam Crevierius voluit. Adde Pighium in Annal. ad A. V. IↃLXXIX. pag. 357.

§. 2. *M. Atilio praetori*] Ita recte Sigonius emendavit. Priores praeferunt *M. Attilio*. Vide supra ad 5, 13, 3.

In Corsicam jussus est transire] Hoc extra ordinem factum est; fortasse quod, etsi Sardinia nuper a Graccho pacata erat, cap. 17. tamen ea nondum ita tranquilla erat, ut tutum esset, exercitum Romanum inde in Corsicam abduceré. Nam alioqui, auctore Sex. Rufo in Brevior. c. 4. harum provinciarum administratio jam olim conjuncta fuerat: quod etiam ex Liv. 40, 18. 19. 34. et 42, 1. 7. intelligi potest. DUKER.

Cornelio prorogatum imperium] Fuisse Ser. Cornelium Sullam, existimat Pighius in Annal. ad A. V. IↃLXIX. p. 313. eum autem anno proximo praetorem crea-

Digitized by Google

to gratus cliens et competitoris sui suffragator factus est. Sic honorem, quem a populo impetraturus Scipio non videbatur, ope Cicereji consecutus est, majore Cicereji gloria, quam sua. Consulibus provinciae assignatae sunt Gallia et Ligures. Mox sortiti praetores, C. Cassius Longinus urbanam jurisdictionem obtinuit, L. Cornelius Sci]pio 1
inter peregrinos. M. Atilio praetori provincia Sardi- 2
nia obvenerat: sed cum legione nova, quam consules conscripserant, quinque millibus peditum trecentis equitibus, in Corsicam jussus est transire. dum is ibi bellum gereret, Cornelio prorogatum imperium, uti obtineret Sardiniam. Cn. Servilio Caepioni in 3
Hispaniam ulteriorem, et P. Furio Philo in citeriorem tria millia peditum Romanorum, equites centum quinquaginta, et sociûm Latini nominis quinque millia peditum, trecenti equites: Sicilia L. Claudio sine supplemento decreta. Duas praeterea le- 4
giones consules scribere jussi, cum justo numero pe-

tum Sardiniam obtinuisse ad A. V. IDLXXVIII. pag. 353. Ratio est, quia infra 45, 17. numeratur inter praetorios, qui legati ad Macedoniam constituendam e senatu missi sunt; ejusque praetura alibi non memoratur.

Ut obtineret Sardiniam] Ita demum ultima Gruteri editio, et post eam recentiores omnes. Priores *uti obtineret*. Licet nihil intersit, priscam tamen lectionem revocavi.

§. 3. *L. Claudio sine supplemento*] Suetonius tamen in Tiber. 1. *Gens Claudia quum praenominibus cognominibusque variis distingueretur, Lucii praenomen consensu repudiavit, postquam e duobus gentilibus praeditis ea alter latrocinii, caedis alter convictus est.* Id si verum, qua ratione ergo hic *L. Claudius* memoratur? Sed forte dicendum, repudiationem praenominis *Lucii* a Suetonio relatam his temporibus posteriorem esse. Alter tamen eodem praenomine alibi apud Livium non obcurrit.

§. 4. *Cum justo numero peditum equitumque*] Vocula *cum* inducenda videtur. Duae legiones debebant esse justo numero peditum equitumque. Supra 42, 35, 4. *Ut quatuor legiones scriberet urbanas, justo numero peditum equitumque.* Eadem praepositio Clariss. Dukero etiam suspecta erat.

§. 5. *Postilentia, quae priore anno in boves ingruerat*] Obsequ. de

Digitized by Google

ditum equitumque, et decem millia peditum sociis
5 imperare, et sexcentos equites. Delectus consulibus eo difficilior erat, quod pestilentia, quae priore anno in boves ingruerat, eo verteret in hominum morbos. qui inciderant, haud facile septimum diem superabant: qui superaverant, longinquo, maxime
6 quartanae, inplicabantur morbo. Servitia maxime moriebantur. eorum strages per omnes vias insepul-

Prodig. cap. 66. *Gravi pestilentia hominum boumque cadavera, non sufficiente Libitina, quum jacerent, vulturius non adparuit.* Scheff. ad eum locum notat, *boumque* videri posse compendium esse vocabuli *brutorumque*; postea tamen nihil mutat ob Livii verba sequentia *in tanta strage boum hominumque:* sed per *boves* omne genus pecoris armentique intelligendum autumat. Non video tamen cauſſam, cur ita proprie dicti boves intelligi nequeant, praesertim quum veteris aevi monumenta doceant, similem pestilentiam bubus non semel incubuisse. Notum est carmen *de Mortibus boum*, quod sub Severi Sancti, id est Endelechi, Rhetoris nomine vulgo circumfertur, et notis Weitzii inlustratum ante aliquot annos recusum est. Ejusdem morbi boum meminere Annales, quos alii Adelmi, alii Eginharti nomine laudare solent, ad ann. ɔɔcccx. *Tanta fuit in ea expeditione boum pestilentia, ut pene nullus tanto exercitui superesset; quin omnes usque ad unum interirent. Et non solum ibi, sed etiam per omnes imperatori subjectas provincias in illius generis animalia mortalitas inmanissime grassata est.* Quae tantum non eadem apud Reginon. et Annalist. Saxon. ad eumdem ann. reperiuntur. (* V. Eccard. Rer. Franc. Orient. l. 18. p. 208.) Aliud exemplum memorat Regin. ad ann. ɔɔccccxlii. *Sidus simile cometae per quatuordecim noctes visum, et inmensa mortalitas boum secuta est.* et Annalista Saxo ad ann. ɔɔccccxliii. *Cometas et inundationem pestilentiae boum secuta est.* (* Michaël. Glyc. in Annal. T. 9. Hist. Byz. p. 235. Aliud Ubbo Emmius l. 10. p. 150. ad a. 1249. et seq.) Aliud rursus Meyer. in Annal. Flandr. ad ann. ɔɔccclx. Utinam pleraeque Belgii nostri regiones numquam expertae fuissent, quantum damni respublica ex simili boum morbo anno ɔɪɔɔccxiii. et sequentibus sensisset! ut Deus postea similem cladem a patria avertere velit, omnes vovemus.

Eo verterat in hominum morbos qui inciderant, haud facile septimum diem superabant] Suspicor sic legendum *eo verterat in homines. In morbos qui inciderant, haud facile septimum diem superabant.* quamquam usus est etiam ejusmodi genere dicendi lib. 25, [26, 8.] *Ut neglecti, qui incidissent, morerentur.* Et Cic. in Pison. [35.] *Neque se recreare quisquam posset, qui semel incidisset.* SIGON. Sic [*verterat in homines. In morbos qui inciderant*] Sigonius mutavit, quod erat *in hominum morbos. Qui inciderant.* Sed ipse praebet, quo refutetur: nempe, *qui inciderant*, sic breviter poni lib. 25, [26.] et Ciceroni in Pison. [35.] Conferuntur autem hominum morbi

Digitized by Google

torum erat. Ne liberorum quidem funeribus Libitina subficiebat. Cadavera, intacta a canibus ac 7
vulturibus, tabes absumebat: satisque constabat, nec illo, nec priore anno, in tanta strage boum hominumque, vulturium usquam visum. Sacerdotes 8
publici ea pestilentia mortui sunt, Cn. Servilius Caepio pontifex, pater praetoris, et Ti. Sempronius Ti. F. Longus decemvir sacrorum, et P. Aelius Paetus

non cum bobus ipsis, sed cum pestilentia, quae in boves ingruerat. J. FR. GRON. *verterat* primus Sigonius, et post eum reliqui ediderunt. Priores legunt *verteret*, quod reduxi.

Qui superabant, longinquo etc. *implicabantur morbo*] Primae edd. exhibent *qui superaverant*. Postrema Gruteri *qui superarant*. Gronoviana anni 1665. *qui superabant*. Sed priscam lectionem revocavi. *Longinquus morbus* est diuturnus. Vide ad 7, 29, 1.

§. 8. *Ti. Sempronius T. F. Longus*] Lege *Ti. Sempronius C. F. Longus*, nam anno DXLI. [lib. 27, 6, 16.] ait: *Decemvir sacris faciundis in locum Ti. Sempronii Ti. F. Longi Ti. Sempronius C. F. Longus suffectus*. Qui ergo creatur eo anno, hoc moritur. Ibi autem idcirco praenomina apposuit, ut internoscerentur. SIG. Vetus et genuina scriptura fuit *Ti. Sempronius T.* (pro *Ti.*) *F. Longus*. Mutavit eam Sigonius ex lib. 27, 6, 16. qui locus potius corrigendus erat ex hoc, ut recte illic fecit et edidit ὁ πάνυ, membranarum auctoritate, ut videtur, ad id inductus. Verum eo minus auscultandum hic fuit Sigonio, contra Msti codicis et historiae fidem antiquam lectionem rejicienti. Revera enim Ti. Sempronius fuit Ti. non Caji F. sed Caji N. suffectus in hoc sacerdotium, quod saepe factum esse vel ex hoc eodem cap. apparet, patri suo Ti. Sempronio C. F. qui consul fuit cum P. Scipione anno primo belli Punici secundi, quorum filii itidem fuere collegae in eodem magistratu XXIV. annis post, ab V. C. 1015. quo anno in Fastis Capitolinis, quorum fides in dubium vocari nequit, hic Ti. Sempronius scribitur *Ti. F. C. N.* ad quod dignitatis fastigium per omnes honorum gradus productus est anno XVI, postquam sacerdotium hoc adeptus erat. JAC. PERIZ. Vetus scriptura fuerat *T. Sempronius T. F. Longus*; pro quo Froben. anno 1535. substituit *Ti. Sempronius T. F.* Sed viris doctis *Ti. Sempronius Ti. F.* legentibus adsentior. Videnda sunt, quae notantur ad 27, 6, 16. ubi decemvir sacrorum creatus esse dicitur, et ad 34, 42, 3. Cn. Servilius Caepio, qui praecedit, pontifex factus memoratur supra 25, 2. Qui sequitur P. Aelius Paetus augur creatur 27, 36. Ti. Sempronius Gracchus idem sacerdotium admodum adolescens obtinet 29, 38.

C. Attilius Aemilius curio maximus] Ut dixi supra in eo anno, quo creatur curio [27, 8, 2.] legendum est *C. Mamilius Vitulus curio maximus*, SIG. Recte Sigonius *C. Mamilius Vitulus*. Nisi

Digitized by Google

augur, et Ti. Sempronius Gracchus, et C. Mamilius Vitulus curio maximus, et M. Sempronius Tuditanus 9 pontifex. pontifices subfecti sunt, C. Sulpicius Galba *** in locum Tuditani. Augures subfecti sunt, in Gracchi locum T. Veturius Sempronianus, in P. Aelii Q. Aelius Paetus. Decemvir sacrorum C. Sem-

paullo plus obsequendo vetustis apicibus malis: *C. Vitulus Mamilius.* J. FR. GRON. Lectio haec *C. Attilius Aemilius* demum adparuit in edd. Gryphii anni 1554. et Basileensibus ejusdem ac sequentis anni. Priores *C. Attelius Aemilius* praeferunt. Quae lectio Gronovio ansam legitimam dedit potius *C. Vitulus Mamilius*, quam *C. Mamilius Vitulus*, legendi. Nam et supra 27, 8, 2. pro *Vitulus* legebatur *Attelius*. Ex *Mamilius* autem abjecta prima litera factum est *Amilius*, et inde *Aemilius*. Nomina autem hoc ordine interdum obcurrere, vidimus ad 26, 22, 13. et 40, 25, 1. Ceterum M. Sempronius Tuditanus, qui verbis sequentibus memoratur, pontificatum adeptus legitur supra 39, 46.

§. 9. *Pontifices subfecti sunt C. Sulpicius Galba in locum Tuditani*] Excidit nomen pontificis, suffecti in locum Cn. Servilii Caepionis demortui. Ait enim, *pontifices suffecti sunt C. Sulpicius Galba in locum Tuditani, ... in locum Caepionis.* Neque enim, si de Galba solum dixisset, *pontifices suffecti*, sed *pontifex suffectus*, dixisset. SIGON. Recte jam primi hujus partis Livianae editores adposito in margine signo indicarunt, locum non integrum esse; Sigonius vero monuit, quaedam, et quidem pontificis in locum Caepionis demortui nomen, excidisse: legendum tamen mihi videtur, *pontifices suffecti sunt, C. Sulpicius Galba in locum Caepionis, *** in locum Tuditani.*

In Gracchi locum T. Veturius Gracchus Sempronianus] Ita praeerunt edd. primae. Sed *Sempronius*, pro *Sempronianus*, errore librariorum exhibuit ed. Basil. anni 1539. quod servarunt Curio, edd. Lugd. anni 1553. Basil. anni 1555. Paris. anni 1573. et omnes recentiores usque ad Gronov. qui in prima ed. *Sempronianus* revocavit, et monuit, intelligendum esse Sempronio patre natum, qui in Veturiam gentem adoptione transiisset. Notum est, eum, qui alteri in adoptionem dabatur, nominibus, quae antea obtinuerat, omissis, patris adoptantis nomina recepisse, iisque nomen gentis, unde natus erat, paullulum inmutatum adjecisse. Recte igitur ex gente Sempronia in Veturiam adoptatus dictus est *Sempronianus*; verum unde habuit cognomen *Gracchus*, quod non genti Veturiae, sed Semproniae, competiit? Pighius in Annal. ad A. V. DLXXXIII. p. 371. eum vocat *Ti. Veturium Sp. F. Ti. N. Calvinum Gracchum Sempronianum*, et a Ti. Graccho augure adoptatum, et in locum ejus augurem factum esse censet. Sed antiquitatum peritior Pighius exstitit, quam ut haec ipsi scienti et adtento excidisse potuerint. Si enim a Ti. Gracho adoptatus esset, unde ipsi nomina *Veturius* et *Sempronianus* adhaesissent? unde *Sp. F. Ti. N.*

Digitized by Google

pronius Longus, curio maximus C. Scribonius Curio subficitur. Quum peſtilentiae finis non fieret, sena- 10
tus decrevit, uti decemviri libros Sibyllinos adirent. Ex decreto eorum diem unum supplicatio fuit. et, 11
Q. Marcio Philippo verba praeeunte, populus in foro votum concepit: *Si morbus peſtilentiaque ex agro Ro-*

diceretur? Si ex gente Veturia natus a Ti. Sempronio Graccho augure adoptatus fuisset, dici debuisset *Ti. Sempronius Ti. F. .. N. Gracchus Veturianus.* Potius igitur Pighius dicere voluisse videtur, natum fuisse Ti. Graccho augure, eique in sacerdotio illo sublectum esse, sed adoptione transiisse in gentem Veturiam. Insuper credibile non est, (quod tamen Pighius statuere debebat, si illa, quam dixi, mens ejus fuit) patrem ejus adoptivum Veturium *Calvini* cognomen habuisse. Calvinorum enim in gente Veturia diu antea mentio facta non est: unde verisimile fit, familiam illam ante haec tempora desiisse. Quin insuper, si tamen *Calvini* cognomen pater adoptivus habuit, alterum cognomen *Gracchus*, quod patris naturalis erat, ei post adoptionem convenire nequit. Sigonius edidit *T. Veturius Crassus Sempronianus*; sed mutatae lectionis in Scholiis causſam dare omisit. *Crassus*, pro *Gracchus*, scribendum esse, etiam Cl. Jac. Perizonius ad oram Livianae editionis conjecit: in epistola autem ad Morellum de Numm. Consular. p. 238. hanc conjecturae rationem reddit: „Crediderim, librarios, quum notissimum illis esset *Gracchi* cognomen, et apud Livium legerent in *Sempronii Gracchi* locum „hunc *Sempronianum Veturium* „suffectum, ideo pro *Crasso*, usitato Veturiorum tunc cognomine, temere repetiisse cognomen Semproniorum *Gracchus*.“ Magnae verisimilitudinis speciem huic emendationi conciliasset, si vel uno exemplo probasset, verum esse, quod adfirmabat, *Crassus* usitatum Veturiorum *tunc* cognomen fuisse. Verum, quum per duo ferme secula, sive post annum CCCLXXXVI. nullus Veturius memoretur, qui *Crassi* cognomen habuerit, quod sententiae Pighii, qui cum *Calvini* cognomen habuisse credidit, obstare modo dixi, multo magis huic Perizonii obstabit. Verisimilius itaque puto, *Philo*, pro *Gracchus*, restituendum esse, et librarios inde erravisse, quod eorum menti praecedens vox *Gracchi* obversaretur. Natus autem videtur patre Ti. Graccho, cui in sacerdotio auguratus successit, adoptatus autem esse a Ti. Veturio Philone, qui Flamen Martialis memoratur 29, 38, 6. hinc legendum erit *Ti. Veturius Philo Sempronianus*. Praenomina autem *Tiberius* et *Titus*, sive eorum notas *Ti.* et *T.* passim in Mſtis commutari, saepius dictum est. Vide ad 40, 44, 12.

Curio maximus C. Scribonius curio] Altera vox *Curio* cognomen est Scriboniorum. Itaque majore litera notanda est, ut distinguatur a priore voce, quae sacerdotium significat. SIG. Vide ad 33, 42, 10.

§. 11. *Q. Marcio Philippo verba praeeunte*] Eum decemvirum sacrorum fuisse, constat ex 40, 42,

Digitized by Google

mano emota esset, biduum ferias ac supplicationem se ha-
12 *biturum.* In Vejenti agro biceps natus puer, et Sinuessae unimanus, et Auximi puella cum dentibus; et arcus interdiu sereno coelo super aedem Saturni in foro Romano intentus, et tres simul soles efful-
13 serunt: et faces eadem nocte plures per coelum lapsae sunt in Lanuvino: Caeritesque anguem in oppido suo jubatum, aureis maculis sparsum, adparuisse adfirmabant. et, in agro Campano bovem locutum esse, satis constabat.

1 XXII. (*XXVII*) Legati Nonis Juniis ex Africa redierunt, qui, convento prius Masinissa rege, Karthaginem ierant: ceterum certius aliquanto, quae Karthagine acta essent, ab rege rescierant, quam ab
2 ipsis Karthaginiensibus. compertum tamen adfirmave-

12. Eorum autem sacerdotum erat in his verba praeire. Supra 4, 21, 5. *Obsecratio itaque a populo duumviris praeeuntibus est facta.* Infra 43, 13, 8. *Omnia, uti decemviri praeierunt, facta.* Vide ad 42, 2, 3.

§. 12. *Oximi puella cum dentibus*] Oppidi nomen pariter scribitur cap. 27. et lib. 42, 20. At, verum ejus nomen *Auximum* esse, monuit Cluver. 2. Ital. Ant. 11, 737. Vide etiam Cellar. 2. Geogr. Ant. 9. pag. 479. Corrupta, quae nunc obtinet, lectio formata videtur ex ejus nomine hodierno *Osimo*, vel *Osmo*.

§. 13. *Faces* etc. *lapsae sunt in Lanuvino: Caeritesque*] Priscianus lib. 4, [633.] citat hunc locum sic: *Livius histor. ab urbe cond. lib. XLI. Lanuvini, Caeritesque anguem jubatum nunciarunt.* Itaque legendum est ita: *lapsae sunt. Lanuvini, Caeritesque.* SIG. Si quia conjecturam Sigonii ob Prisciani auctoritatem recipiendam putabit, non adversabor; et ita faces per coelum lapsae referendae sunt ad prodigia Romae visa, ut dixi ad 29, 14, 3. Verum, quum Prisc. laudet *Lanuvini Caeritesque anguem jubatum apparuisse nunciarunt*, eadem ratione *nunciarunt*, pro *affirmabant*, recipiendum erit. Potius videtur, ut, servata Msti lectione, credamus, Priscianum neglegentius Livium consuluisse; qui tantum locum laudavit, ut doceret, antiquos non tantum *Caeretes*, sed etiam *Caerites* dixisse.

Anguem in oppido suo jubatum] Angues *jubatos* alii crinitos interpretantur, alii crinitos. Vide

Digitized by Google

verunt, legatos ab rege Perseo veniſſe, iisque noctu senatum in aede Aesculapii datum eſſe, ab Karthagine legatos in Macedoniam miſſos, et rex adfirmaverat, et ipsi parum conſtanter negaverant. In Macedoniam quoque mittendos legatos senatus censuit. tres miſſi sunt, C. Laelius, M. Valerius Meſſalla, Sex. Digitius. Perseus per id tempus, quia quidam Dolopum non parebant, et, de quibus ambigebatur rebus disceptationem ab rege ad Romanos revocabant, cum exercitu profectus, sub jus judiciumque suum totam coëgit gentem. Inde, per Oetaeos montes transgreſſus, religionibus quibusdam animo objectis, oraculum aditurus Delphos adscendit. Quum in media repente Graecia adparuiſſet, magnum non finitimis modo urbibus terrorem praebuit, sed in Asiam quoque ad regem Eumenem nuncius tumultus ejus

3

4

5

Turneb. 29. Advers. 4. Cerd. ad Virgil. 2. Aen. 206. et interpretes Plauti Amphitr. 5, 1, 56. DUKERUS.

§. 1. *Legati Nonis Julii*] Ut dixi alio loco, si *Julias Nonas* intelligeret, *Quinctiles* dixiſſet, quomodo ante Caesarem dictatorem loquebantur. Itaque *Junias* repono, et alibi ex veterum librorum auctoritate feci. Plutarchus saepe *Καλάνδας Κυντιλίας, ἃς νῦν Ἰουλίας καλοῦμεν*. SIG. V. ad 23, 32, 14. Quum autem primae edd. praeferant *Non. Jul.* ejusque loco legendum sit *Non. Jun.* id non solvendum eſt per *Nonis Junii*, ut Vascos. et poſt eum reliqui fecerunt, sed potius *Nonis Juniis*, quia Livius ita loqui amavit. Vide hoc lib. ad cap. 16, 1.

§. 5. *Religionibus quibusdam animo objectis*] *animum objectis* edd. Sigonii anni 1572. et 1592. pro quo Pithoeum *ad animum objectis* conjeciſſe, Hearnius teſtatur. At potius *animo*, quod omnes ante Sigonium, et ipsius Sigonii prima ed. servant, verum eſt; *animum* autem ex operarum errore originem ducit. Mox *Delphos adscendit* edd. quod in *escendit* mutare proclive foret. Vide ad 29, 11, 5. ubi viri docti ex Mſtis emendarunt *Delphos quum escendiſſet*. Verum hic unicus cod. servat *ascendit*, et similiter infra cap. seq. §. 13. legit, ut et *ad Gitonas*, sive ut Jac. Gronov. emendat, *Aegilipa ascenderent* 42, 38, 1. Deinde *ad regem Eumenem* edd. principes. Gryphius poſtea *Eumenē* ambigue, hinc mox *Eumenem* Curio; et recte. Nam quartum casum Graeci firmant *Εὐμένεα*, vel *Εὐμένη*.

Digitized by Google

6 venit. Triduum, non plús, Delphis moratus, per Phthiotidem Achajam, Theſſaliamque, sine damno injuriaque agrorum, per quos iter fecit, in regnum
7 rediit. Nec earum tantum civitatium, per quas iturus erat, satis habuit animos sibi conciliare: aut legatos, aut literas dimisit, petens, *ne diutius simultatum, quae cum patre suo fuiſſent, meminiſſent. nec enim tam atroces fuiſſe eas, ut non cum ipso potuerint, ac de-*
8 *buerint, finiri. Secum quidem omnia illis integra eſſe ad inſtituendam fideliter amicitiam.* Cum Achaeorum maxime gente reconciliandae gratiae viam quaerebat.
1 XXIII. (*XXVIII.*) Haec una ex omni Graecia gens, et Atheniensium civitas, eo proceſſerat ira-
2 rum, ut finibus interdiceret Macedonibus. Itaque

§. 6. *Per Phthiotidem Achajam, Theſſaliamque*] Male Clericus, interposita distinctione, *per Phthiotidem, Achajam, Theſſaliamque.* De *Phthiotis Achaeis* vide supra ad 36, 15, 7. Quod hic *Phthiotidem Achajam, Theſſaliamque* vocat, id infra 42, 40, 6. *Theſſaliam et Maliensem agrum* vocavit.

§. 7. *Nec earum tantum civitatum*] Ita demum exhibent Vascos. Gryph. Curio, et poſt eos reliqui recentiores. Priores legunt *civitatium*; quomodo etiam scriptum inveni in hac parte ultima Livii 42, 25. 30. 39. 42. 45. 53. 67. 43, 6. 45, 23. 29. 34. omnibusque aliis locis, praeterquam lib. 43, 19. et 44, 24. quod revocavi. V. ad 33, 20, 11. Si cod. adsentiretur, mallem etiam mox, ob perpetuam Livii consuetudinem, *simultatium*. Vide ad 39, 44, 2.

Animos sibi conciliare: aut legatos, aut literas dimisit] Legendum eſt, *sed aut legatos, aut literas dimisit.* SIG. In veteri codice defuit τὸ *sed*, quod Sigonius de conjectura addidit. Videntur plura deeſſe: sin, ne hoc quidem adjecto opus eſt. J. FR. GRON. V. ad 28, 39, 11. et 36, 19, 10. Livium forte dediſſe, Clariſſ. Crevierius conjecit, *sed circa omnes Graeciae civitates aut legatos* etc.

§. 2. *Quum finibus suis interdixiſſent*] Clar. Jac. Perizonius ad marginem Livii scribendum conjecit: *quum finibus suis iis interdixiſſent.* Quomodo verbis proximis praecessit: *Eo proceſſerat irarum, ut finibus interdiceret Macedonibus.* Et mox hoc cap. sequetur: *Regibus Macedonibusque ipsis, finibus interdixiſſemus.* Facile pronomen excidere potuit ob similitudinem literarum finalium proximae vocis. Videtur tamen commode abeſſe poſſe.

§. 3. *Comprensis omnibus, literas. Ceterum ne similis*] Poſt vocem *literas* exciderunt verba ali-

Digitized by Google

servitiis ex Achaja fugientibus receptaculum Macedonia erat: quia, quum finibus suis interdixissent, intrare regni terminos ipsi non audebant. Id quum 3
Perseus animadvertisset, comprehensis omnibus, literas ***. ceterum, ne similis fuga servorum postea fieret, cogitandum et illis esse. Recitatis his literis 4
per Xenarchum praetorem, qui privatae gratiae aditum apud regem quaerebat, et plerisque moderate et benigne scriptas esse censentibus literas, atque his maxime, qui praeter spem recepturi essent amissa mancipia; Callicrates ex iis, qui in eo verti salutem 5
gentis crederent, si cum Romanis inviolatum foedus servaretur, *Parva*, inquit, *aut mediocris res, Achaei, quibusdam videtur agi; ego maxime gravissimam om-* 6

quot, quae hunc sensum explerent: *comprensis omnibus literas ad Achaeos misit, quibus se servos eorum, qui ad se transfugerant, benigne remittere illis scripsit. Caeterum, ne similis fuga servorum postea fieret, cogitandum et illis esse.* Haec sententia elicitur ex sequentibus Callicratis verbis: *Inde literas ad nos cum muneris specie misit, et cogitare jubet, quo modo in reliquum hoc munere non egeamus.* SIGON. *comprehensis* ediderunt Paris. anno 1573. et omnes recentiores. Priores habent *comprensis;* quod mutari necesse non erat, quum in bello Punico passim ita cod. Put. habere Gronovius notarit, eamque lectionem receperit. Optimi meorum hanc verbi formam passim alibi probant. Vide ad 2, 29, 4. Sigonius verba, quae excidisse putavit, in contextum recepit, nullo ea signo a Livii verbis distinguens: recentiores eadem uncinolis circumscripserunt. Gronovium sequi malui, qui sufficere existimans, si supplementum in notis Sigonii legeretur, lacunam in contextu Liviano reliquit.

§. 6. *Ego maxime gravissimam omnium non agique tantum*] Lege *maximam et gravissimam omnium neque agi tantum.* J. FR. GRON. Utramque Gronovii conjecturam nimis calide, ut videtur, Clericus in contextum recepit. Nam, quod ad priorem adtinet, etiam alios scriptores vocem *maxime* superlativis addere, Vossius docuit 7. Gramm. 17. et Cel. Burm. ad Gratii Cyneg. 133. Simili modo *penitus infestissimus* dixit Vell. Pat. 2, 28. Neque Livium plane ab hoc genere loquendi alienum esse, docet *perdifficillimum* supra 40, 21, 3. ubi vide, quae notantur; et *longe altissimus* infra 44, 31, 5. Id etiam inde colligere licet, quod comparativo junxit voculam *magis* 9, 7, 6. *Tristior deinde ignominiosae pacis magis, quam periculi, nuncius fuit,* ubi

Digitized by Google

nium non agique tantum arbitror, sed quodam modo actam esse. Nam qui regibus Macedonum, Macedonibusque ipsis, finibus interdixissemus, manereque id decre-
7 *tum, scilicet, ne legatos, ne nuncios admitteremus regum, per quos aliquorum ex nobis animi sollicitarentur; ii concionantem quodam modo absentem audimus regem, et,*
8 *si Diis placet, orationem ejus probamus. Et, quum ferae bestiae cibum ad fraudem suam positum plerumque adspernentur et refugiant, nos caeci, specie parvi beneficii, inescamur: et, servulorum minimi pretii recipiendorum spe, nostram ipsorum libertatem subrui et tentari*
9 *patimur. Quis enim non videt, viam regiae societatis*

videnda, quae notavi. Adde Scalig. et Taubm. ad Virgilii Culic. 78. Similiter apud Graecos ἧσσων μᾶλλον dixit Thucyd. 7, 29. ubi vide Cel. Duker. Quod autem adtinet ad alteram Gronovii emendationem, minori mutatione legi posset *non agi tantum*, particula *que* inducta, quam *neque agi tantum*. Eadem particula etiam alibi in Mstis abundat. V. ad 3, 29, 6. c. 64, 7. 39, 16, 5. et passim. Praesertim id frequens esse in codd. qui bellum Punicum secundum continent, monuit Clar. Jac. Gronov. Dissert. epist. ad Livii loca quaed. Geogr. Epist. 2. pag. 15.

Nam qui regibus Macedonum etc. *finibus interdixissemus, manereque id decretum, scilicet, ne legatos* etc.] Praecisa sententia, imo manca, sic expleri possit: *manereque id decretum voluimus, scilicet ne.* Sic paulo post: *Ut decretum, quo arcentur Peloponnesb Macedones, tollamus.* SIGONIUS. Verbum *voluimus* iterum est ex additione Sigonii. Tu vero mihius ita restitue: *Nam quum regibus Macedonum Macedonibusque ipsis finibus interdixissemus, manereque id decretum, scilicet ne legatos, ne nuncios admitteremus regum.* J. FR. GRON. *manereque* praefert etiam ed. Bas. anni 1554. et hoc modo emendandum censebat Gronov. in prima ed. notarum, servato τῷ *qui*. Ego cum Crevierio sentio, hic *qui*, et mox *ii*, pro quo Gronovius *kic*, vel *nunc* malebat, servandum esse: sibi enim mutuo respondere duo illa membra *qui regibus Macedonum* et *ii concionantem.* Verum ita vitium latebit in verbis *interdixissemus manereque*, cui medicina ab integriore codice exspectanda est.

§. 7. *Ii concionantem*] Forte *kic concionantem*, vel *nunc concionantem*. J. FR. GRONOV.

§. 9. *Viam regiae societatis quaesi, qua Romanum foedus* etc. *violetur.*] Forte *regiae societati*, quod etiam Crevierius vidit. Vide, quae notantur ad 37, 11, 10. Deinde *Romanorum foedus* Sigonius; quod servarunt editores usque ad Gronov. qui anno 1665. pri-

Digitized by Google

quaeri, qua Romanum foedus, quo noſtra omnia continentur, violetur? Nisi hoc dubium alicui eſt, bellandum Romanis cum Perseo eſſe, et, quod vivo Philippo exſpectatum, morte ejus interpellatum eſt, id poſt mortem Philippi futurum. Duos, ut scitis, habuit filios Philippus, Demetrium et Persea. Genere materno, virtute, ingenio, favore Macedonum, longe praeſtitit Demetrius. Sed quia in Romanos odii regnum posuerat praemium, Demetrium nullo alio crimine, quam Romanae amicitiae initae, occidit: Persea, quem populus Romanus prius poenae, quam regni, haeredem futurum sciebat, regem fecit. Itaque quid hic poſt mortem patris egit aliud,

scam lectionem *Romanum*, sine cauſſa hinc ejectam, revocavit. Supra 21, 10, 3. *Nec umquam, donec sanguinis nominisque Barcini quisquam supersit, quietura Romana foedera.* 23, 8, 12. *Sanguine Hannibalis sanciam Romanum foedus.* 41, 24, 17. *Quid hoc adversus Romana foedera eſt?* Eodem modo *societas Romana* saepius apud noſtrum obcurrit. Ita 7, 42, 8. 8, 27, 5. 22, 22, 5. 23, 43, 11. 31, 29, 3. 32, 21, 12. 33, 16, 5. 41, 24, 2. *amicitia Romana*, v. ad 27, 4, 6.

§. 11. *Persea, quem populus Romanus prius poenae, quam regni, haeredem futurum sciebat*] Cujus poenae? et unde sciret populus Romanus de hac poena, quam nemo, credo, unquam scivit? Prima editio, *quem P. R. prius poenae*. Parum juvat. Emendabam, *quem in populum Romanum prius odii, quam regni, haeredem futurum sciebat*. Commodius fortaſſe Alb. Rubenius, *quem belli in populum Romanum prius poene, quam regni*. Muretus, *quem populi Romani hoſtem prius poene*. J. FR. GRONOV. Non prima tantum editio, sed multae sequentes *quem P. R. prius poenae* praeferunt, nisi quod in Ascensianae anni 1530. supplemento *poene* repererim. Vulgatum *quem populus Romanus prius poenae* demum in Lugdun. anni 1553. inveni, idque, quum Sigonius *quem populi Romani prius poenae* interim edidisset, ed. Paris. anni 1573. aliaeque revocarunt. Si liceret, una voce addita, mallem *quem odii populi Romani prius pene, quam regni, haeredem futurum sciebat*. Per *odium populi Romani* intelligo odium Philippi erga populum Romanum. Supra 33, 47, 4. *Parum ex populi Romani dignitate esse ducebat subscribere odiis accusationibusque Hannibalis*. id eſt, odiis Karthaginiensium quorumdam erga Hannibalem. Ita *veſtrum odium* eſt odium aliorum erga vos, 30, 44, 7. ubivide. Adde, quae notantur ad 40, 2, 6.

§. 12. *Quid hic poſt mortem patris egit aliud, quam bellum paravit*] Dubitari non poteſt, quin τὸ *egit* sit insiticium, et falsae

Digitized by Google

quam bellum paravit? Bastarnas primum ad terrorem omnium in Dardaniam inmisit: qui si sedem eam tenuissent, graviores eos adcolas Graecia habuisset, quum Asia
13 *Gallos habeat. Ea spe depulsus, non tamen belli consilia omisit: immo, si vera volumus dicere, jam inchoavit bellum. Dolopiam armis subegit, nec provinciis de controversis ad disceptationem populum Romanum adivit.*

manus. Vide omnino ad 26, 11. JAC. GRON. Si verbum *egit* a cod. abesset, huic sententiae libens subscriberem. Nunc vero, quum id retineat, ei consentire periculosum judico. Nam saepius quidem Livium ita locutum esse vidimus ad 34, 2, 12. Verum, ut ubique eidem loquendi formulae adstringatur, lactea ejus ubertas pati nequit. Insuper eadem locutio supra obcurrit 4, 26, 12. *Simul edicitur et justitium: neque aliud tota urbe agi, quam bellum parari.* Ubi quidem J. Fr. Gronov. similiter τὸ *agi* unius cod. fide ejiciendum censuit; sed reliquorum auctoritate, et ejusdem Mſti a manu sec. consensu nihil mutandum monui. 7, 17, 13. *Quumque intercedendo tribuni nihil aliud, quam ut differrent comitia, voluissent.* ubi brevius potuisset, *nihil aliud, quam differrent comitia*, reliquis omissis. Nepos in Hannib. 10. *Neque aliud quidquam egit, quam regem armavit.* V. etiam supra ad 26, 2, 16. Hic etiam mecum sentit Cl. Dukerus.

1. *Bastarnas primum ad terrorem omnium Dardaniam inmisit*] Lege *Dardaniae*, vel *in Dardaniam*. J. FR. GRON. Praefero *in Dardaniam*, partim quia ita minima mutatione vera scriptura huic loco restituitur, inserta praepositione *in*, quam elisit praecedentis *quis* litera finalis *m*. V. ad 10, 13, 3. partim quia Livius ita loqui solet. 9, 4, 10. Eumdem praepositionem, cum qua verbum componitur, in constructione repetere, vidimus ad Praefat. §. 11.

§. 13. *Nec provinciis de controversis ad disceptationem P. R. audivit*] Excidit vox una ad sensum complendum necessaria; ea est *revocantem*. Sic enim aït: *Dolopiam armis subegit, nec provinciis de controversis ad disceptationem populi Rom. revocantem audivit.* Hoc probatur ex eo, quod paulo ante dixit [cap. 22, 4.] *Et de quibus ambigebatur rebus, ab rege ad Romanos revocabunt.* SIG. *provincias controversas* ab auctore non esse arbitror, τὸ *revocantem* vero spurium esse certo scio: neque fuit enim in scripto, sed supplementum est Sigonii; qui, dum sensum quaerit, non animadvertit, orationem se minus Latinam reddidisse. Quid enim est simpliciter *revocantem*? aut quam bonum, *revocare de controversa ad aliquem*? Nam, quem allegat ad firmandam conjecturam suam locum, non ibi verbum ponitur sine casu: *quia quidam Dolopum non parebant, et, de quibus ambigebatur rebus, disceptationem ab rege ad Romanos revocabant.* In quo apponendo Sigonius τὸ *disceptationem*, memoriaene vitio, an judicii errore, quum in omnibus habeatur libris, omittit. Ut ergo Latinum esset, dicendum

Digitized by Google

inde, transgressus Oetam, ut repente in medio umbilico Graeciae conspiceretur, Delphos adscendit. Haec usur- 14
patio itineris insoliti quo vobis spectare videtur? Thessaliam deinde peragravit. quod sine ullius eorum, quos oderat, noxia, hoc magis tentationem metuo. Inde lite- 15
ras ad pos cum muneris specie misit, et cogitare jubet, quo modo in reliquum hoc munere non egeamus; hoc est,

erat: *provinciis de controversis disceptationem ad populum Romanum revocantem.* Sed tamen melius puto: *Dolopiam armis subegit, nec provocantem de controversiis ad disceptationem populi Romani audivit.* Vel *provocantes*, ut Dolopes intelligas. J. FR. GRONOV. Primae edd. exhibent *ad disceptationem P. R. adivit*, pro quo demum Basil. anni 1554. admisit *audivit*. Gronovios igitur, qui priscam lectionem, qualis in unico cod. extitit, revocandam censuerunt, accusandi, quod male *adivit* ediderint, causam non habuit Hearnius: idem enim facere potuisset, quod vocem *provinciis* servarint: quam tamen J. Fr. Gronovius ab auctore non esse arbitrabatur. Quamvis autem Sigonii, integram vocem *revocantem* inserentis, conjecturam probare nequeam, non tamen, cum orationem minus Latinam reddidisse, accusandi ansa Gronovio fuisset, si pronomen *se* subintelligi debere monuisset. Perseus non audivit revocantem se ad disceptationem populi Romani. *ad disceptationem populum Romanum adivit* praefert ed. Lugd. anni 1553. notae autem *P. R.* quae in prioribus edd. extant, aeque *populum Romanum*, ac *populi Romani*, exponi possunt, immo debent, ut videtur, ex sententia ejus, qui *adivit* in unico cod. exaravit: quare hanc etiam expositionem recepi, non tamen probavi. Praesertim, ut Gronovio, ita mihi etiam displicet vox *provinciis*. Non enim verisimile est, Dolopas, populum haud ita magnum, *de provinciis* cum Perseo controversias habuisse; et supra etiam cap. praec. *de quibus ambigebatur rebus*, non *provinciis*, Livius dixit. Nihil verius video, quam quod Gronovius subjecit. Scriptum fuerat *provocantis*, pro *provocantes*, quod minima mutatione in *provinciis* corrumpi potuit: similiter *controversiis* in *controversis*. V. ad 32, 6, 7. *adire* et *audire* etiam a librariis commutari, vidimus ad 10, 12, 2. De locutione *Delphos ascendit*, quae mox sequitur, vide ad cap. praec. §. 5.

§. 14. *Quod sine ullius eorum, quos oderat, noxia*] Hoc c. 22, 6. est *sine damno injuriaque*. Hac significatione Perizonius ad Sanct. Minerv. 4, 4, 22. hic accipit vocem *noxia*. Sed Livius aliique pro damno, injuria, malo, magis dicunt *noxam*, quam *noxiam*. Liv. 36, 21, 3. *Omnibus perpacatis sine ullius noxa urbis.* Sueton. Caes. 81. *Quod sine ulla noxa Idus Martiae adessent.* Justin. 12, 8. *Exercitus ejus sine noxa discurrit.* Curtius 4, 13. *Haud dubius sine noxa transcursuros, si nemo se opposuerat.* Ovid. 15. Met. 334.

Nocte nocent potae, sine noxa luce bibuntur.

Digitized by Google

ut decretum, quo arcentur Peloponneso Macedones, tol-
16 *lamus; rursus legatos regios, et hospitia cum principibus, et mox Macedonum exercitus, ipsum quoque a Delphis (quantum enim interluit fretum?) trajicientem in Peloponnesum videamus, inmisceamur Macedonibus armanti-*
17 *bus se adversus Romanos. Ego nihil novi censeo decernendum, servandaque omnia integra, donec ad certum*
18 *dirigatur, vanusne hic timor noster, an verus fuerit. Si pax inviolata inter Macedonas Romanosque manebit, nobis quoque amicitia et commercium sit: nunc de eo cogitare periculosum et inmaturum videtur.*

1 XXIV. (*XXIX.*) Post hunc Arco, frater Xenarchi praetoris, ita disseruit: *Difficilem orationem Cal-*

DUKER. V. ad 2, 54, 10. et 8, 28, 8. Insuper Ampliss. Roëllius hic legere malebat *quos adierat.* Id convenit ei, quod cap. praec. dixerat *per quos iter fecit.*

§. 16. *Inmiscemur Macedonibus*] Procul dubio *immisceamur* legendum est, pendetque et hoc membrum a superioribus. Hoc est, ut decretum tollamus, ut legatos regios, exercitus Macedonum, et mox ipsum a Delphis trajicientem in Peloponnesum videamus, immisceamur Macedonibus armantibus se adversus Romanos. SIGON.

§. 17. *Donec ad certum dirigatur*] Tribus mutatis literis scribendum teneo: *donec ad certum redigatur.* Ea enim vere Latina phrasis, non *dirigere ad certum*, hoc certe sensu. Sic lib. 26, [37, 8.] *Ab L. Marcio tumultuario duce ad vanum et irritum victoriam redactam esse.* Lib. 28, 81, 12. *Spem ad irritum redactam, qua venissent.* Ubi contra meliores frustra Rhenanus *in irritum.* Lib. 44, [15, 4.] *Et, si id ante dubium fuisset, legatorum paullo ante verba ad certum redegisse.* M. Seneca Controv. 9. *Dum insanos imitatur, dum lenocinium ingenii furorem putat, quod simulabat, ad verum redegit.* Noster iterum lib. 5. [25, 12.] *Eum praedam Vejentanam publicando sacrandoque ad nihilum redegisse.* Cic. pro Caecin. [13.] *Cui perspicuum non sit, ad incertum revocari bona, fortunas, possessiones omnium.* J. FR. GRONOV. *dirigatur* primus apud Elzevir. edidit Dan. Heinsius. corruptius priores *dirigantur.* Sed recte Gronov. emendat *redigatur.* Plinius 20. Hist. Nat. 9. *Cicatrices ad planum redigere.* Solent autem librarii ita peccare. V. ad 3, 52, 2.

§. 1. *Arco, frater Xenarchi*] Forte legendum *Archon*, vel *Archo.* Non memoranda nunc *Archo*, Herodici, principis Thessalorum, filia, cujus meminit Liv. 40, 4. sed potius Ἄρχων gentis Achaeorum praetor apud Polyb. in Exc. Legat. num. 63. Idem, vel alius Ἄρχων, itidem praetor Achaeo-

Digitized by Google

licrates, et mihi, et omnibus, qui ab eo dissentimus, fecit: agendo enim Romanae societatis causſam ipse, tentarique et obpugnari dicendo, quam nemo neque tentat, neque obpugnat, effecit, ut, qui ab se dissentiret, adversus Romanos dicere videretur. Ac primum omnium, tamquam non hic nobiscum fuisſet, sed aut ex curia populi Romani veniret, aut regum arcanis interesſet, omnia scit et nunciat, quae occulte facta sunt. Divinat etiam, quae futura fuerant, si Philippus vixisſet: quid ita Perseus regni haeres sit, quid parent Macedones, quid cogitent Romani. Nos autem, qui, nec ob quam causſam, nec quemadmodum perierit Demetrius, scimus; nec quid Philippus, si vixisſet, facturus fuerat, ad haec,

rum, ibid. num. 74. Ἀρχῶν Ἀχαιῶν πρεσβευτής, Achaeorum legatus, ibid. num. 91. Qui autem Graecis Ἀρχῶν dicitur, Latinis, abjecta ultima litera, *Archo* vocatur. V. ad 34, 61, 10. Mecum hic sentit Clariſſ. Dukerus.

§. 3. *Scit et nunciat, quae occulte facta sunt*] *facta sint* in margine Livii scribendum conjecit Cl. Jac. Perizonius. Nulla tamen mutatione opus videtur.

§. 4. *Divinat etiam, quae futura fuerant, si Philippus vixisſet*] Donatus et Priscianus jubent reponi *quae futura fuerint*. J. FR. GRON. Ita cum illis reponendi neceſſitatem se non videre, profitetur Doctiſſ. Jensius 1. Lection. Lucian. 4. pag. 3. *fuerant* enim poni pro *fuissent* more Liviano; quum et *fuerint*, si ita legeretur, positum eſſet pro *fuissent*. Ita plusquamperfecti indicativus pro ejusdem subjunctivo supra eſt 34, 29. *Difficilior facta obpugnatio erat, ni T. Quinctius supervenisſet*. Vide Freinsh. ad Curtii 5, 11, 9. Quum igitur utrumque recte dici poſſit, ei potius adhaereo lectioni, quam in unico cod. fuiſſe primae edd. fidem faciunt.

§. 5. *Nec quid Philippus, si vixisſet, facturus fuerit*] Ita Sigonius, et poſt eum omnes ediderunt, quum antea legeretur *facturus fuerat*; quod pro *facturus fuisset* poni, modo vidimus. Causſa mutationis fuiſſe videtur, quia praeceſſit *perierit*, et displicebant modi diversi *nec quemadmodum perierit, nec quid facturus fuerat*. Sed ita saepe Livius et alii! Supra 6, 15, 12. *Cur, quod in sinu veſtro eſt, excuti jubetis potius, quam ponatis*. 9, 32, 12. *Tantum vulnerum fuit, ut plures poſt proelium saucii decesserint, quam ceciderant in acie*. 30, 44, 10. *Quum spolia victae Karthaginis detrahebantur, quum inermem jam cerneretis*. ubi vide, quae notavi. Cic. 13. ad Famil. 29. *Non his modo caussis, quae speciem habeant magnae conjunctionis, sed iis etiam, quae familiaritate et consuetudine tenen-*

Digitized by Google

quae palam geruntur, consilia nostra adcommodare oportet. Ac scimus, Persea, regno accepto, ad legatos Romanos venisse, ac regem Persea a populo Romano appellatum: audimus, legatos Romanos venisse ad regem, et eos benigne exceptos. Haec omnia pacis equidem signa esse judico, non belli: nec Romanos offendi posse, si, ut bellum gerentes eos secuti sumus, nunc quoque pacis auctores sequamur. cur quidem nos inexpiabile omnium soli bellum adversus regnum Macedonum geramus, non video. Opportuni propinquitate ipsa Macedoniae sumus; an infirmissimi omnium, tamquam, quos nuper subjecit, Dolopes? immo contra ea, vel viribus nostris, Deûm benignitate, vel regionis intervallo tuti. Sed sumus aeque

tur. Colum. in praef. in prine. *Quia et cuncta peperit semper, et deinceps paritura sit.* Auctor. Dial. de Cauff. corr. eloq. cap. 6. *Sive adcuratam meditatamque adfert orationem*, etc. *sive novam et recentem curam adtulerit.* Quem locum soloecismi accusabat vir doctus in Supplem. Act. Erudit. Lipsiens. tom. 10. pag. 228. sed, quo jure, ex praecedentibus patet. (* l. 6. ff. d. Jur. deliber.) Vide insuper Munker. ad Hygin. Fab. 148. Burmann. ad Phaedr. 4, 25, 19. et Corte ad Plinii 5, 8, 1.

§. 6. *Ac scimus, Persea, regno accepto, ad legatos Romanos venisse, ac regem Persea a populo Romano adpellatum*] Id nescit historia Livii: sed memorat libro praecedente, [cap. 58.] statim potitum regno, dum firmaret res, legatos Romam ad amicitiam paternam renovandam petendumque, ut rex ab senatu appellaretur, misisse. Ita ergo hic lege: *Ac scimus, Persea, regno accepto, legatos Romam misisse, ac regem a populo Romano appellatum: audimus, legatos Romanos venisse ad regem, et ab eo benigne exceptos.* J. FR. GRON. Clariss. Jac. Perizon. in margine Livii scribendum conjecit *At scimus.* Voculas *at* et *ac* a librariis commutari, vidimus ad 3, 61, 4. Hic tamen parum interesse videtur, utrum recipiatur; et hinc vulgatum praefero. Contra adsentior Gronovio, emendanti *legatos Romam misisse*, et credo, *tà ad legatos Romanos venisse* ex proxime sequenti periodo formata esse; ut etiam Crevierius monuit. Vocem vero *Persea* secundo loco cum eodem Gronov. ejicere non audeo, licet eam induxerit Clericus, et inutiliter atque odiose repetitam Crevier. censuerit. V. ad 1, 3, 9. Gronovius ipse in priori notarum ed. ipsi quaestionem non movit. Deinde servo etiam *et eos benigne*, pro quo idem malebat *et ab eo benigne.* Denique revocavi *exceptos*, cujus loco Gronovius, sed forte operarum errore, *acceptos* edidit; quam lectionem recentiores omnes taci-

Digitized by Google

subjecti ac Theſſali Aetolique; nihilo plus fidei auctoritatisque habemus adversus Romanos, qui semper socii atque amici fuimus, quam Aetoli, qui paullo ante hoſtes fuerunt. Quod Aetolis, quod Theſſalis, quod Epirotis, omnii denique Graeciae cum Macedonibus juris eſt, idem et nobis sit. cur exsecrabilis iſta nobis solis velut desertio juris humani eſt? Fecerit aliquid Philippus, cur adversus eum armatum et bellum gerentem hoc decerneremus: quid Perseus, novus rex, omnis injuriae insons, suo beneficio paternas simultates obliterans, meruit? cur soli omnium hoſtes ei sumus? Quamquam et illud dicere poteram, tanta priorum Macedoniae regum merita erga nos fuiſſe, ut Philippi unius injurias, si quae forte fue-

te probarunt. Supra 1, 22, 5. *Ab Albanis* legatis *socordius res acta: excepti hospitio ab Tullo blande ac benigne, comiter regis convivium celebrant.*

§. 8. *Immo contra ea, vel viribus noſtris*] Dele *τὸ ea*, aut scribe *contra vim*. J. FR. GRON. Ant. Perizonius ad oram Livii monuit, non opus eſſe priore Gronovii conjectura; nam *contra ea* poni pro simplici *contra*. Doujatius conjicit *contra eam*, nempe Macedoniam. Agnoscit etiam *contra ea* quam habere significationem: eſſe enim *contra ea*, quae dicuntur ab adversario; ut ostendat, ea vera non eſſe, sed quae ipse contra proferat. Gronovii conjectura, voculam *ea* delendam, displicet etiam Clariſſ. Crevierio: si enim non exprimatur, intelligi debere; unde sequitur, neceſſe non eſſe, eam deleri, si quando exprimitur: neque se videre, cur non tam dicamus *contra ea*, quam *praeterea*, aut *postea*: Livium etiam alibi usurpasse, ut 21, 20, 6. Recte omnes viri docti, quos memoravi, Gronovii conjecturae adversati sunt. Saepiſſime enim hac formula *contra ea* Livius usus eſt. Supra 3, 57, 1. *Contra ea Virginius* etc. *ajebat*. ubi vide, quae notavi. 33, 31, 10. *Nihil contra ea de libertate urbium alii dicebant*. 44, 43, 5. *Perseo regii pueri praeſto erant. contrà ea amicorum nemo ad eum venit*. Similiter Caesarem et Nepotem locutos eſſe, Lambin. et Gebhard. ad Nepotis Praefat. §. 6. docuerunt.

§. 9. *Sed sumus aeque subjecti ac Theſſali Aetolique*] Nulla ratio eſt, quare hic Aetolorum mentio fiat: itaque aut delenda ea vox, aut scribendum, *ac Thessali Dolopesque*. Sed potius *Epirotaeque* ex sequentibus. J. FR. GRON. Doujatius *Almopique* legendum conjicit. Sed posteriorem Gronovii conjecturam recte Crevierius probavit. Non opus tamen eſt, ut cum eodem legamus *aeque suspecti*. Nam, ut ipse vidit, *subjecti* idem eſt ac supra *opportuni propinquitate*.

Digitized by Google

13 runt, * utique post mortem. Quum classis Romana Cenchreis staret, consul cum exercitu Elatiae esset, triduum in concilio fuimus, consultantes, utrum Romanos,
14 an Philippum, sequeremur. Nonnihil metus praesens ab Romanis sententias nostras inclinarit: fuit certe tamen aliquid, quod tam longam deliberationem fecerat: id quod erat vetusta conjunctio cum Macedonibus, vetera et
15 magna in nos regum merita. Valeant et nunc eadem illa, non ut praecipue amici, sed ne praecipue inimici simus. Ne id, quod non agitur, Callicrates, simulaverimus. nemo novae societatis aut novi foederis, quo nos
16 temere inligemus, conscribendi est auctor: sed commercium tantum juris praebendi repetendique sit, ne interdictione finium nostrorum et nos quoque regno arceamus,
17 ne servis nostris aliquo fugere liceat. Quid hoc adver-

§. 11. *Cur soli omnium hostes ei sumus*] Scribo *Quid Perseus* etc. *meruit, cur soli omnium hostes ei simus?* J. FR. GRON.

§. 12. *Si quae forte fuerunt, utique post mortem*] Sensus docet, deesse verbum *obliviscaremur*. ut sit: si quae forte fuerunt, obliviscaremur utique post mortem. SIGON. Clericus, quod deest, supplet per voces *oblivisci deberemus*; idque servat Crevierius. At Doujatius, invito Prisciano, interponit *oblivioni tradendae essent*.

§. 13. *Quum classis Romana Cenchris staret, consul cum exercitu Velatiae esset*] *Cenchreis* et *Elatiae* scribendum sine dubio ex lib. 32, [19. et seqq.] SIGON.

§. 14. *Nonnihil metus praesens*] Apparet, Arconem in speciem largiri adversariis, quo caeteroquin ipse in rem suam uti posset: nempe licet nihil affirmare se astute simulet, haud obscure tamen innuit, Romanorum metu subactos Achaeos cum illis amicitiam junxisse, non contra, ut videtur velle vulgata lectio, cum nihil magis adversum sit suae sententiae; quippe qui tanta fuisse Philippi in Achaeorum gentem merita contendat, ut non facile videantur ab illo ad Romanos fuisse defecturi. Sensus totius loci est: cum triduo in concilio fuerimus, deliberantes utrum Romanis, an Philippo, nos adjungeremus, eo ipso tempore, quando classis illorum Cenchreis staret, exercitus Elatiae esset, quis non videt, etiamsi nihil metus praesens a Romanis tam ex propinquo cum classe et exercitu nobis imminentibus sententias nostras ad se inclinaverit, fuisse tamen aliquid, quod nos tam diu ab ineunda societate et amicitia cum tam potente populo et tam

Digitized by Google

sus Romana foedera est? Quid rem parvam et apertam, magnam et suspectam facimus? Quid vanos tumultus ciemus? Quid, ut ipsi locum adsentandi Romanis habeamus, suspectos alios ac invisos efficimus? Si bellum erit, ne Perseus quidem dubitat, quin Romanos secuturi simus. in pace etiam, si non odia finiuntur, intermittantur. Quum iidem huic orationi, qui literis regis adsentierant, adsentirentur, indignatione principum, quod, quam rem ne legatione quidem dignam judicasset Perseus, literis paucorum versuum impetraret, decretum differtur. Legati deinde postea missi ab rege, quum Megalopoli concilium esset; dataque opera est ab iis, qui offensionem apud Romanos timebant, ne admitterentur. 18 19 20

XXV. (*XXX.*) Per haec tempora Aetolorum 1

prope in cervicibus nostris haerente retinuerit. Expungamus igitur τὸ *non*, ut omnia sint plana et perspicua. JAC. PERIZ.

Quod tam longam deliberationem faceret] Ita primus Vascosanus. Priores legerunt *fecerat*. Si quid mutandum, mallem *fecerit*.

§. 15. *Ne id, quod non agitur*] Postrema Gruteri ed. voculam *non* omisit. Eam restituendam esse, Gronov. in prima ed. notarum monuit. In altera vero ipsam quidem adnotationem neglexit; omissam tamen negantem particulam anno 1665. contextui inseruit.

§. 16. *Commercium tantum juris praebendi repetendique*] Hoc explicat Spanhem. ad Julian. orat. 1. pag. 34. DUKER.

§. 18. *Suspectos alios ac invisos*] Lege *et invisos*. Numquam enim Livium ita locutum esse, ut particulam *ac* vocibus a vocali incipientibus praemiserit, supra vidimus ad 10, 36, 17. Idem hic sentit Clariss. Crevierius.

§. 19. *Orationi, qui literis regis adsentierant, adsentirentur*] Ocius tolle τὸ *adsentierant*. non est enim Livii. At forte ejus *adsentarentur*. J. FR. GRON. Doujatius pro *adsentierant* sua fide corrigi jubet *adsensi erant*; quomodo ante Doujatium etiam scribendum vidit Freinshem. ad Curtii 9, 7, 9. ubi simili errore *jusserant*, pro *jussi erant*, ante se editum monet. Ejusdem peccati alia exempla v. ad 23, 29, 16. Clericus, eumque secutus Crevierius τὸ *adsentierant* expunxerunt, Gronovio obsecuti: cui totam illam vocem delendi ansam forte dedit sequens *adsentirentur*. Sed ita infra Liv. 42, 34, 10. *A Flacco inter ceteros, quos virtutis caussa secum ex provincia ad triumphum*

Digitized by Google

in semet ipsos versus furor mutuis caedibus ad inter-
2 necionem adducturus videbatur gentem. Fessi dein-
de et Romam utraque pars miserunt legatos, et in-
ter se ipsi de reconcilianda concordia agebant: quae
novo facinore discussa res veteres etiam iras exci-
3 tavit. Exsulibus Hypataeis, qui factionis Proxeni
erant, quum reditus in patriam promissus esset, fides-
4 que data per principem civitatis Eupolemum, octo-
ginta inlustres homines, quibus redeuntibus inter
ceteram multitudinem Eupolemus etiam obvius exi-
erat, quum salutatione benigne excepti essent, dex-
traeque datae, ingredientes portam, fidem datam
Deosque testes nequidquam invocantes, interfecti
5 sunt. Inde gravius de integro bellum exarsit. C.
Valerius Laevinus, et Ap. Claudius Pulcher, et C.
Memmius, et M. Popillius, et L. Canulejus missi ab
6 senatu venerant. Apud eos quum Delphis utrius-
que partis legati magno certamine agerent, Proxe-
nus maxime, quum causa, tum eloquentia, praesta-
re visus est; qui paucos post dies ab Orthobula uxo-

deducebat, deductus sum. Cl. Dukerus, si verbum hoc a Livio est, vel Freinshemii conjecturam probat, vel legit *adsenserant* a perfecto *adsensi*, quod apud Ciceronem, Virgilium, et Ovidium est. De verbo *adsentio* forma activa vide ad 39, 52, 1.

Literis paucorum versuum imperaret] Non imperabat utique, nec aut jus id ejus, aut tanta auctoritas. Scribe *impetraret*. J. FR. GRON. Librarios alibi simili modo peccasse, vidimus ad 9, 30, 10.

§. 1. *Aetolorum in semet ipsos versus furor*] Huc forte pertinet fragmentum Polyb. in Exc. Peirescian. pag. 1451.

§. 3. *Exsulibus Hypataeis*] *Hypataeis* ex Stephano, Ὑπατα, Ὑπαταῖος. SIGON. Recte *Hypataeorum* supra editum est 36, 14.

§. 4. *Eupolemus etiam obvius exierat*] Addidi vocalam *etiam*, quam omiserant postrema Gruteri ed. et reliquae recentiores, quum constanter in antiquioribus supersit. Mox *quum salutatione benigna excepti essent* non male conjicit Clariss. Crevierius.

§. 6. *Magno certamine agerent*]

Digitized by Google

re veneno est sublatus: damnataque eo crimine, in exsilium abiit. Idem furor et Cretenses lacerabat. 7
adventu deinde Q. Minucii legati, qui cum decem navibus missus ad sedanda eorum certamina erat, in spem pacis venerant. ceterum induciae et antea sex mensium fuerunt: inde multo gravius bellum exarsit. Lycii quoque per idem tempus ab Rhodiis 8
bello vexabantur. Sed externorum inter se bella, quo quaeque modo gesta sunt, persequi non operae est satis superque oneris sustinenti res a populo Romano gestas scribere.

XXVI. (*XXXI.*) Celtiberi in Hispania, qui bel- 1
lo domiti se Ti. Graccho dediderant, pacati manserant M. Titinio praetore obtinente provinciam. rebellarunt sub adventum Ap. Claudii, orsique bellum sunt ab repentina obpugnatione castrorum Romanorum. Prima lux ferme erat, quum vigiles in vallo, 2
quique in portarum stationibus erant, quum vidissent procul venientem hostem, ad arma conclamaverunt. Ap. Claudius, signo proposito pugnae, ac paucis 3

egerint edd. principes; pro quo Curio *agerent* substituit.

Damnataque eo crimine in exsilium abiit] Commodius foret *quae damnata*. J. FR. GRON. Perizonius ad 28, 12, 13. emendat *damnata quae eo crimine*. Nihil mutandum puto. Vide ad 3, 38. DUKER. Vide etiam Clariss. Dukerum ad 28, 12, 13. et 36, 31, 8. Sed Perizonio adsentitur Crevierius.

§. 7. *Ceterum induciae et antea sex mensium fuerunt*] Lege *caeterum inducias tantum sex mensium fecerunt*. J. FR. GRON.

§. 8. *Lycii quoque per idem tempus*] De hoc bello quaedam supra vide cap. 6. et apud Polyb. in Exc. Legat. num. 60. et 61.

Satis superque oneris sustinenti res a populo Romano gestas scribere] Crevierio delendum videtur verbum *scribere*, quod et otiosum putat, et deformare orationem. Livium enim dicere, se satis superque oneris ferre, nempe, res a populo Romano gestas. At verbum illud satis ferri potest.

§. 1. *Se Ti. Graccho dediderant*] Frob. anno 1531. edidit *T. Graccho*, at rectius quadriennio postea *Ti. Graccho*. Vide ad cap. 6, 3.

Digitized by Google

adhortatus milites, tribus simul portis eduxit. Obsistentibus ad exitum Celtiberis, primo par utrumque proelium fuit, quia propter anguſtias non omnes in faucibus pugnare poterant Romani: urgentes deinde alii alios secuti evaserunt extra vallum, ut pandere aciem, et exaequari cornibus hoſtibus, quibus circumibantur, poſſent. ita repente eruperunt, ut suſtinere inpetum eorum Celtiberi nequirent. Ante horam secundam pulsi sunt: ad quindecim millia caesa aut capta: signa ademta duo et tri-

§. 4. *Urgentes deinde alii alios secuti evaserunt*] Ex sententia Cl. Crevierii nemini non adparet, vocem *secuti* hic ita positam esse, ut inpediat potius sensum, quam adjuvet. Non dubitat igitur, quin rescribendum sit *urguentes deinde alii alios scutis*. Aliter ad verba sequentia huic loco consulere conatur Gronovius. Sed Crevierii emendationi calculum adjicere malo, quia minus a vulgato recedit.

Et exaequari cornibus hoſtibus, quibus circumibantur, possent] Video, quid spectaverint, quibus haec tolerata lectio: *cornibus* auferendi, *hoſtibus* dandi casu acceperunt. Nec sic tamen cohaeret *quibus circumibantur*. Melius fortasse, *ut pandere aciem et exaequari cornibus hoſti, a quo circumibantur, possent*. aut legendum: *cornibus hoſtium, quibus circumibantur*. Forsitan omnia sic concipienda, *urgentes deinde alii alios sequi, ubi evaserunt extra vallum, ut pandere aciem et exaequari cornibus hoſtium, a quibus circumibantur, possent, ita repente irruerunt, ut suſtinere*, etc. J. FR. GRON. Idem Gronov. in prima ed. notarum legebat *et exaequari cornibus hoſtibus, a quibus circumibantur*; quod Clericus, non monito lectore, recepit. Forte parva mutatione legendum *cornibus hoſtilibus, quibus circumibantur*. Interdum ita peccasse librarios, videbimus ad Livii Epit. 76. *quibus circumibantur* pro a quibus. V. ad 6, 11, 4.

§. 5. *Signa ademta duo et triginta*] Pighius in Annal. ad A. V. IↃLXXVIII. pag. 353. hanc victoriam memorans, tantum *XXII. signa ademta* fuisse narrat. Sed numeri denarii nota, vel negligentia operarum, vel alio casu, contra mentem Pighii excidisse videtur; quia in vulgatum et prima et reliquae omnes edd. conspirant.

Dilapsi sunt: quieti deinde] Poterat abesse *sunt*, estque supplementum grammatici inertis. GRUTER.

§. 2. *Qui biennio ante praetor in Hispania fuerat*] Supra quidem cap. 15. narrat Livius, M. Cornelium Scipionem Maluginensem praetorem creatum, Hispaniam ulteriorem sortitum esse; verum

Digitized by Google

triginta. Castra enim eo die expugnata, debellatumque. nam, qui superfuere proelio, in oppida sua dilapsi sunt. quieti deinde paruerunt imperio.

XXVII. (XXXII.) Censores eo anno creati Q. Fulvius Flaccus et A. Postumius Albinus legerunt senatum: princeps lectus M. Aemilius Lepidus pontifex maximus. De senatu novem ejecerunt. insignes notae fuerunt M. Cornelii Maluginensis, qui biennio ante praetor in Hispania fuerat; et L. Cornelii Scipionis praetoris, cujus tum inter cives et peregrinos jurisdictio erat; et Cn. Fulvii, qui frater ger-

1

2

etiam addit, quum P. Licinius Crassus, cui Hispania citerior obvenerat, praestito pro concione jurejurando, se sollemni sacrificio detineri, impetrasset, ne in provinciam iret, ipsum quoque, et ab se uti jusjurandum acciperet, postulasse, ne in Hispaniam ulteriorem iret; et hinc proconsules, qui antea Hispanias obtinuerant, manere cum eodem imperii jure ibidem jussos esse. Quum itaque falsum sit, M. Cornelium Maluginensem biennio ante praetorem in Hispania fuisse, hinc Perizon. in Animadv. Histor. c. 8. pag. 342. ut sua Livio fides constet, voces *in Hispania*, tamquam ex glossemate ortas, delendas existimavit. Eodem modo huic loco subcurrendum, aut Livium memoria lapsum esse, arbitratur Cl. Crevierius.

L. Cornelii Scipionis praetoris] Pighius in Annal. ad A.V. IↃLXXIX. pag. 357. hunc Scipionis Africani filium degenerem fuisse colligit ex C. Cicereji praetura anni sequentis, cap. 28. Eum enim, qui olim Africani scriba fuerat, a praeturae petitione destitisse, quod se omnibus centuriis Scipioni anteferri videret. Vide Valer. Max. 3, 5, 1. et 4, 5, 3. et hinc verisimiliter anno proximo dignitatem obtinuisse. In praenomine tamen Livio cum Valerio Max. non convenit: quem enim ille hic et cap. 21. *L. Cornelium*, Valerius Max. loco posteriore *Cn. Cornelium* vocavit, de quo jam supra vidimus ad 37, 34, 5. Adde Doctiss. Torren. ad priorem locum Val. Max.

Et L. Fulvii] Hunc Vellejus [1, 10.] *Cn. Fulvium* vocat: et recte, ut lib. priore [cap. 41.] docui. *Aspera*, inquit, *censura Fulvii et Postumii Albini fuit: quippe Fulvii censoris frater, et quidem consors, Cn. Fulvius senatu motus est ab iis censoribus.* SIGON. Emendationem Sigonii probat Pighius in Annal. ad A.V. IↃLXXVI. pag. 346. Sed vide viros Clariss. Dukerum supra ad 40, 41, 8. et Oudendorp. ad Front. 4, 1, 32.

Qui frater germanus, vt, etc. consors etiam censoris erat] Simpliciter *fratrem censoris* vocat Vell. 1, 10. *germanum* autem *fratrem* vocari, qui est, vel ὁμοπάτριος, vel uterinus, vel adoptivus, docuit Rutgers. 1. Var.

Digitized by Google

manus et, ut Valerius Antias tradit, consors etiam 3 censoris erat. Consules, votis etiam in Capitolio nuncupatis, in provincias profecti sunt. Ex iis M. Aemilio senatus negotium dedit, ut Patavinorum in Venetia seditionem comprimeret, quos certamine factionum ad inteſtinum bellum exarsiſſe, et ipsorum 4 legati adtulerant. Legati, qui in Aetoliam ad simiſles motus comprimendos ierant, renanciarunt, coërceri rabiem gentis non poſſe. Patavinis saluti fuit

lect. 9. pag. 40. Similiter etiam vocatur frater iisdem parentibus ortus. Vide Gebhard. ad Corn. Nepot. praefat. §. 4. Certo itaque ex vi vocis definiri nequit, quo sensu ea hic capienda sit. Suspicio tamen oritur, primo sensu pro fratre ὁμοπατρίῳ accipi debere. Certe viri docti observarunt, Livium ita vocem accepiſſe supra 40, 8, 10. ubi Philippus se speraſſe ait, *subiturum aliquando germanitatis memoriam* filiis suis Perseo et Demetrio, qui fratres ὁμοπάτριοι fuerunt. Nec adversabor tamen, si quis contendat, utrumque iisdem parentibus natum fuiſſe, et vocem *germanus* majoris emphasis cauſſa, et ad arctius sanguinis vinculum indicandum, additam fuiſſe. Eadem dubitatio eſt circa L. Manlium Acidinum Fulvianum, quem Q. Fulvii Flacci *fratrem germanum* vocant Faſti Capit. ad A. V. IↃLXXIV. Censoris *consors* etiam vocatur Vellej. l. laud. ubi Lipsius interpretatur κοινόβιος sive ejusdem mensae, ejusdemque lecti particeps. Malo tamen cum Celeberr. Burm. ad eumdem loc. per *consortes* intelligere cohaeredes, qui communi et nondum diviso patrimonio pariter utuntur. Eo sensu *fratres consortes* memorantur l. 31. §. ult. D. de Excus. tutor. Hinc Tatius, qui simul cum Romulo regnum Romae obtinuit, *consors Romuli* vocatur apud Suet. Tiber. 1.

§. 3. *Votis etiam in Capitolio nuncupatis*] Recte, Crevierius tollendam judicat particulam *etiam*, quae hic nullum sensum habet, et facile inrepere potuit ex praecedentibus *consors etiam censoris*.

Ex iis M. Aemilio senatus negotium dedit] Hoc nomen consulis eſt mendose: non enim hoc anno, sed priore, M. Aemilius consulatum geſſit. qui autem proxime ante L. Poſtumium Albinum et M. Popillium Laenatem, qui subsequuntur, consules fuerunt, ii Sp. Poſtumius Albinus et Q. Mucius fuerunt. Neque vero de M. Aemilio intelligi poteſt, quia ille sortitus Galliam eſt, hic autem Iſtros nihil memorabile gesſit. P. Mucii res in Liguribus geſtae apud Livium omnino interciderunt. Illud enim tantum exſtat [cap. 19, 2.] *Ob eas res in Gallia Liguribusque geſtas duorum consulum ductu auspicioque senatus in triduum supplicationes decrevit, et quadraginta hoſtiis sacrificari jussit.* SIGON. Similiter Crevierius. Quid, si legamus *Exin M. Aemilio?* Ut sensus sit, senatum id negotium M. Aemilio dediſſe, poſtquam consules votis nuncu-

Digitized by Google

adventus consulis: neque aliud, quod ageret in provincia, quum habuisset, Romam rediit. Censores vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substruendas marginandasque primi omnium locaverunt, pontesque multis locis faciendos: et scenam aedilibus praetoribusque praebendam: et carceres in circo, et ova ad notas curriculis numerandis, et * dam, et metas trans * et caveas ferreas pe * intromitterentur * ferreis in monte Albano consulibus, et clivum

patis in provincias profecti essent. Vocula *exin* Livius etiam supra utitur 27, 5, 6. *Exin Mutine, et si quorum aliorum merita erga populum Romanum erant, in senatum introductis.* Vel *Exin M. Aemilio*, id est, *Exinde*. Supra 24, 42, 1. *Ad Mutinam* [*Mundam*] *exinde castra Punica mota.* V. ad 42, 9, 8. Verum ita mox §. seq. legendum foret *adventus proconsulis.*

Et ipsorum legati adtulerant] Vel delendam esse particulam *et*, vel excidisse prius orationis membrum, judicat Cl. Crevierjus.

§. 5. *Glarea extra urbem substernendas marginandasque primi omnium locaverunt*] Lipsius 3. de Magnit. Rom. 10. haesitat, quomodo Livius dicat *primi omnium*, quum dudum ante hos censores viae Appia et Flaminia fuerint. Bergierius lib. 2. de Public. et Milit. Imp. Rom. Viis sect. 5. de glarea dictum accepit; quod Lipsio quoque inter alia, quibus hoc expediri possit, in mentem venerat. Si hoc ita est, etiam dicendum videtur, eos primos omnium vias extra urbem marginandas locasse. Nam nulla ratio est, cur verba *primi omnium* tantum ad remotius *substernendas*, non etiam ad propius *marginandas* referri debeant. Vias in urbe silicibus sterni, usitati moris fuisse scribit ibidem Bergierius. Livius idem de duabus viis brevioribus extra urbem prodidit: de via a Martis ad Bovillas 10, 47. et a porta Capena ad Martis 38, 28. De glarea et usu ejus ad vias multa habet Bergierius l. d. et sect. 3. de marginatione viarum lib. 2. sect. 31. et nonnulla Fabrett. in Apolog. advers. Jac. Gronovium pag. 79. Ceterum pro *substernendas*, quod hic recentiores edd. habent, in vetustis *substruendas* esse intelligo. Et ita legunt ii, a quibus haec verba citari dixi; quod Bergierius 2, 31. ad aggerem medium viarum aliquantum eminentiorem pertinere putat. DUKER. *substruendas* ed. princeps, pluresque aliae. *substernendas* demum invenio in Paris. anni 1573. nescio qua auctoritate. Eam lectionem reliqui editores servarunt. Nihilominus priorem reduxi.

§. 6. *Et carceres in circo*] Panvinus 2. de Lud. Circens. 5. ex hoc loco scribit, carceres in circo *institutos* fuisse. Bulenger. 1. de Circo Rom. ludisque Circens. 10. ex praecedentibus videtur supplere *locaverunt*. Neutrum ex verbis Livii effici potest, et plane incertum est, quid hic de carceribus circi scriptum fuerit. Sed

Digitized by Google

Capitolinum silice sternendum curaverunt, et porti-

eos A. V. cccclxxiv. primum in circo statutos esse, 8, 20. tradit Livius. DUKER. An in loco hoc fracto et mutilo verbum excidisse censendum est, quo Livius carceres in circo instauratos, vel cultius ornatos indicavit?

*Et ova ad notas curriculis numerandas et * dam et metas trans* et caveas ferreas pe* intromitterentur * ferreis in monte Albano*] *feriis* legendum, ut de Latinis intelligatur, quae agebantur in monte Albano. Ceterum hic locus sanari ne conjectura quidem potest. SIGON. Legendum *et ova ad metas, curriculis numerandis.* Ovorum enim super metas erectionibus (ut ex Varronis loco ex lib. 1. de Re rust. [cap. 2.] intelligitur) septem illa circensium ludorum curricula numerabantur. quod etiam Cassiodorus apertius indicat, cum ait [3, Variar. 51.] *Nec illud putetur irritum, quod metarum circuitus ovorum erectionibus exprimatur:* etc. Dio quoque lib. 49, [417.] scribit, *Agrippam, quod videret errare homines in circo propter circuituum numerum, delphinos et ovata opera posuisse, quibus cursuum circuitiones et conversiones ostenderentur.* Hujusmodi ova et Delphini metis impositi, in ipsa circi maximi descriptione, quae habetur in veteribus tum numismatibus, tum lapidibus, diserte expressi sunt. Erant autem ova haec, quae metis superimponebantur, Castori et Polluci dicata, ut ait Tertull. lib. de Spectacul. [cap. 8.] Et metae ipsae, cum prius ligneae fuissent et tophinae, postea marmoreae a Claudio imperatore factae sunt, ut scribit Sueton. cap. 21. De septem vero circensibus curriculis cum plures alii scriptores faciunt mentionem, tum Varro apud Agellium lib. 3. cap. 10. cum ait: *Ludorum circensium curricula sollemnia septem sunt.* URSIN. Locus hic hactenus deploratae restitutionis habitus; nos tamen lacunas replere, et genuinam lectionem reddere, et una sensum verum elicere conabimur. Legendum itaque puto, censores curasse *carceres in circo* faciendos, *et ova ad notas curriculis numerandas, et rhedam, et metas transitus, et caveas ferreas, per quas intromitterentur ferae.* sicque omnes lacunae replentur, et lectio sensui congruit. Circo maximo aedificando locum assignatum scribit Livius lib. 1. [35.] in eo vero fuisse carceres, hoc est, locum, in quo equi coërcerentur, ne inde intempestive exirent, sed signum exspectarent se movendi, quod a magistratu, qui ludis praesidebat, dari solebat, adeo manifestum est, ut nulla prorsus indigeat probatione. Quae vero *ova* dicerentur, et in quem usum parata, non aeque manifestum. Ex marmoribus et numismatibus antiquis, quorum icones Onuphrius Panvinus typis cudendos curavit, conspicimus columnas modo binas, quaternas nonnumquam, juxta postremas metas circi positas, quibus veluti quendam lectulum superstructum, cui superposita corpuscula quaedam ovali forma ad amussim figurata, quina quandoque numero, ut plurimum septena; horum usum tradit fuisse Petrus Ligorius antiquitatum peritissimus, lib. quem de antiquitatibus Italicae conscripsit, quod aurigis singulo transcursu singulum ovum daretur; sed perperam, ut ego conjicio. Alius enim ovorum usus erat, nempe ut aurigantibus ostenderent, quot circuitus in cursu perficiendi essent. nam a loco, ubi siti erant, non amoveban-

Digitized by Google

cum ab aede Saturni in Capitolium ad senaculum, ac

tur: ob id non semper eodem numero fuisse, ex iconibus praedictis oculata fide dignoscimus. Ut plurimum vero in circensibus fuisse septem curricula, colligimus ex Propert. 2. El. 19. ad Cynthiam scribente:

Aut prius infecto deposcit praemia curru,
Septima quam metam triverit arte rotam.

Hoc idem ex Senec. lib. epist. 4. Gellio 3, 10. Lactant. lib. 7, 27. Cassiod. 3. Var. 51. Haec tamen Domitianus, si Suetonio credimus in illo cap. 4. ad quina tantum corripuit spatia, scilicet ut quino tantum circuitu currerent aurigae, ut multiplicaretur cursus: nam cum antea viginti quinque essent, usque ad centum propagavit. Huic nostrae sententiae favent Livii dicta, dum ait Ova in circo posita ad notas numerandas curriculorum, hoc est, ad signandum numerum curriculorum, quae ab aurigis perficienda erant. Et *rhedas* lego, ubi particula illa *dam* praecedenti lacuna duorum vel trium elementorum spatium continente. *Rhedam* autem fuisse vehiculum, constat ex Nonio Marcello et Cicer. 5. ad Att. 17. *Hanc*, inquit, *epistolam dictavi sedens in rheda.* Et Quinctil. 1, 5. et ex Jurisconsultis l. 60. §. 8. Locati, et in l. 4. D. de Supell. leg. unde et *rhedarius* ipse rhedae ductor Cic. orat. p. Milon. 10. et *rhedarius mulus* Varro 3. de Re rust. 17. Erat autem rheda, ut plurimum, unius equi currus, aut alterius jumenti, quamvis et aliquando duorum, scribente Cic. ad Att. 6, 1. *Hic venit Vedius mihi obviam cum duobus essedis et rheda equis juncta.* Hac vero Romanos primum in circensibus usos, docet Servius ad illud Virgilianum in 3. Georg. *magnis circensibus actis.* qui currus etiam *Celes* vocabatur, ut scribit Budaeus in l. 4. de his, qui not. infam. et ante eum docuit Aristophanis interpres [ad Νεφέλ. vers. 15.] et Plinius lib. 34, 5. Postea Romani in circensibus usi bigis et quadrigis, postremo Nero decemjugi curru in ludis arrigavit, ut tradit Sueton. in illo cap. 14. Itaque sensus erit, additam rhedam circo, ut illa, quae unius equi esset, in ludis transcurreret. *et metas trans....* lego *et metas transitus*, seu *transcursus.* in circo namque erant ab utroque capite metae, circum quas currus agebantur, quod in praedictis iconibus cernimus, et ideo *transitus* seu *transcursus metas* Livius appellavit. *pe.... intromitterentur ferreis* legendum non dubito *per quas intromitterentur ferae.* In circensibus enim non solum curru certatum, sed et cum feris pugnabatur, uti ex historica lectione palam fit, praesertim ex Livio lib. 44, [18, 8.] scribente: *ludis circensibus P. Cornelii Scipionis Nasicae, et P. Lentuli aedilium curulium sexaginta tres Africanas, et quadraginta ursos et elephantos fuisse.* Ex Suetonio in Calig. cap. 18. inquiente: *Edidit et circenses plurimos a mane usque ad vesperam, interjecta modo Africanarum venatione, modo Trojae decursione.* Hae autem ferae ferreis caveis continebantur, quibus reclusis in circi arenam exibant, cum hominibus ad id muneris destinatis concursurae, quod ex marmoris antiqui icone aeneis typis exarati et passim venalis videre licet. Itaque, ni me fallit animus, locus hic, antea habitus incurabilis, pristinae sic integritati restitutus. MARC. DONAT. *notas curriculis numerandis* legi debet, non *no-*

Digitized by Google

8 super id curiam. Et extra portam Trigeminam em-

merandas. Ova illa veluti notae fuerunt, quibus curricula numerabantur. Fuere autem ὠοειδῆ δημιουργήματα, ut ea vocat Dio [49, 417.] fabricae quaedam ex ligno, ovali figura factae cum basi, qua sisti possent et erigi. Poterant etiam hinc inde transferri et portari: quod Varro innuit, in hanc sententiam scribens [1. de Re rust. 2.] *Nam non modo ovum illud sublatum est, quod ludis circensibus novissimi curriculi finem facit quadrigis.* Ex his nec vane auguror, septem ova tot numero statuta fuisse, quot curricula erant peragenda. Primo curriculo peracto unum ovum e medio tollebatur, secundo curriculo facto alterum. Ita de reliquis. Sexto spatio confecto, unum restabat ovum, quod novissimi curriculi indicium faceret: quo absoluto etiam illud ovum auferebatur. Ad eam sententiam manifestis et expressis vestigiis ducunt verba illa Varronis, quae superius attulimus. Poterat et contraria ratione numerus curriculorum per ova oriri, ut singulis peractis spatiis unum ovum produceretur in medium, atque erigeretur; quibus omnibus productis et statutis omnia curricula finita indicarentur. Huic rationi videtur adstipulari Cassiodorus, ut in vulgatis editionibus descriptus est. Sic enim ait [3. Var. 51.] *Nec illud putatur irritum, quod metarum circuitus ovorum erectionibus exprimatur, quando actus ipse, multis superfitionibus gravis, ovi exemplo genitorum se aliqua profitetur.* Ut haec sunt, cum sensum efficiunt, quem proxime diximus. Sed eam lectionem falsi damnant veteres libri, qui pro *ovorum erectionibus* habent *exceptionibus.* Legerim *exemptionibus.* Ovorum exemptionibus exprimebatur circuitus curriculorum, quia post singula spatia evoluta unum eximebatur ovum. Nihil verius. Idem sensus potest inesse et lectioni scriptae *exceptionibus.* Nam *excipere* est ὑπεξαιρεῖν, et *exceptio* ὑπεξαίρεσις. *Excipere aliquem de grege, de numero* idem est, quod eximere. Glossae: *Exceptis* ὑπεξῃρημένων. SALMAS. ad Solinum pag. 640. Argolus ad Panvinum de Ludis Circens. 1, 14. pag. 162. ita has lacunas explet: *et spinam lateritiam circumeundam, et metas trans ipsam statuendas, et caveas ferreas, per quas ferae in arena intromitterentur.* Bulenger. de Circo Rom. et lud. Circens. 1, 19. *et rhedam et metarum transitus, et caveas ferreas, per quas transmitterentur ferae.* Impune licet in his ingenium experiri. DUKER. Ursino et Salmasio *numerandis* emendantibus adsentior, quod jam Gronov. anno 1665. recepit. At probare nequeo *ad metas*, quod idem Ursinus conjecit, pro *ad notas:* mox enim *et metas* sequitur. In verbis proximis plures sunt lacunae, quas Marc. Donatus supplere conatus est. Sed infeliciori successu hic versatus videtur. Pro *et . . . dam* legit *et rhedas*, et sensum putat, additam rhedam circo, ut in ludis transcurreret. Censores peregisse *locationem curulium equorum praebendorum* Livius supra narravit 24, 18, 10. At sub illis comprehendi possunt equi rhedis juncti: rheda enim species est currus, quemadmodum etiam bigae et quadrigae. Insuper probam non puto locutionem *locare rhedas*, pro equos rhedarios. Ad haec ipsi probandum erat, hoc tempore demum in ludis circensibus rhedas exhibitas, aut umquam rhedas singulis equis junctas spectandas in ludis circensibus datas fuisse. Pergit Donatus, et pro *metas trans. . . .*

Digitized by Google

porium lapide ſtraverunt, ſtipitibusque sepserunt:

legit *metas transitus*, vel *transcursus*. Sed rogo, quid sint *metae transitus*, vel *transcursus*? cur addita sit vox *transitus*, vel *transcursus*? an ergo etiam fuerint metae non transitus, vel transcursus? an metae transitus, vel transcursus ante hos censores in circo non fuerint? Denique pro *caveas ferreas pe. . . intromitterentur . . . . . ferreis* supplet *caveas ferreas per quas intromitterentur ferae*. Similiter Lipsius de Amphith. cap. 9. sententiam, si non verba, hujus loci fuiſſe suspicatur, exſtructas fuisse caveas ferreas, per quas beſtiae intromitterentur in arenam. Verum antea probandum erat, jam tum inſtituiſſe Romanos, ut cum feris in circo depugnaretur. Ad id quidem laudat locum Livii 44, 18. Sed, quum Livius ibidem quadriennio poſt hunc annum illa spectacula, *jam magnificentia crescente*, edita dicat, forte similium depugnationum in circo initium ab eo tempore deducendum eſt, quibus nunc, antequam invalescerent, censores caveas ferreas locare non potuerunt. Non urgueo nunc locutionem *caveas ferreas per quas intromitterentur feras*, sed addo potius, conjecturis his receptis, tamen vane gloriari Donatum, omnes lacunas repletas eſſe, et lectionem sensui congruere, antequam oſtenderit, quomodo haec cohaereant verbis, quae sequuntur, *in monte Albano consulibus*. Verius videtur ex illis vocibus, pro *ferreis* cum Sigonio legendum eſſe *feriis*, ut accipiatur de feriis Latinis: ante illam autem dictionem pluscula excidiſſe, quae sine ope cod. emendatioris sola conjectura reſtitui nequeunt.

§. 7. *Et porticum ab aede Saturni in Capitolium ad senaculum, ac super id curiam*] *Senatulum* aut *senaculum* quoddam inter Capitolium et forum fuiſſe, Nicoſtratus memoriae prodidit in libro, qui inscribebatur *de Senatu habendo* apud Feſtum voce *Senacula*. ubi deinde fabricata eſt aedis Concordiae. quod si in eo loco, plane situs ejus humilior, quam ut extendi commode porticus potuerit ab aede Saturni, quae et ipsa in imo clivo Capitolino. Puto igitur praepositivam in Livio νοθεύεσθαι, rescribendumque *et senatulum, ac super id curiam*. vult enim ea loca pariter silice ſtrata, sicut porticum illam Capitolinam. nam et hujusmodi aedificia sic ſterni consueſſe, Livius etiam infra probat, cum aït, *extra portam Trigeminam in Aventinum porticum silice ſternendam curaviſſe*, et nonnulla alia, quae loci corruptela nobis invidit. *Curiam illam, quae super senaculum, Kalabram* intelligo, quae plane in illo tractu; ut veteres quaedam parietinae adhuc teſtantur. JUST. RYCQVIUS de Capitol. cap. 34. Rycquius ideo pro *ad* legendum censet *et*, quia aït Livium velle, non tantum porticum, verum etiam *senaculum et curiam super id silice ſtrata* fuiſſe: nam ejusmodi aedificia etiam silice ſterni consueſſe. De porticibus hoc certum eſt; de senaculis et curiis incertum, nec ullum in eam rem teſtimonium scriptorum veterum profertur. Nam verba Livii non tam clara sunt, ut id ex iis satis probari poſſit. Non improbo *et*; verum non ob eam causam, ob quam ita legendum vult Rycquius; sed quia mihi persuadeo, haec mutila eſſe, ac desiderari *fecerunt, locaverunt*, aut aliquid aliquid, quod nemo divinare poſſit. Certe neque *et* ea sententia Rycquii, neque vulgata tum *ad* locum habere poteſt, ni-

Digitized by Google

et porticum Aemiliam reficiendam curarunt: gradibusque adscensum ab Tiberi in emporium fecerunt. 9 et extra eamdem portam in Aventinum porticum silice straverunt, et eo publico ab aede Veneris fe- 10 cerunt. Iidem Calatiae et Auximi muros faciendos locaverunt: venditisque ibi publicis locis, pecuniam, quae redacta erat, tabernis utrique foro circumdan- 11 dis consumserunt. et alter ex iis Fulvius Flaccus

si haec duo ostendantur; primum, senacula et curias silice sterni consuevisse: deinde in Capitolio senaculum, et super id curiam fuisse. Senatum quidem saepe in Capitolio habitum fuisse legimus, sed in aede alicujus Dei, non in curia in Capitolio; quae non sunt eadem. Quod Rycquius hic *curiam Calabram* in Capitolio intelligit, rationem aliquam haberet, si constaret, in ea his temporibus umquam senatum habitum fuisse. Ex eo enim, quod Servius ad Virgil. 8. Aen. 654. scribit, a Romulo institutum fuisse, *ut ibi Patres calarentur*, ad hanc aetatem argumentum duci non potest. In curia calabra tantum *sacrorum rationem* habitam fuisse, auctor est Festus. Quae autem sacra illa fuerint, docent Servius et Macrobius 1. Saturn. 15. e quo praeterea discimus, quod de sacris dicit Festus, praecipue ad ea tempora, quibus a Cn. Flavio nondum publicati erant Fasti, pertinere: nam etiam deinde usum aliquem curiae calabrae ad hanc rem mansisse, significat Varro 5. de Ling. Lat. 49. Sed etsi senatus tum interdum in ea habitus fuisset, tamen Livius hic de illa intelligi non potest: quia nullum ex tribus senaculis, quae Romae fuisse apud Festum 5. *Senacula* scribit, et suum cuique situm adsignat Nicostratus, in Capitolio fuit. Ubi autem situm, et quod nomen curiae super illud fuerit, non magis scio, quam qui ex professo de Urbe Roma scripserunt, qui sibi hunc locum silentio praetereundum existimarunt. Porro *senaculum*, an *senatulum* scribendum sit, dubitat Rycquius. Hoc probant Pontan. ad Macrob. et Barthius ad Statii 5. Theb. 98. illud Casaubon. et Salmas. ad Lamprid. Elagab. cap. 4. et ad Vopisci Aurelian. cap. 49. Vossius in Etymologico, et Perizon. ad Valer. Max. 2, 2, 6. quorum judicio paullo plus, quam illorum, tribuo. Quod denique Nicostratus apud Festum senacula dicit fuisse loca, *in quibus senatus haberi solitus sit*, parum verum esse, recte censet Zamoscius de Senatu Rom. 2, 6. DUKER. Cl. Crevierius legit *et porticum ab aede Saturni in Capitolio ad senaculum*; intelligit autem porticum, quae ab aede Saturni in clivo Capitolino porrecta erat ad senaculum ac curiam, quae est super id senaculum. Non alienus etiam est a Rycquii conjectura *et senaculum*. Verum ita minori mutatione legi potest *ac senaculum*.

§. 8. *Porticum Aemiliam reficiendam*] Quae tantum non decimo anno antea exstructa fuisse narratur supra 35, 10, 12.

§. 9. *Et extra eamdem portam in*

Digitized by Google

(nam Postumius nihil, nisi senatus Romani populive jussu, se locaturum ipsorum pecunia *) Jovis aedem Pisauri, et Fundis, et Pollentiae etiam aquam adducendam, et Pisauri viam silice sternendam, et Sinuessam a ga * aviariae. In his et clo * um cir- 12
cumducend * et forum porticibus tabernisque claudendum, et Janos tres faciendos. Haec ab uno cen- 13
sore opera locata, cum magna gratia colonorum.

Aventinum porticum] Quum Aventinum Ancus rex urbi addidisse dicatur supra 1, 33. quomodo ergo hic *porticus extra portam eamdem*, sive Trigeminam, *in Aventinum* fuisse dicitur? An porticus illa transcendit muros urbis? Clariss. Jac. Perizon. ad marginem Livii ob hanc caussam conjecisse videtur *et intra eamdem portam.*

Et eo publico ab aede Veneris fecerunt] Forte, *et basilicam ad aedem Veneris fecerunt.* J. FR. GRON. Sed nusquam quid de basilica ab his censoribus ad aedem aliquam Veneris, quae multae Romae fuerunt, facta traditum inveni. DUK. Doujatius suspicatur, Livium velle, *eo publico*, pro ex emporii paullo ante memorati proventu, factam porticum ab aede Veneris, quam in regione Circi maximi fuisse opinatur, in Aventinum. Clariss. Jac. Perizon. ad oram exemplaris sui adscripsit, prioribus vocibus latere clivum Publicium, qui prope Aventinum erat.

§. 10. *Oximi muros faciendos*] *Auximi* legendum esse, supra dictum est ad cap. 21, 12. Et ita hunc locum laudarat Pighius in Annal. ad A. V. IDLXXIX. pag. 356. et hinc Gruterus in postrema ed. lectionem in contextum recepit, quam mox iterum D. Heinsius in ed. Elzevir. mutavit, priori recepta.

§. 11. *Nam Postumius nihil, nisi senatus Romani populive jussu, se locaturum esse ipsorum pecunia*) *Jovis aedem*] Malim: *nam Postumius nihil, nisi senatusconsulto populive jussu, se locaturum ipsorum pecunia dicebat.* Sic enim loqui solet, ut senatusconsultum vel auctoritatem jussui populi opponat. SIGON. Vox ultima *dicebant* est a Sigonio, neque reperitur in libris. GRUTERUS.

Et Pollentiae etiam aquam adducendam] *Potentiae*, ut supra. SIG. *Potentiae*, pro *Pollentiae*, emendavit Sigonius supra ad 39, 44, 10. inter alia eam lectionem firmans auctoritate Vell. Pat. 1, 15. ubi *Pisaurum* et *Potentia* junguntur, quae et nunc junguntur. Verum ad eumdem Livii locum monui, et *Potentiam* et *Pollentiam* in Piceno fuisse, illam maritimam, hanc mediterraneam. Vide igitur, num mediterraneae Pollentiae mentio nunc magis conveniat: nam ea potius, quam Potentia maritima, non longe a fluvio Misione vel Miseone sita, aqua indiguisse videtur. Insuper Cl. Crevierius non male legebat *et Pollentiam aquam adducendam*, vel in voce *etiam* latere putabat nomen alterius urbis, in quam Fulvius aquam adducendam locavit.

Digitized by Google

Moribus quoque regendis diligens et severa censura fuit. multis equi ademti.

1 XXVIII. (*XXXIII.*) Exitu prope anni diem unum supplicatio fuit ob res prospere gestas in Hispania ductu auspicioque Ap. Claudii proconsulis: et ma-
2 joribus hostiis viginti sacrificatum. et alterum diem supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberaeque fuit, quod

§. 12. *Et Sinuessam a ga* aviaride*] Legendum puto *et Sinuessae glarea viam*, silice sternendam scilicet. nec levis conjectura me admonet: nam transpositis elementis, et uno corrupto aut omisso librarii vitio vel incuria, ea lectio depravata. namque ablata litera *m* a voce *Sinuessam*, et loco illius posita postremae dictionis *aviariae* diphthongo fit *Sinuessae*; et dempta a voce *aviari*, quae relinquitur, *a* priori, etiam syllaba *ri*, et addita *m* a priori voce, ut diximus, ablata, legitur *viam*: et in dictione seu syllaba *ga* interposita *l*, quae praetermissa fuit, et addita *ri*, quam a voce *aviari* dempsimus, fit *glari*, et *i* in *e* transmutato et insuper addita *a* antecedente, fit *glarea*. Et sic locus, cujus nullus percipi poterat sensus, clarus evadit. MARC. DONATUS. ideo haec conjectura minus placet, quia spatium a primis editoribus relictum pluscula excidisse indicat, quae ex conjectura supplere periculosum est. An tamen legendum *et Sinuessae magna opera ac varia: in his* etc.? Nisi enim eo vel simili modo locum suppleas, non est, quo referantur voces *in his*: ob quam etiam caussam Donati conjecturam probare nequeo.

*In his et clo*um circumducend* et forum*] Puto legendum *cloacam in fluvium circumducendam, et forum*. Sic lib. 1, 38.] *Cloacis e fastigio in Tiberim ductis*. SIGON. Supplementum Sigonii ideo vix locum obtinere posse videtur, quia Sinuessa, ubi censorem haec opera fieri curasse puto, sita fuit ad mare, et remotior exstitit a fluminibus Liri et Savone, inter quae media erat, quam ut eo cloacae circumducerentur.

Et Janos tres faciendos] Janos intelligit Livius summum, medium, et imum, qui in foro erant Romano ad basilicam Aemiliam, ut scribit Porphyrio in versum Horatii lib. Ep. 1, 54. *Haec Janus summus ab imo Perdocet*. Suetonius in Domit. [13.] *Janos*, inquit, *arcusque cum quadrigis et insignibus triumphorum per regiones urbis tantos ac tot exstruxit*, etc. et in August. [31.] *Pompeji quoque statuam contra theatri ejus regiam marmoreo Jano superposuit*. Quibus locis, ut hic apud Livium, *Janus* accipiendus est pro arcu marmoreo et fornicata transitione. *Jani primi* mentio est in veteri apud me inscriptione [apud Gruter. CCLXXVI, 9.] in qua est:

C. IVLIVS. C. L. NICO
MACHVS. A. IANO
PRIM. PAL.

Medii in altera item apud me inscriptione, [apud Grut. CCLXXVII, 2.] quae habet:

C. LEPIDVS
C. L. ANICETVS
A. IANO. MEDIO.

Sed *Jani medii* meminit etiam

Digitized by Google

ex Sabinis terrae motus ingens cum multis aedificiorum ruinis nunciatus erat. Quum App. Claudius ex 3
Hispania Romam rediſſet, decrevit senatus, ut ovans urbem iniret. Jam consularia comitia adpetebant; 4
quibus, magna contentione habitis propter multitudinem petentium, creati L. Poſtumius Albinus et M. Popillius Laenas. Praetores inde facti, N. Fabius 5

Cicero in Philipp. [6, 5.] ubi scribit: Foeneratores, qui ad Janum medium erant, ſtatuam L. Antonio posuiſſe cum hac inscriptione *A. IANO. MEDIO. PATRONO.* Ita enim eſt in V. C. non *IANI. MEDII*, quod subſtitutum eſt ab aliis ob formulae ignorationem. *URSINVS.* De Janis tribus in foro Romano hunc locum itidem exponunt Nannius apud Torrent. ad Horatii 1. Epiſt. 1, 54. Nardin. 5. Romae vet. 7. et Dacier. ad Horat. 2. Sat. 3, 18. Ipse Torrentius ibid. plures Janos Romae exſtructos fuiſſe observat, et hinc incertum esse, utrum de Janis in foro agatur. Verum non de Janis Romae, sed in aliqua coloniarum exſtructis agi, docent verba sequentia, *Haec ab uno censore opera locata cum magna gratia colonorum.* Et quidem agitur de Janis, quos Fulvius Flaccus Sinuessae locavit, si admittitur conjectura noſtra in verbis superioribus, *et Sinueſſae magna opera ac varia, in his* etc. Flaccus Sinueſſae forum porticibus tabernisque claudendum locavit. ut vero aditus in forum pateret, tres itidem Janos locavit. Per *Janos* autem, ut viri docti docuerunt, transitus pervii, per quos in forum descenditur, intelliguntur. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. *Ex quo transitiones perviae Jani, foresque in liminibus profanarum aedium januae nominantur.*

§. 2. *Et alterum diem supplicatio*] Unum diem ob res prospere geſtas in Hispania, et unum ob terrae motum; in universum tantum biduum. Gronov. 4. de Pec. vet. 5. Sic 27, 4, 15. *Supplicatio diem unum Romae ad omnia pulvinaria, alterum in Capenate agro ad Feroniae lucum indicta.* Et 37, 47, 4. DUKER.

§. 4. *M. Popilius Laenates*] *M. Popillius Laenas* ex Capit. lap. SIG. V. ad 7, 12, 1. et 26, 6, 1.

§. 5. *Cn. Fabius Buteo*] Alio loco oſtendi *N. Fabios*, *Cn. Fabios* mendose scribi. Eſt profecto N. Fabius Buteo consul anno IDV. in tabul. Cap. Neminem autem *Cn. Fabium* reperi, nisi mendose. SIG. Sigonio consentit Pighius in Annal. ad A. V. IDLXXI, 327. Antiqui per solum *N.* indicarunt praenomen *Numerius*: quod quum minus frequens fuerit, hinc librarii non adsecuti, quid litera haec notaret, et tamen praenomen esse videntes, ejus loco dederunt *CN.* sive *Cnaeus*. V. ad 4, 43, 1. c. 57, 12. c. 58, 6. 42, 4, 1. Alii illud *N.* mutarunt in *M.* V. ad 4. 49, 1.

M. Matienus] Ita praefert prima ed. non hoc tantum loco, sed etiam 42, 1. et 43, 12. Neque diſſentiunt recentiores, nisi sola Gruteri poſtrema, quae locis laudatis *M. Matienius* praefert, in quo secutus videtur Pighium,

Digitized by Google

Buteo, M. Matienus, C. Cicerejus, M. Furius Craſſipes iterum, A. Atilius Serranus iterum, C. Cluvius
6 Saxula iterum. Comitiis perfectis, Ap. Claudius Centho, ex Celtiberis ovans quum in urbem iniret, decem millia pondo argenti, quinque millia auri
7 in aerarium tulit. Flamen Dialis inauguratus eſt Cn.
8 Cornelius. Eodem anno tabula in aedem Matris Matutae cum indice hoc posita eſt: *Ti. Sempronii Gracchi consulis imperio auspicioque legio exercitusque populi Romani Sardiniam subegit. in ea provincia hoſtium*

qui in Annal. ad A. V. IↃLXXX, 360. praetorem hujus anni *Matienium* vocavit. *Matienius* legit etiam Gruterus supra 40, 26. 28. et Epit. 55. at *Matienus* servat 29, 6. et 9.

M. Furius Craſſipes iterum] Hic primum A. V. IↃLXVI. praetor fuerat, 38, 42, 4. *A. Atilius* quinquennio ante, 35, 10, 11. *Cluvii* prima praetura ante non memorata eſt. Eam Pighius in A. V. IↃLXVIII. ponit, cujus anni comitia praetorum cum eorum nominibus et sortitione provinciarum interciderunt. DUKER.

§. 7. *Tabula in aedem Matris Matutae cum indice hoc posita eſt*] Lege *in aede*. Sic lib. 40, [52, 7.] *Eodem exemplo tabula in aede Jovis in Capitolio supra valvas fixa eſt*. SIG. 36, 35, 12. *Donumque ex auro liceret ponere in aede Jovis*. 42, 6, 11. *Ut ponerent ea, in quibus templis viderentur*. Et ita ultima litera voci *aedem* adhaesisse potuit ex initio proximae. V. ad 36, 43, 8. Sed et vulgatum ferri poteſt. Ovid. Rem. Am. 719.

Omnia pone feros (pones invitus) in ignes.

8. Met. 452.

— — — *in flammam triplices posuere sorores.*

Ita aeque dici *ponere in gratiam*, quam *in gratia*, notat Gronov. ad 44, 14, 7. Eodem modo *deponere in aram*, de quo v. ad 23, 11, 6.

§. 8. *Ti. Sempronii Gracchi consulis imperio*] *T. Sempronii* prima ed. pro quo recte Froben. 1535. *Ti. Sempronii* dedit. Vide ad c. 8, 1. Praeterea Pighius in Annal. ad A. V. IↃLXXVIII. pag. 354. et ex eo Reines. in Inscript. claſſ. 4, 1. indicem hunc referentes, legunt *Gracchi procos. imperio*. Nempe Graccho consuli anno IↃLXXVI. Sardinia obvenit, et in ea res prospere geſſit. Vide cap. 9. et 12. Eamdem provinciam anno proximo, imperio prorogato, obtinuit ac pacavit, cap. 15. Eodem tempore multis secundis proeliis Sardos perdomuit, et cum exercitu illo anno in provincia manere juſſus eſt, cap. 17. Anno deinde IↃLXXVIII. Romam reversus de Sardis triumphavit. Patet igitur res, quarum caussa triumphum egit, partim consulem, partim proconsulem geſſiſſe. Insuper Reines. ibid. notat, in Mſtis Ligorii legi *Gracchi cos. II. imperio*, quod fictum eſt ex verbis Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr. 57. narrantis Ti. Sempro.

Digitized by Google

caesa aut capta supra octoginta millia. Republica feli- 9
*ciſſime geſta, atque liberatis vectigalibus * reſtitutis, exercitum salvum atque incolumem pleniſſimum praeda domum reportavit. iterum triumphans in urbem Romam rediit. Cujus rei ergo hanc tabulam donum Jovi dedit.* Sardiniae insulae forma erat, atque in ea simulacra 10
pugnarum picta. Munera gladiatorum eo anno aliquot parva alia data; unum ante cetera insigne fuit T. Flaminini, quod mortis cauſſa patris sui, cum vi- 11
sceratione epuloque et ludis scenicis, quatriduum

nium Sardiniam *altero consulatu* domuiſſe. Sed merito *ἀνεσορηϑίας* accusatur Grutero. Vide etiam Pighium loc. laud. Unici codicis omniumque edd. lectionem servavi.

Caesa aut capta supra octoginta millia] Primo anno, quo in Sardinia bellum geſſit, duodecim armatorum millia caesa sunt, cap. 12. altero anno caesa sunt quindecim millia, cap. 17. Tantum vero captivorum inde adduxit, ut in proverbium venerit *Sardi venales, alter altero nequior*. Vide Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr. cap. 57. et quos viri docti ibi laudarunt. Ceterum Pighius et Reinesius locis laud. omiserunt vocem *supra*, quam agnoscunt omnes edd.

§. 9. *Atque liberatis vectigalibus reſtitutis*] Deeſſe mihi vox aliqua videtur, ut: *atque liberatis vectigalibus et reipublicae reſtitutis*. SIGON. Inter duo haec verba *liberatis vectigalibus* aſteriscum posuerunt. Male. nam *liberata vectigalia* sunt salva reddita populo Romano, quae defectores averterant. At, quod sequitur, truncatum. Sigonius *et reipublicae reſtitutis*. Pighius [in Annal. ad A. V. IↃLXXVIII.] *reipublicaeque reſtitutis*. Forte *sociisque reſtitutis*. J. FR. GRON. Satis dubium eſt, ante *liberatis* aliquid pericrit, an ante *reſtitutis*. Sed *reſtituere vectigalia* minus insolens eſſe videtur, quam *liberare*; quod eo sensu, quo id hic dici volunt, a Latinis scriptoribus usurpatum, vellem, docuiſſent viri eruditiſſimi. Si tamen vera eſt eorum sententia, ante *reſtitutis* aliquid excidisse, nihil vetat hariolari, pro *liberatis* scribi poſſe *duplicatis*. c. 17, 2. *A Graccho ſtipendiariis veteribus duplex vectigal imperatum exactumque*. DUK. Sigonius eſt, qui poſt vocem *liberatis* aſteriscum recepit, ejusque exemplo Heinsius in ed. Elzevir. At Sigonii ultima ed, praefert *liberatis sociis, vectigalibus reſtitutis*.

§. 10. *T. Flaminii*] *Flaminini*, ut supra. Eſt enim filius T. Quinctii Flaminini, qui de Philippo triumphavit. SIGON. V. ad 22, 33, 8. et 25, 2, 2.

§. 11. *Magni tamen muneris ea summa fuit*] Non intelligo, quam *summam magni muneris* dicat. Credo corruptum eſſe *summa*. Sententia forsitan fuit *magnum muneris ejus sumtum fuiſſe*. DUK.

Digitized by Google

dedit. magni tamen muneris ea summa fuit, ut per triduum quatuor et septuaginta homines pugnarint.

Lex Voconia.

XXXIV. [Finis hujus anni insignis est nova, eaque magni momenti lege, quae non sine aliquo motu animorum agitata civitatem exercuit. Hactenus feminas non minus, quam viros, ad haereditates admitti jus fuerat. Inde fiebat, ut illustrissimarum saepe familiarum bona in alienas domos transfunderentur, magno cum reipublicae damno, cujus interest clarorum nominum haeredibus suppetere opes, quibus splendorem generis, onus alioqui magis, quam decus, tutari et exornare possint. Deinde etiam, quum crescentibus jam imperii opibus crescerent quoque privatorum divitiae, metus erat, ne proniór natura in luxum et elegantioris cultus affectationem muliebris animus, nactus ex affluentia opum cupiditatis irritamenta, in sumptus immodicos atque in luxuriam prolaberetur, ac deinde a prisca fortasse sanctitate descisceret, nec minor fieret morum, quam cultus, mutatio. His incommodis obviam ire statuit Q. Voconius Saxa, tribunus plebis, tulitque ad populum; *Ne quis, qui post A. Postumium, Q. Fulvium censores census esset, haeredem virginem, neve mulierem faceret: neve ulli virgini, vel mulieri, bona cujus-*

Cic. 1. in Verr. c. 42. Dio, l. 56.

Quatuor et septuaginta homines pugnarint] Livium hoc libro de lege Voconia egisse, colligitur ex auctore Epitomes. Eam autem latam esse, postquam A. Postumius et Q. Fulvius censores creati essent, patet ex Cic. 1. in Verr. 41. ex quo constat eorum in illa lege mentionem factam esse. Hi autem demum creati memorantur cap. praec. Hinc Crevierius existimat, librum hunc extrema sui parte mutilum esse, Livíumque in ejus fine de lege Voconia egisse. Obstat huic sententiae auctoritas Cic. qui de Senect. 5. eam quinquennio post, Caepione et Philippo II. consulibus, latam dicit. At respondet primo, non mirum esse, duos scriptores aliquot annos inter se de eadem re discrepare. Deinde suspicatur, ideo Livium et Ciceronem circa annum legis Voconiae dissentire, quia dissenserunt circa aetatem Catonis, qui

Digitized by Google

quam liceret haereditate percipere ultra centum millia sestertium. Sed et cavendum quoque duxit Voconius, ne magnitudine legatorum haereditates, quod fiebat interdum, exhaurirentur. Adjecit igitur rogationi, *Ne quis plus cuiquam legaret, quam ad haeredem haeredesve perveniret.* Atque hoc quidem posterius legis caput facile se populo probabat, quod et aequissimum videretur, nec cuiquam magnopere grave esset. De priore, quo removebantur feminae ab omnium omnino civium haereditatibus, ambigebatur. Dubitationem exemit M. Cato, acerrimus jam olim in defendenda lege Oppia mulierum adversarius et castigator, qui et hanc quoque majoris momenti adversus illas legem, annos natus quinque et sexaginta, magna voce et bonis lateribus suasit, pro solita asperitate in muliebrem invectus impotentiam, intolerandosque in opulentia spiritus: quum hinc quoque argueret divitum matronarum fastum et arrogantiam, *quod illae, magna saepe dote marito allata, magnam sibi pecuniam reciperent ac retinerent, eamque pecuniam ita postea viro roganti mutuam darent, ut, quoties iratae essent, statim per receptitium servum consectantem et quotidie flagitantem solutionem, maritum, tanquam debitorem extraneum, importune cogerent.* Hac indignatione commoti legem, uti rogabat Voconius, accipiendam censuerunt.

Cic. 1. in Verr. c. 43.

Livius 36, 1. et seqq.

Cic. d. Senect. 5.

legem Voconiam suasit, et Livium eum quinque annis seniorem facere, quam Ciceronem. V. ad 39, 40, 12. et hinc annum sexagesimum quintum Catonis, quo legem Voconiam suasit, secundum Ciceronem incidere in Caepionem et Philippum II. consules, at secundum Livium in Sp. Postumium et Q. Mucium consules. Si autem, ultimam partem hujus libri intercidisse, statuere licet, ibidem etiam actum erit de Marcelli legatione ad Aetolos et Achaeos, de qua auctor agit lib. seq. cap. 5. et 6. Quinque legatos eo missos, nullum autem inter eos Marcellum, memoravit supra cap. 25. Verum hi jam cap. 27. legationem renunciarunt. Hinc sequitur postea demum Marcellum legatum eo missum esse; quod Livius narrare non potuit, nisi forte in fine hujus libri.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google